1 And. ibidem. Distingue, † aut obscuritas vel ambiguitas reperitur in vltimis voluntatibus: aut in contractibus: aut in iudicijs: aut in priuilegijs: aut in beneficijs: aut in verbis a lege prolatis: aut in pœnis. Si in vltimis voluntatibus refert, aut testator met in vita sua interpretatur: & tunc stabitur interpretationi ipsius, dummodo aliàs sit rationabilis & honesta: vt ff. de testa. l. hæredes palam. §. quod vero quis. & fi. sed si notaui. secus si inhonesta. ff. de condi. insti. l. quidam testamento. Aut non interpretatur in vita sua: & tunc non potest valere legatũ nisi secundum intellectum legatarij tantum, & illum assumimus: vt ff. de leg. 1. l. apud Iulianum. §. si titius. de reb. du. l. quoties in actionibus. & l. vbi. & l. vlti. sed Dyn. distinguit in d. c. contra eum in fi. Tu dic latius, aut testatore non interpretante res, potest valere secundum vnam interpretationem, & secundum quam res valet: vt in l. alleg. & ff. de leg. 1. l. si quando. ad Treb. l. ex facto. §. si quis. & de reg. iur. l. quoties: Aut secundum vtranq; interpretationem valere potest: & tunc, aut est incertitudo, vel ambiguitas in voluntate relinquente: aut in voluntate adimente: si in voluntate relinquente: tũc dicit Dy. sequendum quod est minimum: vt in d. l. apud Iulianũ. §. scio. & de leg. 3. l. qui concubinam. §. cum ita. & l. nummis. Tu vero dic, ꝙ aut constat tacitè de voluntate testatoris per coniecturas: & illa seruatur, ad hoc 26. q. 6. qui recedunt. s. de testamentis. requisisti. ff. de leg. 1. l. si seruus plurium. §. vl. & de leg. 3. l. non aliter. nisi dicta volũtas turpis esset: vt in l. allegata quidam. vel aliàs contra ius. s. de testam. c. tua. & c. Raynal. in fin. ff. ad l. Fal. l. titia. Aut non constat, & tunc aut est incertitudo alternationi. & tunc dic vt dixi. s. de plus pe. c. vnico. Aut generalitatis. & tunc dic vt dixi s. de testam. iudicante. & vt statim sequitur. Aut est in alia ambiguitas, vel incertitudo: & tũc aut vertitur circa personas, & non valet. ff. de testam. tu. l. duo sunt titij. de manu testa. l. si ex pluribus. de reb. du. l. si quis de pluribus. & de hoc no. instit. de lega. §. incertis. nec ob. ff. de le. 2. l. si quis seruum. §. si inter duos. quia ibi hæres potest alteri voluntariè dare, licet non teneatur. Aut vertitur circa res legatas: & tunc aut testator sensit de certo, & tunc hæredis est electio: vt ff. de legat. 1. l. si quis a filio. §. si quis plures. & in d. l. apud Iulianum. §. scio. & l. legato generaliter. insti. de lega. §. si generaliter. C. de condi. inde. l. si quis seruum. Et sic quod minimum est sequimur. vt in d. l. nummis. & j. de reg. iur. c. in obscuris lib. 6. Aut non sentit de certo, & tunc electio est legatarij. vt ff. de leg. 1. l. qui duos. Aut circa alia, puta conditiones, & alia, & talia debent, & possunt ex bono & æquo interpretationem capere, & secundum scripti iuris rationem expediri: vt ff. de condi. & demon. l. solemus. & l. in his quæ. Si in certitudo, vel ambiguitas est in voluntate adimente: tunc subdist. secundum gl. ff. de reb. du. l. si fuerit. gl. pen. & Dy. in c. allega. contra eum. Aut est incertitudo in adimendo personarum & rerum insimul, aut personarum tantum, aut rerum tantum. Si personarum & rerum insimul, vt lego tibi albo decem, & titio nigro fundum, & tandem dico quod titio dedi, adimo: tũc in neutro valet ademptio, vt ff. de adi. leg. l. 3. §. si duobus. Si personarum tantum, vt lego titio albo, & titio nigro domum, postea dico, adimo titio domum, tunc valet ademptio in vtroque vt in l. alleg. si fuerit. ff. de rebus dubijs. Si rerum tantum, vt lego titio duos fundos, tandem titio adimo fundum, valet ademptio in maiori, & remanet in minori legatum: vt ff. de leg. 1. l. apud Iulianum. §. scio. & l. si ita ascriptum. Si incertitudo, vel ambiguitas reperitur in contractibus, tunc aut potest constare, quid contrahentes senserint, & in eo valebit quod actum est: vnde ex conuentione partium, contractus legẽ accipiunt. ff. de pact. l. 1. depositi. l. 1. §. si conuenerit. de reb. dub. l. in ambiguo. & s. ec. cap. 1. & hic vbi præcedente tractatu de matrimonio contrahendo inter virum & mulierem, diuersorum idiomatum, & contrahentibus in ipsum consentientibus, sufficit quòd vterq; dicat in suo vulgari verba quæ sonãt præsentem consensum. secundum Inn. Hosti. & Io. And. hic. & Tanc. & Io. And. j. de sponsa duorum. licet & Asten. lib. 8. arti. j. quòd quid si inter aliquos. quamuis Gof. in hoc contrarij se non intelligant. Aut constat, quòd dissenserunt, & tunc non valet quod actum est. ff. de contrah. empt. & ven. l. in venditionibus. de verb. obli. l. inter stipulantẽ. §. 1. & l. continuus 27. q. 2. sufficiat. 30. q. 2. c. vnico. 29. q. 1. §. 1. s. de pig. illo vos. j. de rapto. cum causa. intellige tamen quòd non omnis error
2 impedit matrimoniũ † sed error personæ & conditionis tantum: quod dic vt legitur, & no. 29. q. 2. in sum. in §. 1. Aut dubi
3 tatur quid senserunt, & tunc refert, † aut cõtractus potest valere secundum interpretationem seu intellectũ alterius contrahentium tantum, & tunc illius interpretationẽ sequimur secundum quam valere potest: vt ff. de verb. obli. l. inter stipulantem. §. 1. & l. quotiens in stipulationibus. s. de fide instrum. inter dilectos. j. de verb. sig. abbate sane. secundum Bern. hic in glo. fi. vt verbi gratia. Tu tenes duos seruos stichos, vnum tuum, & alterum meum, & promittis mihi stichum non exprimendo quem, certe videris sensisse de tuo, non de meo, vt ibi. & ita potest intelligi. ff. de rebus du. l. quotiens. de reg. iur. l. semper in stipulationibus. & l. quoties idem sermo. & l. sem
4 per in obscuris. † nemo. n. rem suam pure, & eo modo quo est, sua stipulari potest, vt ff. de verb. ob. l. nemo rem suam. & habet hoc locum etiam in contractu matrimoniali, & in foro iudiciali. In foro autẽ animæ staretur ei qui dissensisset in tali
5 dubio, vt j. de sponsa. tua nos. † Aut contractus potest valere ꝓm interpretationem vtriusque, sed diuersimode, & tunc aut vnus intellectus per ius cõe confirmatur & ei standum est ar. s. de consue. cum dilectus. in fi. ꝓm Host. hic. Aut non, & tũc inspicimus verisimilius, vt in l. allẽ. & ff. de ver. obli. l. eum qui Calendas. j. de verb. sig. a bbate sane. j. de reg. iur. c. inspicimus. lib. 6. ꝓm Io. An. & Dy. in c. alle. contra eum. Verisimilius aũt multis modis põt apparere, vt no. Dy. & alij in c. alleg. inspicimus. & ita vbi est præsumptio pro vna parte illã debemus sequi, vt ff. de ver. ob. l. si ita stipulatus fuero decem aut quindecim. Si verisimilius nõ apparet, tunc habet locũ proprie regula illa, ꝗ eum qui legẽ potuit dicere apertius est interpretatio facienda. j. de reg. iu. c ꝗ eum. lib. 6. ff. de pet. l. veteribus. de ser. vrb. prædi. l. si arborem. §. hæc lex. de contrah. emp. & ven. l. labeo. & l. in lege. & l. si in emptione. de ver. ob. l. qui ex pluribus fundis. & l. quicquam ꝓm Io. An. & Dy. in c. alle. contra eum. Sed tu in hoc casu. s. quando cessat præsumptio, vel verisimilitudo

tudo sub. distinge. aut neuter dolum committit, aut alter tantum dolum committit, aut vterque. Si neuter, tunc aut res seu causa est fauorabilis: & tũc illa interpretatio sequenda est, secundum quam fauor ampliatur: vt C. de dotis promis. l. fin. Aut non est fauorabilis: & tunc, aut vnus contrahentium tantum profert verba, & tunc verum est dictum Io. An. & Dy. s. ꝙ contra eum fit interpretatio. vt in l. s. alleg. Aut vterq; profert verba ambigua, & tunc accipiendum est, quod magis conuenit regioni. 28. dist. de Siracusano. 4. dis. erit autem. Et si nec illud appareat, tunc quod benignius est sequimur. ff. de rebus du. l. j. & de reg. iur. l. in ambiguis. Finaliter si nec illud apparere potest: tunc id quod minimum est accipiendũ est. ff. de reg. iur. l. semper. s. de censib. ex parte. secundum Host. hic, qd dic vt j. de reg. iur. c. in obscuris. lib. 6. Si nec illud appareat, tunc fit interpretatio pro reo: vt ff. de ver. obli. l. stipulatio, ista habere licere. § in stipulationibus. & de reb. dub. l. cum quæritur. & secundum hoc intellige. ff. de contrah. emp. & ven. l. cõprehensum erat. & l. si in emptione. in prin. de act. emp. & ven. l. si seruus. §. vlt. quia ibi verba fuerũt prolata per emptorem solum: vel si fuerunt prolata per vtrunq; tam emptorem, q̃ venditorem, ipsius venditoris qui est reus, & debitor est electio, quæ res venditioni accedant. ff. de iure do. l. plerunq;. j. de reg. iur. in alternatiuis. licet Dy. soluendo ad illas leges se subtilizet in c. allegato in obscuris. circa fi. dicens quod vbi pactum in accessorijs est obscurum circa qualitatem & conditionẽ venditæ rei: tunc fit interpretatio contra venditorem: vt in ll. alle. veterib. si arborem. labeo. vbi vero circa electionem rerum venditioni accedentium: tunc interpretatio non est contra eum: vt in ll. alleg. comprehensum. si in emp. si seruus. §. vlt. tunc. n. quasi in genere debitor electionem habet secundum eum, si alter tantum dolum committit, tunc fit interpretatio contra eum. 22. q. 5. c. quacunq;. & §. item objicitur. & §. ex his omnibus. vt no. Ber. hic in gl. no. quod. & Host. post eum. Si vterq; tunc ad communem significationem verborum recurrendum est vt hic. & 22. q. 5. §. si ergo. Si in iudicijs fit incertitudo vel ambiguitas: tunc aut in verbis prolatis per alteram partium, aut in probationibus, aut in sententijs. In primo casu aut in litis exordio, & tunc facienda est interpretatio pro proferente: siue verba fuerunt prolata per actorem siue per reum: vt ff. de iudic. l. solemus. & l. si quis intentione ambigua. & ibi no. & de reg. iur. l. in ambiguis orationibus. & l. in contrahenda. §. 1. de verb. oblig. inter stipulantem. §. 1. ff. de tribu l. illud. §. 1. de eo
6 quod cer. lo. l. non vtiq;. secundum Io. An. & Dy. in c. allegato contra eum. Sed Ber. & Host. hic dicunt, quòd † in exordio litis plus creditur actori quam reo per. l. alle. quod crederem verum quo ad verba prolata per ipsum actorẽ: secus quo ad verba prolata per ipsum reum, forte in exceptione sua declinatoria vel dilatoria, vel in responsione sua ad petitionem actoris: vt no. gl. in l. alleg. si quis intentione ambigua. ar. ff. de reg. iur. l. fauorabiliores. & ad hoc facit, qd statim sequitur ꝓm Host. de
7 medio litis. Aut in medio litis. & tunc dicit Ho. qd si nõ fuit petita declaratio, fit interpretatio ꝓ illo qui verba proponit, siue sit actor in ponẽdo, siue sit reus in respondendo, vel econuerso prout proponenti vtilius est: vt in l. alle. si quis intentione ambigua. Si vero fuerit petita declaratio, & proponens ad mandatum iudicis noluit declarare: fit interpretatio cõtra ipsum inobedientem. habetur igitur pro confesso vbi confessio erat ei contraria: & pro negato, si negatio eidẽ contraria erat. ff. de interro. act. l. de ætate. §. qui tacuit. & §. nihil interest. ff. de confes. l. certum. ar. s. de iura. calum. c. fin. §. pœna. & de postu. præla. c. 1. §. pe. j. de accu. cum dilecti. & de confess. pœna. c. 2. lib. 6. in fi. dic vt statim sequitur in sententijs. Si in probationib. sit ambiguum: tunc contra producentem interpretamur. j. de condi. appo. per tuas. s. de proba. in præsentia. de testi. cum tu. de fide instru. inter dilectos. in fine. probationes. n. debent esse clare. C. de probationib. l. sciant cuncti. 2. q. 8. sciãt cuncti. s. de præscript. auditis. saluo eo quo possent testes obscurè deponẽtes i. erum interrogari. s. de testib. cum clamor. quod dic vt ibi no. Si in sententijs sit ambiguum: tunc aut iudex qui tulit sententiam interpretatur eandem: tunc aut qui tu
8 lit sententiam est delegatus, † & talis non potest suam sententiam interpretari ff. de re iud. l. duo ex testib. s. de offic. deleg. in literis. aut est ordinarius: & tunc aut est de maioribus iudicibus, vt præses prouinciæ, vel procurator Cæsaris. & tunc poterit interpretari suam vel delegatorum suorum sententiam, non aliorum quod dic, vt plene legitur & not. C. de app. l. ab executore in prin. & ff. de re iud. l. actorum verba. & l. Paulus respondit. j. Aut est minor, & tunc non potest: vt C. de sent. ex breui. recitãt. l. 2. vbi de hoc. ff. de re iudi. l. iudex. functus. n. est officio suo, siue bene, siue male iudicando, quod intellige in diffinitiua. secus in interlocutoria: quod dic vt not. s. de app. cum cessante. & dixi. s. de offi. dele. in literis. actorum tũ verba posset mutare sententia in totum perseuerante. ff. de re iu.
9 l. actorum verba. † Aut non interpretatur sniam suam, vel est talis qui eam interpretari non potest: & tunc aut sunt plures iudices, aut vnus tm. si plures: aut sunt discordes in sententia proferenda, & tunc dic vt leg. & no. s. de re iud. c. fi. Aut sunt concordes, & tunc idem ac si esset vnus tm. Si est vnus tantũ, tunc fit interpretatio pro reo siue loquamur in casibus criminalibus, vt ff. de pœnis. l. si præses. & l. interpretatione. siue in pecuniarijs, vt ff. de re iudi. l. inter pares. in fi. & de act. & obl. l. Arrianus. ff. de reg. iur. l. fauorabiliores. & j. de re. iu. c. in obscuris. lib. 6. hoc saluo, ꝙ si in sententia fiat mentio de moneta, intelligitur vsuali: vt j. de maledi. cap. ti. 2. in fi. Et si diuersa moneta currit in terra de vsitatiori est intelligendum. ar. ff. de leg. j. l. si seruus pluriũ. §. si nummis. de leg. 3. nummis. de fundo instr. cum de lanionis. §. afinam. ꝓm Host. ibi. vel de mino. i. ꝓm Vin. & Gof. & Io. An. ibi. Et hoc quod dictũ est de moneta, intellige in omnibus casibus in quibus est dubiũ de ipsa, siue in contractibus, siue in delictis, siue in vltimis voluntatibus, siue aliquouismodo. In stipulatione prætoria prætoris est interpretatio. ff. de præto. stip. l. in prætorijs. & l. 1. §. vlt. ꝓm Io. An. & Dy. in c. alle. contra eum. Si in priuilegijs, tunc interpretatio pertinet ad eũ qui priuilegiũ concessit. ff. de vul. & pup. substi. l. ex facto. circa prin. & de reg. iur. l. Neratius. in auth. de rapt. mu. in prin. colla. 9. & s. de iudi. cũ venissent. vbi de hoc, quo cessante si est vel esse põt talis interpretatio, quæ ius alterius in totũ non tollat, vel quæ ius fisci vel ius publicum non lædat, quæ tũ aliquid indigeat, quæ aliũ graui damno nõ afficiat satis, põt illi interpretationi stari. ar. C. de emãci. nec auus. de precib. impe. off. l. nec dãnosa. & l. rescripta. Si in beneficijs seu gratijs, tunc aut in ambitiosis, & tunc fit stricta interpretatio, vt patet in gratijs impetratis super beneficijs. j. de præbẽ. c. cum in illis. c. is cui. c. fi motu proprio. 2. rnso. & c. si plurib. & per totũ. lib. 6. extra eo. tit. c. fi dignitatem. & c. per literas. & c. si Romanus. in clem. patet ẽt in dispensationibus. j. de fil. presby. c. fi is cũ quo. de præb. c. non põt. & c. is cui. lib. 6. Aut non in ambitiosis sed fauorabilibus, & tũc si sine læsione tertij conceduntur, & non sunt contra ius cõe, plena est interpretatio facienda, vt ff. de consti. prin. l. beneficium. j. de reg. iur. c. decet. lib. 6. & s. de dona. cum dilectus. vbi de hoc dixi. pro hoc facit. c. alle. si motu ꝓprio. j. rnso. Si est ambiguitas in verbis a lege prolatis, tunc ad solum principẽ pertinet interpretatio necessaria, quæ oẽs constringit. ff. de his qui no. in fa. l. 2. §. exercitum. C. de legib. l. j. & vlt. 11. q. j. §. ex his. s. de iudi. cũ venissent. j. de sen. excom. inter alia ꝓm Io. An. & Dy. in c. alle. q̃ eũ. Cessante vero interpretatione principis, recurritur ad interpretationem consuetudinis, quæ est optima legum interprẽs, vt ff. de legib. l. si de interpretatione. s. de consue. cum dilectus. de sepult. certificari. Qua cessante qũque interpretatur iudex, vt ff. de legib. l. & ideo. & l. nam vt ait. qnq; magister, vt ff. si cer. pet. l. j. & C. de profes. qui in vrbe Constantino. l. vna. lib. 10. qui debent interpretari ꝓm mentem, si de ea apparere possit. ff. de legib. l. scire. l. contra legem. & l. seq. de leg. 3. l. non aliter. de excu. tuto. l. scire oportet. §. aliud. alias in benignioré partem taliter tamen, quod mens non offendatur. ff. de legib. l. benignius. & s. de transa. c. fi. quod dic vt ibi. & adde quod dicam. ff. de verb. sig. ex parte in dist. vlt. vbi etiam dicam de stata
10 tucis. Si in pœnis, tunc aut in pœnis medicinalibus, † vel in excõicatione quæ est medicinalis, non mortalis, vt j. de senten. excom. cum medicinalis. libr. 6. & tunc in duriorem partem fit interpretatio, vt j. de senten. excommu. cap. fin. quem sub hac forma. & est ratio, quia illa est vtilior & securior aĩę, ideo sequenda, vt supra eod. iuuenis. infra de homi. ad audientiam. cum concor. ibi allega. Aut in pœnis alijs, & tunc aut ex ante actis potest liquere de modo pœnæ, & tunc de illa debet intelligi. ff. de his qui notan. infam. l. 2. §. ignominiæ. versicu. sed & si eum. de re milit. l. milites. §. missionum. ver. sed si sine. de suspect. tut. l. hæc enim. † Aut non potest liquere, & tunc aut
11 incertitudo seu dubietas vertitur circa quantitatem vel qualitatem pœnæ imponendæ, & tunc in beniginiorem pœnam est interpretatio facienda, vt ff. de pœnis. s. præses. & l. interpretatione. de pœn. dist. j. pœnę. j. de reg. iu. c. in pœnis. lib. 6. quod dic vt ibi, in beniginiorem partem. ad quod facit, quod notãt Gof. & Host. s. de iureiur. c. quanto. & Archid. 1. q. 1. quod quidam gloss. adde de hac materia, &c. dicentes quod cũ pœnæ capi-

tales sint multæ:vt ff.de publ.iudi.l.2.& pœnæ sunt mollien-
dæ:vt in iuribus alle.s.secunda.C.de fal.mo.quæ imponit pœ
nam capitis illi qui falsat monetam ciuitatis,debet intelligi de
minori,s.de pœna exilij seu deportationis.& ita domi.Io.libe
rauit quendam qui falsauerat monetam Bononiæ, quòd non
11 moriretur † eo quod exilium & deportatio pœnæ sunt capi-
tales, vt d.l.2. Fallit forte quando crimen committitur cõtra
principem,vel Rempublicam.d.§.exercitum. vbi fit interpre
tatio in duriorem partem.quod dic vt per Dy.j.de regu.iur.
c.odia.l.6.in distin.sua.Aut incertitudo seu dubietas vertitur
circa delictum,seu personam delinquentem,aut aliàs:& tunc
13 refert secundum Dyn.in c.alleg.in obscuris. † Aut incertum
est delictum,id est,quòd delictum sit cõmissum, & tunc mi-
nimum est sequendum,& habet locum illa regula in obscuris
minimum est sequendum.& ff.de pœnis.l.absentem. Aut est
certum delictum: & tunc aut persona delinquens est certa,
aut non:si est certa,tunc aut est incerta delicti qualitas,vt quia
constat aliquem commisisse vim & sic delictum est certum,
& persona delinquens certa,sed ignoratur vtrum cum armis,
sic qualitas est incerta:& tũc locum habet dicta regula:vt ibi.
& ff.de pœnis.l.si præses.& l.penul.& in l.alleg.hæ.n.ver.quid
ergo.de reg.iur.l.in pœnalibus,& hæc benigna interpretatio
fit in multis quæ notat Io.An.in c.alle.in pœnis.Aut certum
est delictum,& certa delicti qualitas, incertus autem animus
delinquentis,& tunc non præsumimus minimum, id est,qđ
non fuerit animus: quia facti atrocitas admonet interpreta-
tionem eum non præsumendi ex quo persona est habilis ad
delinquendum:vt C.ad leg.Corneliam,de sicca.l.j.de iniur.si
non conuitij.Si persona delinquentis est incerta,licet delictũ
sit certum:& delicti qualitas certa:tunc aut nullus deprehen-
ditur fuisse in actu delinquendi,& tunc certum est neminem
14 puniri,vt l.alleg.absentem.& l.in pœnalibus. † Aut plures de-
prehenduntur fuisse in actu deliquẽdi:sed ignoratur quis de-
liquerit: vt quia omnes vulnerauerunt,sed ignoratur quis oc
cisum lætaliter vulnerauerit, & tunc non sequimur quod est
minimum,sed præsumuntur omnes deliquisse,vt ff.ad legem
Aquil.l.item mela.§.sed si plures.& no.ff.ad legẽ. Cornel.de
sicar.l.in rixa.& ratio huius est: quia omnes deprehenduntur
15 in culpa:quia omnes fuerunt in actu delinquendi. † Item ra-
tio publica quæ suadet maleficia puniri:vt ff.ad leg. Aquil.ita
vulneratus.de pub.l.licitatio.§.quod illicitè.de fideiusso.l.si a
reo.§.quod vulgo.j.de sent.excom.vt famæ.secundum Dyn.
sed quod dictum est, quod vbi nullus deprehenditur fuisse in
actu delinquendi,tunc nemo punitur.fallit secundum cano-
nes quo ad pœnam promotionis seu irregularitatis: vt si ex
quinque socijs in eadem domo commorantibus vnus repe-
riatur interfectus, & ignoretur a quo, nam eo casu omnes a
promotione repelluntur.23.q.vlti.c.vlti.j.de homi.significa-
sti.2.vbi de hoc,vt per Bartho.Brix.in q.dominicali,quæ inci
pit,quinque erant in domo.per Hosti.in sum.titu.de homi.§.
sed nunquid omnes.& per Spe.rubr. de homi.versi.pone qua
tuor.de quo dic si placet,vt dicam in d.c.significasti.

1 *Matrimonium quibus verbis contrahatur. 4.6.*
2 *Consecrator quibus verbis vtitur consecrando episcopum.*
3 *Matrimonium, vel sponsalia quibuscunque verbis contrahuntur.*
5 *Verba sequentia intelliguntur per præcedentia.*

EX parte. ¶Si quæratur ꝑ quę verba ma-
trimonium contrahatur,Distin
1 gue.† Aut quæris in foro exteriori,seu iudicia-
li,& quo ad ecclesiam militãtem:aut in foro in-
teriori seu pœnitentiali,& quo ad ecclesiã triũ-
phantem. Si in foro exteriori seu iudiciali,& quo ad ecclesiã
militantem, tũc aut quæris de verbis præsentis temporis,aut
de verbis temporis futuri, si tꝑis præsentis,tũc aut de verbis
consuetis exprimentibus consensum mutuum matrimonij
de præsenti,vt accipio tuã in meam,& accipio te in meum.vt
j.eo.si inter virum,& de sponsa duorum.cap.licet.& constat
quod per talia verba contrahitur,vt ibi.Aut de verbis alijs nõ
consuetis:& tunc aut constat de mente & cõsensu contrahen
tium,quo ad volunt contrahere matrimonium,vt quia inter-
uenit inter eos fides pactionis cum carnali copula subsecu-
ta, vel fides consensus. de quibus leg.& not.j.de spon.duorũ
c.1.& 27.q.vlti.c.vlti. vel aliud æquipollens:& tunc idem non
enim est vis in verbis:ex quo de mente & consensu constat,vt
s.eo.ex literis.& j.eo.tuæ.Idem si dicatur mulieri,vis vel pla
cet tibi talis, & ipsa mulier dicat volo vel placet:& econuerso
dicatur viro, vis vel placet tibi mulier, & ipse dicat volo vel
placet:quia non potest aliud esse quã vox sonet.ff.iudicat.sol.
iudicatum solui.s.consensus de præsenti.arg.ff.de supel.leg.l.
2 labeo.s.de suc.ab intest.c.fi.† & hæc patet interrogationibus,
& responsionibus, quæ fiunt a consecratore consecrando in
episcopum,vt patet in libro pontificali, vbi totiẽs interrogat
consecrator. vis &c.& consecrandus semper respõdet, volo.
& non plus: per quæ verba de præsenti ad ea respondet, & ad
spirituale matrimonium intelligitur obligari. Nec obst.C.de
contrah.empt. l. in vendentis. quia illud verum est quando in
voluntate alterius contrahentium tãtum confertur conditio,
vt ita demum sit res empta si & placuerit:hic.n.non cogitur
talem contractum seruare nisi velit.ff.de actio. & oblig.l. sub
hac conditione. vel quando pretium arbitrio suo committi-
tur.ff.de contrah.empt. & vendi.l.hæc venditio.& l.quod sæ-
pe.§.1.Porro ex quo de re certa,& pretio certo semel consen
serunt, pure contractus perfectus est:vt insti.de cõtrah.emp.
in prin.& §.pretium.& §.cum autem.& §.emptio.ff.de verb.
oblig.l.si stipuler.§.fi.in locando.secũdum Host.hic & Arch.
27.q.vlt.c.vlt.& facit quod no.Hol.j.eo.tuæ.in gl.licet enim.
3 † dicens,quòd in matrimonio siue in sponsalibus non seret v-
trum verba sint aperta, vel non, dummodo appareat de con-
sensu:vt §.alle.fi.in locando.cum sua gl.Facit etiam quod not.
glo.in d.l.in vendentis.dicens quod si dicam volo tibi vende-
re rem istam pro centum,& tu dicas,volo emere pro decem,
contracta est venditio.sed Pet.de Sap.dicit.s.eod.ex literis.ꝙ
illa verba,placet mihi habere talem in vxorem, & econuerso
placet mihi habere talem in virum,nõ sapiunt matrimoniũ,
quia hæc placentia vel voluntas manet in suis terminis. sicut
& aliud,cum mihi placet vendere tibi librum, aliud cum ven
do: sic ergo secundum eum aliud sit contrahere,aliud qđ pla-
cet contrahere. pro quo facit. ff.de leg.1.l.si in electione.gl.3.
in fi.dicens,quod aliud est dicere eligo, & aliud volo eligere.
nam licet quis dicat volo eligere nõ tamen eligit. Sed Io.An.
videtur dicere.s.eo.ex literis ponderanda verba: quia si dicat
placet mihi desponsare, vel contrahere videtur verum,quod
dicit Petrus nisi communiter in loco suo verba illa aliam in-
terpretationem reciperent. sed si dicat placet habere,videtur
quod hoc plus importet,per ista decreta. Opinio Hostien. &
Archidiaconi, satis potest sustineri de iure:aut non constat de
mente, & consensu contrahentium:& tunc non est matrimo
nium,quod dic,vt leg.& not.j.eod.tua nos.27.q.2.sufficiat.&
ad hoc facit quod dixi.s.eo.ad audientiam.1.dist.versic.idem
4 si sponsalia fiant loco &c. † Si autem quæritur de verbis tem-
poris futuri, tunc refert, aut sunt verba in executionem, seu
complementum fęderis matrimonij designantia, seu impor-
tantia,& quæ referuntur ad factum tantũ,aut non,si sic,tunc
aut illa verba executionem seu complementum fęderis ma-
trimonij importantia,sequuntur alia verba futuri temporis,so
la sponsalia importantia, & referuntur ad illa, & tunc non fa-
ciunt matrimonium:vt si dicat,promitto tibi quod ducam te
in meam,& de cætero tenebo te in vxorem:nam crastina die
contrahet cum alia per verba de præsenti,illi secundæ adhære
re debebit: quia illa verba præcedentia illam clausulam, & de
cætero,cum futuri temporis sint, extensiua sunt, & tractum
habent.ff.de verb.oblig.l. si quis ita stipulatus stichũ aut Pam
philum.ad Tertul.l.filij mater. §. 1. vnde illa clausula sequens
videtur intelligenda secundum significationem præcedẽtis.
ar.ff.de verb.oblig.l.titia.§.idem respondit.s.de appel.secun-
do requiris.Aut non,& tũc faciunt & inducunt matrimoniũ:
vt si vir dicat simpliciter vxori,ab isto tempore in antea,te ꝑ
5 coniuge tenebo,& tibi sicut vxori fidem seruabo:† quia tunc
eadem verba futuri temporis sequentia,intelligũtur iuxta si-
gnificationem præcedentium,quæ sapiunt significationẽ præ
sentis:maxime quia addit & fidem seruabo,vt vxori,secundũ
Hosti.hic,& in sum.eod.titu.rubr.de matrimonio.§.qualiter
sub.§.quid si ita dicat &c.& Arch.in d.c.vlt.gl.vlt. Idem si di-
cat iuro,vel promitto quod de cætero habeo te pro vxore le-
gitima,& econuerso,secundum Bernar.hic in 1.gl.& Ala.Vin.
Phi.Gof.Inn. Host.Pet.& Io.An.hic, & ꝯm Ioan.30.q.vt §.si
quis diuinis.gl.sed nonne.& Gof.in sum. de clandest.despon.
§.sed queritur pone.& Ray.in sum.Idem.s.quod sit matrimo
nium, & si dicat:promitto qđ semper prouidebo tibi,tanquã
vxori:& mulier idem rñdet, nisi aliud protestẽtur,& sint apti
ad cõtrahendũ,& ad hoc veniant.ar.s.eo.ex literis.j.qui ma.
accu.poss.videtur.& hoc satis expressum est.s.de iureiu.quẽ-
admodum.in princ.Idem si dicant inuicem promitto,qui nõ
dimittam te pro meliori,vel peiori: in talibus.n.& similibus
dubijs

dubijs est semper pro matrimonio iudicandum.s.de testibus
licet ex quadam de sen.& re.iud.c.fi.Idem si vir dicat mulieri
tenebo te pro vxore quousque ponatur mihi terra super ocu
los,& sic intelligunt quidam,& ponunt casum.s.eod. ex lite-
6 ris.secundum Ho. hic.†Si autem non sunt verba executionẽ
matrimonij in se importantia,nec ad factum tãtum relata,sed
etiam ad ius,tunc non faciunt matrimonium de præsenti, sed
sponsalia tm̃,vt si diceret, promitto quod contraham tecum,
vel,accipiam te in meam,secundum Inno.hic.Si quæris in fo
ro interiori vel pœnitentiali,& quod ad ecclesiam triumphan
tem,tunc quæcunque sunt verba,si dicat quod non consensit,
nec postea,nec adhuc consentit,non est matrimonium, quod
dic,vt legi.& no.j.eo.tua nos.in fi.Si tamen causa decipiendi,
& tm̃ carnalem copulam extorquendi consensit,quis in aliquã,
si deceptor,veram vult agere pœnitentiam,necesse habet sine
fictione aliqua illam ducere in vxorem,vel si hoc non põt fie
ri debet ei dare virum conuenientem,vel aliter satisfacere,iux
ta testimonium veritatis.Si offers munus ad altare.&c. secun-
dum Rayn.& hoc probatur j.de adult.c.j.& 2.36.q.2.tria.& se
cundum Host.in summa.eod.titu.rubric. de matrimonio. §.
qualiter sub.§.quid si promittat.versic.vbi verò causa decipiẽ
di &c.Sed nunquid per ista verba tantum contrahitur matri-
monium.iuro quod de cetero habeo te pro legitima mea vxo
re,& econuerso,vel etiam detracto verbo de cetero.Io.30.q.5.
§.si quis diuinis.& Goff.in summa titu.de clandesti. despons.
§.sed quæritur.& Ber.& Inno.hic dicunt quod sic per illum §.
si quis diuinis. qui sumitur in aut.quib.mod.nat.effi.leg.§. pe-
nulti.col.6.sed Hug.ibi videtur aliter dicere.s.quod post ma-
trimonium contractum per verba de præsenti, accedant illa
verba de quibus ibi dixi.idem sentit Laur. ibi.& Pet. Lombar
dus in 4.lib.sententiarum.27.distinct.iuxta princ.sed Archid.
in d.§.si quis diuinis.glo.j.prius dictum verius credit, quia ver
bum habeo præsens tempus non excludit,vt dicit Goff.& hãc
sententiam tenet Hostien.in summa hoc tit.rubrica de matri
monio.§.qualiter contrahatur.versi.quod si dicat. iuro &c. &
versic.quid si dixerit.& versi.se.dicens quod qõ dubitationẽ,
non habet,si verbum de cetero fuerit expressum,vt hic, & in
cap.alleg.quemadmo.in princ.quod credo verius de hoc etiã
per glossam super Ray.hoc titu.super verbo volo te de cetero
& per fratrem Ioannem in summa conf.tit.de matrimo. q.4.
sed nunquid & tribus qõnibus seq.& Asten.tit. de causa effi-
ciente matrimonij,arti. 1.q. quid si dicatur viro.& 4. quæstio
nibus sequentibus.

1 *Iurans ducere incertam, an cogi cum certa contrahere possit. 3.5.*
2 *Sponsalia sicut et matrimonium non possunt interuenire nisi inter personas certas.*
4 *Nemo sine actione experitur.*
6 *Is profitens in genere religionem, compellendus est quam voluerit ingredi.*

EX literis siluanaten. Si quæritur, v-
trum iurans ali
quam mulierem non determinatam ducere in vxo-
rem possit præcisè cogi cum aliqua certa, vel incerta
1 contrahere, Distingue.† Aut quæris vtrum in eo casu sponsa-
lia sunt contracta,& ex vi sponsaliorum ad hoc cogi possit. &
dic quòd non,quia incerta sponsalia non sunt sponsalia.arg.30
q.5.nostrates.ff.de testamen.tuto.l.duo sunt Titij.de libertis,
& posth.l.nominatim.vt not.hic in glo.1.ver.sed videtur vsq;
in fi.& hoc probat Innoc. hic dicens,†quod nec sponsalia, nec
2 matrimonium possunt interuenire nisi inter certas personas,
idem Archid.j.eodem c.vnico super verbo,determinatæ.lib.
6.& Guil.& Gen.extra de relig.do.cap.j.super verbo aliquam.
in cle.& Ioan.And.hic. Est verum, quod ex vi sponsaliorum,
incertorum nulla est obligatio, quia si diceres,incerta esse spõ
salia,sequeretur quod quælibet de filiabus Titij fuisset, simul
sponsa,& sic nullam earum habere posset in vxorem propter
publicam honestatem,infra eod.c.vno.in prin.lib. 6. secundũ
Ioan.And.licet Host.in hoc contra. in quæstione huius glo. s.
quando quis iurauit ducere in vxorem vnam de filiabus Titij,
& postea vnam earum carnaliter cognouit,dicens quòd incer
titudo ab initio declarata est ex post facto,vnde in ipsa cogni-
ta firmantur sponsalia.arg.s.de offic.deleg.ex parte.j. & quo
ad forum contentiosum matrimonium est præsumptum. j.e.
is qui fidem.sicut & aliàs ab initio sponsalia conditionalia, &
incerta ex post facto,per carnis copulam pura fiunt j.de cond.
3 appellat. de illis.& c.super eo.& c.per tuas.†Item cum iuraue
rit vnam illarum ducere,nec potest ducere nisi istam,tenetur
saltem in hac domino reddere suum iuramentum.argu.no.s.
de iureiuran. debitores.& hoc satis solutum intelligitur, per
id quod leg.& not.j.de diuor.c.gaudemus.§.quia verò pagani
& §.qui autem.secundum eum hic,& in summa.eod.titu.rub.
de matrimo.§.qualitercunque.q.18.quid si in præsentia.& Bar
to.Brix.in q.dominicali.quæ incipit, quidã propter pacẽ. &c.
& sic dixisse Tancred.quod concedo,ex vi iuramenti,non au-
tem sponsaliorum,cum non sint secundum primos.Aut quæ-
ritur vtrum ex vi iuramenti ad hoc cogi possit,& tunc aut ad
instantiã patris,& ex iure residente in persona patris,& credo
quod non.arg.hic in ver.quo volente.vbi habes ꝙ episcopus,
volebat istum G. compellere ad obseruationem iuramenti,
quasi velit innuere,ꝙ ad mulieris instantiam hoc fieri nõ po-
terat,cum nullum ius in eo habebat.†nemo.n.sine actione ex
4 peritur.ff.de neg.gest.l.si pupilli.§.vlti.de admini.tuto.l. quo-
tiens.§.si item si pro temporali.Aut quæritur,an ex officio su
perioris,& tunc aut iurauit ducere in vxorem vnam incertã,
de certis infra quartum gradum consanguinitatis seinuicem,
attingentibus,vt vnam de filiabus Titij,vel de tali consangui
5 nitate.†Aut generaliter vnam de pluribus seinuicem non at-
tingentibus,puta vnam de omnibus mulieribus mundi.In pri
mo casu,aut vnam ipsarum cognouit, & tunc cogitur illã du
cere in vxorem,cum nullam aliarum ducere possit,& ita intel
ligo opin,prædictam Host.& iura alleg.per Ber.in hac glo.2.
in prin.& hoc tenent Laur.& Goff.& etiam Ber.hic in versi.
sed contrarium est verum,&c.licet Vinc.& Phi. dicant eum,
præcise non compellendum,& præsentiam sibi debere impo
ni de periurio,quia per eum stat arg.s.e.de illis.Aut nullam ip
sarum cognouit,& tunc potest cogi vnam ipsarum quam ma-
luerit ducere in vxorem.& quamcunque duxerit satisfacit suo
iuramento.arg.huius c.In secundo casu potest compelli vnam
de omnibus mulieribus ducere in vxorem,& vnam ducendo
suo iuramento satisfacit siue aliam mulierem cognouerit, si-
ue non,quia hoc non videtur elegisse ꝯm Host.& Ioan. And.
Nam cum iuramentum sit licitum, illud adimplere tenetur,
vt s.de ieiur.si verò.& per totum j.eod.commissum.& hic.
Nam hic iste Gof.non cogitur illam quam iurauit ducere, in
vxorem,vel recipere in vxorem vi sponsaliorum,de quib. nõ
apparet ꝙ interuenerint,sed vt iuramenti,& ex mero officio
superioris non ad instantiam partis,& hoc quod dicũt Ber. &
Inno.hic, ꝙ si iuro accipere vnam de filiabus Titij,nulla spon
salia cum aliqua illarum contracta sunt,locum habet in spon
6 salibus carnalibus,secus in spiritualibus,hoc est in professio-
ne religionis †vt si quis dicat,profiteor vnã de religionibus ap
probatis,quia cum sit religiosus in genere,compellendus est,
per ecclesiam alteram quam voluerit de approbatis religioni
bus intrare,ex quo de voto in iudicio fuerit sibi facta fides.ar
gu.j.de regula.cap.constitutionem.§.pen.lib.6.plus.n. conue
niunt religiones inter se,quam mulieres inter se,maxime quo
ad tria vota substantialia.Vna etiam est ecclesia,& vnus Deus,
nam de occultis iudicare non habet.j. de simon. sicut nobis.
& c.tua.nec in foro pœnitentiali. s.de ætat.& qualit.ad aures.
de voto.per tuas,& j.de pœni.omnis.Nec obst.quod hic dici
tur,quia cum Deus cum quo contrahitur spirituale matrimo
nium,semper sit certus,semper tenet pollicitatio sibi facta.27
q.j.c.j.& 2.ff.de polli.si quis rem. §.voto vt hic not.Host.s.de
censi.ex parte.quæ decretalis,etiam facit expresse pro eo, qđ
4 dictum est.s.quod licet nulli specialiter facta sit promissio si
ue votum,tamen vouens obligatur vt ibi patet, & s.de voto
c.licet.& c.magnæ,secundum Archid.qui hoc idem no. 12.q.
j.c.sancimus,glo.adde hac ratione videtur, & idem Guili. de
Monte.lau.& Gen.extra de relig.do.cap.j.super verbo aliquã.
in clementina.

1 *Vxor detenta à marito repeti potest.*
2 *Inimicus licet possit auferre rem inimici, non tamen eius vxorem.*
4 *Celebrans in ecclesia interdicta an irregularitatem incurrat.*

NOn est. Si qris qualiter maritus potest pete
re vxorem suam.Distinguit Ber.hic
1 in j.glo.cum quo conc.In.†Ho.verò ducit, ꝙ siue
volens,siue inuita detineat vxor, ꝯm canones sim
pliciter petẽda est,quia vxor,& maritus,quia mari
tus vt s.eod.c.proxim.& præceden.nec curat de actione, vt
s. de iudi.dilecti.Et est hic ꝯm Hostiẽ. casus specialis,contra
illam

illam regulam generalem, lis nulla inter patrem & filium esse potest. ff. de iudic. l. lis nulla. & est ratio specialitatis periculum animarum, & fauor matrimonij, & authoritas authoris ipsius .i. Dei contra quem nulla lex potest valere. ẽ. de ma. & obedi. cum inferior. & patet in his quæ no. ẽ. de præben. extirpande. §. 2. & de consue. c. fin. Et qualiter pater potest petere liberos
2 suos, vide ẽ. de conuer. infidelium. ex literis. glo. j. per Ber. & no. secundum Vinc. & Abb. hic. † q̃ licet inimicus possit mihi auferre rem meam, non tamen vxorem. pro primo facit. 23. q. 5. si vos. pro secundo quia potest in hoc imminere periculum animarum. infra de donatio. inter virum & vxorem per nostras.

Super eo. c. ¶ Si quæris vtrum pro delicto vnius alter puniatur, vt dicam, j̃. de pœnis, in quibusdam.

3 Super eo. c. ¶ Ad declarationem glo. Ber. ergo videtur. si quæris vtrum celebrans in ecclesia in qua est cessatio à diuinis, incurrat irregularitatẽ. † Inno. hic in glo. sua. 2. dicit quod sic contrarium tenet. ẽ. de offi. ordin. irrefragabilis. in glo. j. notoria. in fin. sed quod dicit hic, verum est quando sit cessatio authoritate legati, vel episcopi, vel iudicis delegati. sed si fiat authoritate alterius, tunc verum est quod dicit in gloss. contraria, vt no. Guil. aliàs Archid. j̃. de excommunic. is. qui super verbo celebrat. lib. 6. & vide quando notat Io. An. j̃. de offi. ord. si canonici. super 4. gl. in nouella. libro 6.

1 *Fornicarius videns consanguineum contrahere, cum ea quam cognouit, reuelare ei tenetur.*
2 *Cõsanguineus debet credere fornicario reelanti cognouisse quã ducere vult.*
3 *Matrimonium contrahendum an impediatur per reuelationem fornicarij dicentis se cognouisse, quam consanguineus ducere vult.*
4 *Matronæ quomodo debeant visitare mulierem.*

Ræterea. ¶ Si quæris vtrum fornicarius, videns consanguineum suum contrahere matrimonium cum illa quam cognouit teneatur hoc consanguineo suo reuelare, & vtrum eidem hoc dicenti, & reuelanti ipse consanguineus volens con
1 trahere credere teneatur. & per hoc matrimonium impedi tur. Distingue. † Aut quæritur primo vtrum teneatur hoc consanguineo suo reuelare. & dic q̃ sic. 35. q. 3. si homo. vbi not. Lau. & Archid. glo. j. & hic. vers. hoc not. Ber. in j. glo. Host. &
2 Abb. post eum. † Aut quæris vtrum eidem hoc dicenti, & reuelanti ipse volens contrahere credere teneatur, & dic q̃ sic secundùm Lau. Goff. hic. & hic ar. ar. illius c. si homo. vbi dicitur q̃ talis fornicarius teneatur hoc reuelare patri suo cõtrahere volenti cum fornicaria sua, & a peccato prohibere. arg. 2. q. j. si peccauerit. & per hoc frater tenetur credere, & a cõtrahendo abstinere, donec perfectè sciat veritatem, & hoc propter periculum quod vertitur in hoc casu, & hoc fixè teneas secundum Hug. & Archi. in c. alle. si homo. pro quibus facit, quia frustra fieret ei talis reuelatio nisi credere tenetur. arg. ff. de no. ope. nunc. li. j. & j̃. de no. oper. nunc. per totum. Sic a simili, frustra peccator reuelaret facta sua in confessione, nisi sibi crederetur, & ideo sibi creditur in foro pœnitentiali, vt le. & no. j̃. eod. tua nos. in fi. j̃. de pœnit. & rem. c. officij. & c. omnis. de sent. excommu. & c. inquisition. immo quod plus est talis reuelatio aggrauaret conscientiam suam si contra faceret. argum. ẽ. de rescrip. c. vlti. ff. de peti. hæred. l. item veniunt. §. a quo C. de rei vendi. l. si fundum. Vnde hoc casu vbi de periculo animæ agitur ad dictum vnius credere tenetur. argum. eorum quæ leg. & no. j. q. 4. §. notandum. super verbo dixerit. 22. q. innocens. 11. q. 3. non solum. 23. q. 4. quam magnum. licet, Vinc. Tanc. & Ber. hic in j. gl. teneant contra; pro quibus facit dictum Bernardi ad Eugenium hãc tibi generalem statuas regulam. vt omnem qui palam veretur dicere quod in aure locutus est, suspectum habeas. sed primum vtrum dictum verius, est propter periculum animarum, secundum Archi. in c. alleg.
3 si hujusmodi. † Aut quæritur de tertio, vtrum per hoc matrimonium contrahendum impediatur, & tunc. Aut iuramentum non interuenit de matrimonio contrahendo. & dic q̃ sic vt hic. Aut interuenit, & tunc secus, vt j̃. de consang. & affini. c. super eo. fm Bern. & Inn. hic. fama tamen impediret matrimonium contrahendum etiam iiuratum, vt in d. c. super eod. & secundum hoc plus operatur fama, quam testimonium vnius, vbi matrimonium est iuratum ad ipsum impediendum secundum Tanc. Phi. Goff. & Ber. hic, & Io. And. post eos. idẽ in c. alle. super eo. Alij verò supplent hic maximè, nam & si iuramentum interueniret, eadem ratio remaneret, quia si verũ est, quod asserit in perpetuum, non erit vxor, nec ad secunda vota, deficiente probatione plena poterũt conuolare, & sic cõtingit deterius, quod igitur vituperari potest, præuaricari debet. ẽ. de seruis non ordi. c. j. Host. verò dicit, q̃ quia hoc posset fieri in fraudem, vt. f. matrimonium impediretur, vt j̃. de clandesti. desponsi. c. cum inhibitio. §. fi. per quem. §. patet aperte q̃ ad dictum vnius matrimonium impeditur. Nam & secũdum Goffr. hic tenue argumentum impedit contrahendum, sed vehemens exigitur ad dirimendum contractum. 32. q. 1. dixit dñs. & est ratio. ẽ. de iureiur. quemadmodum. §. quod si post huiusmodi. & consulit iudici, q̃ consideret qualitatem personæ testificantis, vtrum sibi displiceat matrimonium, vel non, vtrum sit vilis persona, & infamis, & quæ consueuit passim deierare, vel homo bonæ & integræ opinionis, & alias circunstantias, quæ in talibus occurrere possunt, & secundũ hoc prohibeat fieri matrimoniũ vel concedat. ar. j̃. eo. cum in tua. vbi de hoc in glo. imo & turpis. ẽ. de tranfact. c. fi. de iureiur. c. iuramentum. j. titu. j. attestationes. cum suis similibus. & trahat mulierem ad partem, & videat quid confitebitur, & si dicat se virginem, faciat ipsam inspici, & si reperiatur virgo, pla
4 num est q̃ testimonio istius non est credendum. † caueat tamen q̃ matronæ non decipiantur, diligenter inspiciant cum oculo, & cum manu, & q̃ in talibus peritè sint, & honestæ. 26. q. j. nec aliqua. Nec ob iuramentum præstitum si iudici videatur, q̃ verum sit testimonium, habet. n. conditionem tacitam nisi rationabile quid sistat. vt ẽ. de iureiur. quemadmodum. & quo ad Deum spectat, cuius tota hæc causa est, inter simplicẽ loquelam & iuramentum non est differentia facienda. 22. q. 5. iuramenti secundum. Host. cui non placet opin. prædicta Ber. & Inn. quia est contra mentem. Sed mihi videtur securior argum. a contrario sensu huius c. quod est fortissimum in iure, ff. de offi. eius cui man. est iuris. l. j. §. huius rei. ẽ. de his quæ fi. a prælat. cum apostolica. in fi. nec mirum si Papa qui potest statuere impedimentum super matrimonio contrahendo, vt patet. ẽ. eod. iuuenis. j̃. de desponsi. impuber. c. literas. & c. accessit de eo qui duxit in matrimon. per totum. de cogn. spiritua. & de cogn. leg. per totum. aliud statuit in matrimonio contrahendo sine iuramento, cum iuramentum licitum sit seruandum, dummodo in alterius præiudicium non redundet, nec obseruatum vrgeat in dispendium salutis æternę. ẽ. de iureiu. cum contin. & c. si verò cum suis concor.

1 *Mulier superinducta per virum, super primo matrimonio impeditum an possit se opponere.*
2 *Matrimonij impediendi gratia mulier superinducta, an præferatur viro in causæ prosequutione.*

1 Veniens. ¶ † Si quæris vtrum, & qualiter mulier superinducta per virum, qui p primam mulierem super primo matrimonio impeditur, possit se opponere, excipere, & executionẽ sententię impedire. Distingue. Aut quæris vtrũ admittatur, vt afsistat viro qui principaliter super matrimonio, conuenitur. Aut vtrum sit præferenda ipsi viro in prosecutione. Si causæ vt afsistat, tunc, aut vt afsistat solum nihil opponendo, vel excipiendo, & dic q̃ sic secundum Inn. & Host. & facit. j̃. de procu. c. 2. in fi. lib. 6. cum ibi no. per Io. Andr. Aut
2 vt afsistat se opponendo & excipiendo, & tunc † aut quæris, primo vtrum posit se opponere & excipere ante sententiã, distinctam, aut post. Nam si ante, tunc aut agitur petitorio, & tunc potest proponendo de iure. i. quòd ipse vir est maritus suus legitimus, & non primæ, & hoc siue coram iudice delegato, siue coram ordinario, licet aliàs non sit eius ordinarius vel delegatus. argum. ff. de quibus rebus ad eundem iudicem, eatur, per totum. ẽ. de re iudi. cap. cum super controuersia. aut agitur possessorio, & tunc aut possessorio restituendæ possessionis, & tunc, aut quæris vtrum posit proponere ad impediendum restitutionem viri de proprietate. f. quod prius fuerat sibi desponsata, vel quod tenebat matrimonium cum prima contractum propter aliquod impedimentum, & dic, quod non, nisi forte incontinenti probare vellet. ẽ. de restitutio. spoliato. ad finem. Aut de possessione adipiscenda, proponendo quod ipsa prima mulier nunquam fuerit in possessione viri tanquam mariti, vel quod vir non spoliauit mulierem, possessione sua, sed ipsa mulier virum spoliauit possessione sua, vt

sua, vel alijs legitimis exceptionibus concernentibus possessionem, & dic quod sic, argu. supra de restitu. spolia. cap. solitę c. ex conquestione. & cap. olim causam. & per totum. Si quæris vtrum possit se opponere post sententiam appellando, & executionem sententiæ impediendo, de iure dic quod sic, vt ff. de re iudicata. l. a diuo Pio. §. si super supra de re iudicata. cũ super controuersia. Si quæris vtrum sit præferenda viro in p secutione causæ, dico quod non, quia non ad eam primo loco pertinet defensio huius causæ, & tunc tantum præferri debet tertia persona, vt ff. de re iudicata. l. sæpe. secundum Inno. hic in glo. sua penulti. & vltima. ex cuius dictis sumitur hæc distinctio in effectu. & idem Host. & Io. And. post eum. Per istam decret. determinat Barto. Brix. quæstionem suam domi nicalem, quæ incipit mulier quædam, de muliere contraxit, cum consanguineo suo, qui vir ab ecclesia putabatur esse, eo relicto cõtra interdictum ecclesiæ nupsit alij, sed cum primus eam repeteret, ipsa testibus parentela probauit statim, & sic iudicio ecclesiæ separatur, secundus repetit eam: quæritur, an possit solui, quòd sic, per hanc decr. & idem Tanc. j̃. eo. cum apostolica. in fi. licet Io. dixerit contra per decr. j̃. de eo qui duxit in matri. cum haberet.

1 *Matrimonium carnale contrahendum, non impedit metus non cadens in constantem virum.*
2 *Matrimonium spirituale, leuis etiam metus impedit, & ab eo, excusat.*
3 *Matrimonium contrahendum an impediat metus, cadens in constantem virum. 7.*
4 *Baptismatis sacramentum non impedit coactio conditionalis, neque etiam ordinis sacramentum.*
5 *Metus cadens in constantem virum quis sit.*
6 *Coactio est duplex, absoluta, & conditionata. 22.*

1 Vm locum. ¶ Si quæris vtrum & quis metus impediat matrimonium, contrahendum, Distingue. † Aut est leuis, & vanus, metus, seu talis qui non potest verisimiliter cadere, in constantem virum, & talis non impedit matrimonium cõtrahendum arg. ẽ. de his qui vi met. causa fiunt. cap. cum dilectus. vbi de hoc ff. quod me. causa. l. metum. j. & 2. & j̃. eo. cap. proxi. & c. consultationi. in fi. a contrario sensu & ita potest intelligi. 22. q. 4 c inter cetera. secundum Ioan. ibi in fi. primæ gl. & Ber. ẽ. quod me. causa. c. abbas. minor tamen metus excusat mulierem quam virum. argum. 32. q. 6. indignantur. j̃. de homi. sicut dignum. vt not. Ber. Inno. & Hostien. hic glo. j. & Ho
2 stien. j̃. eo. c. proxi. gloss. penult. quod intellige verum in matrimonio carnali sin spirituali verò, ut in electione, etiam leuis metus excuset, & impedit electionem ipsam, vt j. q. 6. c. si quis autem, vbi hoc not. Archid. & Ioan. Vinc. Phil. Goff. Bernar. & Hostien. j̃. qui clerici. vel vo. cap. insinuante. Aut est metus talis qui potest verisimiliter cadere in constantem, & tũc
3 † Aut homini metum seu coactionem libera & spontanea carnalis copula est secuta, & tunc postquam semel in carnalẽ copulam consensit, non impedit matrimonium immo per hoc, præcedens metus, seu coactio est purgata, vt j̃. cap. proxi. & C. quod met. causa. l. 2. & ita etiam potest intelligi cap. allegato inter cætera, secundum Ioann. ibi in j. glo. in fi. Aut non est secuta, & tunc, aut post huiusmodi consensum coactum coniunx metum passus in domo alterius coniugis, seu cum alio, coniuge voluntariè, & sponte cohabitat, & moram trahit, p annum & dimidium, & tunc non debet audiri metum allegãs vt j̃. eo. ad id quod j̃. qui mat. accu. poss. ca. insuper adiecisti. de eo qui duxit in mat. cap. significauit. & idem credo de minori tempore, si tamen iuxta arbitrium boni viri, sit tale, quod præsumi debeat pro consensu. argum. j̃. titu. j. ex literis. & de desponsa. impuber. cap. vnico. lib. 6. vnde hoc puto arbitrarium, argu. j̃. eo consultationi. secundum Host. qui hoc not. j̃. eo. ad id quod. & Rayn. in sum. titu. de impedimento violentiæ. §. vlti. & glo. Guliel. ibi frater Io. in sum. con. titu. de impedimento violentiæ. q. 4. quid si mulier. & c. & Asten. libr. 8. titu. de cã efficiente matrimo. artic. 4. quæstio. vtrum matrimonium cõtractum. & q. seq. versic. ad hoc not. Aut non cohabitat, cũ eo, & tunc, aut metus tenet alium, seu alios, ab ipsis contrahentibus, & non ipsos ꝓhentes, vt quia consensus ꝓhentium est liber, quamuis parentes habeant instrumentum, & tunc nõ impedit matrimonium, secundum Innoc. hic in glo. 2. in fi. argu. huius cap. & 27. q. 2. sufficiat. & Host. & Ioan. And. post eum. Aut metus tenet ipsos contrahentes, seu alterum contrahentium, & tunc aut metus seu coactio interuenit, vel infertur, super matrimonio contrahendo, & sic super eo, super quo cõsensus requiritur, & tunc impedit matrimonium, & hoc siue contrahens timeat in se, siue timeat in alio, vt si quis patrem, alicuius puellæ vult interficere nisi in cum, vel alium matrimonialiter consentiat, & filia timore mortis patris ducta consentiat, vt hic. & j̃. cap. proxi. & cap. consultationi. & argu. 50. dist. presbyteros. 31. q. 2. cap. j. & 2. & ff. quod met. causa. l. isti quidem. Alij tamen dicunt quod non impeditur matrimonium licet filia timeat mortem patris, secundum Innoc. sed prima opinio verior videtur, quia non potest dici consensus filiæ liberę, ex quo videtur; mortem patri imminere, & tamen in hoc liber, consensus requiritur, vt hic, secundum Hostiensem, & Ioann. And. hic idem Asten. in dicto articulo quarto, quia qd̃ si quis patrem. Aut metus vel coactio interuenit vel infertur, super alio, quam super matrimonio contrahendo, & sic super diuersis interuenit metus, vis, vel coactio, & consensus, vt si quis incarceraueret aliquem pro pecunia extorquenda, & cũ est in vinculis consentit matrimonialiter in aliquam, & tunc tenet matrimonium, quia & tunc potest agere per procuratorem, & per procuratorem consentire, & vsucapere nisi esset captus ab hostibus, & sic seruus factus. Nam tunc consensum non habet ff. de minoribus. l. Papinianus. exuli. ff. ex quib. cau. ma. l. ait prætor. 1. respon. secundum Innoc. idem recitat, Host. non reprobando. Sed tu dic in hoc vltimo contra. per c. dominus. j̃. de secun. nup. quod loquitur vniuersis christianis in captiuitate sarracenorum positis, per quod patet quòd captiuus, vel carceratus potest matrimonium contrahere, quod habet locum etiam in captiuo hostium, vt ibi patet, secundũ Io. And. hic. & ibi idem quo ad detentum in vinculis pro pecunia, no. Asten. vbi ẽ. in quæstione, nunquid potest aliquis, vel nisi captus esset vel detentus ad tale matrimonium con-
4 trahendum. ẽ. de procura. accedens. fm Host. Et no. † q̃ licet, coactio conditionalis non impediat sacramentum baptismi, vt 45. distinct. de iudæis. nec sacramentum ordinis. vt 73. disti. vbi ista impedit tamen sacramentum matrimonij vt hic, vt not. Io. in c. alleg. de iudæis. & in hoc concord. Ioann. And. li-
5 cet sit arg. contra in c. alleg. inter cætera. 22. q. 4. vbi de hoc in 1. glo. & ẽ. quod met. cau. Abb. per Ber. & Host. vbi vide, † & quis metus dicatur cadere in constantem virum, & excuset, dic q̃ metus mortis, & cruciatus corporis, vt in c. alleg. cum dilecti. Item metus stupri & seruitutis siue in persona propria, siue liberorum, siue vxoris, vt in c. alleg. nec timorem. & l. isti quidem. ff. quod met. cau. quos quatuor modos his versibus comprehendes. Excusare metus posse puta quia nescis, Stupri sui status verberis atq; necis. Et in præmissis satis concor. Ray. in sum. titu. de impedimento violentiæ. & Tho. & Petr. & Ala. in scriptis. & frater Io. in sum. confes. titu. de impedimento violentiæ. q. 2. quæ vis &c. De hac etiam materia,
6 dicunt Tho. & Pet. in scriptis quod † duplex est coactio. s. absoluta per vim, & cõditionata per metum, absoluta non cadit in consensum animi, sed cadere potest in copulam carnis, coactio verò conditionata quæ est per metum. quædam verò est sufficiens, quæ potest cadere in constantem virum, & hæc qa impetrat restitutionem in integrum repugnat indiuisibilitati
7 matrimonij, † & ideo excludit matrimonium. s. quo ad Deum & quo ad ecclesiam. Quædam verò insufficiens, quę non cadit in constantem sed leuem, & hoc quia non impetrat restitutionem in integrum, non opponitur indiuisibilitati matrimonij, & ideo ipsum non excludit secundum eos. & idẽ frater Io. in d. q. 2. quæ vis. &c. & Asten. in d. arti. 4. in princ. & hoc concor. cum prædictis.

Super eo. c. ¶ Ad euidentiam glo. est ergo hic, si quæris nunquid si alicui parti locus non tutus per iudicem assignetur, eo ipso exinde valeat appellare. Distingue vt dixi ẽ. de app. ex parte tua.

1 *Metus in quem quis sua culpa incidit, an excuset. 3.*
2 *Matrimonia debent esse libera.*

1 Veniens. ¶ Hic habes quod metus cadens, in constantem in quem quis culpa sua, incidit, excusat pro hoc. ff. quod met. caus. l. nec timorem. & l. seq. sed arg. contra eodem. titu. l. si mulier. in
1 princ. circa quod dictin. † Aut metus ex culpa proueniens, est legitimus, & a iure sumitur ratione interesse, & talis non excusat, vt in l. alleg. si mulier. secundum Goffr. & Host. hic. Fallit in matrimonio, vt hic, † quia debet esse liberum. vt ẽ. eod. cum lo

cum

cum.j.eo.requisiuit. & c.Genia.C.de spon. l.vlti.& hoc not. Ber.ś.quod me.cau.abbas.circa medium glo.ver.& est verum &c.& Host.post eum. & Archi. idem.50.dist. clericum. in gl.
3 sua fi.taut metus est iniuriosus, & talis excusat secundũ Hos. & Goff.& hæc dist.probatur.ff.quod met.cau.l.nec timorem. quia vt ibi apparet quando iure,non potest occidi, non prodest excusatio,sed contradicit.ff.de adul.l.nec in ea,nam in tali casu licet patri vtrunque occidere vt ibi fol.licet hoc dicat lex, tamen canones hoc non admittunt.vel dicas hoc speciale esse in matrimonio propter eius prærogatiuam, vt metus qu amuis legitimus,matrimonium non inducat secundum Goffre. Vel dic quod in casu isto non licuit patri vicinum interficere, quia & si eum reperit in lecto,non tamen in turpi facto. ff.de adulte.l.quod ait.& per consequens iuuentus non habuit, de iure mortem timere,& sic prodest excusatio, quia si pater ve niebat ense euaginato,poterat timere iniustam mortem.vnde & matrimonium ex tali timore contractum nullum fuit,secũ dum Hostien.

1 *Nubere, vel non nubere vtrum magis expediat.3.*
2 *Malis de duobus, minus est eligendum.*
3 *Promotus si miles fiat peccat.*
5 *Iuramentum est seruandum, etiam vbi nulla est obligatio.*
6 *Miles an possit ad ordines promoueri.*
7 *Clericale priuilegium difficilius amittitur, quam beneficium.*
8 *Votum & iuramentum simul emissa, et contraria existentia, vtrum debet adimpleri.10.*
9 *Bona agentes si meliora non faciunt, in conspectu Dei ceciderunt.12.*

Ommissum. ¶Ad declarationem glo. 2. Bern. si quæris vtrum magis expedit alicui non nubere,quam nubere, vel econ-
1 tra. Distingue,† Aut queris de obligato ad matrimonium contrahendum,vel non valenti continere, & tali tutius est nubere quam religionem intrare, & non reddere domino iuramentum,vt hic patet,vnde ergo eo casu expedit nubere, 28.q.1.sic.n.neque secundum Gos.Host.& Io.And.De secundo.s.non valenti continere,patet.1.ad Corint.7.c.& 12.c.verũ in fin.vbi apostolus incontinenti concesit.i. concessum esse, ostendit minima,puta matrimonia,vt maiora,puta fornicatio nem declinarent dicens.propter fornicationem autem vnus-
2 quisque suam habeat vxorem †nam de duobus malis mini-
3 mum est eligẽdum. 12.di.c.j.†Aut quæris de homine nõ obligato, ad regna cœlorum tendenti,& continere volenti,& tali propter sarcinam matrimonij euitandam non expedit nubere.33.q. 5.tũc saluabit.& c.seq.32.q. 7. omnes causationes, Si econuerso obligato ad religionem non expedit,non reddito voto,etiam simplici matrimonium carnale contrahere, licet contractum teneat.j.qui cle.vel vo.c.rursus.& c.consuluit neque spirituale, licet post votum redditum episcopale, securè sumatur.supra de voto per tuas, secundum Hostien-sem hic.

Super eo. c. ¶Si quæris vtrum clericus in minoribus ordinibus constitutus,iurans quòd cingulo militari faciet se accingi priusquam missam celebret,pec cet se militem faciendo fieri, postquam promotus est ad ordines sacros,quos requirit beneficium quod postea est,adeptus, & vtrum factus miles possit ad ordines ,promoueri.Distingue.
4 †Aut quæris primo vtrum peccet faciendo se militem fieri, postquam est ad sacros ordines promotus,& dic quòd sic, qa hoc in promotione sua tacere non debuit, vt patet in eo qd leg.& not.ś.de corpore viti.exposuisti.debuit.n.ante promotionem suam iuramentum adimplere,& postea potuit dũmodo a sequis abstinuerit promoueri. argu.expressum,hic non tamen accuso eum ex eo,qꝰ iuramentum suum seruare voluit,vt hic,& arg.ś.de voto.per tuas :quia tempore illo quo iuramentum prædictum præstitit licitum fuit.arg.22.q.4.§.fi.ergo ip-
5 sum seruare debuit.ś. de iureiur.si vero.†nam & vbi nulla est obligatio seruandum est iuramentum.ś.de iureiur.debitores Vnde ex eo quod istud in promotione sua tacuit,est alias puniendus,vt probat 24.dist.c.fi.50.dist.ex pœnitentibus postq̃ enim aliquis factus est presbyter,non debet fieri miles ne videatur retrogradus & apostata.j.de apostа.c.vt.quidam.& ne videatur descendere, hoc.n.illicitum est.93.dist. legimus.ś.de
6 transla.epis.c.j.& ff.de mu.& hono.l.vt gradatim. † Aut quæris vtrum miles factus possit ad sacros ordines promoueri,& videtur quod non, quia militia clericalis, & secularis videntur contrariæ,vt patet 51.dist. qui in aliquo.ś.de cleri.coniug. diuersis fallacijs. & c. fin. ś. de voto.c.ex multa.22.q.8.§.1. C. de epi.& cle.l.repetita.C.de testamentis.l.consulta.§. diualia. ergo in eodem simul stare nõ possunt, vt patet.ś.de baptismo maiores.§.sed adhuc queritur.in fi.sed dic,quod potest dummodo a seuis abstinuerit promoueri.arg.hic. expressum, ꝓm Host. & Ioan.And.post eum.si vero immiscuerit se seuis. sec us. j.de sent. excommu. cum non ab homine.& ad hoc facit quod dixi.ś.de vita & hone.cleri. c. vlti. in vlti. distinctio. & quod notat Innoc.j.de apostа.c.j.vbi dicit qꝰ militia superueniens non priuat clericum priuilegio clericali,sed bene priuat beneficio,vt ipse not.ś.de cleri.non resi.ex tuæ. nec mirũ,
7 †quia difficilius amittitur primum quam secundum, vt patet in clerico contrahente cum vnica, & virgine, qui non amitteret per hoc primum, sed secundum.ś.de clericis coniugatis p totum.Sed Barto. Brix.in q.domi.clericus quidam in minoribus dicit,quod beneficiatus factus miles,potest pœnitere & redire ad beneficium,dummodo permansisset in possessione aliquid de beneficio recipiendo.

Super eo. c. ¶Si quæris quando iuramentum & votum simplex sibiinuicem contrariãtur,
8 quod illorũ prævalebit & adimpleri debebit.Distingue. † Aut primum est licitum,aut non.si primum est licitum,tunc, aut iuramentum præcedit, & votũ sequitur,vt quia aliquis iurauit se aliquam ducturũ in vxorẽ, & postea vouet,& tunc iuramentũ est seruandum, vt prius contrahat,& postea si elegerit poterit religionem intrare,si copula carnalis non intercessit, post desponsationem vt hic. Tamen quidam dicunt vt Tan. & Vinc.quod nullum votum hic emisit,sed ad votũ hic aspirabat,vnde non dicitur transgressor, etiam si non intret,si am plius non processit.ś.de voto.c.literaturam.secus si votum emisisset,quia tunc intrando religionẽ,non videtur infringere iuramentũ,quia illud in melius commutat. ś.de iureiur.perue
9 nit 2.& voto.c.scripturæ.vnde dicit canon.†qui bona agunt si meliora deliberata non faciant,ceciderunt in conspectu Dei, 17.q.1.qui bona. qui enim non nubit,melius facit quẽ qui nubit.28.qꝰ1.Sed Goff.dicit indistinctè iuramentũ seruari debere quod præcessit.ś.de iureiur.c.veniens.& hoc sicut in duobus iuramentis licitis,vt primum seruetur,vt in eo.c.dicitur. alias si primũ esset illicitum,seruaretur vltimũ licitum.ś. de iureiur.c.ea te,& c.tua.1.& 2.secundum Ioan.de Anch.qui ita notat in sum.sua.rubric.qui clerici,vel vo.§.sed quid, &c. & idẽ Archid. 27.q. 1.c.si quis votũ.super verbo gloss.non iuramentũ.quæ ibi ponit præmissa a principio citra.Ego vero credo sic dicendum. †Aut vtrunque potest seruari, & adimpleri,
10 & tunc vtrunque adimpleri debebit vt hic,licet.Innoc.innuat hic contrariũ,dicens,quod iste non fecit votum, vnde contrahendo non fit transgressor voti.ś.de voto literaturam.& si cõtrahat propositum gerens in mente continendi, & vouendi, non facit contra conscientiã.27.q.2.beata.sed si dixisset Papæ, ego statim volo intrare monasteriũ, respondisset ei intra, & non contrahas, cum ille contractus esset ad decipiendum tũ ꝓm Inno.Sed salua reuerentia tanti patris non est ad decipiendum,sed ad fidem & conscientiã suã seruandũ, & ad iuramentũ adimplendũ.arg.no.per Host.ś.eo.c.in dist.j.Aut nõ,& tũc
2 si sit votũ religionis, vel continentiæ,præfertur iuramento,vt si aliquis iurauit scribere librũ, & postea intrat religionem, quod potest,vt not.li.dist.præterea.& per Inno.ś.de seruis nõ ordi.c.vlti.& per Bar. Brix.in q.dominicali quæ incipit. quidam potestas. & ita intelligo opin.prædictorum. ibi tamen, quidã dicunt &c. Idem forte si primo nubere iurat,& cognoscat carnaliter vxorẽ suã, & postea emittit votũ religionis,vel continentiæ.arg.c.alleg.qui bona.& 19.q.2.duæ sunt,secundũ Lau. & Ioan.An.& idem multo magis si tale votum præcederet iuramentum. j. qui cleri. vel vo.cap.rursus. Si vero votũ non sit religionis, vel continentiæ,sed forte magnæ peregrinationis, vel alterius rei contrariæ iuramento, tunc aut iuramentum præcedit, & est seruandum,aut votum præcedit & similiter est seruandum.arg.c.alleg.veniens.& supra de do.veniens. & ita intelligo dictum Goff. supra cum quo concord. Host. & Asten.lib.8.titu. de impedimento voti. articulo.3.q. quid si simplex.& q. seq.Sed primum est illicitum,secundum verò licitum, secundum,& non primum est seruandum, argumen. capitulo allegato, ea te, & capitulo & tua. 1. & 2. distin. Hostien. supra eodem capit. 1.intelligo de illo qui ingreditur religionem sine voto.

1 Sponsa

1 *Sponsa, an cogi possit sponsalia, matrimonialiter adimplere. 3.*
2 *Causa rationabilis intelligitur excepta in quolibet actu.*
4 *Inuitæ nuptiæ solent malos prouentus habere.*

Equisiuit. ¶Si quæris vtrum sponsus vel sponsa cogi possit, & debeat,
1 contracta sponsalia matrimonialiter adimplere, Distingue.†Aut non tenuerunt sponsalia & tunc, non debet cogi,arg. j.titul.j.ex literis. secundum Ala.Tanc.Vinc.Gof.Ber.Innoc.Hostien.& Ioan.An.ibi. Aut tenuerunt, & tunc,aut vterque tam sponsus, quam sponsa,dissentit, & vult a sponsalibus resilire,& tunc neuter cogi debet, sponsalia adimplere,licet etiam sint iuramenta,vt no. Petr.de Samp.& Abb.j.titu.j.c.de illis.primo quod dic,vt plene leg.& no.ś.e.c.2. Aut vnus solus dissentit, & resilit,altera volente, & petente eadem adimpleri,& tunc refert secundum Vinc.'& Abb.ś.eod.ex.literis siluan. & j.titu.1.de illis, le primier. Aut quis renuit ex iusta, & rationabili causa sponsalia adimplere,&
2 tunc non est finaliter compellendus.ś.de iureiur. c. quemadmod.quod dic vt dixi.ś.eo.de illis. in 2.distin. † in quolibet. n. actu iusta rationabilis causa intelligitur excepta.vt ibi.& ś.de rescrip.si quando.de offic. deleg.ex parte.ff.qui satisd.cog.l.vlti.cum ibi alleg. Aut sine iusta causa renuit sponsalia adimplere, & tunc,aut timetur scandalum ex ipsius compulsione verisimiliter prouenire,& tunc non cogitur, vt hic, secundum Vinc.& Abb.& hoc secundum Host. hic arbitrio iudicis cõmittitur.Quid enim si vir adeo odio prosequitur mulierem, vel econuerso, quod homicidium,vel guerra inde probabiliter, sequi speratur,si contrahere compellatur,dicendum est qꝰ ecclesia debet censuram restringere in hoc casu, alioquin non esset medicinalis,sed mortalis,nec ad constructionem proferretur, sed ad destructionem contra apostolum.2.ad Corint. 10.c.2.q. j. multi.24.q.3.corripiantur.23.q.5.prodest.j.de sententia.excommu.c.cum medicinalis.li.6.Et iste est casus in quo secundum Rayn.aliquis existens in peccato mortali pœnitẽtiam agere non cogitur præcisè. argum.optimum.j. qui cler. vel vo.c.veniens.secundum Hostien. & Ioan.And. post eum. & in hoc satis concor.Ber. in c.alleg.ex literis siluan.& in c.de
3 illis.i.j.titu.proxi.†Aut non timetur scandalum ex ipsius cõpulsione verisimiliter prouenire, & tunc compellitur,vt in c. alleg.ex literis siluan.secundum Vinc.& Abb.ibi.& in c.de illis.i.j.tit.proxi.igitur hoc arbitrabitur bonus iudex.ś.de transac.c.fin.secundum Hostien.& hæc vera intellige quando sponsalia sunt iurata à puberibus,siue impuberibus doli tamen capacibus, vt in c.alleg.ex literis siluan. Idem credo si sint contracta puberibus,licet non sint iurata, quamuis contrarium innuatur.j.titu.1.attestationes.quam tamen decret. intelligo, secundum distinct.præmissam.s.quando timetur de scandalo, & quamuis quidam dicant, quod tunc demum debet ecclesia compellere sponsos ad contrahendum quando iuramentum interuenit,& sic intelligunt.ś.eo.c.ex.literis siluan. & c. sicut, cuius sententiæ videntur esse Rayn.& Ber.in c.alleg.ex literis & j.titu.j.de illis.i.qui non faciunt mentionem de coactione nisi quando interuenit iuramentum, non tamen est quantũ ad hoc differentia facienda,vt 22.q.5.iuramenti.de pactis.c.1. & 3.de arbit.per tuas.j.titu.j.de illis.j.& c.a nobis.& c. ad dissoluendum,vt not.Host.in c.alleg. de illis. glo. fi. in si. Idem videtur tenere Goff.in sum.eod.titu.§.sponsus.vel sponsa.dicens indistinctè,quod pubes dissentientes cogi debet.Si verò ab impuberibus & sine iuramento sint contracta, tunc dic vt leg. & not.& vt dicam in c.alleg.de illis,lo primo. Et vide qd not. Ioan.27.q. 2.raptor.in glo.j.& Archid.ibi in gloss.fin. vbi ipse Archid.dic post Hug.quod sponsus, debet cogi ducere sponsam,de futuro per admonitionem, & comminationem, & forte per excommunicationem.arg.12.q.2.quicunque suffragio. & 27. q. .duobus.Si tamen perstiterit perseuerantes
4 in voluntate sua absoluendus est † quia inuitæ nuptiæ &c. 31. q.2.cap.quod autem. alias pararetur ei laqueus fornicationis, quia semper fornicaretur cum ea, & in tali casu forte loquitur hæc decre. quæ dicit quod libera debent esse matrimonia, vel libera debent esse ab initio secundum Hugo. & Archidi. ibi. de hoc etiam no. Archi. e.causa. & q. e.sed concedatur gl. fin.vbi dicit sponsam cogendam,non tamen finaliter per c, sæpe alleg.ex literis siluan.ś.eo.& Asten.li.7.titu.de effectu sponsaliorum.

1 *Sponso agente de fœdere matrimonij,potest sponsa absente in causa procedi.*
2 *Sponsi postquam resilierunt,possunt cum alio matrimonium contrahere.*
3 *Sponsa debet expectare ad contrahendum matrimonium, maritum præsentem,biennio.*
4 *Sponsa debet expectare triennio maritum absentem,antequam alteri nubat.*
5 *Mors probatur per famam.*
6 *Mors probatur per semiplenam probationem, vel per præsumptionem.*
7 *Mors probata censetur, si absens, attingit centesimum annum.*
8 *Mulier famam mortis viri procurans,tanquam adultera puniendа est.*

IN præsentia. ¶Si quæris, vtrum altero, sponsorum præsente, vel absente,vel altero coniugum in remotis agente, al-
ter eum expectare tenetur,& per quantum tempus. Distingue.Aut sunt sponsi de futuro, aut coniuges, de præsenti, si sponsi de futuro,& quæris per quantum tempus alter alterum præsentem vel absentem, absq; eo quòd cum alio cõ
1 trahat expectare tenetur, & tunc,†Aut alter eorum agit de fœdere sponsaliorum,seu matrimonij futuri proponendo impedimentum canonicum ipsa sponsalia reddens ab initio nulla, & impediens matrimonium contrahendum, & potest, sine parte aduersa procedi iuxta.c.dispendiosam.extra de iudic. in cle. & de verb.signi.sæpe contingit.vt ibi not. siue absente p contumaciam.vt ś.vt lit.non contest.quoniam.frequenter. §. porro.nec tenetur amplius expectare,si sententiam pro se contra sponsalia reportauerit.si verò contra se, tunc dic idem, qꝰ
2 in casu seq.quando non agit.Aut non agit de fœdere, †& tunc, aut in præsentia aut in absentia ambo mutuo dissentiunt & resiliunt a sponsalibus iuxta,c.præterea.j.ś.eo.& hoc constat, & tunc quilibet eorum,seu alter præsens poterit contrahere statim,per iudicem tamen seu licentiam ecclesiæ,ne deterius inde contingat.s.periculum fornicationis,j.qui cle.vel vo.c.veniens 33.q.2.si quod verius.vnde si vno dissentiente datur licentia contrahendi, vt ś.eo.de illis.multo fortius vtroque dissentiente debet alteri dari licentia contrahendi. quod est contra Bern.in c.alleg.præterea. secundum Host.ibi,& in d.c.illis, & id quod scilicet detur licentia contrahendi,ipsi præsenti,intelligo in alijs casibus in quibus soluuntur sponsalia ipso iure, vel per sententiam,de quibus dixi.ś.eod.de illis.dist.2.Aut nõ resiliunt à sponsalibus, nec sunt sponsalia, aliàs dissoluta, & tunc aut est actum,seu conuentum inter eos, vsque ad quod tempus alter alterum expectare ad contrahendum matrimonium,de præsenti teneatur. & illud tempus est expectandum arg.j.eo.sicut ex literis.ś.de pact.c.j.& c.qualiter.& ar.eorum quæ dixi in c.alleg.de illis.distinct.j.ibi,aut fuit pactum factũ, ab initio &c. & hoc nisi fornicationis periculum verisimiliter timeatur,vt sequitur.Aut nihil est actum seu conuentum super hoc inter eos, & tunc secundum Ber.in c.alleg.de illis.tẽpus legale,hoc est triennium est expectandum,vt C. de repu. l.2.quod est verum secundum Host.ibi, quoniam nulla necessitas quod appareat,excuset ipsum,vbi verò necessitas excusat tunc expectabitur quousque necessitas illa cesset,vt ff.de spõ. l. sæpe.& hoc nisi matrimonium nimis protraheretur, & mulier nimis stimularetur,vbi quidem posset ei forsan per ecclesiam subueniri. arg.de eo quod leg.& no.j.de eo qui cogn.con san.vxo.sua.Iordanæ.& ś. de iureiuran. quemadmodum. 2. §.quod si post huiusmodi,& de conuer.coniu.ex publico.sed & si per se contraheret, teneret matrimonium, & daretur ei præsentia de fide mentita,vt j.eod.c.pen.in fin.&ś.de illis.vbi hoc no. Host.Sed Acc.C.de spon.l.2.distinguit sic.Aut sponsus,vel sponsa est præsens in eadem prouincia, aut est absens.
3 †Si est præsens, tunc per biennium expectatur, vt C. de spõ. l.2.si est absens extra prouinciam,tunc aut ex voluntaria causa aut ex probabili tantum,aut ex necessaria." Si ex voluntaria, tunc habetur pro præsente,si ex probabili,tunc expectatur p triennium, vt C. de repud.l. 2. Si ex necessaria tunc expectatur,quandiu abest,vt in l.alleg.sæpe.ff.de sponsa.Iaco.verò de Rauen. non facit nisi duo membra in d.l.2.C.de sponſ. ſ. aut ex necessaria,causa impeditur contrahere matrimonium, & tunc siue præsens,siue absens fuerit expectatur donec necessitas cesset,vt in d.l.sæpe. Aut non impeditur, ex necessaria causa, & tunc non expectatur nisi per biennium, vt in d.l.2. C.de spõ.& hoc credit Cy.ibi verius,& ita simpliciter innuit

glo.

glo. in d. l. fæpe. & ita credo cessante stimulo carnis, seu pericu
lo fornications, aliàs secus. vt ſ. dictum est.. nec obst. dict. l. 2.
C. de repud. quia lex illa non notat iuris ministerium, sed desi
gnat facti accidentia secundum Iac. de Ra. & Cyn. Si sint con
iuges de præsenti, quorum alter est in remotis, tunc aut car-
nalis copula non fuerat inter eos subsecuta, & tunc potest qui
libet eorum inuito altero, religionem ingredi, & inde profite
ri, & alter in seculo remanens potest licitè ad secunda vota p
transire, vt ſ. de conuer. coniug. c. verum, & ca. ex publico, sed
si non ingrediatur religionem, tunc idem quod in casu seq. qm
carnalis copula est secuta. Aut carnalis copula est secuta, & tũc
aut præsens nihil vult proponere contra absentem, nec contra
ipsum matrimonium, & tunc teneas istam decr. s. quod nõ po
test ad alia vota transire, nec etiam ecclesia debebit sibi ei licè
tiam ad hoc dare, donec certum nuncium recipiat de morte,
coniugis. C. de repu. auth. hodie in auth. vt li. ma. & auiæ. §. qd
autem. col. 8. j. de secun. nup. c. dominus. Aut vult proponere
aliquid, & tunc aut contra coniugem absentem. puta de adul-
terio, vel aliàs quam de fædere matrimonij, & non potest, vt
ſ. vt lit. non conte. c. j. Aut contra ipsum matrimonium, & de
federe matrimonij, puta de consang. vel affi. vel alio impedi-
mento canonico, & tunc. Aut coniunx est absens per contu-
maciam, & tunc potest etiam lit. non conte. sententia contra
matrimonium ferti. ſ. vt lit. non cont. qm frequenter. §. porro
Quod intellige siue agatur ad matrimonium impedendum,
siue ad dirimendum, siue ad declarandum, quod dic, vt plene
no. Io. An. extra de iudi. dispendiosam. super verbo matrimo-
nijs in cle. & Guili. de Mon. lau. & Gen. ibi. Aut non est absens
per contumaciam, & tunc dic vt dixi in d. c. j. ſ. vt lit. non con
test. Circa hoc quod dicit istud c. quod mors debet probari per
5 certum nuncium. †dicunt quidam prout Hug. doctor iuris ci
uilis, quod mors potest probari per famã. ar. ff. de his qui sunt
sui vel alie. iur. l. filium. Item aliquem vergere ad inopiam pro-
batur per famam, vt in authen. de æqua. do. §. illud. col. 8, vt
notat glo. C. de iure dot. l. j. ibi item pro hoc. ff. quando act. de
pecu. est an. l. j. in fi. & quod not. glo. ſ. vt lite non conte. qm fre
quenter. §. si autem. in glo. per famam. Sed Rog. dixit debere
probari per testes, vt hic & in concor. alleg. Quidam vero di-
stin. aut quæritur de morte non recenti, vt de morte Caroli ma
gni, vel Rolandi, & tunc creditur famæ, arg. ff. de proba. l. si ar
biter. de aqua plu. ar. l. j. in summa. ac. §. apud namusam. in auth.
vt li. ma. & auiæ. §. quod autem. col. 8. Aut quæris de morte re
6 centi, & tunc per testes probari debet, vt hic. glo. †tamen dicit
quod quantum ad ius succedendi sufficit semiplena probatio
mortis, per vnum testem, vel aliam præsumptionem, vt no. ff.
quemadmod. testa. ape. l. 2. §. si dubitetur quid dicendum. potes
sic dicere saluo iudicio meliori. Aut quis proponit vel asserit,
aliquem mortuum ad finem in quo licet veritas se habeat, in
contrarium non potest periculum animæ imminere, puta ad
finem succedendi, quia si redeat omnia recuperabit, & tũc ha
bet locum quod not. glo. in §. alleg. si dubitetur. Aut ad finem
in quo si ueritas se habeat in contrarium, potest periculum ani
mæ imminere, puta ad finem contrahendi, vbi potest pericu-
lum adulterij imminere, si contrahentes, & de morte dubitan
tes nedum redeant, sed etiam exigant debitum, vel si certifi-
cati de vita non statim recedant à supradictis, contra id quod
le. & no. 34. q. 2. in summa. & c. cum per bellicam, vt hic, in glo.
2. & tunc, aut aliquis dicitur mortuus in loco de quo posset p
bari commode, per testes, vt Parisiis, vel Aurel. & tunc exigi-
tur liquidò probari per testes, sicut in alijs casibus, si verò dici
tur mortuus in loco de quo non posset probari liquidò, vt qa
sit mortuus intra millia hominum conflictantium, vt fuit pri
die. s. post festum Assumptionis B. Mariæ virginis. Anno do-
mini 1346. in conflictu mirabili, & dolendo inter Reges Frã
ciæ, & Angliæ, tunc probatur per coniecturas, & per commu
nem opinionem. ar. ff. de re. mili. l. non omnis. §. à barbaris. vel
7 quia mortuus vltra mare, tunc, †aut tanto tempore affuit, p
iuncto tempore absentiæ cum ætate quam prius habebat, iã
compleuit centum annos. vt quia quidam nonaginta annorũ
iuit vltra mare, vel in guerram, nec auditi sunt rumores de ip-
so, per 10. vel 11. annos, & sic est completa ætas centum an-
norum, quæ est vita longissima hominis, vt ff. de vsu fru. l. an
vsus fructus. C. de sacrosan. eccle. l. vt inter diuinum, & tunc,
probata mors eius intelligitur, vt no. Ia. de Ra. in auth. alle. ho
die. & Ia, de Ra. & Cy. C. sol. mat. l. si quidem. Aut non abfuit,
tanto tempore quòd coniũcta ætate, quam habebat tempore,
quo se absentauit cum tempore abientiæ, nondum compleuit
centum annos, & tunc habet locum istud c. cum suis. concor.

scilicet quod non debet contrahere donec certum nuncium
recipiat de morte viri, puta dominũ, sub quo militauerat, vel
socium suum bonæ famæ, & honestum, qui asserat ipsum vi
disse mortuum. si enim istud coram episcopo iuramento fir-
mauerit, elapso anno ꝫm leges, incontinenti, ꝫm canones nu
bat in domino j. de secund. nup. c. vlti. Si præter hoc nupserit,
ꝫm legem, velut adulteri puniendi sunt, quod intellige ꝫm ca
nones: ex quo certificati sunt de vita prioris, vt in c. alleg. cũ
per bellicam, vt j. de secun. nup. c. dominus. igitur quo ad hoc
vt detur talibus licentia contrahendi, non requiritur plena, p
batio, sed sufficit verisimilis præsumptio, vt hic patet. & in c.
8 alleg. qm frequenter. §. si vero. †Sed si mulier famam mortis vi
ri procurauerit, tanquam adultera punietur. vt ff. de adul. l. mi-
les. §. mulier, secundum Ho. & de hoc vide per glo. super ver.
frater Ray. tit. de impedimento ligationis. super verbo post iu
ramentum. & per fratrem Io. in sum. conf. tit. de impedimen-
to ligationis. q. vlti.

1 *Eleemosynarum prima diuisio.*
2 *Eleemosynæ corporales septem.*
3 *Eleemosynæ spirituales septem.*
4 *Eleemosynæ spirituales, sunt meliores corporalibus.*
5 *Animæ vnius amissio est maius damnum, quam mille corpo-
rum.*
6 *Eleemosynarum secunda diuisio.*
7 *Eleemosyna cordis contentionis præfertur manuali.*

INter opera. ¶Si quæris quot, & quæ sunt genera eleemosinarum, & q
1 eleemosynæ sunt potiores. Distingue. †Aut quæritur
de primo. s. quot & quæ sunt elemosinæ, & tunc, di-
stingue, secundum Thom. in summ. q. 32. articu. 2. quia quæ-
2 dam sunt eleemosynæ corporales, & quædã spirituales. †Cor-
porales sunt septem opera misericordiæ. videlicet, pascere esu
rientem, potare sitientem, vestire nudum, recolligere hospitẽ,
visitare infirmum, redimere captiuum, & sepelire mortuum:
vnde versus, Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.
3 †Item spirituales eleemosynæ sunt septem. s. docere ignoran
tẽ, consulere dubitanti, cõsolari tristem, corrigere peccãtem,
vt hic, remittere offendenti, portare onerosos & graues, &
orare pro omnibus, vnde versus. Consule, castiga, solare, re-
mitte, fer, ora, Ita tamen quòd sub eodem intelligatur consi-
lium, & doctrina. & no. quod portare onerosos est patientia.
Causatur. n. patientia ꝫm quòd est virtus à charitate, secundũ
illud. 1. ad Corin. 13. Charitas patiens est, hoc autem haberi nõ
potest nisi per gratiam, secundum illud, ad Rom. 6. Charitas
diffusa est in corporibus nostris per spiritum sanctum qui da
tus est nobis, vnde patet quòd patientia sine auxilio gratię nõ
habetur. Si quæris de secundo, s. quæ elemosynæ sunt potio-
4 res, dic secundum Thom. ibidem articu. 3. † quòd spirituales,
simpliciter, & absolutæ sunt meliores, quam corporales. Pri-
mo, quia id quod exhibetur nobili est. s. donum spirituale, q
præeminet corporali. secundum illud Prouerb. 4. Donum bo-
num tribuam vobis, legem meam non relinquatis. Secundo, ra
tione eius cui subuenitur, quia spiritus nobilior est corpore,
5 quia sicut dicit Aug. †Maius est damnum in amissione vnius
animæ, quam mille corporum. 24. q. 3. si habes. Tertio quantũ
ad ipsos actus quibus subuenitur proximo, quia spirituales a-
ctus sunt nobiliores corporalibus. & in hoc concor. Ray. titu
lo. de hospitalitate ordinandorum. §. 3. sic etiam comparando
tamen has elemosynas secundum aliquem particularem ca-
sum potest contingere, q corporalis eleemosyna præfertur,
spirituali, puta magis esset pascere fame morientem, quam
docere ignorantem, secundum Phil. Melius est ditari, quam
Philosophari, quamuis hoc sit simpliciter melius, vt no. frater
Ioan. in summ. conf. tit. de hospitalitate ordinandorum. q. 2. &
3. qui in prædictis omnibus concord. & vtrum dare eleemosy
nam, sit sub præcepto, vide j. ibi per eum. qõ. 3. & 4. vtrum da
re eleemosynam & c. & per Asten. lib. 5. titu. de eleemosyna. ar
ticulo. 2. & 3. qui etiam in prædictis omnibus concor. & adde
quod no. Arch. de pœni. distinct. 3. qui vult super verbo elee
6 mosyna, dicens, †quod est eleemosyna triplex. Prima consistit
in cordis contritione, quando aliquis seipsum offert Deo. iux-
ta illud Ecclesi. 30. c. Miserere animæ tuæ placens Deo. de
hac cantatur in ecclesia. Sicut aqua extinguit ignem, ita elee-
mosyna extinguit peccatum. vnde Eccle. 3. Ignem ardentem
extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis. Secunda con
sistit in compassione proximi, qua compatimur alienis aduer
sitati

sitatibus tanquam nostris. de qua Iob 31: Mecum creuit mise
ratio, & ab vtero matris meæ egressa est mecum. Tertia consi
stit in largitate manuali, & aduocatione. s. quam debent præ-
stare aduocati in causis miserabilium personarum, cura corpo
rali, & spirituali, & habetur in quocunque subsidio, & consi-
lio, quod impenditur proximo. de hac dicitur Lucæ. 11. quod
superest, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis
idest, date superflua quæ habetis, & sic ex alijs retentis nullam
immunditiam contrahetis. Ita solet exponi de eleemosyna,
corporali. illud Ambrosij. Pasce, fame &c. 86. distinctio. &c.
6 †Prima eleemosyna maior est alijs. nam illa offert se, quis Deo
tanquam holocaustum. i. totum incensum, sed in alijs duabus
offert se tanquam sacrificium, idest hostiam particularem, ꝫm
Rayn. & Hostien. qui etiam de hoc tractat in summa de pœ-
nit. & remit. §. quis sit effectus veræ pœnitentiæ. sub. §. elee-
mosyna triplex est. de hac etiam legitur. 45. distinct. tria. & ca.
seq. Et nota quod benefaciendum est omnibus. secundum id,
ad Gal. vlti. Dum tempus habemus operemur bonum ad om
nes, benefacientes etiam inimicis. 23. q. 4. c. hæc autem vita.
§. ex his omnibus. & habere debemus misericordiam, super
alterius miseria. Vnde Aug. 9. de ciuit. Dei. Misericordia Dei,
est alienæ miseriæ in corde nostro compassio, cui si possumus
subuenire cogimur. vnde misericordia non est ad se nisi simi
litudinariè, & secundum hoc intelligitur, illud Eccle. cap. 30. &
de pœn. dist. 3. Qui vult, misereri animæ tuæ placens Deo.
Et de hac materia vide 45. distinct. c. tria. vbi dicit tria sunt ge-
nera eleemosynarum, vna corporalis egenti dare quantum po
tes, altera spiritualis, dimittere à quo læsus fueris, tertia delin-
quentem corrigere, & errantes ad viam veritatis reducere, &
c. duæ sunt eleemosynæ. 45. distinct. vbi not. glo. quod qui dat
pauperi eleemosynam non ex charitate, sed vt remoueat à se
importunam petitionem, & rem & meritum perdit. 25. dist. c.
vnum. §. criminis.

1 *Conditio est triplex.*
2 *Conditio possibilis subdiuiditur.*
3 *Conditio potestatiua, quæ sit.*
4 *Conditio mixta, quæ sit.*
5 *Conditionis impossibilis subdiuisio.*
6 *Modus possibilis, quo ad intrinsecum cui adijcitur adimpleri, debet.*
7 *Modus, quo ad extrinsecum cui adscribitur, an pro impleto habeatur.*
8 *Conditionem, quæ verba faciunt.*
9 *Conditio quando, pro impleta vel defecta habeatur. 11. 13. 15. 17. 18. 21.*
10 *Nemo tenetur sibi laqueum parare.*
12 *Quod tacite intelligitur, pro expresso habetur.*
14 *Fraus & dolus non debent patrocinari.*

SIcut ex literis. ¶Ad declarationem isti c. vbi vbi habes in ver. ter
minus, nisi forsan, quòd si certus erat, & per iuramẽ
tum statutus inter. l. virum. & p. mulierem ad contra
hendum matrimonium de præsenti, nec stet per ipsum. l. quo
minus infra illum terminum contrahat, sed per ipsam. p. non
est re vera matrimonium contractum inter eos, immo eo ca
su ipse. l. potest lapso termino cum alia contrahere, habetur ta
men, & reputatur pro contracto. quantum ad hoc, quod ipse,
l. periurium non incurrat. & glo. 2. quæ dicit quod pro comple
ta est habenda conditio. Si quæris vtrum, & quando modus,
vel condicio habetur pro completo, seu completa, & quando
1 non, Distingue. † Ad cuius euidentiam nota, quod multiplex est
conditio, quędam est conditio possibilis, quę se habet ad vtrũ
que ad esse & ad non esse, alia est necessaria, quæ habet causã
certam, & infallibilem. vt si solo oriatur cras, alia est impossi-
bilis. Conditio possibilis subdiuiditur, quia quædam est pote-
statiua, quædam causalis. quædam mixta. Conditio potestati-
ua est illa quæ dependet ex voluntate illius, qui ea impleta lu
crum est habiturus. vt si tibi lego vel te instituo, si scholas exie
ris, in potestate enim tua est scholas exire, nec obst. si dicas, q
hoc non est in potestate tua, cum totus noster status, ex insi-
dijs fortunæ, dependeat, & in perpetuo motu consistat. in au-
then. de non alien. & permu. §. vt autem lex. & C. de vetere iu
re enuclean. l. 2. §. sed quia, nam illa est conditio potestatiua, quę
licet possit casu impediri, tamen non est verisimile, quod im-
pediatur, nec probabile iudicio hominum, vnde debemus nos

referre ad commune iudicium. vt ff. de hæredibus instituen-
3 dis. l. suus. §. puto. † Potestatiua ergo conditio est, quæ in volũ
tate eius, qui ea impleta lucrum est habiturus, si autem nõ cõ
sisteret in eius voluntate, sed alterius, v. g. instituo te si Titius
scholas exierit, non esset potestatiua, sed causalis, secundũ Iac.
de Rauen. C. de instit. & substit. sub conditione factis. l. 1. Con
ditio causalis est, quæ pendet ex insidijs fortunæ, vt instituo te
4 si nauis ab Asia venerit. † Conditio mixta duobus modis acci
pitur. Vno modo dicitur mixta quæ pendet ex facto meo, &
ex casu. vel insidijs fortunæ, vt Titium vltra mare existentẽ,
si ad partes Gallicanas redierit, hæredem instituo, & in ista idẽ
seruatur quod in causali, vt le. & no. ff. de condit. & demonstr.
in rubr. C. de institutioni. & substitutioni. sub conditione
factis. l. si pater. Alio modo sumitur mixta, quæ pendet ex fa-
cto meo, & alterius. & de hac loquimur hic. & C. de instituti.
& substitutioni. sub conditione factis. l. j. Conditio necessaria,
subdiuiditur. quia quædam est necessaria omni certitudine, vt
si sol oriatur cras, quædam vero, quæ non est certa omni certi-
tudine, quia licet certum sit eam existere, tamen nescitur quã
5 do existat, vt ista, si Titius morietur. ff. de condi. & demonst.
l. 1. † Item cõditio impossibilis subdiuiditur, quia quædam est
impossibilis impossibilitate naturæ, vt illa si cœlum digito te
tigeris. insti. de inuti. stipu. §. si impossibilis. quædam impossi-
bilitate facti. vt illa si montem aureum dederis. ff. de statu li.
l. cum hæres. §. j. quędam est impossibilis de iure. vt illa quę nõ
congruit moribus bonis. ff. de condi. insti. l. filius. de verb. sign.
l. nepos proculo, quædam est impossibilis perplexitate, vt illa
Titius hæres esto, si Seius hæres erit, & Seius hæres esto, si ti
tius hæres erit. ff. de conditioni instituendis, l. si Titius. His
visis distingue. Aut modus vel conditio implenda est possibi-
lis, aut necessaria, aut impossibilis. Si modus vel conditio est
possibilis, tunc aut quæritur vtrum modus. vel conditio, est
impletus vel impleta, & dic quòd non nisi realiter impleatur,
6 vel sic, & clarius, licet idem sit in effectu, aut quæris, vtrum
modus vel conditio habeatur pro impleto vel. pro impleta,
quantum ad id ipsum intrinsecum, quod deducitur in modũ
vel in conditionem, hoc est vt id. quod per ipsum modum,
vel conditionem, seu in vi ipsius erat faciendum, vel dandum
sit reuera factum, vel datum, & dic quòd non. nisi realiter, &
formaliter impleatur, vt hic, vbi l. & p. per iuramẽta sponsalia
contraxerunt, & ita quòd intra certum terminum matrimo-
nium contraheretur, certum est quod nisi postea contraxe-
rint, de præsenti expresè, vel tacitè per carnalem copulam,
vel aliud æquipollens, quod modus non est impletus, quo ad
matrimonium, quod deducebatur in modum. Et idem si ma
trimonium deduceretur in conditionem, puta quia contraxe
runt & iurauerunt sponsalia, sub conditione, si matrimonium
intra certum terminum compleretur, vnde lapso termino ip-
se. l. licet per ipsum non steterit, sed per ipsam. p. quo minus,
infra ipsum terminum matrimonium sit contractum, potest
cum alia matrimonium contrahere, quod non posset, si per
hoc quòd per ipsum non steterit, matrimonium, quod dedu-
cebatur, in modum vel conditionem haberetur pro impleto,
formaliter enim debet modus, vel conditio, adimpleri. Et
hoc dicit lex, expresè, si hæres iussus sit facere, vt Lucius cẽ
tum habeat, cogendus est centum dare, quia nemo facere po
test, vt ego centum habeam, nisi dederit. ff. de leg. j. l. si hæres
iussus, de condi. & demonst. l. qui hæredi. in princ. † Aut quæ-
7 ris vtrum habeatur pro impleto vel impleta quantum ad id,
extrinsecum, cui modus vel conditio ascribitur, & quòd ex
eius impletione sequi debet, & tunc, aut quæris de modo, quæ
regulariter ascribitur. vt ff. de leg. 3. l. si tibi legatum. & le. cum
pater. §. Tusculanus. de manu. testa. l. libertas. §. 2. & de condit.
& demonst. l. vlti. C. de his quæ sub modo relin. l. in legatis. &
ff. de condi. & demonst. l. quibus diebus. §. vlti. & tunc, aut stat
per illum, qui debet adimplere modum, quo minus eum pos-
sit adimplere, & tunc non habetur pro impleto, vt in ca-
pitu. isto, & in iure. alle. Aut non stat per eum, qui debet adim
plere, sed per alium vel per casum contingentem, in personã
suam, vel in personam alterius, in quo forte modus adimpleri
debet, & tunc habetur pro impleto, vt in iuribus alleg. & hic.
vbi l. vir per quem non stetit, videtur modum impleuisse, quo
ad hoc, vt periurium non incurrat. argu. j. de reg. iur. c. imputa-
ri lib. 6. & ff. de leg. 1. l. si fundum per fideicommissum. §. Iu
lianus. aliàs est lex, & incipit, si Titio. de leg. 2. l. Lucius. §. qf-
quis hoc membrum ponit Dyn. j. de reg. iur. cap. imputari. li.
6. & Cyn. C. de insti. & substi. sub cond. factis. l. 1. dicit etiam,
ibi Cyn. se audiuisse Dyn. in cathedra super d. l. si fundum, per
fidei-

per fideicommissum.§.Iulianus. distinguentem,quia aut mo
dus fuit causa finalis legandi,aut impulsiua.aut est dubium. In
primo casu si legatarius impediatur implere modum per ca-
sum contingentẽ in persona sua, vel illius in cuius persona de-
bet adimpleri,non habetur pro impleto.sic loquitur.ff.de cõ-
dic.& demon.l.Titio centum.§.titio.in ver.ante nuptias verò,
nam ibi non erat conditio,sed modus, quod patet, quia peti
potest relictum purè,præstita tamen cautione, vt ibi subijci-
tur in ver.seq. sed tamen ante nuptias, & cum altero mortuo
ex his ex quorum facto pendebat modus extinguitur legatũ,
quia ibi modus matrimonij contrahendi fuit causa finalis lega
ti, & ideo eius spe sublata legatum tollitur.argumen.ff.de adi.
lega.l.alumnæ.§.ab hæredibus.alias incipit, Seia liberata. ff. de
dona.l.2.§.fina.& l.seq.Si fuit causa impulsiua,tunc si impedia
tur per casum, habetur pro impleto,vt in §.alleg. Iulianus. si
est dubium dicebat recurrendum ad id quod no.in d.l.2. in fi.
8 ff.de dona.& hoc probabiliter tenere potes addito primo mẽ
bro,quando per eum stat &c. †Aut quæris de conditione quę
regulariter asscribitur per si, & cum,vt ff.de verb.oblig.l.qd'
quandoq; §.vlti.& not.glo.si de condi.& demon.l.j.& C.de his
quæ sub modo.l.1.Item quandoque asscribitur per vel,vt ff.de
leg.2.l.si ita scriptum.§.si pater.item per istud pronomen qui,
& quis,relatum ad verbum futuri temporis,vt ff.de leg.3.l.nu
per.§.vlti. & de leg.2.l.si ita legatum.§.j.Si verò referantur ad
verbum præsentis temporis, tunc faciunt demonstrationem,
& non conditionem,vt est textus de vtroq;.ff. de leg. j.l. sti-
chum.Item asscribitur per ita, vt ff.de condic. & demonstra.l.
Iulianus noster.Item per ablatiuum absolutum relatum ad tẽ
pus præteritum,ante præstationem legati,non dico ante con-
ditum testamentum,vt rogo hæredem meũ vt det Titio fun
dum,acceptis ab eo decem,istud verbum acceptis,conditionẽ
importat,vt ff.de condi.& demonstr.l. à testatore. non autem
per ablatiuum absolutum relatum,ad verbum futuri tempo-
ris, vt rogo hæredem meum, vt det Titio fundum decem ac
ceptis ab eo. ff. de leg. 3.l.si ita legatum.& de an.leg.l. liberto.
§.Lucius. Item per in,vt ff.de condi.& demonst.l.Publius me
uius. Item per verbum quandocunque.vt ff.de condit. & de-
monstra.l.cum vir. Item per dum,vt ff.de condi.& demonst.
9 l.si quis ita legauerit.†Et tunc aut conditio est adimplenda ab
eo cuius interest eam non adimpleri,i.ab eo qui ea adimpleta,
futurus est obligatus.v.g.aliquis vendit mihi decretales suas,
obligatas Titio pro certo precio,sub conditione,si eas redeme
rit intra Pascha, vel promittit mihi centum si ascenderit ca-
pitolium,vel nupserit cum Berta,vel seruum suum manumi-
serit,vel testator,legat mihi fundum,si hæres ascendat capito
lium, & tunc licet stet per eum quo minus ipsam impleat,nõ
habetur pro impleta.vt ff.de contrahen.emptio.l.empti.l. cũ
10 ab eo.2.respon.ver.si vero.& potest esse ratio,†quia nemo te-
netur parare sibi laqueum,seu factum facere,per quod oblige-
tur. C.de actio.& obligatio.l.sicut.Aut est adimplenda ab alio
& tunc refer,aut expresse agitur,vel tacite intelligitur, quod
implementum conditionis, possit per aliquem impediri, aut
non, si sic. tunc aut impeditur per illum, & illo impedito, per
11 quem seu quo expressio agitur,vel tacite intelligitur eam pos-
se impediri † aut per alium,seu alios. In primo casu non habe-
tur pro impleta.v.g. exempla de potestatiua & de mixta,pro-
misi tibi per stipulationem decem, sub conditione, si curren
do priusquam ego,vel quam Titius intrares ecclesiam Pari-
siensem,vel ascenderes capitolium,vel si priusquam ego vel ti
tius tenderes ad alium certum terminum,vel si me,vel Titiũ
ad terram prosterneres,vel saltando seu alium actum exercen
do deuinceres.Exempla de casuali,promitto per stipulationẽ
regi Angliæ qui nunc est ante villam,de Calesio.vel etiam tibi
mille,si rex cederit dictam villam,vel si cũ exercitu suo vene-
rit ad villam Parisien.& illã cæperit,vel si regnũ Franciæ occu
pauerit violenter,quod magis asscriberẽ miraculo, quã casui,
vel fortunæ. In istis.n.omnibus casibus, vel expressè agitur,
vel tacitè intelligitur conditio posse impediri per illum in cu-
ius persona impleri posset,vel per illum cuius interest, de hoc
est casus.ff.de præscrip.verbis.l.si gratuitam.§.si quis sponsio-
nis.alias est sub l.si rem tibi.& hoc notat glo.ff.de verb. oblig.
l.in executionibus.§.vlti.& Ioann.And. j'.de reg.iur. cap. cum
12 non stat.lib.6.†quod .n.tacitè intelligitur non deest,sed ꝓ ex-
presso habetur,vt ff.si cer.pet.l.cum quid.de serui.l.si cui.de ri
tu nupt.quanquã.de iure do.l.res in dotem.In secundo casu,
quando per aliũ vel alio impedimento impeditur,refert.†Aut
per dolũ,vel fraudẽ illius cuius intererat ipsam non impleri,
& tunc habetur pro impleta in eius pręiudicium.v.g.sponsio-
ne facta inter me,& te de currendo,tu ponis clauos vel lapides
sub pedibus meis ne possim currere,vel posita seu inita collu
ctatione inter me, & te.tu facis lapidem vel trabem cadere su
per me,vel alium socium tecum in colluctando assumis, pro-
pter quod impedior te deuincere.arg.ff.de dolo. l. eleganter.
§.fina.& l.seq.& l.arbitrio.§.dolo. & per totum.solu.matr.l. si
ab hostibus.§.si vir. & videtur casus in eod.titu. l. filiæ meæ,
emancipatæ.de diuor. l.si filia. C.de repudi.l. non est dubium
ex quarum legum ratione facta est illa decret.j'.de renun.si te,
14 præbendam.lib.6.†fraus.n.& dolus non debent alicui patroci
nari,sed obesse.s.de rescr.sedes apostolica.in fi.de offic.deleg.
cum olim magister.ff.de rei vendi.l.in fundo. & ita potes in-
telligere.ff.de condi.& demonstr.l.iure ciuili.& j'. de reg. iur.
c.cum non stat.lib.Aut non impeditur per dolum, vel fraudẽ
illius cuius intererat eam non impleri,& tunc subdistingue vt
15 in membro seq.†Si nec expresse agitur,nec tacite intelligitur,
implementũ conditionis posse per aliquẽ impediri, & tunc,
aut erat conditio potestatiua,aut mixta,aut casualis,si potesta
tiua vel mixta,tunc aut ille, qui debet conditionẽ implere,&
in cuius persona est asscripta non impeditur eã implere, si per
eũ stat,quo minus eã impleat, & tunc non habetur impleta,
sed potius pro deserta,siue dependeat ex facto ipsius tantum,
vt C.de institu.& substitu.sub condi.factis.l.1.j. respon.de cõ
di.inserti. l.fin.ff.de conditio. & demonstr.l.hæc conditio, si
capitolium.& l.legata.& l.qui hæredi.§.vltimo.& de cond.in-
stitu.l.quæ sub conditione.§.quotiens inquãtum ibi loquitur
de conditione secundi,siue dependeat ex facto ipsius, & alte-
rius vt hic,vbi matrimonium nõ haberetur pro impleto, quo
ad ipsam.p.per quam stetit,& in §.alleg.quotiens. quando lo-
quitur de conditione dandi,ff.de condictio.& demonst. l. in
testamento.2.versic.sed si vterq; &c,ibi stichi autem portio,
&c.& l.si Titius.à contrario sensu. Fallit in libertate relicta,
seruo sub conditione sibi asscripta adimplenda intra certũ tẽ-
pus,quo casu, refert,vtrum conditio est in dando, & talis non
potest post tempus statutum adimpleri,vt ff.de statu liber. l.si
intra quinquennium.aut in faciendo, & talis potest, vt ff. de
statu liber.l.cum hæres.§.vlti.melius in l.seruus qui testamen
4 to.§.seruus cum hæredi.& l.stichum. §.damam.& de liber.cã
l.Gaius.& sic aliud est in libertate,aliud in matrimonio.Et po
test esse ratio, quia in matrimonio res ipsa non capit tantam
dilationem propter periculũ fornicationis.argu.s. vt lite. non
contesta. c.quoniam. §.j.& notat hic Ber.in glo. sed videtur,
& Hostien.post eum.Aut ille in cuius persona conditio est as-
scripta,impeditur eã implere,& tunc aut conditio erat pote-
statiua,aut casualis, aut mixta,si potestatiua tunc aut pendet,
ex facto meo tm̃,cui ẽ asscripta,& qui ipsam debeo adimple-
re,aut ex facto meo, & alterius,si ex meo tm̃,tunc aut impe-
dior,per eum cuius intererat ipsam non impleri,aut per casũ,
aut per quendã tertium. primo casu dicunt indistinctè glo.ff.
de condict.& demon.l.in testamento. 2.& C.de insti.& sub-
stitu.l.j.& Cyn.ibi & Dyn.j'.de reg.iur.c.imputari.& ca. cum
1 Distingue. †Aut quæris vtrum esse debent libera, in contrahendo, aut in dissoluendo, si in contrahendo, refert. Aut quæris vtrum debent esse libera ab interuentu coactionis per metum, aut per iuramentum, aut ab interuentu arrarum aut pęnæ, aut interesse, aut pignoris. Si quæris vtrum debeant esse, libera ab omni coactione, per metum specialiter cadentẽ in constantem, dic, ꝙ sic, vt ſ. c. proxi. & c. veniens. 2. & c. requisiuit. & c. cum locum. vbi de hoc dixi. Si quæris vtrum debent esse libera à coactione per iuramentum, seu vi iuramẽti, præstiti interponenda, dic ꝙ non, de necessitate iuris, imò, iurans, cogi debet ad obseruationem præstiti iuramenti, siue iurauerit de seipso, quòd contraheret, vt leg. & no. ſ. cod. c. 2. & c. ex literis. siluan: & cap. veniens. 1. & 2. c. & c. commissum. & c. requisiuit. & c. sicut ex literis. ff. de manu. vindi. l. si collectaneus, in fi. siue iurauerit de alio vt curet & faciat quod in se est, quod dic vt legitur & no. ſ. c. ad audientiam. & dicto, c. ex literis siluan. Si quæris vtrum debent esse libera ab arrarum interucutu, dic quòd non, de necessitate iuris. immo arrę possunt interuenire. vt ff. de verb. oblig. l. Titia. C. de sponsa. l. vlt. & de inuti. stipu. l. 2. ꝓm Inno. & Host. hic, & glo. in d. l. Titia, & in alijs legibus allegat. Si à pœnæ interuentu, tunc aut quæris vtrum pœnæ stipulatio possit interuenire inter contrahentes, & dic quòd non, vt hic exponendo verbum in tex. positũ ab ipsa. ſ. filia quæ pœnam promiserat, & in l. alleg. Aut vtrum, possit interuenire inter contrahentium pereuntes. & dic ꝓm Vin. Host. & Io. An. similiter quod non, vt hic exponendo verbum ab ipsa. ſ. Gemma matre, quæ pœnam promiserat. ꝓ hoc ff. de dona. inter vir. & vxor. l. 3. ſ. qui in eiusdem. & de verbor.
2 oblig. l. Titia. in prin. & de hoc ꝓm Host. †accipio parentẽ, nõ solum illũ, qui in potestate hẽt personas contrahentes, sicut accipitur. C. de rei vxo. actio. l. vnica. §. accidit. & de pac. conuẽt. tam super dote l. ex morte. & idem Spec. hoc titu. in princ. §. 1. ad fi. immo & illum qui talibus aliquid attinet, & quem res, in
3 aliquo tangit. †Extraneum autem quem in nullo tangit. Aut quæris vtrum possit interuenire inter extraneos, & tunc, refert vtrum promittant sponsalia fieri nomine mulieris adiecta pœna nomine suo si mulier dissenserit, & tunc non valet, etiã pœnæ promissio, quæ est accessoria principali, quod debet esse liberum. arg. ff. de reg. iur. l. cum principale. & l. cum principali. & j. de reg. iur. c. accessorium. lib. 6. Aut alias bona fide, & sine fraude faciant sponsionem, & tunc tenet, sicut & si sub quauis alia conditione factum esset. institu. de verb. oblig. §. ex conditionali. vt pone duobus loquentibus, de aliquibus sponsalibus, dixit vnus, nunquid fiet inde matrimonium, dixit alter, ego da bo tibi decem, nisi fiat intra decennium, & da tu mihi quinq;, si fiat, & sic adiuuicem stipulantur, ad hoc, ff. de condit. & demonst. l. cum ita. & l. Titio centum. §. j. & l. mulieri. & l. hæres meus. §. fin. C. de indict. vidui. tol. l. j. secundum Hostien. hic, idem glo. in d. l. Titia. ff. de verbo. obligat. † Aut quæris vtrum
4 posit interuenire inter alterum contrahentium, & parentem seu parentes alterius contrahentium, & credo quòd non, per rationem prædictam. & ar. C. eo. l. mulier. Aut quæris vtrũ possit interuenire inter alterum contrahentium, seu parẽtem, aut parentes, alterius contrahentium, ex vna parte, & extraneum ab alia, & tunc refert, aut alter, seu parens vnus, vel plures alterius contrahentium promittit extraneo pœnam, & tunc non valet promissio per rationem prædictam & arg. l. alleg. mulier Aut econtra extraneus promittit alteri contrahẽtium, seu parenti alterius contrahentium, & tunc credo quòd valet, sicut in casu, vbi extraneus promittit extraneo, pro hoc. ff. de condi. & demon. l. hæc conditio. j. l. cum fuerit. l. quotiens. l. filiæ l. in testamento. 2. cum ita. l. hoc modo. & l. si ita legatum. l. Titio centum. l. mulieri & Titio. l. Titiæ. & l. pater seuerinam. & per totum C. de condi. infer. l. legatum. & l. si vxor. nam eo casu ex parte contrahentis est exhortatio præmij, & non pœnæ impositio. ff. de iure do. l. stipulatio dotis. Et est rõ istorum casuum, quia pœna est attendenda ex parte eam promittentis, &
5 non ex parte stipulantis, seu eius, cui promittitur, † & not. qd cessat pœna arrarum, si intra biennium nõ exequitur nuptias C. de sponsa. l. si is, qui. ff. de spon. l. sæpe. Item propter mortẽ, sponsi vel sponsæ. C. de spon. l. arris. Item propter personam, sponsi cum quo matrimonium interdicitur. C. de spon. l. mulier. §. qui ita custodir.. & §. 2. hoc quoque. Item propter minorem ætatem, vnde securius est parentibus, dare, vt in d. le. mulier, secundum Goff. Inno. & Host. Idem Archi. 30. q. 2, vbi in glo. adde nam & matrimonia &c. Aliud est ergo in pœna, aliud in arra, quæ arra data si esset in quadruplum stipulata, & mulier fuisset legitimæ ętatis peti posset, nisi iusta causa nolẽtem contrahere excusaret, vt in d. l. mulier. §. quæ omnia. & C. si nuptiæ ex rescripto pe. l. j. ad fi. sed Ber. hic in glo. stipulatio aliter, qui non bene considerauit veritatem, secundum Hosti.
6 & Archi. †Si quæris vtrum debent esse libera ab interuentu, seu commissione & exactione, interesse, puta mulier diues, est, quam stipulatus sum in vxorem, & quæ promisit mihi me ducere in maritum, contra quam, quia tenuit contrahere, volo agere, ex stipulatione ad interesse, & tunc sunt opiniones, Azo. dixit non reperio agi posse. glo. ciuilis dicit, quòd immo, potest agi ad interesse, in casu vbi pecuniariter interest, vt notatur d. l. Titia. ff. de verborum oblig. & ff. de spon. l. 2. Alibi vero dicit, quòd stipulatio non valet, & sic non potest agi ex ea, vt no. ff. de verborum obligationibus. l. si stipuler. & illam gl. tenent Iaco. de Rauen. & Petrus de bella perti. nam si posset agi quatenus interest, iam esset pœna ex parte promittentis, & tamen negatur simpliciter pœnam peti posse, vt in d. l. Titia. & d. l. mulier. ergo &c. argum. ff. de seruis exportand. l. Titius. Dyn. vero in hac qõne distinguit. Aut agitur ad interesse rõne damni. & tunc in eo quod abest potest agi? quia non est, pœna respectu agentis sed rei prosecutio. Aut agitur ratione, lucri, quod erat futurum de ratione matrimonij, & tunc non potest agi: quia hæc est species pœnæ, vt ff. de furtis. l. is cui. & de damno infect. l. proculus. sed si hoc esset verum, iam ꝑ hoc impediretur matrimonij libertas, & ideo imputet sibi, qui dãnum suscepit sciens, vel scire debens, ꝙ promissio non valet. Vnde credo opinionem Azonis & glo. in l. si stipuler. & Iacobus & Pet. veriorem, ſ. quòd agi non possit. argumento huius
7 c. † quia est eadem ratio prohibitionis, quæ in pœna: ergo idẽ
8 ius. ff. ad l. aquiliam. l. illud. †Si quæris vtrum debent esse libera, à pignoris interuentu, tunc sunt opi. nam Innocen. & Hostiẽ. hic, & Spec. eod. tit. §. j. igitur ad fin. & Archidia. in cap. alleg. vbi dicunt idem in pignoribus. quod in arris, quia pignora arrę dicuntur. C. de remissio. pigno. l. j. Melius facit. j. de donatio. inter virum & vxorem. c. & si necesse, & ſ. de arbitris. c. exposita. secundum gl. in 1. ad leg. Titia. Distingue. Aut datur pignus pro arra, siue loco arræ, & hoc fieri potest, siue ipsum pignus, sit principale, siue accessorium matrimonio, vt C. si rector ꝓuinciæ. l. vna. Ant datur pro pœna siue loco pœnæ, & hoc fieri non potest, vt sit idem ius de accessorio quod de principali C. de legi. l. non dubium. Alij sunt qui distinguunt, vtrum obligatur pignus per conuentionem solam, & tunc non tenet, sicut nec conuentio pęnæ. Aut obligatur pignus per traditionẽ, & tunc tenet, quia est loco arræ, pro matrimonio consequẽdo. ſ. vt sit pignus accipientis, si stat per dantem, vel econtra restituatur per duplicatum, si stat per accipientem, & hoc tenet Iacobus de Are. in d. l. vnica. C. si rector prouinciæ. Tu verò, suppleas istam distinctionem per præcedentem, dicẽdo, quòd aut pignus datur tanq̃ accessorium ad arram, & tunc idem ꝙ in arra. & ita intelligo Innocen. & Hostien. & Arch. Aut datur tanquam accessorium ad pœnam promissam, & tunc idem ꝙ in pœna. ita intelligo opinionem gl. in d. l. Titia. Aut datur simpliciter vt principale non facta mẽtione, de arra, vel de pęna, & tunc tene distinctionem proximam, vtrum obligatur per solam cõuentionẽ sine traditione, vel ꝑ traditionẽ realẽ, ꝓnes diuersitatis, q̃ sequuntur inter pęnã & arrã quæ hoc casu, locũ hẽt. Si quæris vtrũ debent esse libera in dissoluendo, dic qd̃ sic vt ff. de inu. stipu. l. 2. & ff. de ver. ob. l. si ita stipulatio facta fuerit. ꝙ verum qn̄ à promissione pęna vel pactio pęnæ incipit. se
9 cus si à donatione, vt ff. de dona. inter vir. & vxo. l. ea quæ. vt no. gl. in d. l. 2. C. de inut. stip. & d. l. si ita stipulatio facta fuerit. ff. de ver. obl. † Sed quæ est rõ quare in spõsalib. vel matrimõijs valẽt arræ, & nõ pęnæ? rõ est ꝓm Goff. quia cũ arra statim tradit̃ & pęna solũ ꝓmittat̃, si fuerint cõmissa faciliores sunt ad pmittendum pœnam, quam ad soluendum arras. Item quia arræ consueuerunt in parua quantitate dari, pœna consueuit in magna quantitate promitti. Et ideo; timore maioris quantitatis soluendæ facilius possit quis compelli secundum Goff. & idem Archi. in c. alleg. ibi. Vel dic secundum Host. hic & Spec. hoc titu. §. j. igitur ad fi. quod ratio est, quia arra traditur, & in traditione rei suę, potest quilibet apponere pactum. ff. de pact. l. in traditionibus. & retinetur si matrimonium sequatur, in stipulatione uerò pęnę nihil traditur, & ideo in traditione, quæ non fit nullum pactum apponitur, & si contrahatur matrimonium nullum lucrum, nulla retentio speratur, sed potius metus incurritur. si non fiat, vnde quando arra datur quæ stipulatur præsumpsit lex, ꝙ contrahens amicabiliter inducitur propter lucrum retentionis arrę si matrimonium impleatur. in pęna vero non est liber consensus propter metum incussum & timorem pœnæ. vnde non videtur libere matrimonium contrahi si stipulatio pœnę teneret. ergo bene est ꝙ stipulatio reprobetur tanquam odiosa, arrę vero repetitio tanquam fauorabilis conceditur. arg. ff. de libe, & posth. l. cum quidam. ſ. de his quæ fiunt a præla. cum apostolica. & j. de reg. iur. c. odia. lib. 6. ꝓm Host. hic. & plenius per eum in summ. eo. titu. §. j. Sed Ioan. And. dicit ꝙ parum vr get hoc dictum Host. cum & timor perdendi arras, vel restituendi quadruplicatas videatur ẽt libertatem impedire contractus, & ad contrahendum inducere, aliàs non contracturum, quare communius approbatur, prima ratio secundum eum, cui videtur, æquum põderandam ęquitatem arrarum & qualitatem personarum. si enim pauper homo dat magnas arras quis dubitat impediri libertatem ma-
10 trimonij, quare ponderata ratione, puta, non valere. † Et eadem consideratione dicunt quidam stipulationem pœnę tenere, qñ inter locupletes, vel magnates parua pœna promittitur. & secundum istos. l. vlti. de spon. C. ponderauit quod communiter fieri solet. inducũt. ff. de verb. oblig. l. si seruũ. §. j. & vide quod not. Io. An. j. de hæreti. statutum. super verbo compellendos. lib. 6. in nouella. vbi quærit de statuto ciuitatis quod imponit, pœnam contrahenti matrimonium cum filiafamilias sine cõsensu patris per quod Titius qui cõtra fecerit conuenitur ad pœnã coram iudice seculari, an iudex ecclesiasticus possit illi inhibere ne procedat. & licet Bononiæ aliter determinatum fuerit ꝙ non per plures rationes quas recitat, ipse tamen fina liter videtur tenere contrarium. Primo, quia cum sine patris, assensu virum habere non possit metu pœnæ, quo cessante, plures idoneos inueniret, negari non potest, quin iste metus impediat matrimonium contrahi directè vel indirectè, vt di. c. statutum. Item vt no. j. de secun. nup. c. fi. in multis casibus, correctę sunt leges prohibentes ob certas causas matrimonia præcipue, quæ requirunt consensum patris. 27. qõ. 2. sufficiat. 30. q. 2. c. vnu. fortius ergo prohibita sunt statuta id agentia. Item nec impediatur libertas matrimonij prohibetur in eo,
11 apponi pœna, vt hic cum concor. † cum ergo matrimoniũ, & eius dependentia sint ecclesiastici fori, ſ. de ordi. cogni. tuam j. qui filij sint leg. lator. de donationi. inter vxorem. c. 3. merito iudex ecclesiasticus, de hac pœna ne exigatur, habet se intromittere, sicut facit de pœna conuentionali impedientem, libertatem matrimonij, vt hic secundum eum, & credo quòd bene.

1 *Præsumptio diuiditur, in temerariam, probabilem, & violentam. 6.*
2 *Præsumptio, fictio, & indicium, in quo differunt.*
3 *Fictionis multiplices sunt species.*
4 *Fictio an veritati præferatur.*
5 *Præsumptionis diffinitio.*
7 *Præsumptionis violentæ diffinitio, & diuisio.*
8 *Præsumptionis alia diuisio, quædam iuris tantum, alia iuris, & de iure*
9 *Sponsalia copula sequuta, ob impedimentum canonicũ non transeunt in matrimonium.*
10 *Sponsalia copula vi sequuta, etiam cessante impedimento, non transeunt in matrimonium.*
11 *Sponsalia copulà, sine vi sequuta impedimento cessante trãseunt*
12 *Sponsalia an ob copulam sequutam transeant in matrimonium, de foro pęnitentiali.*
13 *Sponsalia non faciunt, hæc verba, promitto, quod te desponsabo.*
14 *Sponsalia contracta sub conditione, quæ est contra substantiam, matrimonij etiam copula sequuta, non transeunt in matrimonium.*
15 *Copula carnalis inter sponsos, an sit peccatum.*
16 *Præsumitur in dubio pro matrimonio.*

IS qui. ¶Si quæris quot sunt species, præsumptionum. distingue ꝓm Host. in sum. tit. de præsumptio. §. quot eius species. & Spec. tit, de p-
1 sump. §. species autem. Quod præsumptionum, † alia est temeraria, quæ surget à malis hominibus, & maliuolis, & ex causis vilibus, puta quia videns aliquẽ semel cũ aliqua loqui, statim præsumit malum, & male, cum dubia in meliorem partem debeamus interpretari. j. de regulis iuris. c. 2. hæc temeraria a iure reprobatur, nec mouere debet animum iudicantis 2. q. j. c. j. 6. q. j. c. omnes. j. de sent. excom. inquisitioni. de simo. licet hely. 86. distinct. si qui verò. 11 1. q. 3. absit. Alia est probabilis, & hæc surgit multis de causis, de quibus in Spec. titu. de præsumptio. §. j. puta quando quis infamatus est, & hæc inducit purgationẽ vt ſ. de probationib. c. sicut cõsuetudo, & c. ad nostram. 2. q. 5. presbyter si à plebe. j. de purgatio. ca. c. j. & 2. & c. si quis de gradu, contra eam tamen admittitur probatio vt 7. q. j. præsentium. ſ. de renuntiatio. super hoc. nec inducit, iudicem, ad sententiandum. nisi cũ talis in purgatione defecerit, vt in iuribus allegatis, & ſ. de cohabita. clerico. & mulierũ. cap. tua. veruntamen licet per se iudicem non moueat ad pronunciandũ, tñ vna cum teste, vel cũ alia simili præsumptione bene mouet, vt ſ. de pręsump. illud. 4. q. 3. c. si testes. §. item sæpe. 35. q. 6. si duo. C. ne de statu defuncto. l. 2. vel mouet iudicẽ ad deferendũ iuramentũ ei pro quo est præsumptio, vt sniam ferat pro eo. C. de reb. credi. l. in bonæ fidei. ff. de iureiur. l. admonendi. ſ. de procu. ex insinuatione. de probationi. sicut consuetudo. Est & alia violẽta, quæ surgit ex verisimili probatione, & dicitur præsumptio iuris, vt si reperiatur chyrographũ cancellatum, ius præsumit debitorem liberatum. ff. de probationib. l. si chyrographũ. 77. dist. scire, in fi. ff. de pactis. l. postq; & l. labeo. Ius etiam præsumit ꝙ nullus resignet personatũ ecclesiæ, & postmodũ recipiat vicariam. ſ. de præsumptionibus quia verisimile. Item præsumit, ꝙ nullus de maiori dignitate libenter transit ad minorẽ. vt ſ. de clericis non residenti. c. j. Itẽ præsumitur ꝙ quis cognouerit vxorem cũ qua diu cohabitauit. vt 27. q. j. nec aliqua. Itẽ si quis iuuentus sit nudus cum aliqua, solus cũ sola, & in lecto iacentes in secretis locis & latebris, præsumitur, ꝙ sint fornicati, vt ſ. de præsump. in literis. Item præsumitur ꝙ quis difficilè continentiam seruet, qui se illicito concubitu maculare non metuit. 34. dist. c. si quis de laicis §. quid ergo. Item præsumitur contra illum qui aufugit. vt ff. de bonis libertorũ. l. si in libertinũ. C. vt oẽs tam ciui. q̃ mili. l. vnica, Item pone exemplum. C. de adul. auth. si quis ei. & l. si qui adulterij. & hoc inducit iudicem ad pronunciandum ꝓ ea, nisi contra probetur. nam contra talem præsumptionem, bene admittitur probatio, vt in prædictis concordantijs. & ſ. de probationib. proposuisti. Nec obstat. ſ. de præsumpt. literas. quia ibi Papa voluit benigne agere, vel dic ꝙ inducit condemnationem in mediocribus criminibus, non in maioribus vt ibi, vel dic ꝙ ibi, vt notauit Ho. & plenius Spe. vbi ſ. ꝙ ibi, est quarta spẽs. ſ. præsumptio necessaria, quam cõiter vocant, magistri iuris & de iure, & hæc inducit probationem idoneã ad pronunciandũ, nec recipit probationem in cõtrariũ, vt hic & j. de sponsation. e impuberũ. de illis. & de condit. apposi. per tuas. Et si velis clarius videre, quot & q̃ sunt gña præsũptionũ
2 & qs sit effectus cuiuslibet, † scire debes, ꝙ est qñq; psũptio, qñq; iudiciũ. Fictio est in re certa cõtraria veritati pro veritate assumptio exemplum. C. de rei vxo. actio. l. vnica. in princi. de sent. passis. l. vlti. instituta quibus modis ius patriæ potestatis solui. §. ab hostib. vel melius. Fictio est simulata intentio, q̃ interdum a iure pro veritate habetur, & bene dico qñq;, vt in iuribus proxi. alleg. & 50. dist. c. ferrum. & ſ. de clericis non residentib. c. ex parte tua. vbi de hoc per Bern. & hic, vbi licet ẽt constaret de cõtraria intentione se carnaliter commiscentiũ, tñ pro matrimonio iudicatur in foro iudiciali. Quandoque tñ talis fictio non habetur pro veritate, vt extra de electionibus
3 c. ꝙ circa in cle. vbi de hoc per Guil. de mon. lau. in gl. fi. † Huius aũt fictionis sunt multiplices spẽs, quædã licitę, & quædã illicitę. ſ. de his quæ vi metusve cã fiunt. c. j. Itẽ quædã intentionis, alia operis, 27. di. ꝙ interrogasti. Itẽ quędã iuris tñ, alia iuris & de iure. vt in cap. alleg. ferrum. & hic. Item quædã facti, licet non cadat proprie fictio in factũ, alia intentionis. ſ. de bigamis. nuper. † Et si quæris vtrũ fictio pferatur veritati, refert
4 Aut q̃ris d fictiõe iuris, aut de fictiõe facti. si de fictiõe iuris refert.

fert.Aut de fictione quæ est iuris,& de iure.i.vbi ius nondum præsumit de aliquo:imo super eo certū ius statuit, vt quia ius absenté pro negocijs ecclesię fingit residere, & sic hoc statuit: vt in c.allega.ex parte tua.& hic & tūc fictio præualet:vt not. in c.allegato.ferrum.Aut est tantum fictio iuris,sicut quod illa quæ per annū velata steterit fingatur,professa.37.disti. quod interrogasti.& tali statur nisi plene probetur contrarium:vt.s. de his quæ vi me. causa fiunt. ca.1. Si de fictione facti: vt puta quod clericus assumat habitum laicalem , vt.j.de vi. & hone. cleri.c.clerici.lib.6.& tunc semper statur pro veritate,nisi probetur causa fictionis honesta,quia fictio de natura sui mala est sicut simulatio. vt not.in.d.c.1.s.qd metus causa. pro hoc.C. plus valere,quod agitur per totum. secundū Guil.de mon.lau. in.c.allegat.quod circa.gloss. vlt.vbi etiam dicit quod fictio lo
5 cum habet in omnibus prædicamentis.vt ibi per eum. † Præsumptio est iure dubia vnius partis,alia parte obmissa assum-
6 ptio,& est triplex vel quadruplex,vt est dictum.† Temeraria, probabilis, & violenta. Temeraria est,quæ ratione caret, vt in iuribus.s.in princip. pro isto membro alleg. Item exemplum in eo qui accusatur, nam eo ipso quod defertur non meretur sentētiam condemnatoriam,vt.C.de accusationibus.l.vltima. 15.q.vlti.c.vlti.nam sępe falso.in quo quam crimina nominantur.2.q.1. multi.in fi.& de tali præsumptione loquitur.ff.de pęnis.l.absentem.& de minoribus.l.deniq;.& ista de iure nullius est effectus,vt ibi.Probabilis est quæ de aliqua ratione concipitur,tamen vt per eam iudicetur lege non cauetur, & huius effectus est duplex.Nam interdum aggrauat probationes in cōtrarium.i.vt apertius per hoc habeat probare, vt.ff.quod metus causa.l.non est verisimile,s.de præsumptionibus.quia veri simile. Interdum inducit purgationem,vt in iuribus pro isto
7 menbro alleg.† Violenta est quando secundum eius vigorem ius præcipit iudicari,& hæc est quadruplex facti, naturę,iuris. hominis.Præsumptio facti multiplex est,quia alia est præsumptio facti præteriti ad præsens,vt qui semel malus &c.vt ff.de re militari.l.nō omnes.§.à barbaris de accusationi.l.si cui §.bisdem.s.de præsumptionibus ex studiis. & capit.mandata 27. distinct.c.quicūq;.& capit.monachus vero nouitius.j.de regulis iuris.cap,semel malus.li.6.de quo dic plene vt ibi per Dyn. Alia est præsumptio facti præsentis ad præteritum. de quæst. de adulterij.l.si qui adulterii.34.q.2.cum bellicam. Alia de præsenti ad præsens.6.q.1.qui crimen. Alia de præsenti ad futurū. l.distinctio.si quis dyaconus. Alia ex præterito circa præteritum.28.distinctione.quia sunt culpę.Alia ex præterito circa futurum,vt.s.de præsump.c.mandata.& cap.scribam.vbi de hoc per.Bernardum & Hostiēsem hic.23.q.5.si apud.ff.de suspec. tuto.l.3.§.quæri potest.C.de suscep.& archa.l.si aliquis.lib.10. Alia de præsenti ad præsens. C.de his qui à non dominis manumittuntur.l.vlti. Præsumptio naturę est,vt qui ex bonis parentibus natus est, bonus præsumatur.ff.de edi.edi.l.quod si nolit.§.qui mancipia.& qui ex malis malus.C.ad.l.iuliam maiestatis.l.vlti. Præsumptio hominis est in debito soluto quod præsumitur debitum, & ideo repetenti onus probandi incumbit.ff.de probationibus.l.cum de indebito.sed & hoc potest dici præsumptio iuris.Præsumptio iuris est duplex.vna iuris tātum:s.quando ius presumit pro vna parte, & tolerat sententiam sic fieri,non tamen dicit ꝙ contrariū non probetur,exēplum.ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris.l. filium. de rei vendi.l. officium.de donationibus inter virum & vxorem.l.quintus.C.de episcopus & clericis.Authentica, licentiam.de probationibus.siue possidetis.Alia est iuris & de iure,quæ sic formata est vt non recipiat probationem in contrariū.pone exēpla.ff.ad velleianū antiquę de regulis iuris.l.res iudi.C.ad macedonianum.l.vltima.& hic in concordantiis.s.pro isto membro allegato. Hostiensis vero in summa titu.de præsumptionibus.§.quot eius.ponit alias tres.s.iudicis,siue contumacię hominis,alia famę,alia qualitatis facti,quas prosequere vt ibi per
8 eum.† Tu tamen si velles posses probabiliter dicere,ꝙ tātum duplex est presumptio,vna iuris tantum, alia iuris & de iure. Præsumptio iuris & de iure est,vbi ius facit & statuit aliquid. Præsumptio iuris est quotiens aliquid præsumimus de iure sed potest probari contrarium. Sed tamen non est absurdū qd etiā ista subdiuidatur in plures vt dixi,licet quælibet ipsarū posset dici præsumptio iuris. & de ista materia vide qd notatur in cap.allegato ferrū.l.distinctione.&.54.distinctione frequēs.

Super eo. c. ¶Si quæris vtrum, & quando sponsalia de futuro per carnalem copulam subsecutam transeant in matrimonium de pręsenti,& vtrum cognòscens sponsam, seu sponsa patiens se cognosci a sponso,ante
9 benedictionem nuptialem peccet. Distingue.† Aut quęris de primo & tunc subest apparens impedimentum canonicum, puta alterius matrimonii iam pure contracti, vt.s.eodem veniens.2.versi,alioquin.vel affinitatis contractę ante ipsam copulā, vel simile,& tunc nō trāseunt in matrimoniū,tū quia impedimētū matrimonii,vel affinitatis vł simile interueniēs nō permittit esse matrimoniū,tum quia copula non inducit sponsalia quę iam sunt rupta per ipsum impedimentum. j. de cōditionibus oppositis per tuas. hoc tenent Laudensis & Ioannes Andreas eodem tit.de illis.in fine.& quot affinitas superueniens soluat sponsalia præcedentia ipso iure notat Hosti.& Ioānes Andreas post eum.j. de eo qui cognouit consanguineā vxo.suæ.c. veniens.1.&.2.&.c.ex literis.& dixi.s. eodem titu. de illis.distinct.2.Item compaternitas siue adoptio superueniens soluit sponsalia præcedētia.j.de cognitio.leg.c.vno.vt not. Hostiensis & Ioannes Andreas.j.de cogna.spiritua. veniens.
11 Aut non subest impedimentum,& tunc.† Aut mulier violenter & inuita est cognita , vt quia ligauit sibi pedes & manus, & tunc non transeunt in matrimonium, vt.j.titu.1.continebatur.§.si autem.&.c.de illis.2.secundum Hostiēsem hic,& in. d.§.si autem.& Ioan.Andre.post eum.Et idem credo si metus cadens in constantem ex parte alterius interueniat.s. eodem. cum locum.cum ibi nota. Aut non interuenit violenta sed metus,& tunc.† Aut loquimur in foro exteriori.iudiciali,& contētioso,& tunc transeunt in matrimoniū vt hic, in quo casu loquitur illud c. & s.eod. ex literis,2. secundum Hostiensem, & Abbatem,& si vir vel mulier diceret,quòd fornicario affectu hoc fecit,non debet audiri, tanquam suam turpitudinem allegans:s.de donationibus inter dilectos.de conces.præbend. cum super.secundum Abbatem cui concordat Astensis lib.8. tit.de causa efficiente matrimonij.articu.2.q.quid si quis. dicens secundum Hostiensem quòd si quis ante carnis copulam protestetur quòd non cognoscet vxorem suam de futuro animo consentiendi, & postea cognoscat pro matrimonio est iudicandum . argumento. s.de appellationibus.solicitudinem, & de offic.deleg.gratum.quod forte verum in foro ecclesiæ,
12 secus in foro conscientiæ.† Aut in foro interiori seu pœnitentiali, & tunc refert. Aut sponsus cognoscit sponsam animo, consummandi matrimonium.vtendo ea,vt iam sua, & tunc, transeunt in matrimoniū,dummodo & illa similē habeat intētionē,& si transeat ad alia vota tenetur redire ad primum,seu ad primam tam. ꝭm iudicium fori iudicialis quam pœnitētialis,vt hic.Aut non animo consummandi matrimoniū,sed vtitur ea,vt fornicaria,vel vt sua in futurū,non vt sua in præsenti,& tunc non est iudicandū matrimoniū in foro pœnitentiali esse consummatū, & si transiuerit postea ad secunda vota,p cōmissum de præsenti non est ei consulendū quod reuertatur ad primā,sed quòd remaneat cū secunda,quia primus contractus qui non peruenit ad effectū matrimonij,non videtur irritare secundū arg.s.eod.veniens.j.& 2.In foro autē iudiciali, iudicabitur,quod reuertatur ad primā. cū qua præsumitur matrimoniū fuisse consummatū,& hanc opinionē cōmunius, & verius tenent doc.sacræ paginę,specialiter Pet.in scriptis, & Tho.idem & Ala.idē Host.& Abb.hic,& frater Io. in sum.cōstitu.hoc tit.rubr.de matri.q.15.sed nunquid. & Asten.libr.8. tit.de causa effici.matri.arti.3.in princ.& concord.Hostien.& Io.And.C.eo tuæ.dicentis,quòd licet in foro contentioso stetur præsumptioni huius.c.in foro tñ pœnitentiali semper stamus veritati,vt s.c.tua nos.Licet quidā dicant ex carnali copula facta aīo fornicandi non matrimonio consūmandi,generari impedimentū sequenti matrimonio.vt hic,vbi dr ꝙ nec verū,nec aliquod censetur matrimoniū,ꝙ de facto, & postmodū subsecutū,& male,nā hæc decre.loquitur ꝭm p̄sumptionē ecclesiæ quæ nō iudicat de occultis.j.de simo.c. sicut tuis. & c.tua nos.32.q.5.christiana.non ꝭm rei existentiā,ꝭm Host.& Pe.& alios doct.vbi s.dicit tñ Host.ꝙ vtile esset speciale statutū per Papam circa hoc fieri cōtra hmōi deceptores,& p̄missa intellige de sponsalib.veris & legitimè contractis.† Nā Vin.
13 not.j.eo.c.proxi.& Io.And.post eū ꝙ per ista verba promitto ꝙ te despōsabo,nō contrahuntur sponsalia ēt de futuro, sed promissio de sponsalibus contrahendis.†Item sponsalia con-
14 tracta sub conditione quæ est contra substantiam matrimonij vtroque consentiente appositione conditionis.non transeunt per carnalem copulam sequentem in matrimoniū de p̄senti. 32.q.2.aliquando ꝭm Inn.Host.& Io.And.j.de cond.appo.c.vlti.& ibi dicam in dist.j. Si quæritur de secundo.s.vtrum cognoscens sponsam,vel sponsa à sponso patiens se cognosci, ante benedictionem nuptialem, peccet mortaliter, refert, secundum

secundum Pet.in scriptis ibi dicendum, ꝙ huiusmodi copula cum quo concor. Astē.lib.8.tit. de causa efficiente matrimonij.art.3.in fi.q.vtrum illi.& de differentia matrimonij.art.1.
15 q.nūquid mortaliter. † Aut facit hoc affectu fornicario,& tūc est mortale peccatum,nec facit vtrū matrimonium, sed tantum præsumptum etiam in foro iudiciali.Aut affectu maritali, & tunc. Aut personæ se taliter commiscentes sunt ignaræ iuris,& ecclesiasticæ consuetudinis, & tunc non est peccatum mortale,quia quælibet iuris ignorantia excusat a dolo.vt not. gl.C.ad leg.Fal.de plag.l.plagij.& regulariter excusat in damno vitando.ff. de iur. & fact.ignorantia l.iuris ignorantia.& l.seq. Aut non sunt ignaræ: & tunc est peccatum mortale:maxime in illis locis vbi ecclesiæ prohibitio scitur communiter,secundum Pet.Sed beatus Tho.dicit simpliciter,quòd sponsa si credens sponsum velle consummare matrimonium admittit eū, excusatā peccato, nisi aliqua signa expressa appareāt fraudis: sicut si sunt multum distantis conditionis, vel quantū ad nobilitatem,vel quantum ad fortunam.Sed opi.Pet.videtur approbare frater Io.in sum.confes.hoc tit.rubr.de matrimonio. q.49.vtrum copula&c.& vide eum in quæstione se.vbi dicit, quòd qui ante benedictionem nuptialem post consensum tamen de præsenti, cognoscit vxorem mortaliter peccat.s.absque dispensatione ecclesiæ,& sine iusta causa hoc faciat in illis locis in quibus consuetum est benedictionem nuptialē adhiberi:& idem si omittantur aliæ solennitates consuetæ.Tamē Hug.notauit.27.q.2.cū initiatur.quòd si quis cognoscat sponsam antequam eam transducat,pœnitentia vnius anni ei indicenda est secundum quosdam canones pœnitentiales, qui ta-
16 men non continentur in corpore canonum.†Ratio autē quare in sacramento matrimonij,præsumitur in dubio pro matrimonio,vt hic.& 33.q.1.si quis acceperit.s.eod.ex literis.s.de re iudi.c.fi.& j.qui ma.accu.pos.c.videtur.secus in sacramento ordinis,vt 68.dist.c.presbyteri.& in sacramēto baptism.de conse.dist.4.paruulos.& in consecratione ecclesiæ.vt de consec.dist.1.solennitates, & secundum Io.in c.alleg.presbyteri. quia sine periculo est si sacramenta illa iterentur: sed periculū esset si iudicaretur non esse matrimonium vbi est.Et intellige ꝙ semper in dubio pro matrimonio iudicamus , vbi non occurrit periculum animæ:aliàs si immineret periculum animę, si pro matrimonio pronunciaremus, contra matrimoniū pronunciemus:vt s.tit. proxi.c.inuenis.vbi hoc no. Host.in gl.fi.

1 *Sponsalia vel matrimonia à parentibus pro filijs contracta,an filios obligent.*
2 *Sponsalia conditionalia ante conditionem extantem non obligant.*
3 *Sponsalia conditionalia post conditionis euentum, pro puris habentur.*
5 *Sponsalia per patruum vel fratrem contracta, pro nepote vel fratre, eos non obligant.*
6 *Matrimonium est quasi quædam seruitus.*
7 *Matrimonium spirituale contrahens, est melioris conditionis quam ille qui carnale contrahit.*

De desponsatione impuberum. Rubrica.

Va. ¶Si quæris vtrum ex sponsalibus, vel matrimonijs,quæ parētes pro filijs contrahunt ipsi filij obligētur, & ex eis oriatur pu-
1 blicæ honestatis iustitia,† distingue.Aut quęritur de sponsalibus cōditionalibus:aut de pu-
2 ris:† si de conditionalib. Tunc dic,ꝙ ex talib. ante conditionem extantē sicuti consensum non habentibus, & incertis, nullus obligatur,nec oritur publicæ honestatis iustitia,vt no. Host.s.tit.1.ad audientiam.licet Inn.teneat contrarium.j.de sponsa.duorum.c.j.gl.hic satis.cuius opi.expres-
3 sè reprobatur.j.de sponsa.c.vnico.§.fi.lib.6.† Sed post conditionem existentem habētur pro puris : & est idem iudicium quod de pueris : vt ibi,a contrario sensu . Si quæris de pueris:
4 † tunc aut parentes contrahunt sponsalia,vel matrimonia pro talibus filijs qui non habent consensum legitimum ad sponsalia contrahenda:vt quia sunt minores septennio intellectu carentes.j.tit.1.literas.& c.accesit. &.c. duo pueri vel furiosi.s. tit.proxi.dilectus.& tunc non obligantur, nec inde oritur iustitia publicæ honestatis , cum consensum non habeant , sine quo quod agitur frustratur effectu : vt est casus. 30.q.2.vbi.j. eo.c.vnico.in prin.lib.6.argu.s.tit.proxi.c.tua nos.Nec mirū, quia ex quo filij non possunt contrahere matrimonium per se, per consequens nec parentes pro eis.arg.ff.de admi.rerū ad ci.perti.l.2.47.dist.sicut hi.j.de sepul. licet pater.lib.6. Quod verum nisi postea venientes ad statum habilem ad contrahendum, contractum factum per parentes ratificauerint sciēter, alio cum quo extitit contractum in primo consensu perseuerante : vt in d.c.vbi.& d.c.vnico. in prin.& §.porro.ver.& est idem & statim sequitur. Aut contrahunt pro talibus filijs qui habent consensum legitimum ad matrimonia seu saltem sponsalia contrahenda, & tunc aut parentes contrahunt filijs expresse contradicentibus,& tunc non obligantur filij,nec exinde oritur iustitia publicæ honestatis:vt 30.q.2.vbi.j.eo.c.vnico.lib.6.§. porro. ibi nec contradixerint à contrario sensu, vt in versi.alle.& hoc tenent Arch.& Io.An.ibi.Fallit in casu vbi postea inter eos sponte carnali copula interuenit,quia tūc rata videntur habere sponsalia suo nomine contracta,vt no.Inn. j.eo.ex literis.& Host.post eum.Aut contrahunt filijs nō contradicentibus:& tunc aut ipsis filijs mandantibus,& tunc pin de est,ac si ipsimet filij contraherent.j.de procu.c. vlt.lib.6.& de reg.iur.c.qui per alium.eo.lib.ita quòd secundum ætatem quam habent filij valent sponsalia,vel matrimonia,vel non valent,& obligantur filij,vel non obligantur.Aut filijs non mandantibus,& tunc aut eis expressè cōsentientibus,& tunc idē, vt in d.§.porro.& 27.q.2.sufficiat.& 32.q:2.honorantur.& c. nec illud.s.de conuer.coniug.ex parte.& in c.alle.vbi.Aut filijs non consentientibus expressè, & tūc,aut eis præsentibus, aut absentibus.Si pœnitentibus,& non contradicentibus,tūc perinde est ac si ipsimet filij contraherent,ita quòd si sint legitimę ætatis ad sponsalia,vel matrimonia de quibus agitur contrahenda obligantur,& ex eis oritur iustitia publicæ honestatis,vt in §.alleg.porro. Si vero non sint ætatis legitimę,de qua ætate vide per Ber.j.c.proxi.gl.2.secus , licet debeant saltem de honestate adimplere factum parentum,vt hic. Si eis absentibus,tunc aut postea scienter ratificauerunt expressè,vel tacitè huiusmodi contractum,& tūc obligantur, & inde oritur iustitia publicę honestatis, vt ff.de sponsa.lib.4.& 5.& est expressum in §.alleg.porro.ver.& est idem.quod intellige sane, alio cum quo parentes contraxerunt in eodem consensu perseuerante,aliàs secus,vt dixi in simili.s.tit.proxi.c.dilectus.& est expressum.j.de procur.c.vlt.lib.6.cum ibi no.Aut non ratificauerunt postea nec expressè,nec tacitè, & tūc nō obligantur, nec inde oritur iustitia publicę honestatis secundū Inno. & Host.hic pro quibus est casus expressus.27.q.2.lex diuina. & quorum opinio est approbata in §.alleg. porro in fi. vbi Io. And.super verbo tacitè in nouella dicit, quòd non putat filiū tacitè consentire vel filiam,licet certificatus vel certificata taceat. imo quòd necessarius est actus per quem euidenter pateat ipsius consensus per istud.c.2.rñ.Nec obst.extra,de pcu. c.2.aliàs primo.in cle.quia ibi non simpliciter tacet, & reprobatur opi.Ray.in sum.tit.de sponsa.§. pone quòd pueri.& Pe. de samp.& hic Abb.qui per istud.c.dicebant cum hic dicatur quòd pater filium nondum adultum potest cui vult matrimonio tradere,quòd ex sponsalibus contractis à patre etiam filio non consentiente oritur iustitia publicę honestatis,& nitebatur hoc probare per c.j.eo.accesit.ad fi.quod nihil facit vt ibi no.& de hoc no.27.q.2.§.item apostolus. quæ ibi fuit sententia Lau.Hug.& Io.de quo per Guil.in d.c.vnico.gl.3.j.eo.lib. 6.& videtur secundum eum in §.alle.porro.gl.3. quòd non sine ministerio.dicit tex.ibi quòd ex sponsalibus quæ parentes pro filijs puberibus vel impuberibus contrahunt, ipsi filij si præsentes fuerunt nec contradixerunt obligātur,& ex eis ori
5 tur iustitia publicę honestatis. † Ex quo videtur innui, quòd si talia fierent ab alijs, vt puta patruis vel fratribus non obligarentur per tacitum consensum, quod verum est secundū Inn. qui hoc no.s.de restit.spol.ex parte.in prin.glo.2.& hic,& de matri.contrac.contra interdic.ec.c.1.in glo.expressè & c.Nec obstat.s.eo.ad id quod. quia ibi ad persuasionem vitrici mulier alij nupsit,vel mulier postea sponsalia eius nomine contracta rata habuit,licet cōtra propriam voluntatem:& hanc sententiam tenuerunt Ala. Tan.Vin.Gof.& Ber.in d.c.1.& hoc teneas secundum Guil.ibi.& 27.q.2.cum societas.super verbo non consentiente.quamuis Host.videatur sentire contra. in d.c.1.j.de ma.contracto contra interdi.eccle.& Io.An.in d. §.porro.& male vt credo, quia si idem voluisset Papa intellexisse de alijs,hoc expressisset.s. de decimis. ad audientiam. & quia quod de vno dicitur &c. s.de præsump.nonne.& hoc tenet Io.And.in nouella.in d.§.porro.dicens quòd sufficit taciturnitas præsentium,quando per parentes contrahuntur:sed ratificatio expressa requiritur in alijs . Et quod dictum est de parentibus intelligit Ioan.And.in d.c.si infantes.super verbo inducta

inducta etiam de matre,sicut & de ipsa dicitur quòd potest of
ferre filiũ religioni.20.q.1.c.2.& q.2.c.j.& no.s̃.de regula.c.2.
Nec obstat quòd mater filium in potestate non habet. s̃. de
conuer.infide.c.2.quia nec illud.d.c.si infantes.Distinguit,an
filius sit emancipatus vel ne,ſm eum.Et de ista materia notat
Host.in sum.eo.tit.rubri.de matrimonio.§.& quæ sponsalia.
vbi ex his patet.& Asten.lib.8.ti.de causa efficiente matrimo
6 nij.articu.4.q. vtrum aliquis præcepto.† vbi dicit, ꝙ cum in
matrimonio sit quasi quædam seruitus perpetua,pater nõ po
test cogere filium,cum sit in hoc liberę conditionis,ad matri
monium contrahendum,vt hic : sed potest eum inducere ex
rationabili causa,[&] tunc sicut se habet filius ad causam illam:
ita se habet filius ad præceptum patris:vt si causa illa cogat de
necessitate, vel honestate:& præceptum similiter cogat,aliàs
non. Nec obs.quod dicitur ad Collo.3. Filij obedite parenti-
bus vestris per omnia,quia non intelligitur simpliciter,& vni
uersaliter, sed de omnibus pertinẽtib.ad potestatem paternã.
Nec obst.quòd pater spiritualis,s.Papa potest cogere aliquem
ad matrimonium spirituale, s.ad accipiendum episcopatum :
quia Papa habet maiorem potestatem super membra eccle-
7 siæ,quàm patres carnales super filios.† Et pręterea contrahẽs
matrimonium spirituale est melioris conditionis,quàm con-
trahens carnale ſm Richardum,Thomam & Petrum.

1 *Aetas quæ requiratur ad matrimonium cõtrahendum.nu.3.et 4.num.5.& 8.*
2 *Matrimonium licitè contrahunt potentes coire, quamuis sint minores duodecim, vel quatuordecim annis.*
4 *Puer quidam nutricem suam impregnauit.*
6 *Puella quædam nouem annorum concepit & peperit.*
7 *Puella quædam octo annorum,fuit Parisijs deflorata.*
9 *Naturalia aspiciuntur ad virginitatis, & membri apti probationem.*
10 *Naturalium inspectio non fit ad probandam pubertatem.*

PVberes. ¶Ad declarationem gl. 2.& gl.vlti.
Bernardus.Si quęris,quę ætas requi
ratur, vel est apta ad matrimonium cõtrahendum,
& vtrum volentes contrahere in naturalib.inspici
debeant.Distingue. Aut quæris de primo,s.quæ ætas requiri-
1 tur ad matrimonium contrahendum:& tunc.† Aut quęris de
illis de quibus constat perfici experientiam, ꝙ hæ sunt poten
2 tes coire, & carnale debitũ reddere † & in talib.sufficit quæ-
libet ætas,etiam minor.14.in masculo.& minor.12.in fœmi-
na:vt notat Innoc.hic,dicens ꝙ de habente.14.annos,& non
potente coire fuit dubitatum,an possit contrahere matrimo
nium:sed de potẽte coire licet sit minor.14.annis certum est
ꝙ contrahere potest:quia certũ est &c.quasi dicat dicit Host.
& Io.And.post eum,hæc probatio alicuius temporis expecta
tionem non requirit:quia plus est factis, quã tempore:vt pa-
tet.s̃.tit.1.c.fi. Vnde licet non præsumatur potens minor an-
nis quatuordecim vel duodecim.Hæc tamẽ est præsumptio
iuris tantum, vnde admittit probationem in contrarium : &
ideo si de facto ostendatur contrarium,magis credendum est
oculis proprijs , quam tali præsumptioni:quare ex quo appa-
ret de copula,liquet quod malitia siue probitas supplet ætatẽ:
vt hic in fine , & j̃.eo.à nobis.& c.seq.& eandem opinionem
tenet expressè Io.30.q.2.in sum. in fi.per istud.c.& per c.de il
lis.j̃.eo.& arg.l.quæ dicit,quod non potest nupta videri, quæ
vtrum pati non potest.ff.quando dies leg.ced.l.pen.ergo a cõ-
trario sensu,si potest pati virum,nupta videtur.Idem Goffre.
Host.& Io.And.j̃.de eo qui cogni.consan.vxor.suæ.c.Iorda-
næ.& maxime in muliere cuius vas semper paratum est.Vn-
de consueuit dici quod adeo magnum rostrum , habet picula
sicut pica,secundum eos.ibi idem Innoc.j̃.eo.duo pueri.gl.2.
& Tan.& Vinc.& Host.j̃.eo.de illis.vbi exponunt tex.pote-
runt carnali copula coniungi.subaudi.& eos coniunctos fuis-
se constiterit:vt in d.c.a nobis. Nam aliter constare non pote
rit:an possint carnaliter commisceri cum sint impuberes.Sed
Inno.ibi notat quod in decret.illas satis videtur innuit in ma-
trimonio illam solam dici proximam pubertati,quæ cogno-
sci potest.arg.hic.& sic secundum Host.si sint proximi puber
tati, quod patere potest secundum Inn.ex lanugine, vel facti
experientia,& malitia suppleat ætatem : quanuis carnalis co-
pula non fuerit inter eos , non possunt adinuicẽ dissentire.idẽ
etiam Inn.j̃.eo.c.fi.gl.fi.quod indistinctè verum est secũdum
Gof.qui dicit quod est casus illius decre. de illis.2.& hoc ipse
no.ibi.idem tenent Bern.& Abb.ibi & Io.An.j̃.eo.ti.c.vnico.
super verbo supplebat.lib.6.Quid.n.dicit Io.And.si puer mĩ
nor.14.annis,multas mulieres cognouit,mulier minor.12.an
nis,a plurib.sit cognita,hi contrahunt matrimonium.quid ha
bes dicere,matrimonium præter carnalem adinuicem copu-
lam non tenere:sed Arch.in d.c.vnico,super verbo malitia.dĩ
cit,quod non dubitat sententiam Tan. Vin.& Host.esse verã.
3 † Ego vero Henricus credo eam veram in casu vbi carnalis
copula interuenit inter ipsos sponsos:& in casu vbi non inter
uenit inter eos,sed vt inter quẽlibet ipsorum,& extraneos,vt
in exemplo prædicto Io. An.in quo casu intelligo veram opi.
Gof.& aliorum.Aliter vbi non miscuerunt se carnaliter inter
se,vel cum alijs,credo quod non est matrimonium:vt j̃.sequi
tur in versic.aut quæris de illis de quibus non constat &c. Et
hoc quod dictum est quod vbi per facti experientiam cõstat
de potentia coeundi,quod est matrimonium,verũ est secun-
dum Host.& Io.An.etiam si masculus sit nouem annorũ,tan
4 tum † sicut narrat Grego.in dialogo,de illo puero qui nutricẽ
suam impregnauit,vt no.j̃.de eo qui cogni.consan.vxor.suæ.
c.Iordanæ.idem dicit Hiero.ad vitalem, de puero decem an-
norum , & idem dicerem de puella,etiam si esset minor septẽ
5 annorum,dummodo discerneret.arg.s̃.tit.j.iuuenis.† Et bre
uiter ex quo esset doli capax semper dicerem matrimonium
consummatum:cum & talis consentire possit. insti.de oblig.
quæ ex delicto nascun.§.in summa.ff.ad Silla.l.excipiuntur.&
j̃.de delic.pue.c.1.Secus si esset trium annorum tantum:quia
tunc non crederem matrimonium esse,cum talis non discer-
nat,neq; consentiat.30.q.2.vbi.sicut nec furiosus.s̃.tit.1.dile-
ctus.quia talis furioso comparatur. ff.de arbitris.l. diem pro-
ferre.§.coram. ex quib.cau.in poss.ea.l.si pupillus.secuudum
Host.& Io.An.licet. G.naso.dicat.j̃.eo.continebatur.§.si aũt
fuerit.per illam literam,tunc per carnalem copulã matrimo-
nium consummari,quando sponsa cognita erat.11.vel 12.an.
vel huic ætati proxima.Alij dicunt quod cũ sit maior septen-
nio consummatum est matrimonium.j̃.eo.a nobis.& c.de il-
lis.2.quod putat verius Io.de deo.& probatur in d.c.iordanę.
dictum Host.verius credo.Aut quæris de illis de quibus non
constat per facti experientiam,quod possunt coire,seu carna
le debitum reddere:& tunc tam secundum leges,quam secun
dum canones requiruntur.12.anni,completi in fœmina,vt ff.
de ritu nup.l.minorem & j̃. eo.continebatur.& in viro.14.an
no.nec ante tempus completum præsumam potentiam, nisi
facto ostẽdatur,& probetur:vt j̃.eo.attestationes.& hoc not.
Bern.s̃.c.proxi.gl.2.& j̃.eo.c.fi. & Host.post eum ibi.& c.at-
testationes.licet Gof.j̃.eo.continebatur.& ipse Gof.Ber.Inn.
& Abb.dicant.j̃.eo.de illis.2.sufficere minorem ætatẽ, dum-
modo ex lanugine,vel aliàs ex habitu corporis appareat quod
6 malitia suppleat ætatem.cum quib.concor. † Albertus.in scri
ptis dicens,mihi videtur quod de distantia a pubertate secun
dum plus & minus determinandum est secundum diuersam
dispositionem membrorum,& sagacitatis:quia ego vidi puel
lam de qua communiter perhibebatur quod nouem annorũ
existens conceperit,& peperit puerum cum complere incipe
ret decimum annum.Et philosophi dicunt quod quidam den
tati nascuntur,& lanuginosi,& pilosi in locis genitalibus,& ci
tius maturantur quam alij ad coitum:& puto quod hoc varia
tur regionib.calidis,& siccis sicut & ipsa imprægnatio,& cor-
poris incrementum.hæc Albertus.† Ego etiam Henricus vi
7 di Parisius coram officiali Parisien. quendam ciuem Parisien.
conquerentem de quodam famulo suo qui deflorauerat quan
dam filiam suam octo annorum,& qui in carcere ob hoc de-
tinebatur:Et credo quod isti male dicant:quia corpulentia nõ
arguit calorem naturalem,seu potentiam perfectam,saltẽ ta-
8 lem quæ tollat præsumptionem iuris . † Sed in isto casu.s.vbi
est pubes:refert vtrum potest coire:& tunc est matrimoniũ,
vt hic in fi.aut non: & tunc aut quis est frigidus vel maleficia-
tus,& tunc non est matrimonium : vt j̃.de fri.& male.c.quod
sedem.secundum Inno.& Hosti.quod intellige,vt dicam ibi.
aut aliàs, & tunc dicit Ber.hic in gl.2.& j̃.eo.continebatur.gl.
sed quando.in fi.& c.attestationes.gl.forte per vim.quod non
est matrimonium.idem tenet Io.30.q.2.in sum.etiam Ala.in
prima compilatione.eo.tit.c.3.quod hodie non habemus.sed
Inno.& Host.hic tenent cõtrarium:dummodo masculus im-
pleuerit.14.annũ,& fœmina.12.vt hic.vnde versus. Vir quar
todecimo:mulier nubit duodeno.& ita dicit Hosti.potes in-
telligere in auth.de temp.non solu.pec.super dote.§.& si qui
dam.colla.7.vbi dicitur,quod hi qui nuptias contrahunt non
minus quam.15.annorum,ad hoc procedãt:quia egressus.15.
ann.est ingressus.15.sicut aliàs legitur.32.q.1.cum renuntiat,
vel

vel secundum magistros ibi notat factum,& non ius.sed & si
tres dies tantũ deficiunt de numero.14.annorũ,habent.5.pro
completis.arg.C.de erro.aduo.l.3.secundum Host.& Io.An.
hic, & j̃.eo.attestationes.& idem innuit glo.j̃.eo.c.vnico.§.1.
super verbo non proxi.li.6. & per illum.§. sed & si aliquis.15.
vel 16.anno.non potest vxorem cognoscere,nihilominus est
matrimonium, ex quo compleuit legitimam ætatẽ:& si mu-
lier dicat se velle fieri matrem:iu lex expectabit quousq; ma-
sculus.18.ann.impleuerit:& postea per mẽsem,vel per duos:
& si nec adhuc potest separentur seruata solẽnitate. de qua ha
bes no.j̃.de fri.& malefi.c.1. Et est ratio:quia aliqui puberes in
illa ætate sunt impotentes procreationi filiorũ, qui post trien
nium redduntur potentes.in auth.de nup.§.per occasionem.
colla.4.in qua ætate si adhuc sit impotens, pro certo naturali-
ter impotens reputatur.& sic per secũdam præsumptionem ,
quæ est iuris & de iure,& naturalis est,& non fallit,prima præ
sumptio enumeratur.s̃.de elec.cum inter.§.penu.illa.n.ætas.
18.ann.dicitur plena pubertas in masculo:vt ff.de ali.leg.l.me
la.& post ea præsumitur naturaliter potens,& quod ignorare
9 possit secundum Host.† Aut quæris de secundo principali,s.
vtrum volentes cõtrahere naturalibus inspici debeant,& tũc
aut quæris vtrum debeant inspici quo ad virginitatis & mem
bri apti probationem , & dic quod sic. & ita loquitur. 27.q.1.
nec aliqua.s̃.de proba.causam quæ.j̃.de frigi.ex literis.& c.fra
10 ternitatis.& c.fi.† Aut quo ad probandum pubertatem:& tũc
nunquam fit talis inspectio,imo numero annorum probatur.
vt hic.idem in matrimonium spirituali.s̃. de regula.c.ad no-
stram.& c.significatum.& in tutela. vt C.quando tu. vel cura.
esse desinant.l.indecoram.& instit.qui.mo.tut.finitur.in prin.
secundum Host.& Io.An.licet Bern.hic in glo.vlti.in fi.con-
trarium innuere videatur.

1 *Sponsalia contrahi non possunt ante septennium completum.*
2 *Sponsalia rite contrahuntur a proximo septennio, si malitia supplet ætatem.*
3 *Sponsalia ante legitimam ætatem contracta,an sint valida.*

ACcessit. ¶Si quæris , quæ ætas requiratur, &
est apta ad sponsalia contrahenda: &
vtrum ex sponsalibus ante ætatem legitimam con
tractis oriatur iustitia publicę honestatis . Distin-
gue. Aut quæris de primo.s.quæ ætas requiratur ad sponsalia.
1 † & dic quod regulariter septẽ anni completi tam in viro quã
in muliere:vt ff.de sponsa.l.in sponsalib.2. & hic & s̃.c.proxi.
& j̃.eo.duo pueri.in quib.c.demõstratur apertè quod in spon
salibus septimus annus,debet esse completus,ad hoc vt spon
salia contracta sibi vinculum aliquod introducant:licet in ma
trimonijs secus , dũmodo sint proximi pubertati,& doli capa
ces:vt j̃.eo.de illis.2.& c.tuę.& in hoc concordan.Io.27.q.2.si
quis desponsauerit.& Tan. Ber.& Inno.s̃.eo.c.2.& Archi.30.
q.2.cap.vbi gl.de hoc,& in sum.ibi.Fallit vbi mulier est tenta-
ta,& malitia supplet ætatem,vt quia est sex annorum,& dimi
dij.vel amplius.vt s̃.tit.proxi.iuuenis. secundum Inno.ibi.&
arg.j̃.de delic.pu.c.1.Et in hanc sententiã concor.Hug.Laur.
2 & Io.qui dixerunt †septennium debere esse cõpletum regula
riter,nisi ita essent proximi septẽnio,quod essent capaces in-
telligentiæ hoc ipsi notant.30.q.2.in summa idẽ Gof.in sum.
de sponsa.§.& no.& Tanc.& Ala.s̃.de sponsa.iuuenis.vbi di-
xit Ala.quod tenent sponsalia si est doli capax,& 6.ann.& di-
midij vel pluris.& Ala. Vinc.& Gof.hic.idem sentit Hosti.in
sum.eod.tit.§.si quis possit.& s̃.eo.c.puberes, & facit ad hoc
ꝙ le.& no.j̃.eo.duo pueri.& j̃.de delic.puer.c.1.& de consec.
dist.4.c.pen.sed prima opinio,quæ dicit indistinctè non con-
trahi sponsalia,nec publicæ honestatis iustitiam, nisi septen-
nium totaliter & integrè sit completum,vt hic.& s̃.c.proxi.
videtur verior,per c.si infantes.in prin.j̃.eod.lib.6.secundum
Guil.ibi in gl.cum ista litera, cum istud sit tempus a iure limi
tatum,quod non videtur habere aliquam exceptionem in iu-
re scriptam . Videtur tamen, ꝙ hæc regula patiatur exceptio-
nem vbi malitia supplet ætatem, & mulier tentata fuerit se-
cundum Guil.ibi.quod credo verum.Et idem vbi contrahẽs
esset per tres dies circa septimum annum.arg.s̃.ti.1.iuuenis.
de elec.in causis.& de regularibus ad nostra, vt not.Hosti.s̃.c.
proxi.super verbo compleuisset.& j̃.c.proxi.Quod intelligo
dummodo habeat consensum,& intelligat quod agitur, aliàs
secus.Et hoc videtur dicere Hug.30.q.2.in sum.dicens quod
si ante septẽ annos,contrahunt,non tenet nisi probetur con-
trarium,quod ante erant doli capaces,& poterant consentire.
6 consuetudine contraria.j.eo.c.vlt.† Si prima sunt de præsenti: & secunda de futuro:tunc multo fortius quam in præcedenti casu debent priora præiudicium posterioribus generare:quia si illud de quo magis videtur inesse nõ inest,nec id de quo minus.ff.de seruis expor.leg.cui pacto.j.de sen.excom. cum illorum.32.q.5.si Paulus.6.q.1.imitare.Si prima sunt de futuro & secunda de præsenti,tunc posteriora tanquam firmiora prejudicant prioribus, vt in d.c.si inter.2.respõ.& hic.1.respõ. nisi antequã secunda de præsenti contracta forent prima transiuerit in matrimonium præsumptum de præsenti.ẽ.de spon. veniens. 2. & c. is qui. & hoc intelligas verum quando priora sunt legitima,aliàs posteriora firma manent, quãuis cõtra interdictum ecclesiæ contracta,vt ẽ.de spon.cum in apostolica Item hoc intellige quando vtraq; sunt publicè contracta , secus si priora sint clandestina,quod dic vt dixi.ẽ.tit.proxi.cum inhibitio.dist.1. Item præmissa intelligas quãdo apparet quæ sunt priora,& quæ posteriora,aliàs videtur danda illi cui consentit.C.de nup.l.viduæ.1.qõ.7. sancimus , ar.opti.ẽ.de re iu. c.vlti.& de reb.dubijs:l. si fuerit.in fin.Sed si in neutrum vult consentire,meliori & ditiori videtur danda . Quod si omnia sunt æqualia,dicunt quidã quod forte dirimitur per iura prædicta.& 21.dist.cleros.& hic à v er.si quæris de secundo.citra quasi omnia in effectu ponit Hostien. in sum.eod. titu.§.quæ quilibet.per totum.§. & de testi. §. quæ diuersitates. ad finem versus,quid si duo.

1 *Inualidum ab initio an temporis tractu conualescat . 3.*
2 *Impuberis testamentum non valet licet postea ipse efficiatur maior.*
4 *Quod est aliquid ipso iure non tamen in effectu,potest temporis tractu conualescere.*

ACcepisti. ¶Ad declarationem gl.2.Ber.hic, si quæris vtrum illud quod ab initio non valet tractu temporis conualescat.Distin-
1 gue . † Aut quæris de eo quod ab initio est nullum omni nullitate,aut de eo quod ab initio non est nullum omni nullitate, sed est ipso iure aliquid non tamen in effectu.In primo casu refert . Aut quæritur de his quæ de necessitate desiderant seu respiciunt initium,& tunc vera est regula quod illud quod ab initio nõ valet tractu temporis non conualescit vt hic, & ff.de reg.iur.l.quod ab initio.j.de reg.iur.c.non firmatur.hb.6.& pone exemplũ.1.q.1.principatus.vbi non conualescit sy moniacus ingressus.ẽ.de elec.c.dudum.1. & c.audi tis.vbi electio quæ fuit nulla ab initio non cõualescit , quia in ea inspicitur initium.j.de rescrip.si eo tempore.lib.6.vbi expectatur imperrans ætas quam habebat impetrationis tempore.ad idem de sentent.excom.licet eo.lib.vbi excommunicatio , quæ nulla fuit ab initio non conualescit. ff. qui & à quib. mali. fiant.l. si seruo. vbi libertas relicta seruo alieno non valet,licet postea efficiatur seruus testantis.ad idem institu.qui. non est permissum facere testamentum.§. præterea.& §. fina.
2 † vbi testamentum furiosi vel impuberis non valet, licet postea efficiatur sanę mentis vel maior . Ad idem. 16.q.3.§.pen. ver.quod ab initio.26.q.2.c.vlti.C.ad l.Cor.de Falc.l.licuti.& ff.de regula cathoniana.l.1.institu.de leg.§.an seruus.2.q.1.in primis.infra , de eo qui duxit in ma.c. 2. ad fidem facit quod no.Accur.ff.de iudi.l.licet.& C.de iure fisci.l.instar.lib. 10.dicens quod processus iudicialis factus, vel sentẽtia lata per priuatum nomine iudicis sine delegatione,seu commissione præcedente non valet , nec poterit postea per iudicem ratificari . Idem tenet Io.9.q.c.1.& Arch.ibi in gl.vlti.& Inno.ẽ.de offi. deleg,prudentia.gl.sed quid si iudex.& Host.ibi.& Bern.in gl. 2.in fi.& Spec.tit.1.§.superest videre.ver.quid si committẽs & tit.de sententia.§.sequitur videre.ver.quid si nulla.& Card. infra,de offi.ordin.Romana.super verbo foraneos.lib.6.melius infra,de reg.iur.c.ratihabitionem.in fi.& c.ea quæ.eo.lib. & G.infra,de off.dele.cũ plures.super verbo porro.in fi.eo.li. & Io.And.infra,de re iudi.c.pen.glo.3.eod.lib.vbi dicit quod in sententijs non habet locum ratihabitio . Idem Pet. de Bel. perti.& Cy.C.qui pro sua iurisdictione iudi.dare dari ve posi. l.vnica.licet Ber.supra,de foro compet.significasti.gl.vlti.ver.
3 episcopus vero contrarium dicere videat † Aut quæritur de his quæ non respiciunt de necessitate initium,vt spõsalia,vel matrimonia.supra , de sponsa.c. veniens.2.& c.ad id quod.& despon. impu. literas. accessit. continebatur & per totum. & tunc Aut subest vel superuenit impedimentũ perpetuum impediens perpetuo illud quod ab initio non valuit conualescere in futurum, & tunc non potest conualescere.vt infra,de eo qui duxit in ma.quam pol.per adulte.c.2.& 3.& fin.& per totum.vbi matrimonium cõtractum cũ secunda muliere adultera per virum adulterum carnaliter cognita viuente vxore legitima , illa vxore mortua postea etiam per nouum consensum interuenientem confirmari non potest, quia ibi est impedimentum perpetuũ proueniens ex adultero & desponsatione.legitima viuente,vt ibi.licet ergo superueniat casus,mors scilicet,legitime à quo potuerat cum secunda matrimonium inchoari,remanet tamen impedimẽtum prædictum propter quod nouus consensus nõ potest inducere matrimonium cũ secunda.Aut non subest vel superuenit impedimentum perpetuum impediens illud quod ab initio non valuit conualescere,& tunc refert secundum Dyn.in c.alleg.non firmatur.Aut adhuc durat causa impediens , aut cessat , & nulla superuenit confirmans . Aut simul cessauit causa impediens, & superuenit confirmãs. In primo casu vera est regula simpliciter quod ab initio non valet,tractu temporis non conualescit,vt in l.alleg.quod ab initio.& l.pen.eo.tit.& in d.c.non firmatur.ff.de appel.si expresim.& de le.3.l.1.cum concor.ibi alle.In secundo casu idem.ff.de verb.oblig.l.inter stipulantem.& §.sacram. de testamentis.l.eius qui.& l.si filius.de le. 1.cætera.in prin.C. de legi.l.seruus.institu.de leg.§.an seruo. & in concor.pro primo membro alle.In tertio casu,scilicet,quando cessauit causa impediens,& superuenit causa confirmans,tunc quod ab initio non valet postea conualescit,vt ff.de serui.rusti prędi.l.per fundum.communia prædio.l.est receptu.vbi habes quod constitutio seruitutis à fundo communi plurium sociorum facta per vnum eorum non tenet ab initio , & tamen confirmatur alijs consentientibus quandoq; per eandem viam.facit.C.de contrac.iudi.l.vna de nup.l.& si cõtra mandata.ff.de ritu nup. l.si quis in senatorio de leg.3.l.1.§. si filius. de hære.insti.l.qui soluendo.& de condi.insti.l.mulier.§.1.de leg. 1. legata inutiliter.& l.qui in rerum na.§.1.j.despon.impu.c.vnico, lib.6.ẽ. de despon.impu.c.à nobis.& c.seq.& c.literas.& c.accessit.& per totum.j.de coniug.seruorum proposuit.16.q.1.c.vlti.12. q.2.si qua de rebus.Io.tamen in c.alle.si qua de rebus.dicit qd contractus factus per clericos vacãte sede,tenet ipso iure,sed restituitur ecclesia secundum Tan. Goff.& Ber.ẽ.ne sede vacan.c. 1.dicunt contrarium,s.quod non tenet ipso iure, & dicunt ibi rescindi quantum de facto processit , & de eo quod potest postea haberi ratum,dicũt quod est speciale fauore ecclesiæ. ad idem.3. quæst. 6. hæc quippe. 2.q.1. in primis.ẽ.de pactis.quotiens de transac.1.j.de accu.ad petitionem.& quod
4 notant Ber.& Host.j.de sen.excom.à nobis.1.gl.fi.† Si quæris de secundo casu principali,s.de eo quod est aliquid ipso iure,non tamen in effectu,dic quod tale potest tractu temporis conualescere.arg.ẽ.de elec.quòd sicut.§.sin autem.ff.de adop. l.post mortem.9.q.2.Lugdunen.

1 *Papa nihil potest statuere circa matrimonium contrahendum contra legem diuinam.*
2 *Papa circa matrimonium contrahendum potest ordinationem facere, quæ non sit contra legem diuinam consensu accedente .*
3 *Papa potest disponere circa matrimonium contrahendum impediendum.*
4 *Papa an possit aliquid statuere circa matrimonium iam contractum dirimendum.6.8.*
5 *Quos deus coniunxit homo non separet.*
7 *Copula antequam sit sequuta possunt mutuo cõsensu resilire contrahentes.postea vero nequaquam.*

Vas. ¶ Si quæris vtrum Papa possit super matrimonio statuere, vel ordinare, vel consuetudinem super matrimonio introductam effectualiter vel cum effectu approbare. Distingue. Aut statutum, vel consuetudo per statutum Pape, approbata tēdit ad matrimonium coniungendum, aut ad contrahendum impediendum: aut ad iam contractum dirimendum. In primo ca-
1 su refert. † Aut tendit matrimonium ad contrahendum cōtra legem diuinam: puta infra secundum gradum: & tunc non po-
2 test. ar. ś. de resti. spol. c. literas. §. opinioni. † Aut non contra legem diuinam: & tunc aut deficit consensus legitimus: & tunc non potest matrimoniū facere inter aliquas personas, nisi consensus interueniat: quanquam constitutio sua dicat secūdum Host, hic & ś. de spon. is qui fidem, & potest esse ratio: quia sine consensu cætera omnia frustrantur: vt hic in fi. & ś. de spō. c. tua. quare & c. 1. q. 1. de trahe. Aut interuenit consensus legi-
3 timus: & tunc potest. ar. c. alle. is qui. † In secundo casu potest facere statutum seu consuetudinem approbare: vt j. de cog. spiritua. super eo. & per totum. & de cog. leg. per totū. de eo qui
4 duxit in ma. per totum. † In tertio casu refert: aut quæris vtrū posit facere statutum dirimens matrimonium contractum inter infideles: aut inter fideles. si inter infideles. tunc aut in fidelitate simul remanentes: & dic quod non: quia nihil adnos de his quæ foris sunt. 2. q. 1. multi. j. de diuor. gaudemus. Aut non remanentes simul in infidelitate: sed alter ad fidem conuertitur: & tunc potest. quod dic vt le. & no. in d. c. gaudemus. & eo. ti. c. quanto. Si inter fideles: tunc aut matrimonium nondum est carnali copula consummatum: & tunc potest: vt ś. de conuer. coniug. verum. & c. ex publico. & c. ex parte. 2. & hic quando dicit de cætero &c. quasi dicat: quia ea quæ obtentu talis consuetudinis hactenus acta sunt toleramus: sic ś. de confe. eccle. aqua. quoniam in talibus potestatem habemus: & quando dicit volumus &c. q. d. quia & si vellemus contrarium statuere possemus: & dictam consuetudinem approbare. nam circa matrimonium non consummatum possumus interpretari de plenitudine potestatis: & statutū facere: sed iustius est vt eam reprobamus secundum Hosti. hic. & idem notat in d. c. ex parte. 2. de conuer. coniug. & c. ex publico. in magna glo. ad fi. & Io. And. post eum ibi: & hic. Aut est carnali copula consummatum, & tunc, aut violenter, & tunc idem vt no. Barth. Brix. in q. dominicali, quæ incipit, quidam per verba de præsenti. & Arch. 55. dist. c. fi. de quo vide etiam per eum. 33. q. 5. in sum. gl. fi. & per Hosti. in sum. de conuer. coniug. §. fin. ver. quid si virgo. Aut sponte, & tunc non potest facere statutum aut approbare consuetudinem, tendens seu tendentem ad ipsum matrimonium consummatum dirimendum. vt in c. alle. verum. c. ex publico. ex parte à contrario sensu, & de illo intelligitur illa auctoritas, quos deus coniunxit homo non separet. 32. q. 1. dixit dominus. & 33. q. 2. quos deus. & habetur originaliter Marci. 10. Matthæi 5. & Io. 19. & Lucæ. 16. quod patet ibi ex ordine literali. de quo arguendum est. j. de præbend. mandato. in fin. lib. 6. cum concor. ibi alle. quando dicit, relinquet homo patrem, & matrē, & adhærebit vxori suæ, & erūt duo in carne vna. itaq; iam nō sunt duo sed vna caro. & postea
5 subdit. † quos ergo deus coniunxit homo nō separet. ergo qd dixit coniunxit: colligitur non solum de coniunctione animorum, sed etiam corporum. & hoc tenet Host. j. de cog. spiritu. Martinus. super verbo verbum domini. & Io. And. post eum. & Asten. lib. 8. tit. de bono. sacramenti. arti. 2. ver. sed si objicitur. quia consuetudo non potest iuri naturali, i. diuino præiudicare. ś. de consue. c. fin. 1. resp. nec Papa. 25. q. 1. sunt quidam. secundum Gof. & Host. hic. & ad hoc concor. quod not. Vin. in c. alle. ex publico. prout recitat Ber. ibi. gl. fi. in fi. dicens, quod Papa per dispensationem posset dissoluere matrimonium carnali copula non consummatum, posset etiam statuere quod per secundum matrimonium rumperetur primum, secus de consummato, quod ab ipso domino naturam sortitur, & ideo sola interpretatio circa illud pertinet ad Papam non dispensa-
6 tio vel contraria constitutio. † Et ratio diuersitatis inter matrimonium, non consummatum, & consummatum est, vt le. & not. in dictis. c. ex publico & c. ex parte. 2. quia non ipsum matrimonium, sed ratificatio matrimonij ex constitutione ecclesiæ firmatur propter virtutem sacramenti baptismi, & ideo apud infideles nō est ratum, vt patet in eo quod le. & no. j. de diuor. c. quanto. § si vero aliter. & seq. vnde virtutē istius ratificationis, quæ tanta est quod alter duorum fidelium altero viuente regulariter contrahere non potest, vt ibi patet. pōt Papa tollere siue circa ipsam in aliquibus dispensare. consummatio vero de iure naturali est, instit. de iur. na. 1. respon. quod immutabile permanet, vt in eo. tit. §. pen. & in facto consist it, vnde ex quo facta est, nec per Papam nec per alium infecta fieri potest. ff. de capti. & postli. re. l. in bello. §. factæ causæ. 30. q. 5. si Paulus. Sed contra hoc facit quod dicit Inn. tertius, quod si alter duorum infidelium conuertatur ad fidem, & infidelis non vult sequi conuersum, vel vult non tamen sine contumelia creatoris, quod in hoc casu soluatur matrimonium, adeo quod cōuersus potest cum christiana cōtrahere, nam hoc intelligimus dicit Hosti. etiam si conuertatur primo matrimonio consummato, vt patet. j. de diuor. gaudemus. §. qui autem. Consummatio vero ex lege diuina firmatur, vt in c. alle. ex publico. versic. matrimonium vero consummatum &c. Et dicit idem Inno. quod ratio est, quia illud matrimonium nō est ratum j. de diuor. quanto. §. nam & si matrimonium. secundum quam rationem ratificatio videtur fortior quam consummatio. Tu vero dicas quòd alia est ratio diuina. s. reuelatio qua illa constitutio siue interpretatio facta videtur ad exemplū sanctorum qui sic cōuersi sunt, ab antiquo. Simile patet in eo qd le. & no. ś. de conuer. coniug. c. verum. quæ approbatur primo per apostolum dicentem, si infidelis discedit &c. primæ ad Corin. c. 7. c. 2. per beatum Ambrosium & beatum Augu. qui reddunt veram rationem. quod hoc. s. facit fauor fidei. ś. de conuer. infi. c. fi. in fi. ne scilicet, infideles retrahantur à conuersione, & ne conuersus infidelī adhæreat cum contumelia creatoris, vt in c. alle. ex parte. le. 2. Has autē auctoritates Ambrosij, & Augustini inuenies. 28. q. j. idolatria. & c. si infidelis. & c. iam nunc. & c. sic enim neque. & q. 2. c. 2. & in d. c. quanto. & c. gaudemus. ideo non facit hæc constitutio canonica, sed diuina. Et hac ratione considerata possent sponsi de præsenti ante carnis copulam auctoritate Papæ se adinuicem absoluere, sicut legitur in sponsalibus de futuro. ś. de spon. cap. 2. Et posset
7 reddi ratio. † quia ante carnis copulam vtroq; consentiente, in dissensu contrarius dissensus congruus interuenire potest. ar. j. de reg. iur. c. omnis res licet altero inuito hoc non posset. ar. C. de act. & oblig. l. sicut. sed post carnis copulam nō posset hoc fieri, quia nec contrarius actus congruus interuenire posset. ar. ff. de pac. l. ab emptione. Hoc autem intelligo de potestate absoluta, non de potestate ordinata, nisi alia causa subesset. & si quæris vnde præcessit tāta potestas ecclesiæ, vide qd
8 leg. & notatur. ś. de transla. epi. c. 1. 2. & 3. † Potuit ergo Papa circa non consummatum matrimonium illam constitutionē ex publico facere etiam de potestate ordinata, & est ratio. quia cum per tale matrimonium charitas, quæ consistit in spiritu deum & iustam animam tantū representetur. ś. de biga. c. debitum. nihil absurdum sequitur si talis posit religionē intrare, quia non dissoluitur, sed potius augetur tale vinculum charitatis, nec videtur voti violator qui hoc in melius commutauit. ś. de voto, scripturæ. Ad quod etiam designandum gloriosa domina nostra beatissima virgo Maria quanuis vera sponsa Ioseph, hoc tamen non obstante vero deo matrimonialiter iuncta fuit. 27. q. 2. c. sufficiat. & c. beata Maria. vnde circa matrimonium non consummatum potest ecclesia interpretari, & statuere quicquid placet, dum tamen iusta causa subsit. Sed non expedit quòd in hoc nimis laxet habenas, nec etiā est tutum, vt patet in eo quod leg. & no. hic, & ś. de transac. c. vlt. & j. de fri. & male. c. fi. secundū Hosti. in d. c. ex publico. De hac etiam materia vide per eum in summa. de conuer. coniu. §. fi. versic. sed quare magis potest. & se. & de institutione matrimonij. & vtrum sit de iure naturali, not. plene Asten. libro 8. titu. de ipso matrimonio. articu. 2. & doctores. infra de voto c. vnico. lib. 6.

1 *Pecunia potest in spiritualibus interuenire.*
2 *Pecunia non debet dari pro matrimonio.*
3 *Spiritualia vendi non debent.*

¶ De conditionibus appositis. Rubrica.

De illis. ¶ Si quæris vtrum in sponsalib. vel matrimonijs posit precium, vel pecunia interuenire, Distingue. Aut queris de spōsalibus, vel matrimonijs carnalibus, aut de spiri-
1 tualib. Si de carnalib. † tunc aut quæris de spōsalibus, & in illis potest preciū seu pecunia interuenire vt hic. Aut quæris de matrimonijs, & tunc dicit glo. q sic, vt no. 1. q. quicquid in 1. glo. de hoc etiam no. 1. q. 3. cap. si
2 quis. & pro hoc facit. 32. q. 2. honorantur. † Sed tu dic quòd pro ipso sacramento matrimonij non datur, sed pro ipso onere

onere matrimonij sustinendo datur dos: vt no. Arch. in c. alle. quicquid pro quo. ff. de iure dot. per totū. ff. fol. mat. l. j. & per totum. Et pro prima facit. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. 2. vbi habet quòd matrimonia non debent esse venalia. Pro secundo facit. C. de iure do. l. pro omnib. & per totum. Nam matrimonium multis calamitatib. opprimitur: ut C. de imponen. lucra. descrip. l. fi. lib. 10. Si de spiritualibus dic, q in talibus precium seu pecunia interuenire non potest, vt 1. q. 1. quod pro ś. de pactis. c. fi. licet alia conditio, quæ non esset contraria voto seu matrimonio spirituali interuenire possit. argu. huius. c. vt no. Spec. rubr. de statu regu. 33.

1 *Alienatio prohibitio quomodo intelligitur. 3. 5.*
2 *Bona ecclesiæ alienari possunt.*
4 *Resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris.*
6 *Donatio ecclesiæ sub conditione impossibili, est irreuocabilis.*
7 *Donatio ecclesiæ sub modo vel conditione possibili, quomodo reuocetur.*

Verum. ¶ Si quæris si res, vel possessio aliqua detur, vel conferatur ecclesiæ sub modo, vel sub conditione si non alienetur, & ecclesia alienet, vtrum reuocabitur alienatio seu etiam do-
1 natio. Distingue. † Aut quæris vtrum reuocabitur ipso iure, & dic q non: sed necessaria est retraditio. vt not. Inn. hic in fi. pro quo. C. de pac. l. traditionibus. Aut vtrum reuocabitur in effectu agendo ad retraditionem, & tunc refert. Aut quæris, vtrum reuocabitur alienatio facta per ecclesiam, aut vtrum propter alienationem factam per ipsam res vel possessio sibi data vel collata reuocabitur ab ipsa. In primo casu refert, aut alienatur propter redemptionem captiuorum vel alijs casib. à iure concessis: aut alienatur in casibus à iure non concessis.
2 † In primo casu dicit Ioā. 10. q. 2. c. ea enim. §. hoc ius porrectū. super verbo imperiari. quòd tenet alienatio indistinctè, nec valet pactum, vel conditio in contrarium, cum sit contra legem dei. 12. q. 2. aurum. Idem hu. 10. q. 1. si quidem. unde in casibus illis talis conditio tanquam turpis pro non adiecta haberi debet, & nihilominus donatio tenet. j. eo. c. fi. sed Accur. tenet contratium indistinctè. C. de sacrosan. eccle. in aut. hoc ius porrectum, & l. sancimus, la 1. & de condi. ob causam. l. ea lege. & in aut. de sanctissimis episcopis. §. sanctissimas. colla. 6.
3 † Tu vero dic, quod aut non sunt aliæ res ecclesiæ, quæ alienari possint, & tūc tenet alienatio, & donatio, seu collatio nō reuocabitur. ar. 12. q. 2. aurū. 10. q. 2. c. ea. n. §. hoc ius. ś. de pig. c. 1. vnde illicita est conditio vbi prohibetur omnis alienatio, secūdum Vin. hic. Aut sunt aliæ res ecclesiæ, quæ alienari possunt, & tunc nō tenet alienatio, & donatio reuocabitur in aut. de sanctissimis epi. §. sanctissimas co. 9. & ita dicit Dama. Phi. Gof. Vin. Tan. & Inn. hic & Lau. & Arch. in d. §. hoc ius porrectū in gl. adde imo potest & in glo. seq. adde nec etiā valet &c. & frater Io. in sum. con. hoc tit. q. 28. sed quid si postea &c. & Bar. Brix. in q. dominicali quarta, quæ incipit. quidam laicus. & de ista materia no. Host. in sum. eo. tit. §. quæ conditio. ver. qd si res. & seq. Et si velis scire plenius vtrum, & quādo prohibitio alienationis alienationem factam in cōtrarium impediat, & faciat non valere, vide quod dixi. ś. de testamentis, Ray. In secundo casu. s. vtrum donatio facta ecclesiæ reuocabitur, refert. Aut propter alienationem factā in casu in quo tenet, nec potest reuocari, puta in casu à iure concesso, & vbi non sunt aliæ res ecclesiæ, quæ alienari possunt: vt ś. dictum est, ex tūc est quo alienatio tenet, nec potest reuocari: per cōsequens nec ipsa donatio: & est ratio: quia nō posset ipsa donatio reuocari
4 quin & ipsa alienatio reuocaretur, † quia resoluto iure donatoris, resoluitur ius acceptoris. ff. de pig. l. lex vectigali fundo in lib. seu. quib. mo. feu. amit. c. vnico. 2. col. 10. Item quia alienatio legitimè facta pœnam non meret. arg. C. ad l. Iul. de adul.
5 l. gracchus. 23. q. 4. qua peccat. cum concor. ibi alleg. † Aut propter alienationem factam in casu quo nō tenet, & quæ potest reuocari. puta in casu in non concesso à iure, vel etiam cōcesso, sed extant aliæ res quæ possunt alienari, & tunc non poterit reuocari nisi tali modo vel conditione sit donata, quòd eo uel ea cessante debeat possessio reuocari, vt hic in fi. & tūc secundum Vin. hic & Io. An. post eum si solus prælatus alienet non nocet ecclesiæ, quia delictum &c. j. de regu. iur. c. delictū. lib. 6. cum concor. ibi alleg. si vero tota ecclesia alienat, eo casu poterit reuocari. Item dicunt quidam domini legum quòd in re priuati non potest apponi conditio ne alienetur. ff. de pactis. l. pen. sed in rebus donatis ecclesiæ potest apponi, vt in d. §. sanctissimas. & est ratio, quia tunc redit ad naturam suam. ff. de pactis. l. si vnus. §. quod & in specie secundum Tan. Philip. Gof. & Ioan. And. hic.

Super eo c. ¶ Si quæris vtrum donatio facta ecclesiæ sub modo, vel cōditione: per donan-
6 tem ualeat reuocari. Distingue † Aut donatio fit sub modo, vel conditione impossibili, & tunc statim tenet donatio, nec potest reuocari secundum Hosti. hic qui ita intelligit istud c. in 1. resp. arg. ad hoc. ś. eo. c. 1. quod intelligo verū siue fit impossibilis de facto siue de iure. argu. ff. de condi. insti. l. 1. & l. si
7 quis institutus. & l. quidam testamento. † Aut fit sub modo vel conditione possibili, & tunc aut modus vel conditio existit seu adimpletur, & tunc non poterit reuocari: vt ff. de cōdi. & demon. per totum. C. de do. quæ sub modo per totum. ff. de verb. sig. l. cedere diem. si cer. pe. l. proinde. Aut non existit, & tunc, aut fit sub conditione, aut sub modo. Si sub conditione tunc: aut sub conditione, quæ est in dando, vt si decem dederit: vel in faciendo, vt si domum fecerit, vel si nauis ex Asia venerit, & tunc non tenet donatio nisi conditio extiterit vel adimpleatur. ff. de condi. & dem. l. quibus diebus. & l. qui hęre. & per totum. insti. de ver. ob. §. ex conditionali. secundū Ber. & Inno. hic. Et si pendente conditione res tradatur, & postea non existat conditio, sed deficiat res tradita repetitur. ff. de condi. inde. l. sub conditione. & de peri. & commo. rei ven. l. quod si pendente. secundum Ber. & Host. j. eod. per tuas. Aut sub conditione, quæ est in non dando vel non faciendo, vt si seruum non manumiserit, si rem donatam non alienauerit, & tunc statim valet donatio nec reuocatur, nisi sit dictum quod cessante conditione. s. fi fiat contra. debeat reuocari: vt hic. & ff. de condi. & dem. l. cum sub hac cōditione. Si sit sub modo, tunc dic idem quod statim dictum est de conditione, quæ est in non dando vel non faciendo, vt hic. vnde. Ber. & Inn. intelligunt istam decretal. in modo. sed Damas. Gof. Host. & Abb. hic & Hosti. in sum. eo. ti. §. quæ conditio. ver. & no. quod per sua verba elegantia distinguunt, inter cōditionem constituentem, quæ est quando dicitur, do tibi fundum si mihi, infra decem dies dederis decem, vt tunc donatio non teneat nisi condicio existat: & conditionem adimentem, quæ est quando dicitur, do tibi fundum si non manumiseris seruum, vt tunc statim teneat: sed adimetur te manumittente, ut l. alleg. cum sub hac conditione. & idem recitat Io. An. hic, sed de hoc non curo: quia prius dictum est generalius, & plenius. & vtrum miles qui donauit prædia mendicantibus iuuentis post cōsilium generale. de quo. j. de reli. do. c. vnico. lib. 6. sub pacto, q redirent ad eum, vel eius hæredem si contingeret eos decedere vel habitum mutare: ipsis post illud capitulum mutantib. habitum & se transferentibus ad ordinem approbatum posit reuocare donata. vide per Ioan. And. ibi in nouella, super verbo obtenta. Item hæc decre. intellecta prout intelligit Hosti. ś. in primo mēbro, facit ad quæstionem Io. An. j. de reg. iur. c. in pari. in nouella, lib. 6. quæ talis est, dedi tibi ob causam indiuiduam ob causam partim honestam, & partim turpem. verbi gratia. Dedi tibi bouem, vt Capuam vadas, & hominē occidas, neutrum fecisti, repeto: quia Capuam nō iuisti: quod honestè fieri potuit, & tu vis retinere quasi turpiter dederim: quia dedi vt hominem occidas, quæritur de repetitione quid iuris, an in totum repetam, an nihil, an pro parte, & distingue: vt ibi per eum.

1 *Conditio de præsenti vel præterito matrimonium non suspēdit.*
2 *Conditio de futuro quando matrimonium suspendat. 4. 6.*
3 *Matrimonium cum hæretica tenet.*
5 *Copula non semper facit matrimonium.*
7 *Protestationis diffinitio.*
8 *Protestatio quando valeat.*
9 *Protestationi quando renunciatum censeatur. 11.*
10 *Voluntas plus facto quam verbo declaratur.*
12 *Protestatio prima, an per secundam tollatur.*
13 *Adiectio an vitiet actum.*
14 *Monachus non habet proprium.*
Matrimonium bona tria.

Si conditiones. ¶ Si quæritur quæ conditio inserta, seu ascripta sponsalibus vel matrimonijs valeat, vt ipsa sponsalia vel matrimonia differat, vel suspēdat, Distingue.
1 Quia conditionū alia est de præsenti, alia de præterito † & nulla istarum contractum suspendit: imo si sit vera conditio; contractus prout agitur est purus: alias est nullus. ff. si cer. pe. l. cū

ad præsens. de iniu. rup. & irri. testamento. l. cum in secundo. §. 1. de ver. obl. l. conditiones in præteritum. & l. si ita stipulatus fuero hanc. & inst. de verb. obli. §. conditiones. ꝓm Vin. & Abb. & Io. An. hic idem Asten. li. 8. tit. de causa efficiente matrimo. art. 6. hoc. vnde illa conditio, si deo placuerit, vel si deus voluerit. illa conditio est de præsenti quo ad veritatem: licet sit de futuro quo ad verba. & ideo non suspendit. quod dic vt notant Arch. & Io. An. ỷ. de spon. c. vnico. §. vlti. li. 6. licet Card.

2 ibi contrarium & male, vt credo. † Aut de futuro, & tunc refert, quia aut conditio est honesta, & possibilis, & aut inhonesta & possibilis, aut honesta & impossibilis. Si est honesta & possibilis, tunc aut conditio est necessaria, aut voluntaria. Si est necessaria, tunc Aut cõditio talis est omnino extitura, nec est de substantia matrimonij, vt si sol oriatur cras, & talis non suspendit contractum sponsaliorum, vel matrimonij. arg. ff. de condit. & dem. l. quod si sub ea conditione. de nouatio. l. si pupillus. §. qui sub conditione. & de verb. obli. l. hoc iure. vt not. Host. in sum. eo. tit. §. quæ conditio. ver. qui si cõtraho sub conditione, quæ omnino &c. idem beatus Tho. di. 29. & Bon. & frater Io. in sum. con. hoc tit. q. 9. aliàs prima. deinde quæro. & Asten. lib. 8. tit. de modo contrahendi sponsalia. ar. 2. q. sed nun quid contrahitur. Et est ratio secundum eos, quia talia futura iam sunt præsentia in causis suis, & hoc credo verum. Sed Ber. no. contrarium. s̃. c. proxi. in gl. magna in fi. & Gof. & Io. cuius fuit illa glos. pro quibus facit. ỷ. de fri. & male. c. fraternitatis. & ff. de ver. ob. l. eum qui calendas. & l. insulam. & l. in illa stipulatione. & ỷ. de ele. com missa. §. porro. lib. 6. & hoc idem videtur tenere gl. super Ray. hoc tit. §. 3. super verbo pro non adiecta: dicens quòd si matrimonium contrahitur sub cõditione quæ de necessitate euenit. vt si dicat contraho tecum, si sol erit in cancro in æstate instanti, quod non est matrimonium antequã extat conditio, & si medio tempore contrahat cum alia tenet matrimonium. Sed si velles posses sine calumnia intelligere primam opi. quando contractus sponsaliorum vel matrimonij contrahitur, & confertur sub conditione necessaria extitura, secundam vero quando contrahitur & confertur in tẽpus necessario euenturum, vt quia dicitur contraham tecum si sol orietur. argumento iurium alle. Aut conditio non est omnino extitura, & tunc aut est talis conditio, quæ aliàs tacitè intelligebatur in contractu, vt illa, si deus voluerit, si deo placuerit, si vixerimus. & talis nõ suspendit ar. ff. de condi. & dem. l. conditiones extrinsecus. & l. aliquando. Aut nõ intelligebatur tacitè: & tunc, Aut est talis conditio cuius præexistentia est necessaria ad esse matrimonij de iure speciali & dispensatiuo, vt contraho tecum sponsalia si Papa dispensauerit, & tunc cum sponsalia, vbi requiritur dispensatio non tenẽt, quia ius ea perpetuo prohibet, nec sub conditione contrahi poterunt. ar. ff. de ver. ob. l. inter stipulantem. §. sacram. & l. continuus. §. pen. de spon. l. oratio. vt notant Inn. & Host. s̃. c. c. super eo. & Astẽ. lib. 8. tit. de modo contrahendi sponsalia. artic. 2. q. sed quid si aliquæ personæ. Aut est talis conditio cuius præexistentia necessaria ad esse matrimonij de iure communi, vt cum christianus dicit sarracenæ, vel iudeæ, contraho tecũ matrimonium si facta sueris christiana, sine qua non teneret matrimonium: vt 28. q. 1. c. non oportet. & c. caue. & per talem conditionẽ suspendunt sponsalia, seu matrimonia tam ex vi conditionis, quàm ex natura rei. i. fidei quæ debet inesse antequã sit matrimonium inter eos. de quo per Ber. & Hosti. hic. & p Io. 32. q. 2. folet. & idem dicit Ber. in hæretica, quod in iudæa,

3 vel sarracena: † & in hoc male. Nam matrimonium contractũ cum baptismo bene tenet, quia caracter christianitatis qui im primitur in baptismo remanet, vt ỷ. de hære. c. decreuit. lib. 6. & hoc no. Spe. rubr. de diuor. in prin. ver. eod. modo. & Hug. & Io. in c. alleg. non oportet. & Io. And. hic, & in d. c. decreuit, & Asten. li. 8. tit. de disparitate cultus. in prin. & dicã. ỷ. de diuor.

4 quanto. di. vlti. † Si conditio est voluntaria, vt illa contraham vel cõtraho tecum si dederis mihi centũ, vel si nauis ab Asia venerit, vel si pater meus, vel si pater tuus consenserit, & tũc suspenduntur sponsalia vel matrimonia quousq; conditio extet, & hoc nisi consensus de præsenti, aut carnalis commixtio subsequatur, vt s̃. eo. de illis. & c. super eo. & c. per tuas. Nec refert vtrum dicat vel exprimat verbum futuri temporis, vt accipiam te, vel contraham tecum, vel verbum præsentis temporis, vt accipio te vel contraho tecum, vt s̃. eo. super eo, qd̃ intellige quo ad effectum conditionis, quæ suspendit. Sed in hoc differunt quia conditione aduenente in primo casu es-1 sent sponsalia, in secundo vero matrimonium ꝓm Inn. s̃. eo. c. j. & c. de illis. gl. 1. & Io. An. ibi & hic, licet Hos. ibi contra dicens. ꝙ si contrahatur per verba de præsenti hoc modo apposita, vt certa dos vel alia pecunia detur, & sic intercedãt & simul concurrant consensus & conditio, ꝙ statim est matrimonium, & sic solutio non fiat nisi forte consensus in alieno arbitrio committatur, vt s̃. eo. super eo. & Vin. dicens quod si quis dicat contraho tecũ si. cẽt. dederis statim est matrimoniũ. & Spe. eo. tit. in prin. ver. etiam ipse exaltans vocem suam dicit, ꝙ pauci hanc subtilem veritatem aduertunt. idẽ Pet. de samp. & Abb. ibi, s. in c. de illis. Sed opi. Inn. verior est secundũ Pet. dist. 28. quod potest sic probari. Nam in stipulatione interuenerunt verba de præsenti, & regulariter fit per verba de præsenti, vt insti. de ver. ob. §. 1. & tamen per conditionem de futuro sibi infertam suspenditur vsq; in conditionis euentum: vt s̃. eo. tit. §. sub conditione. & §. seq. vbi est text. Et hanc opi. Inn. credo veram, quod satis probat ista decre. in prin. ad hoc. ỷ. de spon. c. vno. lib. 6. sed opin. Host. potest intelligi & saluari, in modo & non in cõditione. Si cõditio est inhonesta & impossibilis, vt si dicam mulieri, contraho tecum si hodie missam celebraueris. ỷ. de pœn. & re. noua quædam. tunc habetur pro non adiecta & matrimonia seu sponsalia formantur. s̃. eo. c. 1. Si est inhonesta & possibilis de facto, tunc aut est contra substantiam matrimonij, vt contraho tecum si prolem vitaueris, si te adulterandam tradideris, si meliorem non potero inuenire, & tunc si alter consentiat appositioni conditionis

5 nullus est consensus, nec matrimonium valet vt hic, & 32. q. 2. c. aliquando. & c. solet. si vero alter contradicat est matrimonium, idem si taceat, quia præsumetur contradicere in fauorem matrimonij. s̃. c. proxi. Nam nisi ambo consentiant non impedit matrimonium, vt in c. alle. secundum Inn. Host. & Io. An. hic idem Asten. lib. 8. tit. de modo contrahendi sponsa-

5 lia, arti. 2. ver. conditio autem inhonesta. † Et no. ꝙ non semper copula facit matrimonium. Nam si forte volens mulierẽ decipere apponit vnam de istis conditionib. muliere consentiente, quantumcunq; mulierem postea cognoscat, nõ iudicabitur matrimonium præsumptum, sed si mulier forte dicens se nosse viri fallaciam non permittat se cognosci nisi conditio remittatur, & vir illam remittens postea illam cognoscat, iudicabitur matrimonium, & idem si mulier contradicat vel taceat, vt est dictum, saluo quod si vir nullo modo cõsensit in foro penitentiali iudicaretur matrimonium. s̃. de sponsa. tua. secundum Hosti. & Ioan. An. Dixit etiam Vin. hic & Io. Andr. post eum, quod conditiones quæ hic ponuntur in tex. ponuntur causa exempli: nam idem esset vbicunq; esset eadem ratio vt si dicat, consentio in te, si consentis in illum, principium

6 enim huius constitutionis est generale. † aut non est contra substantiam matrimonij, vt si hominem interfeceris, si furtũ aut rapinam commiseris, & tunc habetur pro non adiecta, & tenet matrimoniũ, vt s̃. e. c. 1. & hic in fi. Idem de illa cõditione, si te virginem inuenero. argumen. ff. de cõtrahen. emptio. & vendi. l. alioquin. §. 1. & 29. q. 1. §. j. vt not. Gof. & Ber. s̃. c. proxi. & Inno. s̃. eod. de illis. & Hostien. in sum. eo. titu. §. quæ conditio. ver. quid si contraho sub conditione hac, & frater Ioan. in sum. confes. eo. tit. quæstio. 20. quid si dicam &c. & glos. super Rayn. hoc titu. §. 3. super verbo insurgendam, aliàs infringenda. & Hugo. in sum. & Asten. lib. 8. titu. de modo contrahendi sponsalia in fin. Sed hic dicit ipse Hostien. quòd licet actus sit inhonestus, conditio tamen quantum in se honesta est & apponenti vt ilis, qui forte intendit vitare bigamiam. vnde si mulier quæ scit veritatem hoc in fraudem celat, bene est quod ipsa decepta remaneat, & huic subueniatur argumen. supra de re. permu. cum vniuersorum. ideo si conditio deficit, matrimonium non est supra eo. de illis. & ca. super eod. & hoc verum in iudicio animæ & si occultum sit omnino, alioquin primæ opinioni stare oportet tum propter defectum probationis. ff. de testa. tutel. duo sunt titij. supra de iureiur. mulieri. tum propter scandalum euitandum supra de cler. coniug. cum olim. & ỷ. de homi. ex literis. hæc Hostien. quæ opi. non omni no contrariatur priori. & ideo ei stari posset. De illa vero conditione si se cognosci permittat, dic per Ber. s̃. titu. proxi. c. 1. cum quo concor. Go. Io. & Rod. & Asten. vbi. s̃. quid de eo. Si est honesta & impossibilis, vt ecce cõtraho tecum si imperiũ mihi dederis vel si cœlum digito tetigeris, tunc similiter pro non adiecta habetur, vt. s̃. eod. c. 1. & hic in fin. & de ista materia not. Io. in c. allega. folet. & Hostien. in sum. eod. titu. §. quæ conditio. & frater Ioan. in sum. confes. eod. titu. q. 1. & istud. c. summatur per hos versus. Contra naturam contractus pactio facta. Contractum vitia, sed non aliàs inhonesta, secundum Abbatem.

Super

Super eo. c. ¶ Si quæritur quæ sit protestatio, quot eius species, cui sit facienda, & quando, quis eius effectus, & quando valet, qñ ab ea recedatur, & vtrũ prima protestatio per secundam contrariam tollatur. Distingue. Aut quæritur primo quæ sit protestatio: & dic secundum Card. ỷ. de reg. iur. c. in generali. in 3. col. §. & notandum quòd

7 iura &c. li. 6. vbi plenissime de hoc, † quòd protestatio est proclamosa denunciatio ad cautelam protestationis denuntiatiũ inuenta: vel dic quòd est denunciatio publicè facta causa seruandi ius in futurum, quod sibi competit, vel competere potest ita describit eam Gul. de monte Lau. extra de procu. c. 1. in cle. Aut quæritur de secundo, scilicet quot sunt eius species. & de tertio quarto & quinto. & tunc dic vt no. Cardi. in d. c. in generali. Aut quæritur de sexto, scilicet quando valeat, & tũc

8 refert. † Aut protestatio fit, per illum cuius non interest, seu de & super eo, quod non interest protestantis, & tunc non valet, vt C. de rescin. vend. l. si maior. Aut fit per illum cuius interest: seu de & super eo, quod interest protestantis, & tunc. aut protestatio inducit vacationem, & tunc regulariter nõ valet, vt patet. ỷ. de elec. c. vt quis duas. lib. 6. Aut econta non induc it sed artat vagationem, & tunc regulariter valet. ff. de reli. & sump. fune. l. ac si quis. §. plerique. de acquir. hære. l. pro hærede. quia de incerto veniendum est ad certum non econtra. instit. de ac. §. curare. 30. q. vlti. iudicantem. & hoc notant Card. et Guil. in c. alle. vt quis duas. Aut nec inducit nec artat vacationem. & tunc die si placet, vt scripsi post Host. s̃. de consti. cum

9 martinus. dist. 1. † Aut quæritur de septimo. s. quando ab ea recedatur, vel ei renuncietur. & tunc aut illi actus super quo facta est protestatio dependet ex voluntate libera protestantis tantum. Aut dependet ex consensu ipsius & alterius simul. si ex voluntate libera protestantis tantum. tunc aut protestatio habet clausulam derogatoriam, aut non habet: si habet tunc non videtur renunciare protestationi nisi de ipsa clausula fecerit mentionem, vt ff. de lega. 1. l. si mihi & tibi. in fi. & de leg. 3. l. si quis in princ. secus si de ea fecerit mentionem, vt ibi. & no. Bern. s̃. de cele. mis. cum Marthæ. in gl. ambulatoria &c. si non habet, tunc, aut factum protestantis sequens protestationem potest se compati cũ protestatione nec sibi aduersatur. & tunc non videtur ab ea recedere. ff. de iudi. l. non videtur. ỷ. de procu. c. si quem sub ea forma. ver. nisi dicas. lib. 6. & ita potes intelligere illud quod dicam in fi. de litis contesta. & quod notant Io. And. ỷ. de reg. iur. c. exceptionem. libr. 6. in nouella. vbi quærit an protestatio rei dicentis coram iudice & aduersario, quod non intendit litem contestari impediat contestationem ad quam aliàs eius responsio suffecisset. & recitat opiniones. primo Barth. Brix. 3. q. venereali. 34. qui dixit litis contestationem non factam. & dixit Tancr. sic tenuisse. & Hug. & Accur. sic sibi respondisse. idem Azo, & Accur. C. de litis contest. l. vna. & Vinc. s̃. de elec. cumana. & Ber. s̃. de litis contest. c. vno. sed Spe. opinio Iac. Bald. qui dixit quod aut iudex admisit protestationem vel non reprobauit seu tacuit. & tunc non sit litis contestatio, nec à protestatione recessum. & in responsione, quam postea facit super principali intelligitur protestatio repetita. ff. de verbo. obliga. l. titia. §. idem respondit. Si autem iudex reprobauit protestationem: tunc dicatur facta contestatio. ff. de nego. gest. l. si autem. §. si quocunq; modo. de compen. l. quod in diem. §. si rationem. de contrario iudi. tu. l. 1. §. quid ergo. & iudex intelligitur admittere si non reprobat, dato quòd expressè non admittat sed taceat. secundum Mart. non distinctio vtrum iudex approbet vel non tenuit litem nõ contestatam, quia reus debet habere animum contestandi in authenti. de exhib. reis. §. illud. sed ex quo protestatur deest animus. ff. de pactis. l. iurisgen. §. quod fere. nec obstant prædictæ leges. si autem quod in diem. & §. quid ergo. quia ideo ob. ibi exceptio rei iudicatæ, quia lata fuit sententia super illis super quibus fuit lis contes. nam reus asserendo se vti bona instãtia, & postea obijciendo exceptionem compensationis videtur omne auxilium sibi competens in iudicium deduxisse. & hæc solutio placet Io. And. Aut non potest se compati cum protestatione. & tunc Aut factum sequens protestationem, quod non potest se compati cum protestatione ante facta est omnino liberum ipsi facienti, & in voluntate ipsius aut nõ. In primo casu recedit à protestatione. s̃. de constitu. cum M. de appel. solicitudinem. ff. de acquir. hæredit. l. pro hærede. de fideicom. liber. l. fideicommissaria libertas. C. de iureiur. do. imper.

10 l. 2. † Et est ratio: quia plus declaro voluntatem meam facto, quam verbo. ff. de ædili. edic. l. si tamen. §. & quia per facta plus quam per verba. 22. q. 5. cauete. & 1. q. 1. cum omnis. In secundo casu secus: vt quia metus interuenit. s̃. quod me. causa. c. 1 vel voluntas superioris, quæ factum protestationi cõtrarium iniunxit. 28. distinctio. diaconi. & istis casibus duobus factum contrarium protestationi protestationem ipsam non tollit, nec mirum, quia dictis casibus facientes magis videntur pati quam agere, vt not. Cardi. in c. alleg. in generali ad fi. ver. postmodum quæritur &c. Idem in casu vbi protestans aliàs ad factum illud de necessitate tenebatur, vt probatur. C. de dot.

11 promis. l. vltim. † Si protestatio dependet ex consensu protestantis, & alterius insimul: tunc. Aut ille alius illi protestationi consentit. & tunc non videtur renunciare per solum actum suum factum sine consensu illius. vt hic. & ff. mautæ cau. stat. l. vltim. §. item si prædixerit. secus si ipsi ambo recesserint ab illo primo consensu suo. argu. ff. de actio. & obliga. l. sicut. ff. de pactis. l. ab emptione. de regu. iur. l. nihil tam naturale. Aut ille alius expressè dissentit protestationi protestantis, & tunc renunciare videatur, quia ex quo ille actus dependebat ex consensu ipsius & alterius, ipse solus non potuit facere protestationem inuito altero. ff. communi diuidundo. l. sabinus. quod vi aut clam. l. aut qui aliter. §. si quis cum denunciasset. & in §. alleg. item si prædixerit a contrario sensu. licet glos. ibi teneat contrarium. sed primum dictum tenet. ff. qui satisda. cog. l. si fideiussor non negetur glo. 2. & melius. & pro hoc facit quod notat Innoc. hic in glo. 2. & Hostien. & Ioan. Andr. post eum dicentes, quòd nisi ambo contrahentes consentiant interpositioni istarum conditionum de quibus hic in text. non impeditur matrimonium. 32. quæstio. aliquando. Vnde sufficit quod alter contradicat, vt ibi. & idem est si taceat & nihil dicat in fauorem matrimonij. argum. supra. c. proxi. secundum eos. Aut ille alius tacet dum audit illum protestari, de & super actu dependente ex consensu ipsorum duorum. & tunc aut ille actus, qui geritur non pôt habere aliquõ effectum nisi dicamus esse renunciatum illi protestationi per illum actum postea subsecutum: aut sic. primo casu renunciare videtur: vt res potius valeat quam pereat. argum. ff. de verborum obligatio. l. quotiens. de rebus dub. l. quotiens. in actionibus. infra de verborum significa. abbate sane. §. si vero cum concord. ibi alleg. in glo. simile. ff. & c. & hoc patet in eo, quod notant Innocent. & Hosti. hic. & dixi statim. supra in ver. & pro hoc facit &c. vnde pone de tali quæstione, tu dixisti mihi quod ego fideiuberem pro te erga titium. ego veni ad ipsum titium, & denunciaui sibi quod ipse me nõ acciperet in fideiussorem pro te: & protestatus fui, quod si ego fideiuberem pro te erga eum quod nolebã sibi in aliquo teneri hoc non obstante, ergo postea fideiussi pro te erga eum titium, quæritur vtrum tenear ipsi titio. & videtur quod non per §. alleg. Item si prædixerit. argum. contra. ff. quod vi aut clam. l. 1. §. item labeo. ver. nisi permissu meo &c. glo. mouet istam quæstionem: sed non soluit. ff. de fideiuss. l. si fideiussor creditori. sed similem quæstionem mouet. ff. de procur. l. titius. gloss. fin. de fideiuss. quæ denunciauit creditori ne debitori numeret: quia factus est non soluendo, vbi dicit quod videtur valere denunciatio ante numerationem non post, vt in l. alleg. si fideiussor. de hõc in Spe. rubrica. de fideiuss. §. 1. ad fin. ver. quid si fideiussor denunciauit. & ver. sequ. vbi dicit quòd si prius quam fideiuberet. dixit se nolle teneri si contingat eum fideiubere & creditor consensit nunquam tenebitur si postea fideiussit, nisi dixerit non obstante eo quod dictum fuit per l. alleg. si mihi & tibi. in fi. de leg. 1. & l. alleg. si quis in princ. de leg. 3. Ego dico in quæstione præmissa recessum esse à protestatione nisi in ipso actu fideiubendi repetatur per præmissa, & quia dicta protestatio est contra substantiam fideiussionis: ideo non valet. ff. de condit. inde l. quod quis sciens. & in c. cum M. & cap. solicitudinem. iam alleg. per eandem viam. facit quod not. Bern. s̃. de spon. c. tua nos. gl. 1. de illo qui protestatio. & dicit quòd omnia quæ dicet vel faciet non dicet, neq; faciet animo contrahendi matrimonium, & postea dicit publicè consentio in te, vt in vxorem meam, quia ecclesia iudicare debet pro matrimonio ꝓm eum. idem notant ibi Io. Pet. de samp. Host. vbi vide. & adde quod dixi in dis. 2. & quod no. Ber. s̃. proxi. & Hosti. hic & in sum. eo. tit. §. vlti. ver. quid si ante carnis copulã de sponso qui post similẽ protestationem præmissam per eũ cognoscit carnaliter sponsam suã, quia præsumitur pro matrimonio, quod dic vt dixi. s̃. de spon. is qui. dis. 2. Aut ille actus de quo agitur pôt habere aliũ effectũ. licet non renũcietur protestationi, & tunc nõ videtur renunciare protestationi, vt si ego protestor quod dicam aliqua, quæ sapiant litis conte. quòd per hoc nolo cõtestari. nam si postea dicam aliqua, quæ sapiant litis cõtest.

per hoc non videor litem cõtestari: quia ista verba possunt habere alium effectum quam litem contestari.possunt.n.informare vel monere iudicem:vel alium effectum inducere. arg. ś.de lit.conte.c.vnico.ff.qui.mo.pig.vel hypo.sol.l.si debitor. §.1.pro istis duobus vltimis membris facit solutio illorũ iurium.ff.de acq.hære.l.pro hærede.§.quid si tamen.& §. pōpo.
12 & l.si pupillus.§.si seruum. & l. si quis non quasi hæres. † Aut quæris de octauo.s.vtrum prima protestatio per sequentẽ contrariam aduersarij tollatur,& tunc refert �means Card.in c.alle.in generali ad fin.ver.sed quæro &c. Aut factum vel actus super quo fiunt hincinde protestationes:& commune seu commu nis vtriq; protestantium,ita quòd directo interest vtriusq;:& hoc casu secunda protestatio tollit efficaciam primæ:vt ff.de libe.agno.l.1.§.denuntiare.& §.seq.aut non:& hoc tripliciter, quia aut factũ ipsum vel actus est principaliter pro protestante,pro aut contra:aut est dubium. Primo casu prima protestatio non enumeratur.verbi gratia.Reus protestatur quòd si aliqua dicat, quæ sapiant litis contest.non vult litem haberi pro contestata,actor protestatur in contrariũ.per istam secũdam, non tollitur prima. Vnde ista verba ambigua quæ sunt principaliter rei,potest ipse reus interpretari per suam protestationem. ff. de pœnis. l.iurisgen.§. quod fere. de iudic.si quis intentione ambigua.& hoc tenent Ia.de Ro. & Cy.de lit.cõte.
14 l.vnica.& Io.An.in c.alle.exceptionem.In secundo,& tertio, casibus protestatio sequens tollit efficaciam primæ. ff. quod vi aut clam.l.aut qui aliter.§.si quis cum. Et ratio inter primũ membrum.& ista duo vltima est,quia in re cõi melior est conditio prohibentis.ff.communi diuid.l.sabinus.j.de reg.iur.c.in re communi.li.6. & ob hoc vbi factum est commune seu etiã principalis interest protestantis secundario in contrariũ, seu vbi est dubium cuius interest principalius prima protestatio non habet effectum consensu aduersarij non vestita.Item primus protestans videtur impetere,& secũdus defendere.& ob hoc in dubio,secundo protestanti est magis insistendum.ś.de proba.ex literis.j.de regu. iur.c.cum sint.& c.fauorabiliores. lib.6.secundum Car.& de hoc in Spe.rubri. de lit.conte.§.1. ver.ex præmissis patet &c.

Super eo.c. ¶Si quæritur qñ aliqua adiectio interitur alicui actui vel contractui gerendo; nunquid vitiatur vel vitiat contractum vel actum.Distingue.
13 † Aut adiectio non repugnat contractui vel actui qui geritur: & tunc nec vitiat nec vitiatur: sed valet regularitur sicut & actus cui adijcitur siue cedat ad augmentum: vt ff.de leg.3.l. ea tamen adiectio.de fun.instru. l.1. & 2.& 3.& 4. & 5. & per totũ.de vsur.l.si stipulatus cõmodati.l. si vt certo.§.si de mandati.l.qui mutuam. de vsufru.leg.l.illi. & deposi.l.1.§.qui depositis.cũ ibi no.de fil.presbyt.c.1.& 2.j. de præb.c.quamuis.1.& c.cum in illis.§.1.& §.is cui. versi. vel nisi.lib.6. & extra de præb.c.si dignitatem. in cle. siue cedat ad diminutionẽ: vt ff.de le.3.l.legatis seruis.j.de concess.præb.c.qm̃.ibi in quibus &c. lib. 6. Aut adiectio repugnat contractui vel actui qui geritur:& tunc. Aut adiectio est contra accidentalia actus:aut contra substantialia,Si contra accidentalia,tunc.Aut contra accidentalia contractus,& tunc non vitiat neq; vitiatur,vt ff.de pac.l.pacisci.deposi.l.Luius.1.de præscri.verbis.l. naturalis.§. quod si faciam.& est ratio:quia ex conuentione partiũ cõtractus legẽ accipiũt.ff.deposi.l.j.§.si conuenerit.Aut est contra accidentalia rei: & tunc regulariter nõ vitiat sed vitiatur,vt si testator leget vsumfructum sine via, quia de esse vsusf.nõ est via vel aditus:vt patet in diffinitione vsusf.sed est de accidentalib.vsusfr.vnde valet legatũ:& adiectio vitiatur,vt ff.si vsu-
15 fructus pet.l.1.§.1.& de adi.leg.l.3.§.si loci. & de castrensi peculio.l.si forte.& sub isto membro potes intelligere, qd̃ dicã in fi.de profitente religionẽ cum adiectione & protestatione, quòd retineat propriũ, vel si dicat quòd ibi sit contractus cũ deo.dic quòd secus in contractu temporali:vt est dictũ.& secus spirituali. Si adiectio est contra substantialia actus: tunc. Aut adiectio inseritur actui gerendo incontinenti.Aut ex interuallo.si incontinenti,refert. Aut adiectio illa nõ facit contractum vel actũ illum cui inseritur cadere, & transire in aliã speciẽ seu naturã contractus sibi non repugnantis. Aut facit eũ cadere & transire in aliã speciẽ seu naturam actus vel contractus. In primo casu:aut adiectio apponit & inseritur ad diminutionẽ:& tunc vitiat & nõ vitiatur.verbi gratia.Testator legat mihi vsumfructũ,deducto vsu nõ valet legatũ propter repugnantiã.ff.de vsu & ha.l.per seruum.§.deniq;.de reg.iur. l.vbi repugnantia. & est expressum hic.j. rñ. vbi conditiones apponuntur contra substantiã matrimonij.& ad diminutionẽ seu substractionẽ bonorũ eiusdẽ.Sed fallit in hæredis institutione vbi adiectio vitiatur,& non vitiat, vt ff.de hære.insti.l. 1.§.si ex fundo.& l.hæreditas ex die.C.de hære.inst.l.quotiẽs. Itẽ forte fallit in professione seu voto facta seu facto cũ adiectione contra substantiã eius, vt statim dicam in fi.Et potest esse ratio:quia sunt res summè fauorabiliores, vt patet de institutione sine qua testamentũ est nullũ, vt ff.de his quæ in testamento delen.l.pe.de codicillis.l.ulti.instit.de leg.§.ante hæredis.& de fideic.hære.§.in primis.patet ẽt.ff.de reli.& sump. fune.l.sunt personæ. Aut apponitur uel inseritur ad augmentũ,& tunc adiectio uitiat,& non uitiat,ut est casus.ff.de pecu. leg.l.si peculiũ.§.j.de precario.l.cum precario.& de usur.l.placuit.In secundo casu.l.qñ adiectio facit contractũ uel actum illũ transire in aliam speciem uel naturã contractus uel actus, non uitiatur adiectio set uitiat actum uel contractũ primum; & facit cadere & trãsire in aliũ,ut ff.de usu & ha.l.& si forte, aliàs est.§.sub.l.per seruũ.de dona.cau.mor.l. ubi insti.manda ti.§.ulti.C.de hæred.instit.l.quotiens. Si adiectio inseritur ex interuallo,tũc uitiatur adiectio, & non uitiatur actus cui adijcitur.uerbi gratia.testator dicit lego titio usumfructũ.Deinde dicit adimo titio usum,nihilo minus ualet legatũ,ut in d.l. si seruum.§.& si forte.2.rñso.& de adi.leg.l.1. & per istũ text.
14 dicit Ber.hic in fi.j.glo.† quod si quis dicat profiteor talẽ religionem ita quod posit retinere proprium,non tenet monachatus, quia conditio est contra substantiã monachatus.ś.de statu reg.cum ad monasterium.in fi.de conuer.coniug.dudũ. & hæc fuit opi.Hug.19.q.ulti.§.nunc autem.28.dist.diaconi. 12.q.1.c.non dicatis.Idem no.Ber.ś.de sta.mo.c.2. super uerbo administratione permissum.& Inn.eo.ti.c.1. & j.de fri.c. fraternitatis.& Accur.in l.alle.per seruum.§.1.& Bart.Brix.in q.dominicali,quæ incipit, quidam sub ea conditione intrauit monasterium &c.& Rof.bene titu. de reg.& transe.ad reli.§. quid ergo dices.& Spe.rubr.de statu regulariũ.§.unico.uersi. 49.quæritur.sed contrarium,s.quod ualet conuentio, nec habebit proprium,tenent Gof.Inn.& Host.j.tit.proxi.insinuante.& Inn.ś.eo.c.1.& Accur. C.de sac.san.eccl.in aut.ingressi. & Iaç.de Are.& Pet.de Bel.perti.ibi & Damas.in quæstionib. suis.j.tit.proxi.q.ulti.& Lau.& Io.& Arch.32.q.2.solet.argu. ff.de hære.insti.l.1.§.si ex fundo.& l.hæreditas ex die.& C.de hære.insti.l.quotiens.ubi habes quod hæredis institutio, quæ est actus fauorabilis p̃ adiectionem sibi contrariam insertã, nõ uitiatur,& hanc sn̄iam sequitur Gof.ś.de reg.sicut nobis. ubi dicit quod per talem conditionẽ non excluditur monachus,ut j.tit.1.insinuante. 27.q.1.de uiduis.33.q.5. quòd deo pari.dicit tamen quod talis conditio est aboléda,quia est contra uotum.arg.ff.de usufru.pe.l.1.10.q.1.c.2. Et hoc etiam dicunt ipse Gof.& Vin.in c.alle.insinuante.Idem Rof.& Phi.ś. de sta.mo.c.2.& est simile.1.q.3.si quis obiecerit.de conse.di. 1.si quis basilicam.ff.de serui.rusti.prædio.l.3.§.qui habet.secundum Tan.& hanc ultimam sententiã teneas ꝑm Gul.Naso.qui dicit quòd dñs Innoc. tertius per suas literas concessit cuidam mulieri qd̃ posset esse conuersa in ecclesia beatæ Mariæ de reno.Bonon.diocę.& uteretur rebus suis prout uellet quas literas Arch.in c.alle.solet gl.ulti.32.q.2.profitetur se uidisse.& ita aliud est dicẽdũ in matrimonio spirituali, & aliud in carnali,ut hic.sed secundum hæc quæ est ratio diuersitatis. Guli.Naso.dicit quod Io.hanc reddebat rationem prout recitat Arch.in c.alle.solet gl. sua finalis hæc cõditio.s.quòd uxor procuret uenena sterilitatis, & cæteræ consimiles de quibus hic in tex.est contra substantiam matrimonij,quia ad hoc inuentum est matrimonium ut inde proles nascatur.†nam tria sunt bona matrimonij.s.fides,proles,& sacramentum.27.q.2. omne itaq;.sed hoc quòd monachus habeat proprium,nõ est contra substantiã monachatus nec de ipsius substantia,sed est de cõstitutione ecclesiæ,qd̃ sic probat, monachus nihil aliud est,q̃ solus & tristis.16.q.1.placuit. quicquid igitur ultra adiectũ est de iure positiuo est impositũ ꝑm eũ. Idem Lau. in c. alle.solet.Idẽ sentiũt Inn.& Ho.in c.alle.cũ ad monasteriũ.un de cũ habere propriũ nõ sit cõtra substantiã monachatus, meritò monachatus, & non conditio põt tenere ꝑm Io.& Abb. & ab hac sn̄ia dicit Archi.nõ recedas qm̃ ueritatẽ continet,licet Gof.bene teneat cũ primis.s.quòd nõ teneat monachatus in libello iuris canonici.rub.de hoīb.qui religionẽ sumunt.§. quid ergo dices & c.ꝑm Arch.in d.c.solet.gl.fi. ubi de hoc plene per eũ hoc idem tenet Io. An.hic dicẽs,q̃ ratio diuersitatis est:quia in voto religionis, quod fit deo,nõ est qui consentiat vel contradicat protestationi, seu conditionis vel adiectionis, appositioni sicut in matrimonio carnali. vnde in carnali recipiens

piens conditionem est in culpa,quę non debet sibi esse lucrosa:sed in professione,quia quis obligatur deo,ipsius dei cui obligatur non est culpa. etiam si Abbas professionem recipiens consentiat:& idem in ordinatione:vt 28.dist.dyaconi. secundum eum. vnde ratio quare non valet matrimonium carnale contractum sub conditione,quæ est contra substãtiam ipsius, est in odium alterius,qui talis conditionis appositioni cõsentit: & sine cuius consensu apponi non potest: vt dixi.ś.in d. proxi.& hoc teneas.& vide quod no.Vin.& Io.An.post eum. ś.ti.proxi.c.1.dicentes.q̃ si contraham tecũ si permiseris me tecum coire:quamcito id permittit efficiuntur spõsalia pura: & cũ postea consenserint,est matrimoniũ.ar.22.q.5.qui periurare.& 32.q.5.qui viderit. sicut si deponens pecuniam dicit si volens vtaris,quamcito volens vti monet eam mutuum dicitur.ff.si cer.pet.l.certi conditio.§.vlti.& l.seq.quod non est verum.imo perinde est ac si ab initio spõsalia fuissent pura.ff.qui po.in pig.ha.l.potior. de peri.& commo.rei ven.l.necessario. dicunt tamen secundum quosdam secus esse si dicat contrahã tecum si coeas mecum: quia tunc per primum coitum fiunt sponsalia pura: per secundum fit matrimonium: sed hoc eis non placet quia per hoc infertur conditio inhonesta in sponsalibus reprobanda.

¶Qui clerici vel vouentes. Rubrica.

1 *Excommunicationis ob iniectionem manuum in clericum absolutio,est casus papalis.*
2 *Legatus an absoluat excommunicatum,ob iniectionem manuum in clericum.*
3 *Diocesanus an absoluat excommunicatum, ob iniectionem manuum in clericum.*

De diacano. ¶Ad declarationẽ gl. a quo debet peti non dicitur &c. Si quæritur:quis posit absoluere excõicatum p̃ adiectionem manuum in clericum violentam, Distingue. † Aut quæritur de Papa, & nulli dubium,q̃ ille potest.17.q.4.c.si quis suadẽte.Aut de alio,& tũc hoc est specialiter sibi commissum a Papa:& tũc potest:& ita fuit hic,vt patet in antiqua secundũ Ber.& Host.hic.Aut non est sibi specialiter cõmissum,& tunc.aut est legatus,& ille potest secundum Vin.Tan.& Gof.hic.quod Hos.non intelligit verum in atroci nisi super hoc specialem potestatem haberet.
2 ar.j.de sen.excom.ad eminentiam.Sed tu subdistingue.† Aut est legatus non tamen de latere,& tunc dic,vt ś.de offi.leg.c. Aut est legatus de latere,& tunc Hos. tenet in c.alle.excommunicatis q̃ non potest absoluere excõmunicatus qui enormiter læserunt clericum nisi hoc ei concedatur specialiter, & ad hoc inducit.j.de sen.excõ. c.si vero.1.& c.peruenit.& c.cũ illorum.§.1.& 2.& c.relatum.ad fin. & c.canonica. vt.n.in his patet quantũcunq; Papa super hoc aliquem priuilegiet,semper ad manus suas retinet enormem læsionem:ergo nõ transit in legatione generali,nisi specialiter committatur.j.de sen. excom.c.nuper.ꝑm eum ibi.& idem tenet hic.sed Archi.17. q.4.c.si quis suadente.non credit hoc verum, vt satis põt colligi.j.de sen.excom.ea noscitur. ver.alios.& c.quamuis. ver.nõ tamen.& c.ad eminentiam.ś.de offi.leg. quod translationem. non obstant iura per Host.inducta,quia non loquuntur in legatis missis de latere,qui in prouincia eis decreta maius omnibus post principem habent imperium,vt j.de ele.si abbatẽ. lib.6.Sed in alijs quos Papa voluit priuilegiare. ꝑm Archid.& hoc idem innuit Ber.in c.alleg.excommunicatis. & hoc videtur hodie expeditum.j.de sen.excom.c.eos.in fi.ibi,a quibus vis sententijs &c. lib.6. Nam illa litera generalis loquitur non distinguendo inter sententias vel iniurias maiores vel minores, vt no.Arch.j.de offi.leg.c.1.li.6.gl.vlti. Aut est episcopus
3 diocesanus,& tunc. † Aut excõicatus est talis qui debet gaudere priuilegio illorum qui possunt absolui à suo diocęsano à iure concesso.de quib.j.de sent.excom.de cætero.ad audientiam.ea noscitur. quamuis & in plurib.alijs.c. ibi positis.quos no.Host.eo.ti.cum illorum.& talẽ potest absoluere dummodo iniuria vel læsio non sit atrox. & forte diaconus iste gaudebat illo priuilegio, ideo archiepiscopus iure suo absoluere potuit,secundum Io. An.hic. Aut non est talis qui debeat gaudere dicto priuilegio,& tunc distingue vtrum est excommunicatus pro iniectione manuum in non socium suum. Aut in socium, & in socium suum vtrũ iniuria fuit atrox vel enormis vel non, & si non, vtrum est laicus vel clericus, & si clericus, vtrum sit de illis qui viuunt in communi vel non, vt plene di-

xi.ś.de vita & hone.cle.c.quoniam vt ait. vbi habes in effectu omnia supradicta,& adde quod dicam in d.c.peruenit.

1 *Clerici minorum ordinum matri contrahunt.*
2 *Clerici maiorum ordinum matri.non iunguntur.*
3 *Clericum coniugatum quis dispensat.*

Ex literarum. ¶Si quæritur q clerici possunt matrimoniũ cõtrahere,& qui non, & quis cum contrahentib.de facto non de iure super ordinib.habitis vel habendis,valeat dispensare. Distingue. Aut quæritur de primo.s.qui clerici
1 possunt contrahere.† & dic breuiter q̃ clerici in minoribus ordinib.constituti.32.dist. seriatim. & c.si qui vero.ś.de cler.
2 coniu.c.1.& 2.c.Ioannes.c.cũ decorem.& c.ex parte.† nõ autem in sacris ordinib. constituti.& si contraxerint matrimonium separantur,vt 32.dist. erubescant.& c. si quis eorum.& hic & ś.c.proxi.& ś.de æta.& qualia multis.de cle.coniu.c.1. & c.sane.2.& j.de voto.c.quod votum. lib.6. Quod intellige etiam si tales promoti ad sacros sint depositi. nam caracterẽ, qui animæ imprimitur, retinent, nec per depositionem tolli potest.vnde depositum clericaliter viuere oportet.81.dist.dictum & caracteri annexũ est votum continentiæ.84.dis.cum in præterito.Idem etiam si per symoniã fuerunt ordinati,qui caracterem habent vitiosum.1.q.1.quibusdam.quia delictum commissum non dabit eis priuilegium contrahendi.arg.ff.de mi.l.pap.de dona.inter vi.& vxo.l.3.quod vi aut clã.l.seruius. ad l.Fal.precia.16.q.1.legi.j.de præb.eum qui.li.6.vt no.Hos.
3 in sum.eo.ti.§.1.in fi.† Aut quæritur de secundo.s.quis possit dispensare,& tunc. Aut talis contrahens matrimonium contraxit bigamiam seu pęnã bigamiæ, vt quia contraxit cũ corrupta & eam cognouit,vel cũ duab.virginibus, & eas cognouit,& tũc dic vt dixi.ś.de biga.c.super eo. Aut nõ,& tunc,aut talis ꝑhens est in minorib.ordinib. tm̃,& tũc dẽt remanere cũ vxore nisi voueat continentiã,iuxta ea quæ le.& no.ś.de cler. coniug.c.1.& 2.& de conuer.coniu.c.coniugatus.& c.vxoratus.vbi de hoc dixi. Aut est in sacris, & tunc aut quæritur de Papa vtrũ posit cum tali dispensare.& dic,q̃ sic,vt le.& not. ś.de temp.or.ex tenore.de renun.nisi cum pridem.& c.quod translationẽ.de concess.præb.proposuit.& j.eod.rursus.vbi de hoc dicã.l.di.c.1.& c.vt cõstitueretur. Aut de episcopo vel archiepiscopo diocęsano,& tũc aut celebrato diuortio,& iniuncta præsentia apparet vitæ laudabilis & corrigibilis,aut non,si sic,episcopus potest cũ eo dispensare,vt in susceptis ordinib. ministret,vt in c.alleg.sane.2.& ś.c.proxi. Et vt ad superiores ascendat,vt ś.c.proxi.si non,tunc si in seculo remaneat nõ poterit cũ eo nisi in minorib.ordinib.dispensare, vt hic in fi.sed si ad religionem transeat etiã in maioribus poterit dispensare ꝑm Ber.hic.& satis concor.Host.in sum.eo.tit.§.1.sed Hosti. hic dicit putò quòd decre.ś. proxi.ostendit potestatem concessam episcopis de iure cõi ad rigorem canonum temperandum sicut aliàs.ś.de cle.coniu.sane.2.hic aũt loquitur de rigore,nec vult Papa quòd hic dispensetur, secundum quod rigor seruetur qui semper in duob.casib.est seruandus.quando,si populus inde scandalisatus est.vnde non est dispensandum cum tali inter populares qui inde scandalisati sunt remanente.arg. ś.de præscr.nihil.de præb.cum teneamur.l.dis.c.1.& c.vt constitueretur.Vel quãdo multis crassantibus opus est exemplo. ff.de pœnis.aut facta.§.fi.& l.capitalium.§.famosos.ś.de vi.& hone.cle.vt clericorum mores.& propter alterum istorũ duorum casuum voluit Papa quòd rigor hic seruaretur, nec dispensaretur secũdum eum, & hoc probabiliter teneri potest.

1 *Votum impedit sponsalia sequentia.*
2 *Votum non impedit sponsalia præcedentia.*
3 *Votum non impedit matrimonium præcedens.*
4 *Votum an impedit matrimonium subsequens.*
5 *Matrimonium si contra votum contrahatur quis dispensat.7.*
6 *Papæ authoritas in omni voto excepta.*
8 *Græci non adstringuntur voto continentiæ.*

Rvrsus. ¶Si quæritur vtrum votum,quod impediat sponsalia uel matrimoniũ contrahendum uel dirimat iam contracta. Et quis cũ contrahente cõtra votum ualeat dispẽsare. Distingue. Ad cuius euidẽtiã nota duas regulas quarũ prima talis est. Quotienscunq; contrahuntur duo uincula æqualis potentiæ, incompatibilia primum præiudicat posteriori. Secunda regula est,si duo vincula disparis potẽtiæ incompatibilia con-

trahuntur fortius repellit minus forte: vt probatur. ś. de spō. si inter. Distingue ergo. Aut quæris de primo. s. vtrum, & qñ votum impediat vel dirimat: & tunc. aut quæris de voto simplici aut de voto solenni. Si de simplici: tunc aut quęritur vtrū impediat vel dirimat spōsalia de futuro. Aut vtrum impediat
1 vel dirimat matrimonium de præsenti, † sponsalia de futuro: tunc aut sponsalia sequentia, & talia impedit, & dirimit, etiam iurata, vt hic j. respon. quia hoc casu iuramētum est illicitum. arg. 22. q. 4. inter cætera. sicut aliàs in sponsalibus priora sponsalia sunt consumanda. ś. de spon. c. licet. ex literis quod verum etiam si in primis spōsalibus non interuenit iuramentum: & in secundis sic secūdum Inn. Hosti. Abb. & Ioan. An. ibi. & ar.
2 ś. de iureiu. quanto. sic in voto & sponsalib. † aut spōsalia præcedentia ipsum votum: & talia non impedit nec dirimit: sed eo casu cogi debet vel votum solennisare, vel sponsalia perficere. ś. de conuer. coniug. ex parte in fi. & c. ex publico. secūdum Inn. & Host. & Gof. in sum. eo. tit. §. 2. ver. quid si iurauī. & hoc facit. ś. c. proxi. Si quæritur vtrū impedit vel dirimit ma-
3 trimonium de præsenti: tunc † Aut quæritur vtrum impedit vel dirimit matrimonium præcedēs ipsum votum: & dic qd
4 non. † Aut sequens & illud impedit contrahi, hoc est dictum post tale votum non debet contrahi matrimonium, si tamen contrahat de facto tenet, nec dirimitur contractum: vt hic in fi. quia simplex votum soluitur superueniēti matrimonio. 27. dist. si vir. & 27. q. 1. nuptiarū. ś. eo. meminimus in fi. & c. consuluit. Et talis contrahens potest, & tenetur sine peccato debitum soluere, quia ad hoc est obligatus. arg. ś. de conuer. cōiu. quidam. & c. placet. & semper præsentiam agat; & cum graui dolore cordis hoc debitum reddat. j. de eo qui cog. consang. vxo. suæ. transmissæ. & c. pen. & vlt. nisi esset contractum cum licentia sedis apostolicæ. super hoc ex causa & certa scientia dispensatis: vt no. ś. c. proxi. sed non potest sine peccato exigere: quia faceret cōtra proximum deo & frangeret primam fidem. vnde ex hoc haberet damnationem ad hoc. 27. q. 1. c. 1. & 2. ibi: quia sponsio eorum &c. & c. de viduis. 2. & exigendo faceret contra conscientiam, & sic ædificaret ad gehennam. ś. de resti. spol. literas. & hoc videntur tenere Host. hic in gl. fin. & Vin. Io. Tan. Bern. & Host. ś. de conuer. coniug. quidam. & c. accedens. & Io. 27. q. 2. agathosa. gl. fi. & q. 1. c. nuptiarum. gl. hic habes, & Arch. ibi gl. antepen. expressius hic tenet Archi. 27. dist. si vir. vbi dicit q̄ votum simplex non soluitur p̄ matrimonium sequens, nisi quantum ad hoc quod soluatur debitum, non q̄ exigatur. & idem not. Arch. j. de voto. c. vnico in gl. licet votum. lib. 6. quod dic vt ibi. sed Io. An. hic dicit quòd æquius videtur q̄ exigere possit. Si. n. verum est q̄ solutū sit votum: nihil impedit exigere ac si non vouisset, monet eum principaliter, quòd nimis est onerosum & periculosum tale matrimonium si dicamus eum peccare mortaliter exigendo cum istud sit inijcere laqueum. cōtra. c. de viduis. 27. q. 1. sicut ergo in vouēte ingressum religionis arctioris qui profitetur laxiorē, nulla remanet obligatio ex voto prioris: licet de transgressione pēnitere debeat. j. de regul. vlti. lib. 6. Sic in casu isto post contractum intellige & consummatum matrimonium, obligatio voti cessat saltem quo ad illud coniugium: sed de fractione pēniteat: quia tamen solennis opin. habet contrarium, quam tenet etiam Tho. 4 sen. 38. dist. arti. 3. dicamus dispensationem super exigendo necessariam, quæ cum iusta causa subsit per episcopum fieri potest per commutationē in aliud votum. ś. de voto. c. 1. & quod. ś. dictū est de dispensatione contrahendi matrimonium intelligo vel consummandi, quia vsque ad consummationem ligat votum. ś. de spon. cōmissum. Item si verum est quod possit dispensare quàm cōtrahat, fortius poterit dispensare vt licitè vtatur cōtracto etiam exigendo. Item dispensat cum incestuoso: vt licitè contrahat. 33. q. 2. si quis cum duab. vbi de hoc. & c. in adolescentia. j. de eo qui cog. consan. vxo. suæ. ex literis. nec incestuosus mortaliter peccat, exigendo ab vxore non affine secundum Io. And. hic. cuius opi. credo veram. Item no. Asten. li. 8. tit. de impedimento voti. art. 1. q. vtrum sic contrahens quod quidam dicūt quòd potest petere ne nimis onerosum reddatur matrimoniū vxori semper petenti, sed si rectè inspiciatur, hic est reddere debitum vxori petenti interpretatiuè. Si quæritur de voto solenni, refert. Aut votum solennisatur per susceptionē sacri ordinis. Aut per professionē expressam vel tacitā factā alicui de religionib. per sedem apostolicā approbatis: aut aliàs quouis modo: in primo casu. Aut quæritur vtrū impedit vel dirimit sponsalia præcedentia vel sequentia: & dic quod sic, tanquam fortius, debilius per secundā regulam. ś. de cle. coniug. c. sane. j. & ś. eo. c. 1. & 2. Aut vtrum impedit vel dirimit matrimonium de præsenti, & tunc. Aut quæritur vtrum votū solenne præcedens impedit, & dirimit matrimonium sequens. & dic quod sic, vt ś. eod. c. 1. 2. & de cle. coniug. c. sacerdotes. & j. de voto & voti re. c. vnico. libr. 6. Aut vtrum impedit vel dirimit matrimonium præcedens. & dic regulariter quod non. ś. de conuer. coniug. c. sane. & c. coniugatus. quod dic plene vt ibi dixi in secundo casu. s. qñ votum solennisatur per professionē expressam vel tacitam factam alicui de religionibus per sedem apostolicam approbatis: tunc. Aut quæritur vtrum tale votū impedit vel dirimit sponsalia de futuro sequentia vel præcedentia, & dic quod sic. argu. ś. de conuer. coniug. c. ex publico. nam quod plus est per matrimoniū carnale dirimuntur sponsalia præcedentia de futuro, vt ś. de spon. si inter. Aut matrimonium de præsenti, & tunc. Aut quæritur vtrū impedit & dirimit matrimoniū sequens, & dic quod sic, vt ś. eo. meminimus. 1. resp. j. c. proxi. & j. de voto. c. vnico. li. 6. Aut matrimonium præcedens, & tunc. Aut matrimonium præcedens non est carnali copula consummatum. & tunc sic, vt ś. de conuer. coniug. c. verū. & c. ex publico. Aut est consummatum, & tūc non regulariter, vt ś. de conuer. coniug. c. j. c. quidā. c. cum sis. c. vxoratus. & per totum. quod dic & intellige vt dixi plenè in d. c. vxoratus. In tertio casu. s. qñ aliàs votum emittitur quā altero duorum modorum prædictorū. de quo ponuntur plures modi hic per Ber. & Host. j. c. proxi. & in sum. eo. ti. §. quis vouens. & ś. eo. veniens. & plenius. ś. de reg. statuimus, dic qd votum impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit iam contractum, vt in d. c. vnico. in fi. j. de voto. lib. 6. vnde dictis duob. modis tantum solennisatur votum, vt ibi. & hoc tenuit Host. in sum. eod. tit. §. 2. ver. hoc etiam teneas. & versi. fi. & Inno. j. de fri. & male. fraternitatis. §. nos autem. in fi. super verbo, alioquin, & Host. & Ioan. And. ibi post eum. & idem Albe. & Tho. & Pet. vt plene no. Archi. 27. q. 1. c. 1. in gl. adde dicunt Alb. Tho. & Pet. licet Bar. Brix. posuerit tres modos. 27. q. 1. in prin. & recitat Guil. in d. c. vnico. gl. 2. & in isto vltimo membro videtur expedita gl. Inn. ś. eo. meminimus. & c. consuluit. glo. vlti. quam glo. vltimam approbat Host. ibi. & Spec. rubrica. de sta. mo. dicentes. quod licet quis conuersus, vel alius promittat simpliciter obedientiam, non sufficit quo ad hoc, vt dicatur regularis, cum etiam canonici seculares hanc promittant. ś. de maiorita. & obedien. c. 2. & 3. & cap. his quæ. nisi obedientiam monachalem promittant. supra de maiorita. & obed. c. 2. & 3. & c. his quæ. nisi obedientiam monachalē promitterent, puta quia omni suæ voluntati renuntiarent, & omnia committerent voluntati abbatis, quia tunc talis obedientia pro professione sufficeret. 12. q. 1. non dicatis. & c. nolo. secundum eos. & idem no. Arch. qui ponit illam gl. vltimam. 27. q. 1. c. vt lex. in gl. adde vbi dicit Hug. ibi vide vbi tamen esset consuetudo in aliquibus monasterijs, quod non fiat aliqua alia professio, nisi quod conuertendus statim in suo ingressu promittat suo prælato obedientiā inter manus suas, talis est expressè professus. ś. de sta. mo. cum ad monasteriū. in fi. sic recitat Specu. rubri. de sta. mo. in quarta parte clementinæ quartum diffiniuisse. licet Inno. in d. glo. vlti. innuat contrarium prout not. Guil. de monte Laud. extra de regu. c. eos.
5 glo. 2. in cle. † Aut quæritur de secundo principali, s. quis cum contrahente contra votum valeat dispensare, & tunc. aut cū contrahente contra votum simplex, & eo casu non est necessaria dispēsatio, quia votū simplex soluitur, superueniente matrimonio. qd intellige vt statim dictū est. Aut cū contrahente contra votū solēne, & tūc dic vt plene dixi. ś. de voto. c. j. & de sta. mo. cū ad monasteriū. vnde ꝓm Ho. hic, & Io. An. post eū. Vnum pro certo colliges, q̄ votū ex lege diuina non dirimit matrimonium, cum. n. per legem diuinam certè tantum personæ prohibeantur, vt no. j. de diuor. gaudemus. j. respon. inter quas vouens nō connumeratur, & hoc edictum sit prohibitorū, vt ś. de spon. cū apud restat quod considerata lege diuina, & exclusa lege canonica matrimoniū cōtractum a monacho vel presbytero tenet. vū & in veteri lege sacerdotes habebant vxores. 31. di. tenere. & Græci. ꝓhunt qui nō sunt astricti constitutione canonica. 31. di. nicena. 84. dis. cum in præterito. Et vnū ex duob. te pro certo cōfiteri oportet, qd aut Papa & ecclesia errat cōstituendo & seruando qd teneat matrimonium à simpliciter vouēte contractū, quod est absurdū dicere, & nō longe ab hæresi, vt 22. dist. oēs. & 24. q. 1. hæc est fides. & c. omnibus considerātis. & C. de sum. trinita. & fide catho. l. vlti. de hæreti. l. quicunq; in auth. de eccl. tit. in princ. col. 2. aliàs. 9. j. de hæreti. ad abolendam. & de excess. præla. tanta. Aut quod sicut

sicut Papa potuit facere constitutionem, quod teneat matrimonium contractum à simpliciter vouente sic, & posset fa-
6 cere constitutionem quod teneret matrimonium, à solenniter vouente contractum, quod omnino verum putamus. † & sic in omni voto authoritas vicarij Dei generalis excepta intelligitur, hoc. n. pie credere non est contra fidem, ergo si opiniones sunt & vna detrahit potestati clauium, alia fauet, standum est ei, quæ fauet, secundum ea, quæ no. ś. de concess. preben. proposuit. quod dic, vt no. in summa eodem. ti. §. quis vouens, vbi omnes opiniones recitantur. hæc Host. & quòd voti solennitas ex sola constitutione ecclesiæ est inuenta, patet expressè in d. c. vnico. j. de voto. lib. 6. Sed quę est ratio, quare votum solenne dirimit matrimonium sequens & non simplex, dicunt communiter canonistę, q̄ hoc facit constitutio ecclesiæ, vt j. de voto. c. vnico. lib. 6. Sed hæc ratio non videtur sufficiens, quia ecclesia non fecit hoc sine causa legitima, & iō, dicas quòd ratio est, quia in voto solenni, promissio, vestita est translatione domini, suiipsius in personam alteram, quæ transfertur in statum alterum, sed in voto simplici non est. ita, quia ibi est nuda promissio, sine translatione dominij. vnde potestatem sui corporis potest tradere in vxorem matrimo-
7 nium contrahendo, licet delinquat. † vnde votum solenne præcedens matrimonium facit vouentes omnino personas illegitimas, ad contrahendum, & non votum simplex, & hoc non est ratione solennitatis, sed ex constitutione ecclesiæ, quæ hoc instituit, potest. n. ecclesia de personis legitimis ad contrahendum facere illegitimas, & ita votum solenne ex constitutione ecclesiæ, dirimit matrimonium iam contractum & facit, qd nullum sit matrimonium iam contractum & factum post tale votum. Dicitur autem votum solenne dirimere matrimonium, quia facit, quod non sit matrimonium, vnde propriè, si quis subtiliter inspiciat nullum votum dirimit matrimonium ꝓm Laur. & Ioan. 27. q. 1. c. nuptiarum. in gloss. hic habes. licet Host. notet. 27. q. 1. vt lex, & recitat Archid. in d. c. nuptiarum in adiectione, dicunt quidam, & in d. c. vnico. quod ipsa substātia voti repugnat substantiæ matrimonij, & ipsi cōtractui matrimonij, cum votum repellat carnalem copulam & matrimonium exigat consensum in carnalem copulam aliàs non pōt, oriri matrimonium. & inde est q̄ non potest contrahi post votum, sic ergo & ipsum votum impedit, etiam ex se, & etiā constitutio ecclesiæ facta ratione voti, quod datur intelligi, per id quod dicitur in c. alleg. vt lex ibi, quanquam contra ecclesiasticam regulam &c. sed prius dictum approbat Bar. Brix. in d. c. nuptiarum. in glo. j. susceptum. & idem videtur tenere Archi. in d. c. fi. 27. q. 1. & in d. c. vnico. j. de voto. Et si tu quæris, quare instituit ecclesia, vt post votum solenne fiant vouentes personæ illegitimæ. duplex rō est. Prima est publicæ honestatis iustitia, valde. n. inhonestum esset si monachus relicto claustro, contraheret, & idem de eo, qui totaliter est alligatus ecclesiæ, sacri ordinis susceptionem. 84. distinctio. cum in præterito, & cap. seq. Secunda est quam. ś. tetigi. quia per votum trāsfert vouens potestatem, & dominium sui corporis in alium. puta, in abbatem per professionem tacitam, vel expressam, ad hoc 19. q. 3. statuimus, cum similibus. Item per susceptionem sacri ordinis, & ita cum non sit dominus sui corporis, quia iam in alium transtulit qui à translatione transiuit totaliter in statū alterum, non potest postea transferre dominium in mulierē, sicut econuerso, si prius transtulisset potestatem sui corporis, in mulierem, quæ dicitur habere potestatem corporis viri sui ꝓm Apostolum ad Ro. 7. c. ś. de conuer. coniug. cap. quidam. in fin. non posset postea transferre in alium, & ideo quia tam in matrimonio, quam in voto solenni transfertur dominium corporis proprij, semper illud, quod præcedit soluit illud, qd sequitur. i. facit quod non sit, siue quod non teneat, sed in voto simplici non est ita vt prædixi, secundum dominum Cardi. & Archi. qui ita no. in d. cap. vlti. 23. di. & j. eodem. cap. vnico. super verbo est inuenta. libr. 6. cum quo concord. quod ipse Archid. nō. 84. dis. cum in præterito, super verbo annexi, quod q dam dicere voluerunt, quod votum est annexum ordini sacro
8 quod non est verum. sed Hug. & Laur. quia † multi accipiunt sacrum ordinem, sine voto, vt omnes Græci, qui non sunt annexi castitati. i. voto continentiæ sed castitati. i. non contrahēdo, vt, n. ordinatus continere debeat, ex constōne ecclesiæ factum est, & forte ob hoc dixerunt Laur. & Ioann. q̄ Papa potest dispensare in continentia sacerdotum, vt no. 25. q. j. quæ ad perpetuam. Dic igitur quòd ordo & constō ecclesiæ impedit, ne in sacro ordine contrahatur, nec propriè dicuntur, duæ causæ, vel duo impedimenta, quia vnum est causa, & occasio, alterius. ordo enim dedit causam constōni propter mundiciā & reuerentiam sui, non ergo ordo per se inspectus impedit, sed constitutio ecclesiæ facta ratione ordinis, secundum Hugu. & Arch. & de ista materia no. fra. Io. in sum. coniu. ti. de voto. q. 20. & tribus seq. qōnibus.

1 *Professio est duplex.*
2 *Totum præcedens solennizatur per habitus susceptionem, subsequens autem non.* 3.
4 *Habitus non facit monachum.*
5 *Professio vbi fieri debeat.*
6 *Monacho potest ecclesia perpetuo dimitti a Papa.*
7 *Monacho non potest perpetuo relinqui ecclesia a prælato.*

Insinuante. ¶ Si quæritur vtrum votum solennizatur per habitus suscep-
1 tionem. Distingue. † Ad cuius euidentiam no. quòd duplex est professio. s. vera, & præsumpta. Vera dicit professio, quando verbis exprimitur more solito legēdo charta & faciendo professionem, dicendo, ego talis &c. 20. q. 1. vidua. ś. de conuer. coniug. dudum occulta vero, & præsumpta inducitur, vel ex mora temporis, puta quia per annum stetit sine reclamatione. ś. de regul. ad apostolicam. vel per euidētia signa puta, quia quando ingreditur, renunciat seculo, facit testamentum, ac si mori deberet, & transfert omnia bona sua in hæredes & legatarios, & in pias causas, & mutat habitum, vel quia assumit habitum professoris, vel si non est distinctus, ad minus legit, & cantat, & facit omnia sicut professus. ś. de regu. vidua. & c. statuimus. 27. q, j. vidua. 23. dis. quod interrogāti. Item per coniugis absolutionem, & solennem castitatis, promissionem, secuta ordinatione, seu professione coniugis, absoluti, vt leg. & no. 33. q. 5. quod deo pari: & per Hostiens. in summa. ti. de conuer. coniug. §. qualiter. vbi ergo sciendum. Item solennizatur votum per ordinis sacri susceptionem. 33 dis. diaconi. 84. dis. cum in præterito. vt hæc no. Hostiens in summa. eodem ti. §. 2. ad fin. ver. vera dicitur professio &c. & Ho. & Ioan. And. hic. Et sic sunt sex modi, & quicunque istorum modorum probetur, matrimonium impeditur, & contractum dirimitur, vt hic. & ś. eod. rursus. & ca. consuluit. & cap. meminimus. est & septimus secundū Goffred. cū professionē, facit nulli religioni vouendo, quia monachus est, licet nullius monasterij, & subest episcopo, 10. q. 1. regenda. secundū Hos. & Ioann. And. Distingue ergo, secundū Goffred. Aut votum præcedit susceptionem habitus, aut econtra, ha-
2 bitus præcedit votum. † In primo casu solennizatur per habitus susceptionē. ś. de regularibus, ex parte, & hic & j. de priuileg. cap. vt priuilegia. §. illud, † In secundo casu non solennizatur. ś. eod. consuluit, & sic debet intelligi. ś. de reg. ex parte. de conuer. coniug. ex parte. 2. §. fin. † sic etiam intelligitur, quòd
4 habitus non facit monachum. ś. de regu. porrectū. & capi. vt clerici, & de renuncia. ex transmissa. secundū Goffred. sed Raynal. notauit, quòd habitus professoris extra monasterium assūptus non inducit professionē præsumptā, sed tm simplex votū, & sic intellexit decretales prædictas consuluit, & porrectū. Si vero quis habitū suscipiat in domo propria, & votū emittat in manu publicę personæ episcopi abbatis, vel cuiuslibet presbyteri, qui quo ad hoc dicendæ sunt publicæ personæ, vt no. Hug. 27. q. j. in princip. Tunc videtur votum solennizasse, & separatur matrimonium postea contractum, sic intellexit, hic. & hoc propter professionem, quam facit, non prōpter, habitum susceptum, aliter esset contraria dicta decre. ś. eo. consuluit: ita no. Raynaldus. in summa, sua de impedimento voti, §. sequitur videre in fi. cuius dictū approbat Archid. 27. q. j. de viduis. j. in glo. adde. Dicas q̄ si aliquid &c. sed. dictum G. magis placet Hostien. in summa eodem. titu. §. 2. ad fi. versic. vera dicitur professio &c. Sed tu potes probabiliter sic dice-
5 re. † Quia aut quæris de professione expressa. & illa pōt fieri, in monasterio & extra etiam seculari habitu non mutato. vt j. de regul. c. constitutionem. lib. 6. Dummodo fiat prout debet in manu prælati. ś. de regular. porrectum. vel alterius, de mandato suo. vt eo. ti. ad apostolicam. & dixi. ś. de regu. porrectum. & per illam solennizatur votum. vt notat plene Guil. in d. c. constitutionem glo. vt patet & glo. quia tale votum &c. & ita potes intelligere primum membrorum Ray. Aut quæritur de tacita, in qua requiritur habitus mutatio, & tunc dic, vt dixi plene. ś. de reg. statuimus, per totum specialiter ad fin. vers. sequitur quando dicatur. &c. Vnde aduerte bene qd ista

mulier

mulier emisit solum modo votum castitatis in manu illius fratris S. Augustini, non autem emisit votum professionis quod patet per adiectionem, quam fecit. s. vt in domo propria cum omni sua substantia remaneret, quæ quidem adiectio est contra votum quod fit in professione religionis. ś. de statu mon. cum ad monasterium in fi. & ita intellexit hanc decre. Inno. ś. de sta. mo. c. j. & j. de fri. & male. fraternitatis super verbo alio quin. in fin. & arg. 32. q. 2. solet. glo. adde istud membrum. Vnde non propter istud votum continentiæ, vel castitatis dirimitur matrimonium sequens, sed propter hoc quòd tradidit se ordini S. August. in manibus illius monachi, & habitum professoris suscepti, & ibi per biennium morata fuit, vt no. Bern. hic in glo. 2. cum quo concor, Guil. in d. c. constitutionem, in glo. ergo non licebit &c. Vnde vtrum mutet habitum, vel profiteatur in matrimonium, vel extra. dummodo in manu illius, cuius potest, & modo seruato non refert, vt credo, & hodie secundum Io. An. tenendum est quod habetur. j. de voto. c. vnico. lib. 6.

Super eo. c. ¶ Ad declarationem glo. magnæ Inno. in ver. sed cum nullus. &c. si quæritur vtrum prælatus potest promittere, vel se obligare, vt se perpetuo, vt ad vitam dimittat aliquam ecclesiam, vel locum alicui,
5 monacho. Dilting. † Aut quæritur de Papa, & ille potest, ſm. Inno. pro quo facit quod le. & no. ś. de concess. præben. propo
6 suit. † Aut de alio prælato, & tunc nõ potest. ś. de sta. mo. ca. cũ ad monasterium. in fi. secũdũ Inno. hic idem Guil. 7. q. j. pastoralis. glo. pen. & j. de offic. ordin. c. præsenti. glo. 2. in fi. vbi dicit quòd nõ valet talis pmissio, nec Abbas ex ea tenetur, imo potest ei auferre, quando vult, sicut nec pactũ inter dominũ, & seruum valet. C. de transact. interpositas. nam monachus, seruus dicitur. 54. distinctio. multos. & no. 12. q. 1. non dicatis, & in hoc concord. Specul. ti. de actione. in fi. ver. abbas autem non potest &c. & Ioan. And. in dicto cap. pñi. in nouella, & hic & idẽ de canonico regulari, vt ś. de postu. ex parte. ſm Guil. ibi sed tñ Inno. no. hic & Host. & Ioã. And. post eũ, q̃ si occurreret casus in quo abbas vel superior vellet ex malicia remouere illum, à loco quem ei deputauit, posset supplicare superiori & superior eum audire deberet ad similitudinem serui. C. de p̃ci. impe. offe. l. j. instit. de his qui sunt sui, vel alie. iur. §. sed hoc tempore, secundũ eos. idem Guil. in cap. præsenti. glo. 2. in fi. & Io. And. j. de præbend. cum singula. lib. 6. in nouella. & in p̃misis cõcord. Guil. de Mõte lau. extra de supplen. negli. præla. cap. vnico super verbo oportuerit incle. vbi tractat. quando priores possunt per suos abbates a suis prioratibus, seu administrationibus remoueri. de hoc vide quod dixi ś. de sta. mo. c. monachi. 3. dist.

¶ De eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. Rubrica

1 *Matri. contrahens cum alia, an mortua prima teneatur cum secunda remanere. 5.*
2 *Vxori alligatus est quasi seruus.*
3 *Vir non habet potestatem sui.*
4 *Matrimonium a Deo institutum.*
6 *Liberi secundæ vxoris ductæ viuente prima, & ea mortua cum viro manente, an sint legitimi.*

Propositum. ¶ Si quæritur vtrũ si vir, habẽs vxorem, hoc sciens contrahat, cũ secunda hoc ignorante, mortua prima teneatur remanere cũ secunda. & vtrum liberi ex ea nati legitimi sunt censendi. Distingue. Aut
1 † ista secunda mulier clã contraxit cũ eo, & tunc nullo mõ excusari potest, sed habetur pro sciente, vt ś. de clandesti. despon. c. cũ inhibitio. §. si quis verò. secundũ Host. j. e. ex literis. & in sum. eod. ti. §. vnico. sub. §. sed quomodo. Aut contraxit publicè, & in facie ecclesiæ, & tunc, aut ignorabat ius, aut factum, si ius tunc, aut ius ciuile, vel canonicum, & talis ignorantia nõ nocet mulieri nisi vbi hoc est expressum in iure. C. de iur. & fact. igno. l. vlti. Aut ius diuinum, vt si audiuit sententiã diuortij latam fuisse inter ipsum virum & primam vxorem suã, ob causam adulterij, quæ causa non separat matrimoniũ, nisi quo ad thorum, ś. de procu. suæ. 32. q. j. dixit dominus. Et ipsa credens ipsum matrimoniũ propter hoc separari in totũ contraxit cum viro, & tunc non excusatur, sed habetur pro sciente. Nam licet fœminis liceat allegare ignorantiã iuris, vt est dictũ non tamen ignorantiam euangelicæ veritatis clamantis. Quos Deus coniunxit homo non separet, quia nec ignorantia iuris, naturalis probabilis est. C. de in ius voc. l. 2. vt no. Host. j. eod. ex literis, & Io. And. post eum. Si factũ ignorabat, tunc. Aut crassè & supinè, & tunc non credo quòd excusetur. ff. de iu. & fac. igno. l. nec supina. j. de cle. excom, mi. illud. & cap. apostolicè. §. ceterum. de consti. cap. vt animarum. lib. 6. Aut probabiliter, vt quia adhibuit diligentiam, quam potuit, & tunc excusatur cum distinctione quæ sequitur, simile ś. de elect. innotu. §. parentes. Distingue ergo. Aut matrimonium contractum, cum prima non tenebat, & tunc remanebit cum secunda, & secunda cum eo, velint nolint, & quia ex quo primum matrimonium non tenebat, secundum tenuit, nisi sit aliud canonicum quod obsistat, ś. de spon. cum apostolica. & j. eod. cap. 2. & liberi ex ea nati, erunt legitimi siue matrimonium sit ab initio contractum in facie ecclesiæ, iuxta c. cum inhibitio. ś. de clandestin. despons. siue sit clandestinum, vt j. qui filij sint legi. c. quod nobis, secundum Hosti. ibi, licet Bern. ibi aliter, & hoc intellige siue cum illa sola contraxerit. siue cum illa, & pluribus alijs successiue. Nam si matrimonium contractum, cũ ista secunda teneat, sequentia non tenebunt. ś. de spon. ca. pen. Aut matrimoniũ contractũ cũ prima tenet, & tunc. Aut quæritur vtrũ mortua prima debeat manere cũ secunda, aut vtrũ, liberi ex secunda nati legitimi sunt cẽsendi. In primo casu, refert. aut ista secũda mulier licet ab initio quo cõtraxit esset insciа, tñ ex post facto adhuc viuẽte legitima facta est scia. Aut sẽper viuẽte legitima fuit inscia, sed ex post facto facta est scia tũc. Aut à tẽpore sciẽte & viuẽte legitima passa est carnaliter, se cognosci. Et tũc in perpetuũ nõ erit vxor sua, vt patet j. e. cap. fi. de secũd. nup. dñs. 34. q. 2. cum per bellicam. & cap. si vir go. ś. de præscrip. ca. vigilãti & c. pe. in fi. & c. fi. in fi. quo ad casum eidẽ mulieri credi debet, tum quia potestate sua ẽ vtrum fiat diuortiũ, vt hic, tũ. quia de sciẽtia sua cetior est, quã alius. in auth. de hæredi. & fal. §. si vero absũt. col. 1. Et idẽ si cõtraxerit cũ pluribus ab initio inscijs, quo ad illa, quæ postea sciæ, passæ sunt viuẽte legitima se cognosci. Aut à tempore sciẽtiæ & viuẽte legitima nõ est passa se cognosci, & tũc dic idẽ quod in casu seq. Si sẽper viuẽte legitima fuit inscia, tũc. Aut quæritur vtrũ mortua prima statim sit matrimoniũ cũ secũda, ex primo consensu absque nouo primo cõsensu mutuo expresso, vel tacito postea subsecuto. aut vtrũ sit matrimoniũ, ex sequẽti cõsensu, postea subsecuto. aut vtrũ alter eorum possit cogi ad matrimoniũ de nouo cũ altero contrahendi. In primo casu dic, quòd nõ est matrimoniũ, quia primus cõsensus, ab initio fuit nullus, argu. ś. de electio. cap. dudũ. 1. & 2. ſm Alan. Vinc. Laur. Phi. Tan. Goff. Ber. Inn. Host. & Ioã. And. hic. Et est rõ ſm Goff. & Host. in summis suis, eod. titu, quare ex primo cõsensu nõ inducitur matrimoniũ, quia ista secunda, quæ ignorat ipsum virum aliam vxorem habere, errat in cõditione ipsius viri. † Nam quasi seruus est qui alligatus legi seruitu
2 ti vxoris. 27. q. 5. c. apud nos. † vnde vir non habet potestatẽ
3 sui corporis, sed vxor. 22. q. 2. sunt qui dicũt. Error autem conditionis impedit & dirimit, nisi post certificationem cõsensus interueniat. 29. q. 1. c. quòd autem. §. his ita. 29. q. 2. per totum j. de cõiu. seruorum. c. proposuit. & c. vlt. Et alia potest reddi, rõ, quia vnus debet esse vnius, non plurium. j. de diuor. capitu, quãto. & cap. gaudemus. vnde ex quo quis ligauit se semel matrimonialiter. Et durante illo vinculo non potest alij se ligare,
4 † est ratio, quia consensus matrimonialis est spirituali s siue naturalis, & de iure naturali rationali à domino in statu innocentiæ cõstitutus. j. de voto. c. vnico. li. 6. & ideo consensus matimonialis immutabilis & perpetuus permanet, nam & au-
5 thor suus immutabilis est & æternus, & naturalia immutabilia permanent. institu. de iure natu. §. sed naturalia. † In secundo casu refert, aut consensus expressus, vel tacitus interuenit inter eos postquam alter eorum cum alio tertio, seu alia tertia contraxit, aut ante. Si post, tunc sequens cõsensus nõ potest facere matrimonium inter eos, impediẽte alio matrimonio inter medio cõtracto. argum. c. alleg. cum in apostolica. & per hoc ista secunda mulier nunquam censetur vxor, nisi ex nouo consensu. j. cap. veniens. Si ante, tunc aut interuenit cõsensus expressus, & tunc est matrimonium, vt ś. de spon. c. pe. Aut tacitus, vt quia post mortem primæ carnalis copula interuenit inter eos, & tunc, aut interuenit vtroq; adhuc ignorante mortẽ primæ, aut vtroque sciente, aut altero ignorante, & altero, sciente. In primo casu nõ est matrimonium, nam ex cõsequẽtia prioris consensus videntur se commiscere. argumen. ff. de adult. l. quamuis. & l. si mulier. de mi. l. 3. §. scio. Et hoc nisi aliquo probabili argumento appareat quod ei vellet matrimonialiter

hialiter commisceri, vt not. j. eo. veniens, secundum Inno. hic in fin. ver. alij tamen bene vt nobis videtur. &c. In secundo casu est matrimonium, vt j. eodem veniens. de coniug. seruorum. c. proposuit. & cap. fi. ff. de iure do. l. proculus. secundum Hostien. & Io. And. hic, & j. eod veniens. In tertio casu dicit, Innoc. hic in fi. quod non est matrimonium, siue vir, siue mulier sit ignorans per rationem præmissam, licet in principio, contrarium innuere videatur. Idem sentit Host. in summa. c. tit. §. vnico. sub. §. sed quid si tertiam &c. dicens quòd si vir, tertiam duxit, cum iam cognouisset secundam post mortem primæ, sed tamen ipsa secunda ignorabat adhuc mortem, & matrimonium primæ, quod adhuc, cum tertia remanebit. argumen. ś. de elect. c. bonæ. 2. & j. de coniug. seruo. c. proposuit & c. fin. & idem no. frater Io. in summa. confess. titu. de impedimento criminis, in quæstione. quid si mortua & seq. Et qd dictum est de carnali copula, idem intellige, de cohabitatione vel alio tacito consensu. Si quæritur vtrum alter debeat cogi, per ecclesiam ad matrimonium cum altero contrahendum, & tunc. Aut postquam alter ipsorum iam cum alio tertio, seu alia tertia matrimonium contraxit, & tunc non, argum. c. all. cum in apostolica, quia ista secunda mulier nunquam est vxor nisi ex nouo consensu, vt j. eod. veniens. secundum Host. aut ante, & tunc, Aut quæritur vtrum mulier quæ ignorans contraxit, cogi debeat, & dic q̃ non, immo ea instante fit diuortium, vt hic in fin. secundum Hosti. & Ioan. And. hic, & j. eo. veniens. Aut vtrum vir cogi debeat ad instantiam mulieris, & dic quod sic. j. de adulte. c. 1. & 2. & hic in fin. Sequitur quando vir constante matrimonio cum prima legitima, contraxit cũ pluribus alijs mulieribus inscijs successiuè, & tunc refert, vt prius. Aut quæritur vtrum mortua prima sit matrimoniũ, cũ aliqua alia ipsarum absq; nouo consensu postea subsecuto, & dic quòd non. Aut ex nouo consensu postea subsecuto, & tũc illa quam primo cognouerit, vel in quam primo expressè cõsenserit erit vxor, & sic locus est gratificationi, quod intellige, secundum distinctionem præmissam, quando est vna sola. Aut vtrum habeat locũ compulsio ad matrimonium contrahendum, & tunc, Aut contra mulieres, seu aliquam ipsarũ, & dic, quòd non. ar. huius. c. in fi. cum sit eadem rõ, sicut in vna sola. Aut contra virũ scientẽ, & tunc credo sic dicẽdũ. Aut vna illarum mulierũ sola fuit inscia iuxta formã huius. c. & ad instãtiã illius solius fiet cõpulsio, vt hic. Aut oẽs vel plures fuerunt insciæ, & tunc est argumentũ, q̃ nulla habeat ius agendi. ff. de leg. 2. l. si quis seruũ. §. si inter duos. sed ar. quòd prima sola habeat. ff. loca. & conduc. l. in operis. cũ concor. ibi alle. Credo q̃ omnes habeant ius agendi iuxta istud c. ar. ff. de leg. 2. l. peto. §. fratre, & l. vnum ex fami. §. rogo & l. cum pater. §. libertis. & de ver. oblig. l. si Titius. Sed si vir, siue antequam fuerit condẽnatus ad consentiendũ, siue post in vnam ipsarum matrimonia
6 liter consenserit expressè, vel tacitè, per hoc ius aliarum expirabit. arg. dictæ. l. vnũ. in prin. & ś. de spon. si inter. † Sequitur, vtrum liberi ex illa secunda nati legitimi sint censendi, & dicunt Ber. & Host. quòd sic propter bonã fidem mulieris. j. qui filij sint legit. c. ex tenore. & c. cum inter. Quod verum dummodo banna legitima præcesserint, aliàs secus. ś. de clande. de spon. cum inhibitio. quod dic vt dicam plenius in d. c. ex tenore. Et idem si contraxerit cum pluribus ex quibus plures filij sunt nati. Et eadem quæ dicta sunt de viro viuente vxore, sua contrahente cum alia, vel alijs, intellige econuerso, de muliere coniugata viuente marito suo cum alio, vel alijs contrahente, & per eadem iura.

Significauit. ¶ Super glo. q̃ si fecit. Si quæritur vtrum ratihabitio retrotrahitur & mandato compareatur distin. vt dicam. j. de sen. exc. c. mulieris.

1 *Nati ex illicito coitu coniugum, diu simul stantium, cum bona fide dispensatione non indigent.*
2 *Nati ex illicito coitu, coniugum præsumptuosè delinquentium, dispensatione indigent.*

Vm haberet. ¶ Hic in fin. habes, quòd susceptio prolis ex illicito, coitu, vna cum lapsu temporis dispensationem non
1 inducit. circa quod Distingue. † Aut sunt coniugis in iure positiuo, vel in facto probabili errantes, qui bona fide simul steterunt diu, & tunc prolis susceptio, & lapsus temporis dispensationem inducunt. 35. q. 8. de gradibus. j. de coniug. seruo. licet de consang. & affin. quia circa. ff. de ritu. nupti. l. qui in
2 prouincia. §. diuus. † Aut non sunt coniuges sed præsumptuosæ, & ex certa scientia delinquentes, & tales susceptio prolis, & lapsus temporis non excusat, vt hic, quando dicit ita susceptæ. q. d. tam præsumptuosè. tam scienter contra Deum, & iura, & iudicem, & vicinos. Secus ergo esset, vt innuit à contrario, si aliqua posset probabilis ignorantia excusare, vel attenuare delictum, vt in dictis iuribus, secundum Hostien. & Ioan. Andr.

Super eo. c. ¶ Si quæritur apud quem parentum filij debeant manere. Distingue, vt dixi. ś. de conuer. infide. c. ex literis.

1 *Excommunicatus matrimonium contrahit.*
2 *Excommunicati matrimonium non solennizant, donec fuerint absoluti.*
3 *Excommunicatus religionem profitetur.*
4 *Hæreticus matri. contrahit.*

1 **Significasti.** ¶ Per istam literam probatur q̃ excommunicatus põt contrahere matrimonium, & in hoc notant & Io. & Archi. 25. dist. illud. & 28. q. 1. non oportet. & Spec. tit. de spon. §. 1. ver. sed nunquid tenet. & Archid. & Io. And. post eum. j. de hære. c. decreuit. lib. 6. & Ioan. An. j. de sen. excom. c. alma mater. super verbo sacramentis. ś. eo. li. & G. de mon. lau. & Gen. extra de priui. c. j. super verbo, solennizare. in clem. & Ioan. An. hic. non tamen vt ex hoc cõ
2 munioni hominum se ingerat, secundum eum. † Bene ergo tenet contractus matrimonialis, sed non solennizabitur per ec
3 clesiam, antequam fuerit absolutus. † Item excommunicatus potest intrare religionem, vt no. Inno. j. de sent. excommuni. cum illorum. super verbo prælatis. & Io. An. hic, & ibi, & frater Ioan. in summa. confes. tit. de sent. excommuni. q. 44. quid si aliquis veniens &c. & Archi. 11. q. 3. excommunicatos glo.
4 2. † Item quod plus est, hæreticus potest contrahere matrimonium, vt not. Ioann. And. in d. c. decreuit. in nouell. & ś. tit. 2. c. vltimo.

1 *Mulier nubens coniugato, qualiter ei adhæreat. 3.*
2 *Mulier non credat etiam viro dicenti se aliam habere, vxorem.*

Veniens. ¶ Si quæritur vtrum, & vsque, ad quod tempus mulier ignoranter, contrahens matrimonium, vel sponsalia, postea, carnali copula consummata cum viro alteri mulieri legitimè coniugato, possit eidem viro adhærere, & ab eo exigere, vel ei reddere debitum coniugale, Distin-
1 gue. † Aut quæritur in foro contentioso, aut in foro animæ. Si in foro contentioso, aut contraxit cum eo publicè & in facie ecclesiæ, aut clandestinè. Si publicè, & in facie ecclesiæ, tunc, aut vxor legitima non repetit virum suum, nec aliàs ipse secũdus contractus impeditur, vel molestatur, & tamdiu poterit si bi adhærere, & debitum reddere, & exigere pro hoc. j. de secund. nup. cap. dominus. §. si verò. Aut ipsa legitima repetit virum suum, seu aliàs matrimonium ipsum impeditur, & tunc, ipsam excuso, quandiu iste articulus potest esse dubitabilis. ar. ś. vt lite pend. laudabilem. j. de frig. fraternitatis. §. j. ver. nam si tantum. hoc est, quousque sententia lata sit, nisi per literas ordinarij, vel per probationem factam plenariè fuerit certificata. ad hoc. ś. de rescrip. cum contingat, de cohabit. cle. vestra.
2 † Nec tenetur credere etiam si vir reuelet ad partem, & in iudicio confitetur, quod illa quæ superuenit est vxor sua legitima, vt patet. j. de eo. qui cog. consang. vxo. suæ. super eo. Vel si maritus hoc confiteretur sacerdoti in pœnitentia, & facit, venire ipsam secundam, & moueri per sacerdotem super hoc, nam adhuc puto eam excusatam. quo ad ecclesiam militantem, quia hæc omnia possent procurari in fraudem. Vnde ex quo quis est sibi acquisitum coram ecclesia, vt hic dicit, & ś. de clande. despon. cum inhibitio. requiritur quòd certificetur antequam adultera iudicetur. j. de secund. nup. cap. dominus. vir tamen nunquam exigat, vel reddat debitum, & si ob hoc, quia non reddit, excommunicetur, sustineat excommunicationis sententiam patienter. j. de senten. excommu. inquisitioni. Si clandestinè contraxit, nec est postea matrimonium, per ecclesiam approbatum, tunc, quam cito inde audit aliquid, debet a carnalibus amplexibus abstinere, argumen. j. qui fil. sint
3 legi. perlatum. & in d. c. cum inhibitio. §. si qui vero. † Si quæritur in

tur in foro animæ, tunc conſulerem ei, ꝙ ab exactione debiti, abſtineret, ex quo aliquid probabiliter audit, quia quod tutius & certius eſt reſpectu animæ ſeruandũ eſt. ṡ. de ſpon. iuuenis. & j. de homi. ad audientiam. Hæc diſtinctio poteſt colligi, ex dictis Hoſt. hic ſuper verbo inſciam. vbi etiam dicit ꝙ ſi ſecũda mulier receperit fidem à marito ꝙ poſt mortẽ legitimæ in vxorem ducatur, ꝙ de cætero nullam poteſt prætẽdere ignorantiam, nam per hoc patet ꝙ credit, virum aliam mulierẽ habere, & ſit hoc caſu omnino interpretatio contra ipſam. argu. ṡ. eo. cum haberet. & j. eo. §. fi. & cum Hoſti. concor. per omnia Io. And. hic.

1 *Nubens coniugato, an eius vxore mortua tenebit tale matrimonium. 3. 5.*
2 *Matrimonio non obſtat impedimentum, de iure non ſortiens effectum.*
4 *Matrimonium dirimit quatuor 7.*
6 *Nubens viuente viro, an eius morte machinata tenebit matrimonium.*

Si quis vxore. ¶ Ad euidentiam huius tit. Si quæritur vtrum contrahẽtes ſponſalia, vel matrimonium viuente coniuge alterius eorundem, vel machinantes in mortem ipſius coniugis, poſsint hoc non obſtante eo mortuo matrimonium
1 inuicem contrahere, & in coniuges ſe habere. Diſtingue. † Aut illud matrimonium quod erat inter alterum iſtorum, ſic contrahentium, & illum coniugem ſuum, nunc mortuum, non tenebat de iure, & tunc poterunt in coniuges ſe habere. ṡ. eod. c. 2. ṡ. de ſpon. cum apoſtolica. cum ibi no. ſecundum Inno. & c. veniens mariota. ſm Hoſt. hic. in glo. pe. & in ſum. eo. tit. ver.
2 ſi vero neuter. † Nam in matrimonijs regulariter non præſtat, impedimentum quod de iure non ſortitur effectum. 31. q. 2. ſi verum. ar. j. de reg. iur. c. non præſtat. lib. 6. ſaluo quod de publicę honeſtatis iuſtitia le. & no. j. de ſpon. c. vnico. lib. 6. Aut matrimonium de iure tenebat. & tunc. Aut quæritur de primo, .ſ. vtrum non obſtante matrimonio, vel ſponſalibus, viuente coniuge legitimo ꝯtracto, vel ꝯtractus, poſſint poſt mortem ipſius coniugis in coniuges ſe hr̃e. Aut quæritur de ſecundo. ſ. vtrũ non obſtante machinatione in mortem ipſius coniugis legiti
3 mi, poſsint poſt mortem ipſius in coniuges ſe habere. In primo caſu refer. † Aut ille, vel illa contrahens ſponſalia vel matrimonium cum huiuſmodi coniugato fuit ab initio ipſius contractus de facto initi inſcius ſeu inſcia ipſius matrimonij, aut fuit ſcius ſeu ſcia, ſi fuit inſcius ſeu inſcia, tunc. Aut fuit inſcius ſeu inſcia ab initio ipſius contractus de facto, & ex poſt facto, vſque ad mortem ipſius coniugis legitimi, tunc poterunt ẽt ſi copula carnalis interuenit in coniuges ſe habere. vt ṡ. e. c. 1. & c. pen. & hoc tenet Hoſt. hic in glo. ſua penul. & in ſumma e. tit. §. vnico. circa princ. & Ber. & Hoſtien. ṡ. c. 1, Aut fuit ab initio ipſius contractus de facto inſcius, vel inſcia, ſed ex poſt facto. ſ. ante mortem ipſius coniugis, ſeu adhuc conſtante matrimonio eſt factus ſcius. vel facta ſcia, & tunc, aut à tempore huiuſmodi, ſcientiæ, vſque ad tempus mortis coniugis ſeu ſoluti matrimonij non interuenit carnalis copula inter eos, & tunc poterunt in coniuges ſe habere, licet etiam ante huiuſmodi ſcientiam interueniſſe, argumen. ṡ. eod. c. 1. & hoc, quia nec tempore contractus, nec tempore carnalis copulæ habuit ſcientiam, ſeu malam fidem. & hoc videtur notare Ber. ibi, in prima glo. in prin. & Hoſt. poſt eum. Vnde dixerunt hic Phili. & Goff. ꝙ reprobatur hic opinio Hug. qui dixit ſolam fidei dationem, ſine adulterio impedire matrimonium, quia de re non vacante facta fuit promiſsio. ṡ. de conceſſ. præb. c. 1. & 2. & idẽ dicebat de cõtractu, & de machinatione. Aut poſt tempus huiuſmodi ſcientiæ conſtante illo matrimonio carnalis copula, interuenit inter eos, & tunc dicit Hoſt. ṡ. e. c. j. glo. j. & in ſumma. eo. tit. §. vnico. in prin. ſub. §. ſed quid ſi ab initio &c. qđ nunquam poterunt in coniuges ſe habere per iſtud c. in fi. & j. de ſecund. nup. dominus. 34. q. 2. cum per bellicam. & c. ſi virgo. ṡ. de præſcrip. vigilanti. & c. pen. in fi. Idem not. Guil. ſuper Ray. tit. de impedimento criminis. & frater Io. in ſumma cõfeſ. tit. de impedimento criminis. q. quid ſi occidit. ad fi. verſ. ſed ſi ab initio &c. Si ab initio ipſius contractus de facto fuit, ſcius ſeu ſcia, puta ſi fidem ſibiinuicem dederint, quòd poſt mortem coniugis contraherent, quo caſu contrahens ſic cum coniugato bonam fidem habere non poteſt, ſecundum Hoſt. hic in glo 2. & in ſumma eod. tit. §. vnico. circa medium. verſi. idem dic &c. & Io. And. poſt eum. Tunc autem, nec ante, nec poſt huiuſmodi contractum durante illo matrimonio legitimo carnalis copula interuenit inter eos, & tunc quamuis ambo deliquerint taliter contrahendo, tamen poterunt in coniuges ſe habere, vt hic. j. reſpon. & no. Inno. ṡ. e. ſuper hoc glo. fin. & Vinc. Phi. Gof. Ber. & Hoſt. hic. Quod credo verum etiam ſi ante tempus ipſius veri matrimonij, vel poſt ipſum interueniſſet, & hoc per tex. iſtum qui dicit, ſi nec ante, nec poſt legitima eius ſuperſtite cognouit eandem &c. q. d. etiam ſi antequam contraxiſſet huiuſmodi matrimonium cum iſta legitima eam cognouiſſet. Et idem ſecundum Ioan. And. ſi legitima mortua, eam cognouiſſet, cui prius fidem dederat per hãc literam, ſaluo eo quod dicam. j. ver. ſed quid ſi ille. Aut durante illo legitimo matrimonio, ſiue ante huiuſmodi contractum de facto, ſiue poſt carnalis copula interuenit inter eos, & tunc non poterunt in coniuges ſe habere, vt hic. in §. cæterum. & ṡ. eo. ſignificaſti. ibi vel ea viuente &c. a contrario ſenſu. & not.
4 Inno. in c. alleg. ſuper hoc. glo. vlt. † Et ſic quatuor requiruntur ad hoc vt matrimonium impediatur & dirimatur. Primum. ſ. quod teneat primum matrimonium. Secundum ꝙ eo conſtãte contractus ſponſaliorum, vel matrimonij de facto interuenerit. Tertium. ſ. ꝙ carnalis copula eo durante interuenerit. Quartum. ſ. mala fides, ſecundum Hoſt. qui dicit quòd non audet determinare, quòd hoc caſu conatus, ſeu tentatio carnalis copulæ ſine perfectione ſufficiat. arg. ṡ. de teſti. licet ex quadam, §. fin. & in his quæ no. ṡ. de ſpon. duorum. c. fi. qui cle. vel vo. c. rurſus. Nam & in delictis plerunq; nõ obeſt conatus, ſed requiritur affectus cum opere ſubſecuto, vt patet ṡ. de bigam. nuper. & c. vlti. & ꝙ conatus non ſufficiat, nec noceat, tenent hic Vinc. & Io. And. & Spec. eod. titu. ad fi. Valebit ergo ſecundum matrimoniũ quãuis contraxerit & cognouerit dummodo mala fides abſit, valebit etiam ſi in primo matrimonio cã impedimenti ſubſit, de qua eccleſiæ fides fiat, eſto etiam quòd in ſecundo mala fides adſit, ſed & valebit ſi ſimpliciter fides data fuerit, & non cognouerit, ſecundum Hoſt. ſed quid ſi ille, qui vxore legitima viuente data fide promiſit ſe aliam ducturum, vel cum ipſa de facto contraxit mortua legitima cognouit eam nouiter alteri coniugatã? Vel quid ſi mortua prima cõtraxit cum ſecunda, & demum cognouit illam cui fidem dederat, viuente prima? dicit Ioan. And. hic quod ſatis videtur, quòd non poterit eam habere in vxorem arg. de pœni. diſtin.
5 j. adhuc inſtant. 8. q. j. in ſcripturis. ff. de libe. & poſth. l. placet. ſi cert. pet. l. ſingularia. † Ex præmiſſis nota breuiter, quòd ſola fides de futuro ante matrimonium verum vna cum carnali copula poſt ipſum matrimoniũ, & eo durante, vel carnalis copula ante matrimonium vna cum fidei datione vel matrimonio de facto poſt matrimonium verum, & eo durante, vel carnalis copula præcedens, & fidei datio ſequens ante matrimoniũ verum vna cum carnali copula, vel fidei datione ſeu matrimonio de facto poſt ipſum matrimonium verum, & eo durante non impediunt ſequens matrimonium cõtrahendi, poſt mortem legitime. Sed ſi vtrunq;. ſ. contractus ſpõſaliorum, vel matrimonij de facto, & carnali copula conſtante vero matrimonio interueneri', tunc ſi poſt ſcientiam contrahentis cum coniugato, nulli dubium eſt quod impeditur matrimonium. Si vero alterum interuenit ante ſcientiam, & alterum poſt, videtur idem, & hoc tenet Hoſt. ſaltem in caſu, vbi contractus ſponſaliorum vel matrimonij de facto præceſsit ſcientiam, & carnalis copula eſt ſecuta, vt eſt dictum. Et idem videtur econtra, vbi carnalis copula præceſsit ſcientiam, & contractus ſequitur eadem ratione. arg. ṡ. eod. ſuper hoc. & c. ſeq. & videtur expreſſum in c. ſignificaſti. ibi, vel ea viuente, &c. Et poteſt eſſe ratio, quia committendo vnum ſcienter, ſeu poſt ſcientiã matrimonij, videtur aliud præcedens ſcientiam approbare, argu. in eo quod dixi poſt Hoſt. ṡ. de temp. ord. cap. literas. Et quæ dicta ſunt de ſponſis, ſeu fidei datione, intelligo, etiam ſine iuramento interueniente. 22. q. 5. iuramenti. ſecundum Vinc. & Io. And. ṡ. eod. ſignificaſti. idem Specu. eod. titu. verſic. quid ſi
6 nec fidem. † Si quæritur de ſecundo principali. ſ. vtrũ nõ obſtante machinatione in mortem ipſius coniugis legitimi poſſint poſt mortem ipſius in coniuges ſe habere, tunc. Aut machinatio non fuit effectualis, ſeu cum effectu, quia ex ea non eſt mors ſecuta, & tunc non impedit quo minus poſt mortẽ, ipſius coniugis legitimi poſſint in coniuges ſe habere, verba enim cum effectu ſunt accipienda. ṡ. de cle. non reſi. c. relatum & de ſpon. c. vlti. de pœn. diſt. 1. §. hæc autem verba. & notant, Ioan. & Archid. 31. q. 1. ſi quis viuente, & Ber. & Hoſt. ṡ. eod. ſuper hoc. & Hoſt. in ſumma. eod. tit. §. vnico. ſub. §. & intellige machinationem &c. & Vinc. & Hoſt. ṡ. de conuer. infide. c. laudabilem.

laudabilem. Aut machinatio fuit effectualis, ſeu cum effectu, vt quia mors coniugis legitimi inde eſt ſecuta, & tunc, aut non fuit machinatio ſtudioſa. i. non intentione, vel animo contrahendi, ſed alia de cauſa puta in guerra, vel bello, vel aliàs caſu, vel odio quis interfecit maritum alicuius mulieris, & talis, non impedit vt ṡ. de conuer. infide. c. laudabilem. ſm Ber. Inno. & Hoſt. ṡ. eo. ſuper hoc. & Hoſt. in d. §. vnico. ſub. §. & intellige ver. vnde & ſi maritum &c. & Hug. in d. c. ſi quis viuente, & Aſten. tit. de impedimento criminis. arti. 2. iu princi. vbi de hoc. Aut fuit ſtudioſa, quia intentione, & animo contrahendi, & talis impedit quod non poterunt in coniuges ſe habere, vt in cap. alleg. ſi quis viuente, & c. vltim. 31. q. 1. ṡ. eod. ſuper hoc & c. ſignificaſti. Et hoc intelligo ſiue ambo, ſ. tam coniunx, q̃ volens cum eo contrahere, ſiue alter eorum fuerit machinatus cum effectu. Item huiuſmodi machinatio impedit, licet, carnalis copula non interueniat, nec fidei datio, vt in d. c. laudabilem. vbi eſt caſus, ſecundum Hoſt. ibi & hic & j. de diuor. c. j. & Inn. & Hoſt. ṡ. eod. ſuper hoc. in fi. & Gul. in Spec. titu. de diuor. §. j. in princ. licet Gof. contra hoc. & ṡ. eod. ſuper hoc. & Ioan. And. Sed contra hoc eſt caſus expreſſus. j. de diuor. c. 1. nam ſi ſolus conatus ſine effectu aufert beneficium illius cõiugij contra decre. ṡ. de ſpon. c. vlti. multo fortius conatus, & effectus debet dirimere matrimonium, ſic iniquè contractũ ſecundum Ioan. in d. c. 1. recitat Archid. in d. c. ſi quis viuente glo. penul. qui ad opinionem iſtam declinare videtur. Et ſic ſecundum intellectum Hoſtien. tres ſunt caſus in vniuerſo, in iſta materia, qui impediunt & dirimunt primus, contractus ſponſaliorum, cum adulterio, ſecundus contractus matrimonij de præſenti cum adulterio, tertius, machinatio vtriuſque vel alterius cum effectu. Sed Io. And. dicit in d. c. laudabilem, quod ſola machinatio vnius non ſufficit, niſi vna cum hoc carnalis copula interuenerit. Nam vt dicit Hoſt. ṡ. eo. ſuper hoc per glo. capitaneam magiſtralem non eſt matrimonium ſeparandum, ſed non eſt tex. dicens, quòd vnius machinatio ſufficiat. & c. ſuper hoc. & c. ſignificaſti. ṡ. eo. loquuntur vbi adulte
7 rium interuenit. † Et ſic ſunt quatuor caſus in vniuerſo qui habent dirimere matrimonium, primus ſponſalia cum adulterio. ſecundus machinatio alterius tantum cum effectu & adulterio. tertius matrimonium contractum de facto cum adulterio. quartus machinatio vtriuſque cum effectu, ſine adulterio, alia per ſe non ſufficiunt. Sed pro opinio. Hoſtien. ſ. quod etiam ſola machinatio alterius cum effectu ſufficiat ad matrimonium dirimendum, facit optime, ſupra c. proximo, verſic. vel machinatus fuerit &c. Nam ibi non apparet, quod carnalis copula interueniſſet, ſed ſolum matrimonium, & videtur, caſus in d. c. laudabilem. in princip. ibi machinare &c. non dicit ſi vterq; fuerit machinatus &c. & hoc credo verius. Item omnia quæ dicta ſunt de matrimonio legitimo, intellige etiã carnali copula interueniente non conſummato. Vnde ſi in caſu huius capitu. vir antequam vxorem ſuam legitimam cognouerit, cum ſecunda contraxerit, & eam cognouerit, mortua prima, vel religionem intrante, non poterit remanere cũ ſecunda, vt hic. & ṡ. eod. cap. proxi. & cap. 2. ſecundum Innoc. Hoſtien. & Abb. & Ioan. And. hic. & in d. c. ſignificauit hic. & idem ſupra eodem cap. ſignificaſti. & c. cum haberet, & de eo qui cog. conſang. vxo. ſuæ. diſcretionem. Nam & ante carnis copulam vxor eſt, & ideo vir qui ea viuente ſecundam cognoſcit, adulterium committit, vt patet, ſupra de ſponſa. duorum. c. 2. 3. & 4. & fin. de ſponſalib. ex parte 32. q. 5. non mœchaberis, & cap. puto. ff. de adulte. l. ſi vxor. §. diuus. ſecundum Hoſt. & Ioan. And. de quo in Spec. hoc titu. in fi. licet quidam dicant contrarium, & male dicentes, quòd ſicut ad efficaciã, huius impedimenti requiritur fides, vel matrimonium, cum copula, ſic requiritur, quòd copula interuenerit cum prima. Item intellige vxorem legitimam, etiam ſi ſit ſeparata, quo ad thorum. vt ṡ. ex literis. Item Roſ. bene dicit in libello ſuo, tit. de ſpon. & matr. ver. quantum impedimentum quòd alter contrahentium in caſu huius. §. cæterum. non audiretur cõtra reliquum prouocando ad diuortium cum ſint in pari delicto. & ſic nil Iudæus iudæo, & c. de inoffic. teſtamen. l. in arena. ff. ne quid in loco public. ſi. l. 2. §. ſi quid in loco. ver. idem ait, dic tamen, quod quilibet de populo poterit libellum offerre, in quo narrando factum petat diuortium. Tu dic etiam alterum contrahentium propter periculum prouocantem audiri. ṡ. de re iudi. labor. vbi de hoc in prima glo. & c. conſanguinei. ſm Ioan. An. hic de iſta materia, & pro intellectu huius titu. Vide verſus magiſtrales, Sola fides, ſolus coitus non vetat iniquus, Poſt obitum propriè quin poſſit ducere mœcham. Si duo concurrant non mẹchus mẹcham habebit. Siue per alterutrum cõſtat periſſe priorem. Inſcia ſi fuerit hunc ſi vult ſẽper habebit. De iſta etiam materia vide per Ray. & glo. ſuper Ray. & fratrem Io. in ſumm. confeſ. tit. de impedimento criminis. per totum.

1 *Religio excuſat coniugatum à debito carnali.*
2 *Fornicationis exceptio excuſat à debito carnali.*
3 *Lepræ exceptio excuſat à debito carnali.*
4 *Conſanguinitatis, & affinitatis exceptio excuſat à debito carnali.*
5 *Eccleſiaſticæ inhibitionis, exceptio, excuſat à debito carnali.*
6 *Dierum, & locorum ſacrorum exceptio, an à debito carnali excuſat.*
7 *Imprægnatio non excuſat, à carnis debito reddendo.*
8 *Coniux exactus, & non reddens carnale debitum, an excommunicetur.*

¶ De coniugio leproſorum. Rubrica.

Quoniam. ¶ Ad declarationem gloſſæ nota, quod generaliter & cætera. Si quæritur, vtrum indefinita æquipollet vniuerſali. Dic, vt dicam. infra de priuilegi. qui circa.

Super eo. c. ¶ Si quæritur vtrum aliqua exceptio, & quæ alterum coniugem a debito carnali, reddendo altero valeat excuſare. Diſting. Aut petens debitum ſibi reddi, eſt per alterum corpore ſuo ſpoliatus, & tunc dic, vt dixi. ṡ. de reſtitu. ſpo. c. literas. Aut non eſt ſpoliatus & tunc. Aut quæritur de exceptione religionis. ſ. quando intrat religio
1 nem, & illa excuſat ſi matrimonium non eſt carnali copula cõſummatum, aliàs non. quod dic vt leg. & no. ṡ. de conuer. coniug. c. verum & c. ex publico. Aut de exceptione fornicationis vel adulterij, & tunc. Aut carnalis, aut ſpiritualis. Si carnalis, tunc dic ꝙ illa excuſat, vt hic. & 32. q. j. dixit dominus. & q. 7.
2 apoſtolus. & cap. omnes cauſationes. † Quod intellige ſi fornicatio ſit notoria, aliàs ſecus, vt j. de diuor. ſignificaſti. & niſi obſtet replicatio paris fornicationis, ſeu adulterij, vt j. de adul. c. pen. & ſi. vel quòd ipſe fuit cauſa, ſeu complex ipſius fornicationis. j. de eo qui cog. conſan. vxo. ſuæ c. diſcretionem. quod dic, vt no. in d. c. ſignificaſti. per Ber. & Hoſt. Si fornicationis, ſpiritualis, dic ꝙ illa excuſat. j. de diuor. c. quæſiuit. & c. quan-
3 to. ſecundum Hoſt. & Ioan. And. hic. † Aut quæritur de exceptione lepræ, vel alterius infirmitatis, & tunc. Aut tantus eſt error infirmitatis quòd ſanus nullo modo poſſet ad coitum moueri, & tunc excuſatur, quia nemo ad impoſſibile obligatur. ff. de reg. iur. l. impoſſibilium. j. de reg. iur. c. nemo poteſt. lib. 6. ṡ. de ſolu. c. Odoardus. ſecundum Hoſt. & Io. An. Aut horror nõ eſt tantus quin ſanus poſſit ad coitum moueri. & ſpecialiter vxor quæ ſolum habet pati nõ agere, & quæ ſine aliquo motu caloris debitum reddere poteſt, & tunc non excuſat vt hic. ṡ. c. proxi. vbi hoc no. Ber. in gl. fi. & Hoſt. & Io. an. poſt eũ, licet male dicat quod licet ſanus debeat reddere: nõ tamen debet cõpelli. art. 32. q. 5. ſi vxorem. quod intellige etiã ſi matrimoniũ non ſit carnali copula conſummatum. vt no. Ber. & Hoſt. j. c.
4 proxi. † Aut de exceptione cõſanguinitatis, vel affinitatis, vel alterius impedimenti, quod ſi eſſet verum redderet ipſum matrimonium nullum, & illa poſtquam matrimonium fuit per eccleſiam approbatum ſaltem in foro iudiciali nõ excuſat antequam per iudiciũ eccleſię ſuper hoc diſcernatur. j. de diuort. porro. In foro vero animę ſeu cõſcientiæ ſecus, qđ dic vt leg. & no. j. de ſen. excõ. c. inquiſitioni. Si vero affinitas ſecuta fuerit matrimonium, dic vt dicam. j. de eo qui cog. conſan. vxo.
5 ſuæ. c. tranſmiſſæ. † Aut quæritur de exceptione inhibitionis eccleſię ex cauſa facte, & illa excuſat. vt. j. de ma. contrac. con-
6 tra interdi. eccleſ. c. 2. & . 3. ſecundum Hoſt. † Aut quæritur de exceptione dierum vel locorum ſacrorum. & illa ſecundum Hoſt. hic & Io. an. poſt eum non excuſat. Nam quamuis peccet petens, & inducendus ſit ad deſiſtendum, ſi tamen inſiſtat modis omnibus reddi debet. 32. q. 2. c. ſicut. his ita reſpondetur. & d. ſeq. 33. q. 5. cap. 1. & . 2. & . 3. & . 4. & . c. manifeſtũ. de quo per eum in ſum. de ſponſ. ſub rubri. de matrimoniis. §. quis ſit effectus. verſi. ſed nunquid peccant coniuges. & ver. ſeq. Et illa fuit opi. gandulphi quam tenet Gof. in ſum. de ma. contrac. cõtra interdi. eccle. in fi. ſed Ioan. gloſ. tenet contrarium. 31. diſ.

quoniam

quoniam in glo.istud est contra &c. argu. tex.ibi in tempore opportuno & c. Et idem sentiunt ibi Laur. & Ioã. de Fa. Sed Archid.ibi quòd ille tex.potius facit contra Io.si ponderatur verbum illud opportuno,nam non dicit congruo, vel honesto,sed opportuno.q.d.quando vxor opportunitatem habet, idem etiam quod ibi tenet Io. 68. dist.c.ecclesijs.glo.2.& 33. q.4.apostolus. glo.fi.& de pœ.dist.7.c.non oportet.sed primũ opin.tenet Hug.vt no.Arch.in c.alleg.quoniam.& de consec. dist.j.ecclesijs.quam credo veram in exceptione dierum, vt 31.q.4.c.si causa.quia tempus & hora non patiuntur amplius, deliberandi consilium.ff.de exer.act.l.j.Et quia necessitas non habet legem.ff.ad l.rhod.de iac.l.j.ʒ.de consue.quanto. Itẽ credo in exceptione locorum sacrorum in casu vbi exigens, non posset alibi commodè,vel securè exigere,puta quia tunc non posset exigere in ecclesia, �means Lau.& Arch.in ca. alleg.apostolus.& c.non oportet,quia illud possumus,quod cõmode possumus.ff.de ver.sign. l.nepos proculo.ʒ.vt lite non conte.accedens. 2.aliàs crederem vltimam opi. veriorem. & in ista conclusione satis concordant theologi.Et 1.Pet.dicens,quia licet debitum reddendum sit omni tempore, non tamen simile est de loco,quia locus pollui potest ita vt indigeat reconciliatiõe, non autem tempus.Item locus facilius mutari potest quam tẽpus. Beatus etiam Tho.dicit ꝙ debitum reddendum est omni tempore, & omni hora,salua tamen debita hõestate quæ in talibus exigitur,quia non oportet ꝙ statim in publico debitum reddat. idẽ dicit Alb. & addit ꝙ si alius locus haberi põt non tenetur reddere in loco sacro.si non potest alius locus haberi,tunc reddat cum dolore cordis,& ẽt si exigat cum planctu,quia sine vsu matrimonium esse non potest,non credit ꝙ peccet mortaliter,& cum his satis concor.gl.Guil.super Ray. in summa.titu,de matrimo.super verbo abstinendum.in fi.& addit quod si alius locus haberi potest mortaliter peccat, qui reddit debitum in loco sacro, & in his etiam concor.frater Io. in summa.confes.tit.de matrimonio.q.43.vtrum liceat debitum. Et vide ibi in quæstione præcedenti vtrum peccent. & Asten.lib.8.tit.de bono fidei.artic. 4.in princ.& q.vtrum in loco sacro. †Aut quæritur de exceptione imprægnationis, vel
7 de exceptione menstruorum,& tunc dic,vt dicam.j.de sent. excommuni.inquisitioni.ver. aut ex parte alterius temporis. & cætera. Aut quæritur de exceptione litis pendentiæ,& illa, non excusat,vt leg.& nota.ʒ.vt lite penden.c. laudabilem. & j.eod.tit.cap.2.in magna glo. in q.sed pone iste.Aut de exceptione exactionis seruitij domini, & tunc dic,vt j. tit. proxi. cap.1.Aut quæritur de alia exceptione,& tunc,Aut quæris,de exceptione impotentiæ corporalis,vt quia infirmus, vel incarceratus,& illa excusat,quia impossibilium &c.vt est dictum. Aut de alia, & dic ꝙ nulla alia excusat,vt hic in fi.immo si nõ
8 redda cum possit peccat mortaliter secundum Hostien.†Sed si quæritur vtrum exactus & non reddens debitum posit excommunicari,& excommunicatus ligetur,Distingue.Aut ꝓ pter horrorem,vel alia de causa nullo modo potest reddere, debitum, & tunc non debet excommunicari,si de hoc cõstet ecclesiæ, & si excommunicetur de facto sententia excommunicationis,quantum ad deum non astringit ipsum,sed & ecclesia,si de hoc constaret ipsam sententiam relaxaret. argum.c.al leg. Odoardus.secundum Hostien.& Io. An. Aut põt reddere debitum,& tunc. Aut loquimur in casibus in quibus excusatur à iure,de quibus.ʒ.& tunc idem,quia qui peccat nõ peccat iuris auctoritate.23.q.4.qui peccat.cum conc.ibi alle. Aut in alijs, & tunc primo est inducendus,vt ʒ.eod.cap.j. ibi inducere non postponas &c. per quam clausulam datur coertio, vt no.Archi. j. de præbend.cap. si pauper clericus.glo.1.lib.6. & si ad hoc induci nõ põt, tunc expectabit episcopus,quousque querelam habeat, vel adulterium commissum pateat, demum inobedientem distringet,vel forte adulterium tantum puniet,nec præcisè debitum reddere coget,secundum Host. ʒ.e.cap.1.in fin.Sed primum.ſ.quòd inobedientem distringet credo verius,cum monitus de reddendo & nõ reddens, peccet mortaliter,vt est dictum,& pro quolibet mortali monitus de satisfaciendo,& satisfacere renitens excommunicari possit. 11.q 3.nemo episcoporum.& dicunt hic Ala.& Hostiens. quòd sufficiat leproso quòd vxor ita prope sit,quod propter loci distantiam suo debito non fraudetur,nec oportet,quòd in eodem lecto, & in eadem domo morentur. idem Thom. & Petr.in scriptis. & frater Ioan.in summa.confes.eod.titul. & multi alij.

1 *Vir cui magis obediet,domino an vxori.* 3.

2 *Mora modici temporis non est magnum damnum.*

4 *Maritus vxoratus,an vendi posset volenti eum ducere ad exteras regiones.*

¶ De coniugio seruorum. Rubrica.

Dignum est. ¶ Ad euidentiam gloss. fin. si quæritur vtrum si dominus, exigendo seruitium a seruo suo vxorato, & vxor in exigendo debitum carnale concurrant, dominus vxori præferretur,vel econtra,& vtrum dominus posit vendere seruum suum vxoratum extraneo volenti eum ducere ad remotas,vel extraneas regiões,distingue.
1 †Aut quæritur de primo, & tunc aut periculum mortis imminet domino forte superuenientibus suis capitalibus inimicis,& tunc dimittat vxorem importunam & subueniat dño, ar.ff.ad se.con.sylla.l.si quis in graui.§.si cum omnes,quia seruus domino obligatus sic transiuit ad vxorem.arg.ʒ.de pig.ex literis.& quia pro dño facit prioritas temporis.j.de reg.iur.q prior.lib.6.Et hoc innuit litera hic in fi.non minus &c.secundum Host.hic.& idem innuit Ber.& Inno. pro quibus Lucæ. 12.c.& 37.distinct.c.ideò.§.elaborandum.seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non se præparauit,& non fecit secundum voluntatem eius vapulabit multis.Aut non imminet periculum mortis domino,& tunc vxori potius est obediendum, maxime vbi periculum fornicationis imminet, in vxore, vel magnum præiudicium ei fieret,tunc.m.Deo & pręcepto Apostoli,& sic vxori est potius obediẽdum.11.q.3. qui resistit. ʒ.tit.j.quoniam argumen.bonum pro hoc.j.de sentẽ. excommunic.relatum.Vnde eo casu tenetur dominus modicum expectare,quia cito poterit seruus obedire, & in modi-
2 ci temporis mora nõ est magnum damnum.ff.de iudi.l.si debitori.secundum Ber.& Host.hic & Host.in summa.eod.titu. §.& an consensus sub.§.quid si dñs.& idem Bon.& Thom. & Asten.titu.de impedimento cõditionis.arti,2.quid si eo tempore. quòd credo verũ specialiter si vir factus est seruus post matrimonium cõtractum & sine consensus vxoris,quod põt vt dicam.j.cap. ,pxi. Si tamen dñs vellet eum aliquo mittere, & timeatur de adulterio, vxor tenetur eum sequi quocunque miserit dñs cum secundum Inn.hic. Nec obst.si dicas, quòd etiam in primo casus quando dño imminet periculum mortis,vxori obedire teneatur ,pter præceptum Dei,& Apostoli,qd est maius & fortius quadrupli rõe.Prima quia quilibet tenetur defendere alium etiam extraneum à morte,tam ex præcepto diuino quam iure naturali. 23.q.3.nõ inferenda. & c.vlti.90.distinct.præcipimus.& 3.q.1.nulli.& cap.sequen.2. q. 7. negligere.j.de senten.excommunica.quantæ.& de sen.excõmu.dilect.lib.6. vbi hoc approbatur per Cardin.& e.titu.capi. cum quis. gl.fin.circa medium,quæ obligõ præcedit obligõnem vxoris, quia a tpe quo est doli capax,ergo est prius soluẽda.argumen.ff.loca.& cõduct.l.in operis.ʒ.de iureiuran.intellecta.& cap.tua. Secunda,quia iurisgentium obligationem seruitutis inducente,est obligatus dño. ff.de iusti.& iure.l.ex hoc iure.instit.de na.§. ius autem gentium. quæ simul iuncta cum præcepto & iure naturali,de quibus.ʒ.vincere debent obligõnem vxoris,per regulam duæ obligõnes. quarum saltem vna, est æqualis potentiæ vel seruitutis,vincunt vnam,& in authẽ. de cõsang.& vte.fra.in fin. coll.6. Tertia quia in dño est maius præiudicium , per cuius mortem perimeretur obligõ sua, ꝙ mors omnia soluit.in auth.de nup.§.disponat.coll..4.quam in vxore cuius obligatio differtur.arg.C.de prec. imper.of.l.quoties. Quarta quia vxor quæ sciens accepit seruum in maritũ, tacitè videtur remittere obligationem illam sibi,quæsitam in tali graui necessitate dñi,quod facere põt,quia remittentibus iura sua &c.ff.de edil.edict.l.quæritur.§.si venditor.j.q.7.Dai-bertum. Et caueat sibi,quia talem elegit.ff.de mi.l.cum mandato,in fin.maxime,quia licet ex præcepto vir teneatur reddere debitum vxori,nõ tamen tenetur in prõptu esse paratus. ar.ff.de sol.l.quòd dicimus & no.Io.31.distinct.quoniam.glo. & istud.68.distinct.ecclesijs.33.q.4.Apostolus,de cõsec. disti. j. ecclesijs.†In ista verò qõne distinguit Rayn. in summa sua,
3 titu.de impedimento cõditionis.§.2. Aut seruus cõtraxit sciẽte dño,& cõsentiente,& tunc prius debet reddere debitum , quia eum dñs cõcesserit principale.ſ. matrimonium intelligitur accessoria ẽt cõcessisse.ar.ʒ.de offic.deleg.præterea in fin. 8.distincti.quo iure.Aut cõtraxit eo ignorante & cõtradicente, & tunc videtur quòd dñi mandatum prius debeat adimplere, nisi probabiliter,timeat periculum adulterij, & dilatio

ne.

ne.Addit glo.ibi vel nisi magnum fiat præiudicium vxoris. Alio quin posset dominus seruitio serui sui,sine culpa sua omnino priuari,quod esse non debet,vt hic.Et idem no.frat.Ioã. in summa confes.tit.de impedimento conditionis,q. 10.pone quod dominus &c.diceus ꝙ his concord.Thom.& Pe.in scriptis.& Inno.& Host.hic.Pro primo membro,quando contraxit domino consentiente. facit.ff.de ope.libe.l.si duorum.'& & l.sicut.quæ loquuntur in operis debitis à liberto patrono, & quæ facilius tolluntur quam debita à seruis domino,vt hic
4 vnde secure potes tenere distinctionem primam.†Si quæritur de secundo casu,refert secundum Hostien.hic.'Aut ambo cõiuges sunt serui,aut alter tantum, si ambo tunc,Aut diuersorum dominorum sunt,& tunc si dominus ancillæ ipsam retinere velit,sicut & potest,& emptor seruum secum ducere , si hoc liceret,contingeret de necessitate fieri diuortium ipso facto,& ideo habet locum opinio Tanc.hic,ſ. quòd prohibenda est talis venditio.argumen.C.communia vtriusque iudi.l. possessionum.& 54.disti.fraternitatem.&cogi debet vendere alij bonas conditiones offerenti.Interest enim reipublicæ , ne quis re sua male vtatur instit.de his qui sunt sui,vel alie.iu. §.sed hoc tempore.ff.eod.titu.l.dominus.& de off.præfe.vrb. l.j.§.quod autem. Aut sunt eiusdem domini, & tunc.Aut ambos vendat,aut ambos retineat.argum.l.alleg.possessionum. Si alter tantum est suus seruus,vt quia seruus contraxit cum libera,tunc habet locum opi.Ala.ſ.quòd dominus potest ipsũ seruum vendere in longinqua regione, & vxor tenetur eum sequi,sicut not.in leproso.ʒ.tit.1.c.1.secundum Host. hic, & de hoc tangit non tamen ita plenè in §.alleg. sed an consensus sub.§.quid si dominus vult vendere &c.Opi.tamen Tan.ſ. ꝙ indistincte prohibenda est talis venditio,& cogi debeat eũ, vendere alicui propinquo bonis conditionibus: tenent Rofr. Goff.Phi.Vinc.& Inno.hic,& Thom.& Pe.in scrip. & frater Io.in summa confes.titu.de impedimento conditionis. q. 11. quid si dominus &c.Dicit tamen Pet.ꝙ si matrimonium esset contractum sine licentia domini,& non haberet iustũ emptorem in terra,ꝙ eam posset vendere etiam ad remota loca, aliàs non debet hoc facere.Quã opi. credo veram in ancilla , quæ virum sequi tenetur,vt dixi.ʒ.de sponſ.de illis, secus ĩ seruo quem vxor sequi non tenetur,in quo teneas.ʒ.dictum. Et no.quòd si ambo coniuges habent dominos diuersarum regionum,ita quòd vir,& vxor conuenire non possint ad coniugale officium exercendum,tunc secundum Goff.in summa eod. tit.§.sed quid si diuersi &c.vt euitetur fornicationis materia,cogatur per ecclesiam dominum vendere alteri voleuti emere,argum. pro hoc.C.de seruo communi ma.l.1.quod si neuter vult vel potest emere,cogatur vendere cuilibet extraneo in prouincia conserui,vel venalem exponat,& si nullus appareat emptor,emat ecclesia ar.54.distinction. fraternitatem. idem no.frater Io.in titu.alleg.de impedimento conditionis. q.12.quid si coniuges,&c.& Asten.illo eo.tit. arti.2.q.quid si sint domini. & q.seq.& seq.

1 *Erroris diuisio.*

2 *Erroris definitio.*

3 *Error an matrimonium impediat.* 5.

4 *Baptismatis character non tollitur, per hæresim superuenientẽ.*

6 *Error an impediat actum gerendum.* 8.

7 *Errans non consentit.*

9 *Matrimonium seruo cum libero an ei obstet, vt separari non possit.*

10 *Credendum non est cuilibet.*

11 *Iudicij euentus est dubius.*

Roposuit. ¶ Si quæritur vtrum & quis error impedit matrimonium
1 contrahendum, & dirimit iam contractum,† Distingue quatuor errores. Est enim error personæ
2 error cõditionis,error fortunæ,& error qualitatis Et† quidam error est aliud pro alio reputare.22.q.2.in quibus
3 38.distin.quamuis.†Aut ergo quæritur de errore personæ , & ille impedit matrimonium contrahendum & dirimit iam cõtractum 29.q.j.in summa.vbi plenissimè de ista materia , per Io.de hoc etiam per Asten.titu.de impedimento erroris. arti. j.Aut de errore conditionis , & tunc,aut de errore conditiõis seruilis,aut conditionis alterius.Si conditionis seruilis,tunc, aut est error talis conditionis, per quam fit deterior errantis, conditio,vt si quis liber contrahat cum ancilla credens contrahere cum libera,& talis error impedit matrimonium contrahendum,& dirimit iam contractum,vt in summ. alleg. & hic per totum.Aut est error melioris , vel paris conditionis , melioris,vt si quis putat contrahere cum ancilla,quæ in veritate libera est,& talis error non inducit diuortium,cum errãtis melior fiat conditio,ergo etiam eo inuito contra ipsum possumus iudicare.ar.ff.de nego.gest.l.soluendo.de lib.causa.l.j.2. & 3.secundum Vinc.Phi.Innoc.& Host.Io.And.hic. & Goff. Holt.& Ioan.And.j.eod,c.fin.Et Io.& Archi.29.q.2. in sum. sed Ber.ysſ.& M.contra.quorum opin.recitat Ioan.eo. causa, & q.c.3.in fin.Et idem si paris,vt si seruus contrahat cum ancilla credens eam liberam,quia non habet , quid sibi obiiciat. 32.q.6. per totum.& j.de diuor.capit.significasti , secundum Inno.hic,& idem Gof.j.eod.c.fi.& frater Io.in summa.conf. titu.de impedimento conditionis,q.1.& seq.& Asten.illo eodem titu.& Bonon.& beatus Thom.& Pet. & Albe.in script. distinct.36.& Hostien.in summa eod.titu.Si est error alterius conditionis quam seruilis, tunc non impedit nec dirimit , vt si libera contrahat cum ascriptitio, licet lex contradicat.in authen.de nup.§.ascriptitio.& C.ad senatusconsul.claudi.l.vna, vt no.Vin.hic.& Ioan.post eum.& Hug. & Ioan.de Fa. & Archi. 29.q.2.in summa.& Hostien.in summa.eod.titu. §.fi.ver. quid si liber contrahat.& frater Io.in summa confes.titul. de impedimento conditionis.q.2.& Asten.eod.tit.in prin.q.vtrũ error. licet Ioan.videatur tenere contrarium in summa alleg. Aut quæritur de errore fortunæ,vt si puto contrahere cum diuite, & est pauper,& talis error non impedit nec dirimit.Aut de errore qualitatis,vt si puto contrahere cum sancto homine,& est quidam peccator, & talis non impedit,nec dirimit,vt probatur de his quatuor erroribus.29.q.j.cap.ꝙ autem.§. Sed error.Et hoc vltimum quod dictum est de errore qualitatis , verum est nisi casu,puta si puto cõtrahere cum christiano, & est paganus,iudæus,vel hæreticus,hic enim non tenet matrimonium,& si à sciente contraheretur, nisi ad hoc,vt conuerteretur ad fidem.28.q.j.c.j.2.& 3.& c.caue. & per totum.secũdum Host.& satis cõc.Vinc.& Tanc.Phi.& Ioan.And.Sed qd
4 dictum est de hæretico,nõ credo verum,†quia caracter christianitatis qui imprimitur in baptismo remanet, nec tollitur per hæresim superuenientem.j.de hære.c.decreuit.lib.6. Et quòd matrimonium inter catholicum & hæreticum teneat , not.Hug.& Ioan. 28.q.1.nõ oportet.& Guil.in Specu. rubri. de diuor.in princ.ver.eodem modo & no.secundum Ray. in summa.sua tit.de impedimento matrimonij &fratrem Ioan. in summa confes.tit.de impedimento matrimonij.qõ.4. nominatis impedimentis &c. quòd error personæ ex sui eiusdem natura non ex constitutiõe ecclesiæ sicut pleraque impedimẽta matrimonialem consensum excludit, quia qui errat nõ cõsentit.ff.de iurisdict.omn.iudic.l.si per errorem, & errantis voluntas nulla est. C.de iur.& fact.igno.l cum testamentum.& l. non idcirco.Et hoc probatur: 29.q.1.§.his ita ver. error vero. personæ &c, & cum his concordant beatus Thom. & Pet.in scriptis. & Asten.titulo. de impedimento erroris articu.j. q. vtrum communis error,qui dicunt quòd error personæ, & error conditionis impediunt matrimonium,quia sunt quasi substantialia matrimonio.Error enim personæ est cõtra materiã,
5 matrimonij. †Error verò cõditiõis cõtra formam idest cõtra indiuisibilitatem matrimonij,quòd patet quia matrimonium dũo includit.ſ.personas duas quæ cõiungantur, & mutuã corporis potestatem inuicem in qua matrimonium cõsistit, primum tollitur per errorem personæ, secundum per errorem cõditionis, quia seruus nõ põt libere potestatem sui corporis tradere alteri,sine cõsensu dñi sui.Error verò fortunæ , vel qualitatis nõ impediunt,quia sunt cõtra accidentalia matrimonij.Ad intelligendum autem prædicta nota quòd ad hoc quòd aliquis vel aliqua erret cõsentiendo in vnum,quem putat alterum,necessarium est, quòd per visum,auditum , vel famam, habeat aliquam notitiam illius personę absentis , quam credit istam præsentem,quia in penitus ignotum, nec affectum,nec consensum dirigere possumus.argumen.ff.de cõtrahen.emp. l.cum ab eo.§.vlti.vnde cum cõsentiat in personam absentem aliqualiter,vt dictum est sibi notam quam putat esse præsentẽ, constat, quod non consentit in præsentem,sedem illam,quam putat esse præsentem,& sic non est matrimonium,quoniam , in persona erratur,v.g.aliquis dicit se esse filium regis Francię & contrahit cum aliqua credente eum talem cum non sit . Si verò nullam notitiam habeat de persona absente,non errat in in ea,sed decipitur ĩ præsente.v.g.Si angelicus rusticus veniat ad aliquam mulierem nobilem,dicẽs se esse filium regis, cuius regis, vel eius,vel ipsius loquentis,mulier nullam notitiam habet,

bet, & contrahat illa cum eo credens eum filium regis, nõ impeditur matrimonium, quia non fuit error personæ, sed potius qualitatis, quæ non impedit matrimonium, sicut nec error fortunæ, vt in §. alleg. his ita. Dicit tamen glos. super Ray. & idem fratẽr Ioan. in q. alleg. 4. quòd in hoc casu. s. cum aliquis dicit, ego sum filius regis, distinguẽdum est, quia si filius teneatur substantiuè sub hoc sensu, ego sum talis vel talis, filius regis, vel sum ille qui est filius regis, distinguendum est, vt ś. vtrum si notus sit aliquo modo huic mulieri, vel non. Si autem teneatur adiectiuè, vt sit sensus, ego sum generatus à rege, & rex me genuit, & propter hoc illa contrahat cum eo, non est error personæ, sed tantum filiationis, vnde non impeditur matrimonium, siue rex habeat filium siue non, quia error est relationis & non personæ, & his concord. beat. Thom. & Pet. in scriptis. q. 36. vbi dicunt quòd error conditionis ex natura sui non impedit matrimonium, sed ex constitutione ecclesiæ, ratio autem status est, ne aliquis, siue culpa sua lædatur læsione graui. Error autem personæ, absque constitutione ecclesiæ ex sui natura impedit matrimonium adeo q̃ non, posset ecclesia statuere, quod non esset impedimentum matrimonij. & in hoc conc. gl. super Ray. tit alleg. de impedimento conditionis. & frat. Io. in d. q. j.

Super eo. c. hic. Et j. eo. c. fi. & 29. q. 1. c. q̃ autem §. his ita. & per totum habes, qd̃ error conditionis impedit translationem dominij corporis, vnius contrahentium matrimonium in alterum, per quod q̃dem matrimonium, quando non est aliquid quod obsistat canonicum, transfertur mutuo dominium corporum alterius, in alterum quo ad iura, & seruitutes matrimonij, & ideo vir non dicitur habere potestatem sui corporis, sed mulier, & econtra. ad Ro. 7. c. & ś. de conuer. coniug. c. quidam. in fin. j. de rap. c. cum causa. & de consang. & affi. c. non debet. §. quaternarius. vt dixi ś. qui cleri. vel vo. c. rursus. & idem in errore personæ. s. quod impediat translationem dominij per matrimonium. vt dixi ś. distinct. proxi. Gratia huius si quæris, materiã
6 profundius capiendo, † vtrum & quando error impedit translationem dominij, vel generalius vtrum, & quando impediat, actum gerendum, Distingue. Aut quæritur in spiritualib. aut in temporalibus. Si in spiritualibus, tunc aut in matrimonio vel sponsalibus, & tunc dic, vt. ś. distinct. proxi. Aut in alijs spiritualibus, & dic regulariter quod non impedit actum gerendum. ar. eorum quę not. Host. j. de cog. spiritu. c. 2. de illo, qui per errorem credens tenere filium alterius, tenuit filium proprium. Si in temporalibus, tunc, aut est error in persona, aut in causa, aut in re ipsa, aut in sexu personæ, aut in conditione, aut in qualitate. Si in persona, tunc aut in substantia personæ, aut in conditione eius. Si in substantia personæ, tunc impeditur, actus gerendus, vt credebam dare, vel tradere Titio, & dedi, vel tradidi scio, vt ff. de fur. l. si quis vxori. §. cum Titio. Si est error, in conditione personæ, tunc aut conditio personæ circa quam erratur est contraria actui qui geritur, & tunc impedit actum gerendum, vt patet in commissione, seu translatione, iurisdictionis in non capacem. ff. de re iudic. l. quidam consulebant. de arb. l. Pedius. alias incipit, parui refert. §. 1. ś. de offici. dele. c. cum vicesimum. & j. de rescrip. c. statutum in prin. lib. 6. & in translatione feu datione tutelæ. ff. de testa. tut. l. si quis tutorem. & in hæredis institutione. ff. de testa. mili. l. neque. n. §. si seruum proprium. Aut conditio non est cõtraria actui, qui geritur & tunc nõ impeditur actus. v. g. credis Titium liberũ, & est seruus, vel credis eum diuitem, & non est, vel procuratorem alicuius, & non est, mutuas ei certe transfert dominiũ vt ff. de furtis. l. falsus. §. j. & l. si quis vxori. §. seruus. de manu. vin. l. 4. §. quoties. Si est error in causa, tunc, aut tradens & recipiens simul errant, vel concurrunt in eodem errore causæ, seu in errore eiusdem causæ, & tunc non impeditur actus, v. g. trado tibi librum, vt debirum ex causa venditionis, & tu idẽ credis, & tamen debeo tibi eum ex alia causa, & certe transfero, dominium & non repetam conditione indebiti. ff. & C. de condi. inde. per totum. Aut tradens & recipiens non concurrunt in eodem errore causæ, seu in errore eiusdem causæ. v. g. trado tibi ex vna causa, & tu recipis ex alia, tunc, aut vtraque tendit ad obligationem, & tunc impeditur translatio dominij, vt. v. g. tradot ibi pecuniam vt mutuam, & tu recipis, vt cõmodatam, vel depositam. ff. si cer. pet. l. si ego. in fi. Aut vtraq; vel altera causarũ tẽdit ad liberationem, vt si trado tibi pecuniam, vel aliam rem credens me tibi ex testamento obligatũ, tu vero recipis credẽs ex stipulatu eã tibi deberi, vel trado tibi pecuniã ãto donãdi, tu verò recipis, vt mutuã, & tũc nõ impeditur translatio, vt ff. de acq. re. do. l. cum in corpus. & de solu. l. qui hominem. §. si debitorem. Si est error in re ipsa, tunc, aut est error in substantia rei, aut in nomine, aut in pondere, numero, vel mensura, aut in dominio. Si in substantia rei. Aut huiusmodi error parit ex toto dissensum verum, & præsumptũ, & tunc non transfertur dominium. ff. de contrahen. empt. & vend. l. in venditionibus. Aut parit in aliquo consensum & tũc aut verum, & iuris præsumptum, & tunc non impedit actum in eo in quo consensum est, vt si ego credam me tibi locauisse domum pro decem, vsq; ad annum, tu verò credas te cõduxisse, pro viginti, & sic pro pluri valebit locatio pro decẽ, quia in hoc consentimus vere, & præsumptiuè, ff. locati. & condu. l. si tibi decem. 2. respon. Aut vtrum, sed non iure præsumptũ, & tunc impedit actum etiam in eo in quo consensum est, vt si ego credam me locasse domum pro viginti. tu verò credis, te conduxisse pro decem, vt in d. l. si tibi decem. j. respon. quia ego non præsumor consensisse in decem, nisi cum adiectione pluris, & vt in partem totius pluris. ar. ff. de arbi. l. diem proferre. §. si plures. & j. de arbi. c. 1. lib. 6. Si est error in nomine, tũc, aut appellatiuo, & tunc impedit actum, vt ff. de leg. 1. l. 4. Fallit in casu, vbi illud quod testator nominare voluit potest per extensionem comprehendi sub appellatione eius quod nominauit. vt ff. de leg. 3. l. liberorum. §. quod tamen casius. Aut in proprio, & tunc non. vt ff. de contrahen. empt. l. in venditionibus. §. plane. & C. de testa. l. si in nomine. Si est error in pondere, numero, vel mensura, vt credo tibi tradere libram piperis, & trado duas, tunc impedit, vt ff. de fur. l. si quis vxori. §. si quis maiora. Sequitur quando est error in dominio, & tunc, aut est error in ipso dominio, aut in causa dominij. Si in ipso dominio, tunc aut tradis rem tuam vt alienam credens eam esse alienam. aut tradis rem alienam, vt tuam, credens eam tuam. Si tuã vt alienam, tunc. Aut credis eam esse eius cui tradis, & sic non transfers dominium, quia nec est voluntas tua transferendi. ff. de condi. ob cau. l. 3. §. subtilius. Fallit vbi tradens condemnatus est per sniam. ff. de publi. l. funt & aliæ. in fi. aut credis eam esse eius à quo habes dñium, seu causam, & authoritatem alienandi, & tunc transfers. v. g. res est Titij cuius eam esse credis, & moritur te hæredem instituto, & hoc ignoras tradis eam mihi animo transferendi, certe translatio tenet, vt ff. si cer. pe. eius qui in prouincia. §. quas vero pecunias. Aut credis eam esse eius à quo causam non habes, vt credis eam esse Titij, cuius es procurator, & tñ habes eam à parentibus tuis, & tunc non transfers. ff. de cõtrahen. emp. l. & si cõsensum. §. fi. de acq. rerũ domi. l. si procurator. ista tria mẽbra à ver. si tuã tunc aut credis & c. citra ponit Accur. in §. alle. quas verò. Si tradis rem alienam vt tuam, tunc aut tradis, tanquam tuam per errorem, & tunc nõ transfers, sic intellige. ff. de offic. procu. cesa. l. 1. 2. respon. & adde quòd ibi no. Accur. in gl. † quia nemo errans, &c.
7 aut sciẽs & nõ transfers dñium. vt ff. de cura. fur. l. curator furiosi. Sed fallit in tribus casibus. Primus est, si habes speciale mãdatũ vendẽdi. Secũdus si habes ꝓcuratorẽ in rẽ tuã, Tertius si es ꝓcurator habens liberam administrationẽ. ff. de ꝓc. l. ꝓcurator. cui. de iureiur. l. iusiurandũ, quòd ex conuentiõe. §. fi. cũ l. seq. Fallit tñ in ꝓcuratore cæsaris licet habeat speciale mandatũ, & liberã administrationẽ, quia nõ transfert dñiũ, nisi fisco expediat, & est speciale fauore fisci, vt in d. l. 1. 2. resp. ff. de off. ꝓcur. Cæsaris. † Si est error in sexu, tunc impedit, vt si ego credo vendere & tradere tibi mulierẽ, tu vero credis emere puerũ. ff. de cõtrahen. emp. l. alioquin. in fi. Si est error in qualitate, vt puto emere aurum purum & nõ est. tunc non impedit. ff. de contrahend. empt. l. aliter. & l. sequen. alioquin. 2. responso.

Super eo. c. ¶ Ad euidentiam gl. 2. in qõne. sed pone si quæris vtrum & quando vir liber ignorant cõtrahens cum ancilla, & postea exigendo ab ea, vel ei reddendo debitũ cõiugale, sibi præiudicet, vt nõ possit ab ea, separari. Distingue. † Aut quæritur de primo vtrũ præiudicet, sibi exigendo vel ei reddendo debitum antequam sciuit, credidit, vel audiuit eam esse seruam vel ancillam, & dic quod nõ vt hic à contrario sensu. & j. c. fin. Aut postquam sciuit ꝓ certo, & tunc. Aut postquam est notorium, vel per sniam, vt j. e. cap. fin. vel per facti euidentiam, vel per confessionem legitimè facta in iudicio, iuxta ea quæ no. ś. de cohabi. cle. & mu. c. vestra. & ca. tua. & cap. fin. eam esse seruam. & tunc præiudicat sibi in tantum, quòd non poterit ab ea separari vt hic & j. eod. cap. fin. à contrario sensu, & si eo casu ecclesia præciperet sibi quod redderet, tali præcepto iniusto, non teneretur obedire, immo possum applicare, cum considerato, quod non
sit vxor

non sit vxor sua, nec esse possit nisi de nouo in eam cõsentiat expressè, vel tacitè præceptum contineat peccatum mortale & per consequens non est ei obediendum. 11. q. 3. qui resistit. 11. q. 3. c. non semper. c. li dominus. & c. Iulianus. & no. ś. de tẽpo. ordin. c. ad aures. immo sententia excommuncationis, ob hoc lata esset nulla. si hoc in sententia exprimeretur, vt patet in eo quod le. & no. j. de sen. excommu. c. per tuas. in fi. & eo. tit. venerabilibus. §. potest quoque. lib. & ita intellige opi. Tan. hic. in ver. Tan. dicit &c. cuius opi. tenent Phi. Vin. Gof. & In no. & Io. An. Et pro hoc faciunt no. per Io. & Arch. 34. di. si cuius. & 32. q. j. c. j. Aut exigendo vel reddendo antequam sit notorium, q̃ tunc si exigat sibi præiudicat. idem. si reddat citra mandatum ecclesiæ, si vero de mandato ecclesiæ non sibi ꝓpræiudicat ad matrimonium, sed tamen mortaliter peccat. Vnde melius faciet si non reddat & excommunicationis sententiã, sustineat patienter. arg. j. de sen. excommu. inquisitioni. j. ꝛnso & ita sentit Host. in summa eod. tit. §. fi. sub, §. quid si lite. ibi, q̃ potest esse verum. & Ber. hic in ver. secus si sciret pro certo & cætera, vsque in fi. glo. & Host. super verbo audiuit, ad fi. verum si diceret &c. Aut exigendo, vel reddendo postquam audiuit, & tunc, Aut ex his quæ audiuit, vel vidit non habet aliquam credulitatem, vel opiniõem de seruitute eius, vel habet, teuem tamen & temerariam, cui credi non debet, & tunc non præiudicat ei. ar. j. de sen. excommu. inquisitioni. §. in secundo
10 † Non enim tenetur credere cuilibet referenti. ar. 23, q. 4. quã magnum. 11. q. 3. in cunctis. titubans. n. pro ignorante habendus est. C. de condi. indeb. l. vlti. ꝓm Ber. Inn. & Host. hic. Aut habet probabilem & discretam, & tunc, Aut exigit, & tunc sibi preiudicat vt non possit postea eam relinquere, vt in d. cap. inquisitioni. Et ista duo membra ponit glo. super Ray. in summa. tit. de impedimento conditionis. super verbo prohibitorium, & frater Io. in summa confess. eo. tit. q. 6. quid de illo qui contraxit &c. & Bern. hic in ver. dic quod si iste &c. Aut reddit, & tunc sunt opiniones diuersæ, sed breuiter dicas quod aut reddit ad mandatum & compulsionem ecclesiæ, & tunc facit id ad quod tenetur. ś. titu. prox. quoniam. nec fit ei præiudiciũ
11 quia non cognoscit eam tanquam seruã, vel liberam † cum euẽtus iudicij dubi us sit, nec tanquam vxorem veram sed putatiuam quæ & si etiam vera non sit, potest tamẽ cognosci, quia putatiua est, cognoscit ergo ipsum tanquam illam, quæ est in quasi possessione libertatis & matrimonij, & si non sit liberã, nec vera vxor. Et hæc tenet Hostien. hic in casu quæstionis, glo. f. quando lis pendet, quia & pendente lite talis est habenda ff. de li. cau. mor. l. ordinata. lite. & C. de li. cau. l. lite. & est hoc satis expressum. j. de fri. & male. fraternitatis. ver. nam si tãtum. & j. qui filij sint leg. c. cum inter. ꝓm Hostien. & ita intellige, glo. in ver. sed satis videtur cum quibus concord. Gul. Naso. & Io. And. Nec obstat secundum eum. c, alle. inquisitioni. quia illud locum habet quando conscientia turbata est ex impedimẽto tali q̃ sine peccato non potest cognosci. Porro conscientia ordinata potest cognosci hic sine peccato si ipsam cognoscat, ex primo consensu, tñ, de quo adhuc dubitat vtrum teneat, vel non. arg. optimo. j. de secun. nup. dominus. uerum si diceret sibi omnino conscientia, quod vxor non esset nullo modo deberet eam cognoscere, nisi vellet sibi præiudicare per l. illud inquisitioni primo. Quod si lite non pendente cognoscat, facilius sibi præiudicabit, vt hic. ergo lis pendens aliquid operatur. ś. vt lite pen. laudabilem. j. de priuil. ex ore. secundum Hostien. Sed salua sui reuerentia dictum. c. non contrariatur in aliquo, sed concordat præmissis. Item non eredo q̃ lis pendens, hoc casu aliquid operetur, sed potius certa scientia, vel credu-
12 litas probabilis & discreta, vt est dictum. † Aut reddit debitum citra mandatum & compulsionem ecclesiæ, & tunc præiudicat. ita intellige, quod no. Bern. hic in ver. dicunt quidam. & in ver. & quod dicit litera. & idem innuit Host. & in istis duobus vltimis membris. concor. Io. 29. q. 2. c. cuius rei. glo. j. & idẽ innuit Arch. ibi. Et per hoc non credo veram opi. Host. in summa e. ti. §. vltj. sub. §. quid si late. ver. tertij. quod potest. &c. vbi tenet q̃ lite pendente potest reddere & exigere debitum quãtumcunque certus sit propter dubium euentum iudicij. ar. ff. de peculio quod debetur. de adul. denuntiasse. de liber. causa. l. ordinata. C. de li. cau. l. lite ordinata. quia nusquam inuenitur, quod debeat potius excommunicationem sustinere, quã debitum reddere, nisi vbi si redderet, committeret peccatum mortale ꝓm eum. Quia si sciens cognosceret eã affectu fornicario, nõ maritali, constat q̃ mortaliter peccat, & cũ ante sciam non fit matrimoniũ inter eos vt hic. & in j. c. fin. & de ista materia no. Astẽ. li. 8. tit. de impedimento conditionis. art. j. q. vtrũ matrimonium liberi, vsque in fin. vbi satis concordat, cum præmissis.

1 *Seruus, an libertatem præscribat.*
2 *Monachus libertatem non præscribit.*
3 *Libertas liberi non præscribitur. 5. 4.*

Licet. Si quæritur vtrum, & per quantum tempus potest seruus præscribere libertatẽ, vel contra libertatem hominis liberi possit præscribi. Distingue. Aut quæritur de primo. s. vtrum & per quantum tempus seruus potest præscribere libertatem, & tunc, aut quæritur de seruo propriè, aut de
1 monacho qui est seruus Dei. ś. de findico. c. vnico. in fi. † Si de seruo propriè tunc. Aut quæritur vtrum possit præscribere sine titulo, & dic quod sic, dummodo alia necessaria ad præscribendum interueniant, & hoc siue loquamur de præscriptiõe longi temporis, vel longissimi, per quã seruus libertatẽ sibi ꝑscribit, vt C. de ꝑscr. long. temp. quæ pro liberta. l. præstat. cũ ibi no. per Accur. in glo. fi. siue de præscriptione quinque ann. per quam liberi ex persona parentum sibi præscribunt, de qua C. ne de sta. defun. per totum. Aut vtrum possit præscribere, cum mala fide, & tunc, Aut per spacium longi t. pis. ꝛ20. anno. & dic q̃ non. C. de præscr. lon. temp. quæ pro liberta. l. j. Aut ꝑ spacium longissimi. 30. anno. & dicit glo. ibi q̃ sic. ar. C. de præscri. 20. ann. l. sicut q̃ nõ credo verũ de iure canonico, per ea q̃ leg. & no. ś. de ꝑscr. c. fi. & j. de reg. iur. c. malefidei possessor. li. 6. Aut cũ bona fide, & tunc, Aut seruus vel serua vult præscribere libertatem sibi ex persona sua, & tunc potest per 30. annos, vt in d. l. præstat. Aut ex persona parentũ, iuxta ea quæ leguntur. & no. hic & C. ne de statu defun. post quinquennium, quæratur per totum, & tunc potest per quinque annos. Et q̃ hic dicit de decennio, ita contingit de facto, nam de iure sufficit quinquennium, vt C. ne de sta. defun. l. j. & l. si pater. etiam contra ecclesiam secundum Ala. Lau. Tan. Gof. Ber. Inn. & H. hic. idem Lau. & Io. & Arch. 12. q. 2. longinquitate. vbi de hoc per Arch. in glo. pe. & j. de sen. excom. c. fi iudex laicus. sup ver bo existat. lib. 6. vbi dicit q̃ tunc dicitur quis se gerere pro libero non cũ fugitiuus est. quia licet seruus fugitiuus pro libero se gesserit, non ideo est in possessione libertatis. C. de agri. & cen. l. cum scimus. in fi. sed cum diu fuit in possessione libertatis paratus subire iudicium liberale. arg. ff. de acqu. pos. l. possideri. §. si seruus. & l. per eum. §. vlti. & ponitur diu, pro decen
2 nio. ff. qui. & à qui. l. si eum. §. Aristo. † Si quæris de monacho, tunc. Aut constat de monachatu, & tunc nullo tempore excusatur seu præscribitur contra monachatũ. ś. de test. c. quia. & de regulari. c. sicut. in fi. ꝓm Host. & Arch. Aut non cõstat de monachatu, & tũc secus. ś. de testi. nuper. nec est via in tempore, sed vtrum constet de monachatu, vel non, verum tamẽ de plano debet expediri & sine libello, quia non decet Dei seruos talibus strepitibus interesse, arg. 11. q. j. si quis cum clerico. j. de
3 accu. olim. ita notauit Ho. ś. de reg. ne religiosi. & Arch. in dictis c. longinquitate. si iudex laicus. † Si quæritur vtrum cõtra libertatem hominis liberi possit præscribi, dic, q̃ non, vt legi. & no. C. de præscr. lon. tem. quæ pro liberta. & cõtra liber. l. vlt.

1 *Maritus, an possit seruus fieri.*
2 *Vxori an seruitus superuenire possit.*

AD nostram. ¶ Si quæritur utrũ, seruitus, possit superuenire matrimo-
1 nio. Distingue. † Aut quæritur vtrum possit superuenire viro, & dic quod sic, nam licet vir sit in ptãte vxoris in his quæ pertinent ad redditionẽ debiti, in alijs tñ omnibus est iuris sui. Vñ in redditione debiti ꝓiudiciũ nõ debet, fieri vxori, si forte dñs aliquid præciperet, & eadẽ hora vxor peteret debitũ, quia magis obediendũ est vxori q̃ dño, vt dixi ś. e. c. j. quod verũ, qñ nõ consentit dationi vtri in seruitutem. Si vero consentiat, tunc pleno iure transit in dominium alterius & sibi præiudicat, secundum Bon. in tantum, quod dominus eius põt eum occupare, qñ vxor vellet debitũ sibi reddi, nisi fornicationis probabile periculum imminet ꝓm Pe. de daran. idẽ Astẽ. ti. de impedimen. conditionis. art. 3. † Aut vtrũ possit supuenire vxori, & tũc, Aut sine consensu viri, & dic q̃ nõ põt sine cõsensu ipsius se vẽdere in ancillã, quia vir ẽ caput mulieris. 33. q. 5. c. cũ caput, & c. fe. & seq. ꝓm Th. Pe. & Albe. idẽ fra. Io. in sum. cõf. ti. de impedim. condõnis. q. 13. q̃ro ẽt circa hoc, & Ast. d. ar. 3. Aut cũ cõsensu & tũc sic & hoc intellige verũ d̃ seruitu. ꝓueniẽte mulieri, ex ãctu, vt q̃si, vt qa se vẽdit

ad precium participandum,iuxta ea,quæ leguntur & no.inst. de iur.perso.§.serui.aut em secus crederem si ex captiuitate,vt iud.§. serui & ff.de sta.homi.l.4.in fi.vel ingratitudine. in authen.vt liberti de cetero.§.j.in fi.coll.6.vel alio delicto in seruitutem redigente.de quo C.de asser.toll.l.j.§.pen. & quibus. ad liber.procla.non licet.l.2.quibus.casibus crederem tam viro,quam vxori posse superuenire seruitutem, cum generaliter dictum generaliter intelligi debeat. infra de priule. quia circa.

1 *Canonum sibi inuicem contrariorum quis præferatur.3.*
2 *Legum inter se contrariorum quæ præferenda.*

¶De cognatione spirituali. Rubr.

Vtrum autem. ¶Si quæritur de duobus canonibus sibiinuicem contrarijs qui eorum alteri præferatur. Distingue. Aut apparet quis prior, & quis posterior,
1 aut non. Si sic, tunc.† Aut quæritur de canonibus particularibus,& localibus, aut de generalibus. Si de particularibus & localibus,tunc, Aut quæritur quo ad illos de locis illis, & dic ꝙ illi debent illos seruare,& alijs canonibus generalibus etiam posterioribus præponere, nisi in ipsis generalibus, & posterioribus contineatur clam derogatoria, prioribus localibus tollens.vt 63.dist.cum longe.ś.de elect.c.nihil est.§.vl ti.de suppl.negl.præla.c.j,& sic potest intelligi.15.dist. sancta,
2 Romana.& 50.di.c.domino sancto.in fi.†Et idem in legibus, vt C.de leg.l.3.in fi.arg.quod consue.locali dicitur.ff.de legi.l. de quibus.communia prædi. l.venditor.§.si constat.C.quæ sit lon. consue.l.3.Quia canon generalis non extenditur ad res, vel loca in quibus specialiter est prouisum.ff.de pe.l.sanctio.le gum.j.de consti.c.j.& de præb.c.quamuis.2.lib. 6. Immo eo, casu generi per speciei derogatur, vt dixi de offic. leg. studui sti.in fi.Non tamen debent eos præferre canonibus localibus, & posterioribus in locis illis factis.ff.de leg,non est nouum.
3 †Aut quo ad alios extraneos,& tunc si sit canon generalis in il lo casu loquens illo regentur. ś.de consti.ca.j.ita intellige. 19. dist.in canonicis.ver.tenebit igitur.ibi,vt eas quæ ab omnibus aliàs regentur secundum canones locales conuicinos ar.l. alle. de quibus.Et si sint plures conuicini,& tunc.Aut sunt æquales pietatis & misericordiæ,& tunc ille qui est potior pietate & misericordia est seruandus.sic debet intelligi finis illius.c.domino sancto.vbi dicit potior secundum Bar.Brix.& Archid.ibi. Si quæris de canonibus generalibus,tunc semper posterior, præiudicat priori.ff.de legi.l.non est nouum.& hic ad idē. 82. dist.presbyter.26.dist.deinde & c.acutius.25.q.1. contra statuta.& no.Io.in c.alleg.domino sancto.pro hoc.j.de immuni. eccle.c.clericis laico.lib.6.quod corrigitur per c.quoniam.eo. ti.in cle.Si non appareat quis prior, & quis posterior, tunc distingue vtrum sint æquales pietatis & misericordiæ, vel non, vt ś. & per iura.ś.alle. Et hæc omnia intellige cessante consue tudine legitima & præscripta,vel dic vt dixi ś.de consue.c. vlti.& j.eod.super eo.

1 *Coniunx si filium communem de sacro fonte suscipiat,an ex hoc, impeditur coniugale debitum.3.*
2 *Ignorantia probabilis excusat.*
4 *Coniuges ambo si filium communem in sacro fonte suscipiunt, an ex hoc carnale debitum impediatur.*
5 *Compatris filij,per quos ad compaternitatem deuentum est, matri.non iunguntur.*
6 *Compatrum filij per quorum neutrum ad compaternitatem deuenitur, matrimonium licite contrahunt.*
Patrinus, vel compater non iunguntur matri cum filio,nec matrina.

Si vir. ¶Si quæritur vtrum vir vel mulier filium suum communem de sacro fonte suscipiēs per hoc impediatur exigere,vel reddere debitum cō
1 iugale. Distingue.† Aut hoc facit post sponsalia contracta & iurata,& ante matrimonium de pñi,& eo casu credo quod sponsalia soluantur omnino,sicut & ꝓp affinitatem secu tam.ar.j.de eo qui cog.consang.vxo.suæ.ca. veniens.j.& 2.& idem puto de adoptione.j.titul.j.c.vnico.& hoc tenet Ho.j. eod. veniens.in fin.Aut hoc facit post matrimonium de pñti, & tunc aut hoc fecit ignoranter, aut scienter. Si ignoranter, aut ignorantia probabili,puta debebat tenere filium Martini, & erant multi pueri baptizandi inter quos erat suus,& credidi dit de suo quod esset martini.arg. 34.q.2.in lectum.& tunc ex cusatur in totum,vt posset reddere,& exigere, vt hic in fine.
2 †ignorantia.n.probabilis semper debet esse excusata.j. de cle. excommuni.mi.apostolicæ. Aut ignorantia crassa & supina,& illa non excusat. ś.de ordi. ab episcopo.cap.j.in fi.& c.fi.j.qō. 4. §.fi. 37.distinct.§.fin.secundum Host.& idem innuit Ber. vnde ergo perinde est ac si ex malicia fecisset,vt non possit e xigere,sed solū reddere.nam lata culpa dolo æquiparatur.ff.de po.l.quòd nerua.& j.de constitu.cap.2.lib.6.Si scienter, tunc aut quæritur vtrum exactus possit & teneatur reddere, & dic quod sic,vt hic.Aut vtrum possit exigere,& dicit Ber.hic, ꝙ sic,quia non inuenit prohibitum,sed Gof. dicit quòd non. ar. 30.q.1.nosce.vbi idem tenet Ioan,& c.fe.& in iurib. inductis, ś.de eo qui duxit in ma.cap.1.in fi.†Tu vero dic, secundum
3 Hostien.quod aut hoc fecit scienter & malitiosè,aut hoc fe cit scienter,sed non malitiosè,sed ex necessitate. In primo ca su bene dicit Gof.secundum Host.qui dicit quod quamuis nō debeat exigere,aliàs tamen exactus tenetur soluere.argu.ś.de coniu.lepro.c.quoniam.§.fi.& hoc tenuit Hug.in d.c.nosce.& si vterque habeat malam fidem,tunc dicit Tan.& Vin. & Go. quòd vterque habebit exactionem facta compensatione hinc, & inde.argum.ff.de compen.si ambo.j.de diuor.significasti.d adul,c.pen.& vltim. Sed Alex.Angelicus in secundo dicit, qd hoc casu,vterque iure suo priuatur,vnde neuter,potest petere & si petat alter reddere non tenetur,vt no.Asten.lib.8. eo.tit. in prin.Tu dic,secundum Host. quod neuter debet exigere, & neutro subtrahere,sed vterque melius faceret, si continentiam voueret,& seruaret,& hoc plane sonat litera hic in ver. nisi.& j.eo.contracto.in fi.nam & hæc est regula. vt quis puniatur in quo deliquit.C.de immuni.eccle.c.fi.In secundo casu excusatur,puta filius natus est & erat in mortis periculo nec erat alius qui baptizaret,ideo non est sibi imputandū,quia hoc, maliciosè non fecit. sed ex necessitate.ar.j.de reg.iur.c. quod non est.& est expressum 30.q.j.ad limina.secundum Hostiē. hic,& in summa.eod.tit.§.vlti.ver.quid ergo.& Io.Andr.hic. & in his conc.beatus Tho.& Pe.in scrip.& frater Io. in summa conf.eod.tit.q.2.vtrum cognatio.&c,& q.24.†Et idem ꝙ
4 dictum est de filio communi coniugum.intellige de filio vni eorum de alio vel alia leuato per alterum,Hostien. etiam tradidit hic pro regula certa & sana,quòd vbicunq; magistri, per glo.suas soluunt matrimonium,nec ius expressum inducunt, si inuenias aliquem contrarium scribentem ei adhæreas,arg.ś. de testi.licet ex quadam.in fi.Et in hoc vltimo concor.frater, Io.in summa conf.tit.de impedimento matrimonij. q.4.quid tenendum &c.&Io.And.hic.Quod autem dicit hæc decre.de compaternitate,intelligas repetitum de quauis cognatione, vt si pater vxoris meæ,nunc me teneat in sacramento baptismi,vel confirmationis,vel si ego teneo coniugem,vel his simi le secundum Io.An.

Super eo.c. ¶Si quæritur cuius ecclesiæ consuetudo sit sequenda, Distingue vt dixi, ś. de consue.c.cum olim.

Super eo.capi. ¶Si quæritur vtrum consuetudo circa matrimonium sit seruanda, & possit aliquid operari, distingue, vt dixi ś.de sponsalib,capitulo primo.

Super eo.c. Si quæritur vtrum filij duorum compatrum, vel compater, & commater, vel patrinus, & filiola possunt matrimonialiter copulari,Distingue. Aut quæritur de primo, scilicet de filijs duorum com-
5 patrum, & tunc, † Aut de illis per quos, vel quorum alterum parentes, ad compaternitatem deuenerunt, & tales nul lo modo possunt coniungi, & si de facto contraxerint, debent penitus separari, vt supra eodem cap.1.ver. & excepta, & cætera. & hic, 1.responso, & j. eodem.tua nos. & capitulo finali.Nec ob hūc casum valeret consuetudo in contrarium cum non sit per Papam approbata, sed potius reprobata,vt patet hic, & eos coniungi nulla ratione sustineas,& coniunctos, pontificali authoritate non differas separare. Si ergo nulla ratione, ergo nec consuetudine, quæ est quædam pars, seu species rōnis,cum omnis consuetudo valida sit, & debet esse rationabilis,

rationabilis.ś.de consue.c.vlt.& genus negatiuè sumptū inte rat quamlibet eius speciem, vt.v.g.nullus homo currit, ergo sortes non currit.vt probatur de transl.epi.c.j.& c. inter corporalia.§.sicut authoritate iuncto.§.sane.& maxime quando vniuersaliter sumitur.Quia qui omne dicit nihil excipit,& qui nullum dicit nihil ponit. 9.q.2.c.j.& c.nullus primas.c.nullus primas.c.nullus presbyter. & c.seq.ś.de paroch.c.nullus.j.de elect.c.nullus.lib.6.& hoc satis expressè no.Ho.hic dicens,nul la ratione etiam obtentu alicuius consuetudinis,quia non posset habere rationem,& sic non posset præscribi.ś. de coniug. ser.c.j.& per consequens non valeret.ś.de consue.c.vlt.in fin. & ś.eo.c.j.super verbo,illa persona dicens ꝙ qñ de illa persona agitur per quam ad compaternitatem peruenitur semper, est matrimonium dirimendum,vt hic.Et in hoc concor. Ioā. An.hic & Tho.Alb.& Pe.& frater Io.in summ.conf.e.tit.qō. 18. Per hoc quæro & c.licet ipse Host.j.e.& c.fi.in glo.vltim. sub.forte dicat contrarium.& idem innuit Host.j.de consan. & affin.quod dilectio.in glo.fi.& credo quod male per ea quæ no.Ber.e.ti.c.quod super his.glo.fi.cum quo concor.Tan.Io.
6 & Gof.ibi licet Host.aliter.† Aut quæritur de illis per quorū, neutrum parentes ad compaternitatem deuenerunt, & tunc, Aut quæris vtrum de iure communi circunscripta consuetudine possint coniungi,& dic ꝙ sic, vt 30.qō. 3.super quibus. & ś.eo.ca.j.ver.vnde nobis.Aut quæritur de consuetudine, & tunc,aut consuetudo loci dictat quod possint coniungi,& sic, concor.cum iure communi,& sic possunt coniungi. ita intelligō hic in ver.verum.tunc.n.est rationabilis,vt in d.c.vlti.ś. de consue.Aut consuetudo loci dicit contrarium,& tunc aut est talis,quæ licet non seruaretur,scandalum non generaret,& ta lis non impedit,nec dirimit.vt ś.eo.c.j.in fi.à contrario sensu. & ita intelligunt Ber.& Ho.ibi.& hic.Aut est talis quæ si nō seruaretur scandalum generaret,& tunc est seruanda, & quo ad impediendum,& quo ad dirimendum,secundum Bern. & Host.hic.licet Hug.& Gof.in summ.& Ber.ś.eo.c.j. quo ad dirimendum teneant contrarium.Sed primum verius cum distinctione tamen,quia aut locus seu diocesis contrahentium habet certam & specialem consuetudinem, & illa est seruanda,siue sit pro matrimonio,siue contra, siue Metropolitana, ecclesia habeat consuetudinem contrariam,siue non.Ita intelligo.ś.e.c.j.in fi.& hic in ver.verum si &c.Aut nō habet,& tūc consuetudo Metropolitanæ ecclesiæ si sit,est seruanda,siue sit in contrahendo,siue in separando,ita intelligit Host.in istum §.cæterum.& ver.ita quod si qui de eadem materia loquūtur .s.de filijs,per quorū neutrū ad compaternitatē est deuentū,secundum Ber.& Host.cum quibus concor.Pe.de Sam.& Abb. & hoc expresse denotat verbum,eadem seu eiusdem secundū aliam literam. Vnde Ho.intelligit dictum ver.ita, ꝙ si &c.in casu,vbi in ecclesia cathedrali nō est certa cōsuetudo quo casu consuetudo Metropoli.ecclesiæ est seruāda.ver.vero verum si de consuetudine &c.vbi in ecclesia cathedrali est specialis consuetudo,& in alijs circunuicinis est contraria consuetudo.licet Phi.Vinc.Lau.Tan.& Inno.dicant quòd in isto ver. quòd ver.quod si ita.Papa redit ad primum casum.s.quando filius,ꝑ quem contracta est compaternitas contrahit,sed primum credo verius secundum Archi.dis.placuit.super verbo consuetudinem. Nec facio vim vtrum filij sint geniti ante compaternitatem,vel post,nam vtrobique consuetudo scandalum generans valere potest.ś.eod.c.j.in fi.licet Host.hic intelligat istum ver.ita quod de filijs genitis post compaternitatem.Sed qualiter poterit episcopus dissimulare matrimonium contractum,secundum consuetudinem ecclesiæ suæ,& contra consuetudinem vicinarum ecclesiarum,cum sine licentia non debeant contrahere,nec hoc sine bannis,vt no.ś.de despon.impub.c.2.& de clande.despon.cum inhibitio.Respondet Host. & Io.An.post eum,quòd poterit dicere,bene videtis ꝙ vicini talia matrimonia non sustinēt, & quilibet debet cauere à vicini scandalo inquantum potest.Ego tamē authoritate apostolica mihi in hac parte commissa vobiscum dispenso, eatis in nomine domini.sic non contradicit,nec videtur de iure communi consentire,cum dicat dispenso authoritate apostolica, nec dicit contra conscientiam,quia dñs Papa, in hoc casu per decr.hanc,ptātem hanc dat,hæc.n.est mens,cui standū est.j.
7 de ver.sign.intelligentia.†Si quæritur de secundo & tertio.scilicet.vtrū cōpater,vel commater vel patrinus& filiola,seu matrina & filiolus possint coniungi,dic ꝙ nō.30.q.j.de eo. & per totū.30.q.3.c.j.& ꝑ totū.contraria cōsuetudo nō obst.in his casib.nō reperiatur per Papā approbata,& hoc intellige nisi talis cognatio sit facta in cathechismo,vt j.c.2.li.6.quod dic vt ibi.

1 *Cognationis spiritualis diffinitio.*
2 *Cognationis spiritualis diuisio.*
3 *Compaternitas in cathecismo contracta,matri.impedit, sed non dirimit.*
4 *Compaternitas in baptismo facta,impedit & dirimit matrimonium.*
5 *Compaternitas non contrahitur in penitentia.*
6 *Compaternitas contrahitur, etiam per filium illegitimum.*
7 *Compaternitas an ad alterum coniugem extendatur.*
8 *Coniuges sibiinuicem communicant actiones, & non passiones.*
9 *Affinitas per fornicarium coitum etiam acquiritur.*

Martinus. ¶Si quæritur quid sit cognatio spiritualis,quot spēs cognationum, & quis effectus,cuiuslibet speciei.Distingue,aut quæ-
1 ritur de primo,† & dic quod cognatio spūalis est q̄dam propinquitas,seu attinentia prouenienS ex sacramenti, datione,vel ad id detentione ex sacramenti datione, vt in baptizante,vel ad id detentione, vt in patrino & filio eius carnali qui ex hac detentione fit frater spiritualis filioli patris carnalis vt apparet in sequentibus,& tanguntur hic tres species sequētes quæ impediunt & dirimunt.30 q.1.omnes. Ita describunt Host.in summa e.ti. §.j.& Archi.& Io.An.j.e.c.j.li.6.& Ray. in summ.eo.titu.& frater Io.in summa.conf.e.tit.in princi.&
2 Tho.& Alb. & Pe.in scrip.di.42.& Asten.eo.tit.in princ.† Si quæritur de secundo.s.quot sunt eius species,dicꝙ secundum Ray.& Host.in summa.e.ti.§.2.& fratrem In summa e.titul. q.3.& Tho.Alb.& Pe.vbi ś.& alios quod tres. Prima dicitur, compaternitas quæ attenditur & contrahitur inter spiritualē patrem pueri & carnalem,nam vnus compatrum semper est spūalis pater pueri,& alter carnalis,vnde versus.Vnus semper erit compater spūalis,alter carnalis,nec fallit regula talis. Secū da species dicitur paternitas,& illa attenditur inter illum, qui baptizat,& illum qui baptizatur,siue inter illum qui suscipit, & illum qui suscipitur,siue sit masculus,siue sit fœmina. Tertia dicitur fraternitas,quæ attenditur inter filium tuum spiritualem, & filios tuos carnales. Et de istis tribus speciebus ponit Host.vnum versum. Dirimitur frater.ś.e.c.j. & c. super e. & j.e.veniens.Compater,vt hic,atq; pater.30.q.1.c,j.& 2. Licet autem hæc tres species sint & non plures,tamen ꝓm Go. in baptismo nouem propinquitates siue attinentiæ aliquando oriuntur & sunt hæc. Prima propinquitas oritur inter presbyterum baptizantem & baptizatum, quæ est filiatio. Secunda, inter sacerdotem & patrem baptizati,& hæc est compaternitas.Tertia inter sacerdotem & matrem baptizati, quæ dicitur commaternitas.Quarta quæ est inter filios sacerdotis, si quos habet & baptizatum,& hæc est fraternitas.30.q.j.omnes.& q. 3. ita diligere. Quinta inter baptizatum & suscipientem de baptismo,& hæc est filiolatio.Sexta inter baptizatum & vxorē suscipientis ante susceptionem carnaliter cognitam ab eodem & hæc similiter est filiolatio.Septima inter baptizatum, & filios suscipientis, & hæc est fraternitas. Octaua inter suscipiētem & patrem suscepti, & hæc est compaternitas.Nona inter suscipientem & matrem suscepti, & hæc est commaternitas, probantur hæc.30.q.3.per totum.& q.4.si quis vnus. & c. qui spiritualem.& c.post vxorem.ś.e.c.j.& hic & j.eo.veniens. & c.tua.secundum Gof.& Host.& has omnes, habes enumeratas in effectu.j.eo.ti.c.j.lib.6.Sed quicquid dicatur, aut est paternitas & filiatio,aut compaternitas,aut fraternitas,& sic sūt tres species tm,ad quarum alteram omnes dictæ propinquitates;siue attinentiæ reducuntur secundum Host.& Io.An.post eum.Sequitur de tertio.s.quis est effectus cuiuslibet speciei, & tunc refert,quia aut cognatio spūalis contrahitur in cathechismo qui præcedit baptismum, aut contrahitur in baptismo,aut in confirmatione,quia in istis trib.sacris tm contrahitur ꝓm Ray.Da.Lau.Tan.Go.& Ho.In primo casu cognatio spūalis impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit post factum,vt leg.& no.j.c.prox.j.e.ti.c.2.li.6.licet Ber.di
4 cat.j.e.veniēs.ꝙ dirimat & male.† In secūdo& tertio casib.dic quod impedit matrimonium contrahendum, & dirimit post contractum.30.quæstione 1.cap. 2. si quis filiastrum. & capi. de his.& quæstione 3. non oportet, & capitul. super quibus. & frater Ioann.in summa confes. hoc titulo. quæstio. 20. ad notitiam omnium &c. & Goffred. in summa hoc titulo & supra eodem cap. j. & capitul.super eodem, & hic,& j.eodem veniens.& ca.tua.j.eo.tit.c.1.lib. 6. Et in hoc con-

cor.Ber.& Host.j.c.proxi.& Albe.& Tho.& Pe.in scrip.Ho. in summa.e.ti.§.qualiter contrahatur.& Archi.30.q.1.c.1,glo. fi.Et quare secus in cathechismo,& secus in baptismo,vel cõ firmatione,vide ibi per eos,& per Guil.& per Io.And.j.eo. c.2.lib,6.Et rationem supradictorum assignet Pe.in scrip.fra. Io.in dicta q.20.Dicentes ꝙ in baptismo fit quædam quasi ne cessitas in vtero,in qua vita spiritualis confertur,in confirma tione autem quasi natiuitas extra vterum, per quam homo, fidelis in publicam fidei confessionem exponitur.in cathechis mo vero,qui præcedit baptismum solum fit quædam disposi tio ad generationem,vnde debilis cognatio ibi contrahitur, quæ vix matrimonium impedit contrahendum,sed nullo mo
5 do dirimit iam contractum.†In pœnitentia autem licet esse, spirituale conferatur,tamen quia assimilatur quasi miraculosæ suscitationi de morte ad vitam,ideo ibi cognatio spiritualis non contrahitur ſm eos.Et nota quod si duo eleuauerint, eundem de sacro fonte,ipsi duo non prohibentur contrahere ſm Inno.& Host.& Io.And.hic,& Host.j.eo.veniens.corrigentem ibi quod dixit in summa.e.ti.§.quot eius species.ver. & est rõ.quia licet vnus &c.& Card.& Arch.j.eod.cap.quamuis lib.6.& Arch.30.q.4.c.fi.& fra.Io.in summa conf.ti.q. 3. quot sunt species. in fi. Sicut ergo duo compatres carnales nõ prohibentur contrahere.j.qui filij sint legi.tanta.sic,& duo spirituales,& sic est prohibitio in duobus, qui sunt compatres, diuersæ speciei.simile quod no.j.titu.j.c.vnius.circa fi.glo.Idẽ tenet magister sententiarum.lib.4.dist.42.c.solet.& Asten. eo.
6 tit.q.vtrum vxori.Item Inno.s.eo.in rub.†No.quod non solũ filio meo legitimo nõ potest copulari filia spiritualis, sed nec illegitimo filio.filio autem adoptiuo spiritualis filia legitimè copulatur.& idem no.Io.An.ibi & Host.& Io.An.hic. & Io. And.j.eod.c.vlti.& Io.30.q.3.in summa.& fra.Io.in d.q.3. & Ber.j.titu.proxi.c.vnico. ver. illegitimus non potest &c. & Host.& Io.An.ibi.

Super eo.c. Ad euidentiam glo.si quæritur vtrũ compaternitas,seu cognatio spiritualis cum al
7 tero coniugum contracta,ad alterum extendatur,distingue. †Aut alter coniugum contraxit huiusmodi compaternitatem seu cognationem spiritualem agendo,puta leuando, vel suscipiendo puerum de fonte sacro,aut contraxit eam patiendo filium suum,vel filiam leuari.Si agendo, refert vtrum compaternitas vel commaternitas præcedit matrimonium, & tunc non extenditur ad alterum.aut sequitur matrimonium,&tũc Aut præcedit carnalem copulam,& tunc idem secundum Be. hic,qui ponit exemplum de vtroque,suscepisti filium Bertæ, & Martini,de sacro fonte,& postea contraxisti cum Teberga & eam cognouisti,vel ante susceptionem ipsam contraxisti cũ ea,nondum tamen eam carnaliter cognouisti,quamuis postea ipsam cognoscas vxor tua non efficitur commater parentibus illius infantis,quia nondum eras effectus vna caro,cum ea,quia per vnionem carnis sequentem,non transitur ad vnionem spũs præcedentem matrimonium.Vnde te mortuo, & mortua vxore Martini, quorum filium antequam haberes, Teberga de sacro fonte leuaueras, Martinus poterit habere Tebergam in vxorem.30.q.4.qui spiritualem &c.post obitũ & sic Teberga poterit habere duos compatres vnum post alium, & pro hoc facit eo.expresse.j.c.j.ibi,& vxorem ante susceptionem carnaliter cognitam ab eodem à contrario sensu. lib.6.Aut sequitur matrimonium carnali copula consummatum,& tunc extenditur ad alterum coniugem suscipientis, vt hic,& in d.c.1.j.eo.lib.6.expressè probatur.Ita quod vir suscipiendo filium alterius de sacro fonte efficitur compater,vxor vero mediante viro efficitur commater parentibus infantis, & mater spiritualis illius infantis 30.q.4.sciscitatur.& capi.si quis vnius.Si contraxit eam patiendo,tunc nunquam extenditur ad coniugem suum,puta si Martinus suscepisset filium Lotharij,quem de alia vxore prima habuerat,suscepisset, inquã constante matrimonio cum Teberga, vel in baptismo, quia aliquotiens tenentur pueri per longum tempus antequam baptizent,vel in confirmatione episcopali,per hoc Martinus cõpater Lotharij patris pueri vxoris suæ Tebergæ non est commater.sic potest intelligi.30.q.4.post vxoris.Et est rõ,quia cõiuges actiones sibi communicant,vt in hoc c.sed non passiones,vt in illo c.post vxoris.ſm Hug.& Laur.Io.&Host.idem Asten.e.ti.ver.si tamen aliquis.& ver.seq.vnde versus.Ambos
8 compatres facit actio,passio nunquam.†Sed quæ est rõ,quod communicant subinuicem actiones,& non passiones? rõ est, vir & vxor per actionem carnalem siue corporalem efficiuntur vnum corpus,non vnus spiritus,cum ergo actio corporalis sit,passio vero mentalis,non est mirum si actio actionem, trahit, & non passionem.quod.n.agit pars corporis, æquum est,vt alteri parti communicetur.Item in actione corpus acquirit quod est idem cum alio coniuge.In passione vero anima patitur,quæ non dicitur eadem cum anima coniugis. In actionibus acquirit vxor compaternitatem, ꝙ est idem cũ marito. In passionibus autem acquirit vxor, per tactum nati sui,quem ab alio suscepit,siue per tactum patrini sui,& qui cũ marito nullam habet communicationem.Non est ergo mirũ si coniuges actiones tanquam proprias sibi communicant,& non passiones,tanquam extraneas,ſm Gof.hic & in summa eo.tit.idem Host.in summa.e.ti.§.vlti.ver.quæ est ratio. & Io. de fa.30.q.4.qui spũalem.& Archi.ibi dicens etiam, quòd iõ communicant actiones & non passiones, quia actiones consistunt circa corpus,& iam facti sunt vna caro.Passiones vero, consistunt circa animam,& non possunt esse vnum in anima, nec.n.est dictum erunt duo in vna anima, sed in carne vna.
9 †Et dicunt quidam ꝙ sicut quæritur carnalis affinitas per fornicarium coitum.j.de eo qui cogn.consan.vxo.suæ. discretionem.eadem rõne spiritualis proximitas,& hoc tenent Hug. & Io.30.q.4.si quis vnus ex coniugio. Alij vt Monaldus, & Archi.ibi contra.quia canon loquitur de his qui matrimonialiter sunt coniuncti,& in illis rõ ipsius canonis habet locum, secundum Arch..& primam opi.expressè reprobat,& istam vltimam approbat Arch.j.eo.c.1.super verbo cognitam. & Io. And.in glo.2.lib.6.& credo ꝙ bene.& de hoc est casus.j. in c. pro.secundum vnum intellectum,licet Inn.nullam dictarum opinionum eligat.Et primam opi.tenet Tho.vt recitat fra.Io. in summa conf.hoc ti.q.12.quid si Martinus qui fra. Io. tenet ibi secundam.idem Asten.e.ti.ver.si autem aliqui.dicens ẽt.ꝙ Rich.& Rod.idem tenent.

1 *Iudeus & paganus non sunt participes conationis spiritualis*
2 *Hȩreticus contrahit cognationem spiritualem.*
3 *Patrinus quæ doceat filiolum.*
4 *Compaternitas non contrahitur per procuratorem.*
5 *Compater respondere habet interrogationi baptizantis.*
6 *Compaternitas non contrahitur per solam responsionem ad baptizantem.*

Veniens. Si quæritur vtrum & qualiter leuans vel suscipiens puerum alterius, in baptismo,seu ad interrogationes baptismi respondẽs, compaternitatem, seu cognationem spũalem contra
1 hat,& quid iuris.Distingue.†Aut quæritur de iudæo, vel pagano,& dic quod talis non potest esse particeps cognationis, spũalis,nec actiuæ,nec passiuæ,per ea quæ no.Hug.30.q.j.c.1. & Archid.ibi in glo.adde.s.Christianum.& j.eo.c.j.glo. 2.libr. 6.dicentes,quod iudæus cum iudæa commatre sua licite contrahit,& cum filia spũali,quam suscepit in cathechismo,si nõdum est baptizata contrahendo,non peccat, quia non astringitur constitutionibus ecclesiæ,quæ hoc prohibent.2.q.j.multi.j.de diuor.gaudemus.Sed si baptizata esset tunc impediret, disparitas cultus. 28.q.j.caue,idem Asten.lib.8.hoc ti.q. vtrũ, iudæus.Idem tenet Io.An.in d.c.j.j.eo.& j.de regu.iur.ca. ex
2 eo.lib.6.in nouella.†vbi tenet cum hæretico bene contrahit, spiritualem cognationem.secus in pagano vel iudæo. primus, enim incorporatus fuit ecclesiæ per sacramentum baptismi, sed non secundus,& ideo cognationis spiritualis particeps esse non potest.†Item patrinus filiolum docere tenetur,symbo
3 lum,orationem dominicalem,& quædam alia quæ pertinent ad salutem,& est fideiussor pro eo apud Deum, de consec.di. 4.vos omnes.ſm Io.An.in c.alle.j.& c.ex eo.vbi plene de hoc in hoc etiam concor.ipse Io.An.s.de iurepa.c. vobis fuit. Aut quæritur de Christiano,& tunc aut quis leuat,vel suscipit puerum,vel ad interrogationes rñdet,nõ per se sed per aliũ etiam de mandato suo,& tunc nõ contrahit compaternitatẽ, seu co-
4 gnationẽ spiritualem.†Cõpaternitas.n.non põt cõtrahi per ꝓcuratorẽ,cũ actus corporalis requiratur.vt patet hic,& j.e. ca. j.li.6.ibi suscepit de baptismo &c.vbi hoc no.Arch.& Io. An. post eũ ibi & j.de reg,iur.c.põt quis.li.6.in nouel.vbi plenissime de hoc per eum.ad hoc.30.q.j.de his.vbi exponit tex. qd sit tenere puerum in sacramento,dicens quòd tenere est sup se sustinere. ad idem c. sequens ad limina, & c. omnes. & q. 4.cap.1.in prin. Ad idem facit expressè,quia neque absens,neque dissentiens arrogari potest. ff.de adopt.l.neque & l.in adoptionibus.. Neque enim adoptare quis neque arrogare,absens, neque per alium huiusmodi solennitatem peragere potest

re potest.ff.de adop.l.post mortem.§.vlti.aut leuat. vel suscepit vel ad interrogationes respondet per se,& tunc aut facit alterum tm,quia suscipit tm,nec ad interrogationes respondet, vel ad interrogationes respondet tm,nec puerum suscipit vel
5 tangit,aut facit vtrunque.In primo casu,†Aut suscipit tm,nec ad interrogationes respondet, & non contrahitur compaternitas.quia habet respondere,vt de conse.dist.4.paruuli. vnde, & si nihil respondeat,sed annuat forte nihil agit, immo necesse videtur,ꝙ dicat volo, ita ꝙ cautio sit emissa quod dic,vt legi.& no.s.de conse.dist.4.prima igitur.ver. nihil.& ver. nunc vero.Et secundum hoc mutus non potest baptizare,nec puerum tenere,quia non potest respondere, vt in prædicto c.paruuli.& huius sñiæ fuit Host.in summa.tit.de spon. sub rubri. de matrimonij.§.qualiter contrahatur.ver. & nunquid si post nutum vel signum &c.& idem videtur tenere Archi.in c. alle. paruuli.& j.e.c.j.super verbo cognationem spũalem.li.6. Sed glo.Guil.s,Ray.hoc ti.super verbo baptismum & confirmationem.& fra.Io.in summa conf.e.ti.q.22.quid si teneat, &c. & Asten.e.tit.in fi.tenent contrarium dicentes etiam, ꝙ non credunt ꝙ rñsio patrinorum sit de substantia rei,quo ad compaternitatem contrahendam. Tu vero potes dicere primam opi.veram.qñ baptizandus non potest loqui, alias ipsemet potest & debet respondere pro seipso, & sic cessat rõ supradicta de cautione,quare & lex.ff.de iurepa.l.adigere.§.quamuis. de ope.lib.l.sicut patronus.s.de renun.post translationem.de iure c.& si Christus.j.ti.proxi.c.vnico.& sic in tenente. vel su-
6 scipiente loqui valente,potest esse vera secunda opi.†Aut ecõtra non suscipit,nec tangit.sed solũ ad interrogationes respõdet, & tunc non contrahitur compaternitas, seu cognatio spiritualis,quod dic,vt no.Archi.de conse.dist.4.non plures.&,ꝓ hoc facit iste tex.qñ dicit se de sacro fonte leuasse &c.& j.eo. c.lib.6.qñ dicit suscepit de baptismo &c.in hoc concor.glo.super Ray.vbi s.& frater Io.e.ti.q.21.quid si aliquis.& Asten. e. ti.in fi.In secundo casu.s.qñ facit vtrunq;.s.quia suscipit, vel tangit corporaliter,& etiam ad interrogationes respondet cõ trahitur compaternitas,vt hic per totum. & in dictis.c. prima igitur.& c.paruuli.

Tua nos. ¶Si velis tractare hic, de materia denuntiationis, vide, quod notat Hostiens. & quod dixi post eum, supra de iudic.nouit. & Cardin. infra de religio. do.capitu.vnico, libro sexto.

1 *Monachus non potest puerum suscipere de facto fonte.*
2 *Monachus baptizare potest.*
3 *Religiosus non suscipit puerum de sacro fonte,quamuis baptizare possit.*
4 *Baptizans fit patrinus baptizari.*
5 *Episcopi filius, an matrimoni. iungátur, cum confirmata ab eo.*

Ex literis. ¶Si quæritur vtrum abbas, vel monachus possit esse compater,
1 Distingue.†Aut leuando,vel suscipiendo . & dic qd non vt leg.& no.16.q.j.placuit in communi.18.q. 2.
2 peruenit.de cõse.di.4.non licet.†Aut baptizando.& dic ꝙ sic,
3 vt ibi no.& 16.q.j.doctos.†Et idẽ intellige de canonicis regularibus,& alijs religiosis.ar.s.de postu.ex parte.vt no.Alber.in scriptis.& glo.super Ray.hoc ti.super verbo suscipe.& fra.Io.
4 in summa.conf.hoc tit.q.vlt.†Et quid de laico vel clerico, in minoribus constituto baptizante filiam an possit cum ea contrahere,rñdet Arch.30.q.j.omnes.glo.2.dicendum est ꝙ non, quia filia sua spũalis est sicut illa quam suscipit,vt ibi idem tenent Vin.& Io.An.hic.Sed si contractum fuerit matrimoniũ, inter eos,nunquid sunt separandi? quidam dñt ꝙ sic.ar.ibi, & eadem cã & q.de eo.Sed Ray.de pœna forti dicit ꝙ super hoc esset summus pontifex consulendus,quia est nouus articulus. Et videtur matrimonium separandum ar.huius c. vbi filia baptizantis separatur ab eo,quẽ pater baptizauit.multo fortius, ipse pater.& hoc ipse no.in summa sua de cog.spiri.& hoc expressè tenet Ho.in summa.e.ti.§.vlti.ver.itẽ quid si quis. hoc ẽt vr sentire Hug.in d.c.oẽs.dicens ꝙ si quis baptizauit aliquẽ, vel leuauit de sacro fonte,nõ põt ipse nec filius eius carnalis,
5 eã habere in vxorem.†Et quid de filio carnali epi,nunquid potest ducere in vxorẽ illã,q eps cõfirmauit, dñt quidam ꝙ põt, in hoc casu idẽ dici,ꝙ dr hic de filia carnali sacerdotis, & de filio quẽ baptizauit ipse sacerdos.Alij verò dñt& forte verius, quia edictũ de matrimonio est ꝓhibitoriũ,sitæ fuerit cõtractũ matrimoniũ,quia nouus est casus,cõsulendus est Papa.& dñt isti ꝙ aliud est de inundante paruulum ad succursum, aliter de solenniter baptizante,maxime cum ista decre.loquatur expressè de sacerdote baptizante,sed Hug.vr aliter.vt s. dixi. Ista ponit Arch.in d.c.oẽs.Et quòd sit idẽ in non sacerdote baptizante in casu quo põt.s.necessitas qd in sacerdote solenniter baptizante vr expresse probari.j.eo.c.j.§.& eadem.libr. 6. vbi dicit quòd eadem quę de suscipiente sunt dicta,sunt de baptizante censenda.& de hoc in summa conf.e.tit.qõ.14. Item quæritur in aliquis. & q.seq.& seq. Et per Asten.eo.ti. ad fi. q. quid si quis puellam. & q. seq. vbi concordat cum præmissis.

1 *Adoptionis diffinitio.*
2 *Adoptionis diuisio.*
3 *Adoptio qualiter dissoluatur.*
4 *Adoptio an matrimonium impediat.*
5 *Filius illegitimus non est in patris potestate.*

De cognatione legali. Rubrica.

Si qua per adoptionem. Quia ista materia est mere legalis,de qua potes videre plene, si velis per Io.30.q.3.in summa.per Gof.& Host. in summa.e.ti.per totum.& per fra.Io.in summ.cõfess.& Asten.eo.ti.per totũ. paucis cõtẽtus pro canonistis. Ad euidentiam huius ti.si quæris quid sit cognatio legalis, seu adoptatio,quot eius species, qualiter contrahatur, qualiter dissoluatur,& vtrum seu inter quos impedit matrimonium cõtrahendum.& dirimit post contractum,distingue. Aut quæri
2 tur de primo.s.quid sit legalis cognatio.†Et dic,quod est quædam proximitas ex adoptione proueniens,secundum eos, & ſm Alb.& Pe.in scrip.dist.42.Sed quid est adoptio? dixit Tã. qd adoptio est extraneæ personæ in filiũ vel nepotẽ, vel deinceps legitima assignatio,sed hæc descriptio nõ placet Host. in summa.e.ti.§.j.quia nimis gñalis est & insufficiẽs.Iõ dixerunt Pla.& Io.qd adoptio est legalis actio ad solatiũ eorũ facta, qui liberos nõ hñt pœnæ naturam imitans.ar. C.e.l.cum eum.&ff. e.l.adoptio.n.Hæc descriptio nõ placuit Azoni,quia & ab his qui liberos hñt fit adoptio,quia quis alijs facilius concedatur, vt ff.e.l.nec ei.§.eorũ.& §.præterea & l.si quis nepotẽ. & insti. e.§.licet.Iõ dicit Azo.qd adoptio est legitimus actus per quem quis efficitur,habetur,vel reputatur filius qui non est.vt ff.e.l. j.& insti.e.§.minorem.sed certe descriptio Pla.& Io.bona est, vnde dic,ꝙ adoptio est legalis actio ad solatiũ eorum facta. i. inuenta principaliter qui liberos,non hñt.i.hr̃e non poterant. Romani.n.antiqui conditores legum,& alij soliciti fuerũt, ne quis sine hærede decederet,ne defunctus afficeretur iniuria, vt insti.qui & ex qui.cau.ma.non possunt.§.j.sic & curarunt, vt qui filios non poterant hr̃e naturales,saltem filium legalem haberẽt vt patet.ff. e.l.si pater.§.vlti.& l.seq.& l.si ei.§.3.Verũ tamen hæc cã fuit impulsiua,quia forte aliquis nobilis diues, & potens,qui filios habere non poterat huic edicto cãm dedit,sicut Calphurnia fuit causa impulsiua edicti prohibentis mulieres postulare,nec per hoc sequitur quin etiam is qui filios hẽt adoptare possit.arg.ff.de postu.l.j.§.sexum.Et bene dixerunt pœnæ naturam imitans,iõ enim natu minor maiorem adoptare non põt,quia pro monstro haberetur quòd filius foret maior patre,vt insti.e.§.minorem.ſm Ho.in summa e. §.
2 j.†Aut quæritur de secundo.s.quod sunt spẽs legalis cognationis.i.adoptionis.& dic quod nomen adoptionis gñale est, transit aũt in spãle nomen,& dicitur adoptio & arrogatio. Et hę spẽs adoptionis, & arrogationis fere in omnibus conueniunt, ideo dico fere,quia in quibusdam differunt, vt ecce adoptantur filij famil. nec transeunt in potestatem adoptantis, arrogantur patresfamil. & transeunt in potestatem patris,vt ff.eodem le.1.in fin. vnde versus. Arrogo qui suus est, & habet meus esse necesse. Patris adopto suum, nec patris desinit esse. Item adoptio fit, cuiuslibet magistratus competentis, auctoritate. Arrogatio autem fit tantum principis auctoritate, secundum Bernar. & Hostiens. hic, & in summa, eod. titul. §. secundo. Item in arrogatione requiritur, verbum expressum vtriusque, vnde infans non potest arrogari, sed adoptari tantum, vt ff.eodem lege. 1. & 2.& lege. in adoptionibus. & res suæ, & liberi, qui erant in potestate sua subijciuntur legi. etiam infantem. Item aliquo arrogato statim ipse, & res suæ. & liberi, qui erant in potestate sua subijciuntur potestati arrogantis, vt patet ex superioribus.

& ff.eod.l.ſi pater.ſunt etiam & aliqua ſpecialia in arrogatiõe
impuberis.ꝗ dic plenè per Hoſt.in d.c.2.Aut quæritur de ter
3 tio qualiter contrahatur,& dic,vt s.†Aut de quarto qualiter,
diſſoluatur, & dic quòd altero de quatuor modis,ſ.per eman-
cipationem,mortem naturalem vel ciuilem,vel per dignitatẽ
quæ liberaret curialem à curiali conditione.Item ſi feratur ſen
tentia,contra patrem petentem filium nihilominus, in pote-
ſtate remanet,veruntamen pro emancipato habetur. vt ff. de
condi.inde.l.Iulianus.ꝗ dic plene per Hoſt.in ſumma,eo.tit.§.
4 qñ & qualiter.†Aut quæris de vltimo.ſ.vtrum impediat, vel
dirimat matrimonium,& de hoc nota.Io.30.q.3.in ſumm. &
Ber.& Hoſt.hic.& Hoſt.in ſumma e.ti.§.qñ & qualiter.Vnde
dic quòd cognatio iſta contrahitur tripliciter.ſ.in linea aſcen
denti & deſcendenti.item in collaterali.item etiam contrahi-
tur affinitas.Cognatio aſcendentium & deſcendentium conſi
deratur inter adoptatum,& adoptantem,vt inſti.e.§. licet. &
ff.eo.l.in adoptione.& l.& qui vxores.Cognatio vero collate
ralium attenditur inter illum qui adoptatur,& illos quib.agna-
ſcitur.i.qui ſunt in poteſtate adoptantis ipſi adoptato ex late-
re venientes,vt filij naturales & legitimi,illius adoptantis,vel
alij filij arrogati.vt in l.allegatis & ff.eo.l.qui in adoptionem.
Affinitas autem attenditur inter vxorem adoptantis,& ado-
ptatum,& inter adoptantem,& vxorem adoptati, ibi.n.nulla
cognatio eſt.vt in l.alleg.qui in adoptionem.eſt tamen affini-
tas.his viſis diſtingue.Aut quæris de cognatione aſcendentiũ,
& deſcendentium,& dic quòd talis cognatio impedit matri-
monium contrahendum,& dirimit iam contractum,ſiue du-
rante adoptione,vel filiatione,ſiue ſoluta per emancipationẽ,
vel alio modo.Aut quæris de affinitate, quæ attenditur inter,
adoptatum, & vxorem adoptantis,& adoptantem, & vxorẽ,
adoptati.& hoc ſimiliter impedit,& dirimit etiam ſoluta ado
ptione.hæc duo probantur ff.de ritu nup.l.adoptiuus & l. ni-
hil intereſt.& l.quin etiam.inſti.de nup.§.ergo.& §.affinitatis.
& §.ſeq.ſm Gof.Ber.Inn.Hoſt.& Io.And.hic.& Ioã.30.q.3.
in ſumma.Vnde Ber.aſſumpſit totam glo.ſuam hic.idem Ho
ſti.in ſumma e.ti.§.vlt.Aut de cognatiõe collateralium,& tũc,
Aut quæritur vtrum matrimonium impediatur inter arroga-
tos,ſeu adoptatos,inter ſe,& dic quòd non,quia non inueni-
tur prohibitum.ar.s.de ſpon.cum apud.vt no.Hug.& Io. 30.
q.3.in ſumma & Ber.& Hoſt.& Io.An.hic.& frat.Io in ſum
ma.conf.e.ti.q.12.nunquid filij &c.ſicut & ſpirituales filij,ali
cuius poſſunt inter ſe contrahere.Aut vtrum impediatur in-
ter filios adoptiuos,& arrogatos,ex vna parte. & filios ſpiri-
tuales ex alia parte,& ſimiliter,dic,quòd ſm Hug.& Ioan. in
dicta ſumma.Idem frater Io.e.ti.q.9.ſed nunquid filius &c.
Aut vtrum impediatur inter naturales ex vna parte,& adopti
uos,ſeu arrogatos ex alia parte. Et tunc,aut quæritur vtrũ im
pediatur matrimonium inter filium,ſeu filiam,nepotem, vel
neptem,pronepotem,vel proneptem naturalem,& non legi-
timam adoptantis,vel arrogantis ex vna parte, & arrogatum,
ſeu adoptatum in filium nepotem,vel pronepotem maſculũ,
5 vel fœminam ex alia,& dic,quòd non,quia†talis illegitimus,
non eſt in poteſtate patris inſti.de nup.§.vlti.ſm Vin.Ber.In
no.Hoſt.& Io.An.hic.idem Io.in ſumma.alle.& Aſten. e.ti.3.
Aut inter naturalem, & legitimum,ex vna parte,& adoptatũ
ſeu arrogatum,ex alia.Et tunc,aut quæritur vtrum impedia-
tur, vel dirimatur poſt ſolutam adoptionem, vel arrogationẽ
per emancipationem,vel aliàs, & dic quòd nõ.vt hic,à cõtra-
rio ſenſu.ff.de ritu nup.l.per adoptionem.30.q.3.ita diligere,
& c.per adoptionem.& inſt.de nup.§.ſed & ſi quaivnde ſumi-
tur iſta decre.Aut ea durante,& tunc.†Aut quæritur vtrum,
6 impediatur inter ipſum adoptatum,vel arrogatũ,ex vna par-
te,& filium vel filiam naturalem & legitimam extra poteſtatẽ
paternam exiſtentem per emancipationem,vel alium modũ,
debitũ ex altera,& dic quòd non,vt in iur.alleg. Aut inter ip-
ſum adoptatum,vel arrogatum,& filium,vel filiam adhuc, in
poteſtate patris exiſtentem,& tunc quidam,vt Hug.Inno. &
Pe.de Sam.diſtinguunt inter adoptatũ,qui non tranſit in pote
ſtatem adoptantis.vt inſti.de adop.§.2.Nã inter talem & libe-
ros naturales & legitimos matrimoniũ nõ impeditur,& inter
arrogatũ,qui tranſit in ptãtẽ arrogantis.nam inter talẽ & libe-
ros naturales & legitimos impeditur matrimoniũ cõtrahen-
dũ,& dirimitur,iã cõtractũ,vt ꝓbatur in iurib.alle.Et hãc di
ſtinct.vr approbare Ber.hic circa mediũ glo.ſuæ ver. itẽ poſ-
ſet dici &c.& Io.in ſumma all.Alij vt Dama.Vin.Tan.Laurẽ.
Ala.Go.Phi.& Ho.hic.& Gu.in Spe.e.ti.in prin.& Aſt.e.ti.qñ.
vtrũ adoptiuus.Dñt idẽ in vtroq;ꝗ adoptatus nõ põt copula-
ri filiæ adoptãtis,durãte adoptione,ſicut nec arrogatus, quia li
cet adoptatus non tranſeat in ptãtẽ adoptantis, acquiruntur,
tñ ei quædã iura ex adoptione,quæ diſſoluuntur per emancipa
tionẽ.C.de adop.l.pen.§.ſin autẽ.& hoc credo verius & ſecu-
rius,per tex.iſtum qui loquitur de adoptione. Et ſic oportet,
vel ꝗ intelligas,de adoptione in genere, & ſic quòd compre-
hendat adoptionẽ in ſpẽ,& ſpẽm ſeparatã.ab arrogatione faciẽ
tẽ,& ẽt arrogationẽ,& ita credo intelligendũ, vel de adoptiõe
faciente ſpeciem ſeparatã,ab arrogatione tñ, cum tñ cã pro-
hibitionis fortiori rõne locum hẽat in ipſa arrogatione, per ꝗ
fortius vinculum contrahitur,& ſic ſm vtrunq; intellectum
iſta decr.locum hẽat in adoptione,& quia in dubio non eſt re
cedendum à verbis.ff.de le.3.l.non aliter.de exerci.acti.l.j.§. ſi
is qui nauem.de admi.tuto.l.quidam decedens.ad municip. l.
conſtitutionibus.

1 *Sponſalia,an diſſoluantur affinitate.*
2 *Matrimonium, an impediatur per copulam cum vxoris conſanguinea.* 4.
3 *Maritus habet vxorem ad voluntatem ſuam.*
5 *Confeſſioni coniugum, pro matrimonio, vel contra, an ſtandum.*
6 *Confeſſio coniugum, cum quo adminiculo plenam faciat fidem.*
7 *Diuina offenſio in omnium fertur iniuriam.*

¶ De eo qui cognouit conſan.vxo.ſuæ. Rub.

TRanſmiſſæ. ¶Si quæritur vtrum, per affinitatem contractã ſpõ-
ſalia diſſoluantur, & vtrũ cognoſcẽs cõſanguineã
ſponſæ,per hoc impediatur reddere,vel exigere,
1 debitũ coniugale.Diſtingue.† Aut quæritur, de
primo, & tunc,Aut affinitas præcedit matrimoniũ, vt quia
cognoſcitur ſponſæ conſanguinea de futuro, & tunc ſpõſalia,
diſſoluuntur,vt s.eo.c.veniens.j.e.c.fraternitati.& c. veniẽs.
& c.ex literis.Aut ſequitur,vt quia cognoſcitur conſanguinea
vxoris,& tunc inceſtus committitur.non tñ ꝑꝑ hoc matri-
moniũ præcedens diſſoluitur.s.e.c. j.& hic & j.eo.diſcretio-
nẽ & c.tuæ,& c.iordanæ.& in hoc conſiſtit,quaſi tota virtus,
ſeu vtilitas huius ti.ſm Ho .qui hoc no.s.e.rub. & idẽ abbas.
2 s.eo.c.j.& Io.An.ibi poſt eos.†Aut quæritur de ſecũdo,& tũc
Aut quis cognoſcit conſanguineam ſponſæ ſuæ de futuro, &
tunc per talem affinitatem præcedentem ſponſalia ſint ſoluta,
& impeditur perpetuo matrimonium contrahendnm,& di-
rimatur poſt contractum,non põt reddere,nec exigere debi-
tũ,quia nõ eſt vt in iur.primo alleg.Aut cognoſcit conſangui-
neã vxoris & tunc.Aut quæritur vtrum exactus teneatur red
dere debitũ,& dic quod ſic,vt hic.ibi,niſi ab ea fuerit requiſi-
tus &c.& j.e.diſcretionẽ,ver.quod ſi forſan.Aut vtrũ poſſit,
exigere,& tunc aut põt continere,aut nõ.ſi põt,tunc.Aut quę
ritur vtrum poſſit debitũ exigere ab vxore, antequã vxor ipſa,
exigat debitũ ab eo, & tunc dic,qđ nõ.ita intelligit Ho.s.e.ve
niens.§.cæterũ.quẽ.§.intelligit de ſponſa,de pñis, & exponit,
ibi verbũ eam.ſ.filiã,& ſponſam,ſed cũ filia hẽbit ipſum.q.d.
matrimonium non diſſoluitur,eſt tñ onerosũ ipſi viro,quia
ipſe non debet exigere debitũ,ſed exactus reddere tenetur,&
3 †ſic ipſe non hẽt ſponſam.i.vxorem,ſicut vir debet habere v-
xorem.ſ.ad voluntatem ſuam,quo ad debiti exactionem, ſm
Ho.ibi.& Io.An.poſt eũ.idem tenet Io.32.q.7.c.qui dormie-
rit.& in hoc concor. Ho.hic in glo.ſua vlt.dicẽs qđ vxor põt
tali authoritate dñi debitum denegare.32.q.j.dixit.Et hoc ni-
ſi ipſa à tali primo debitũ exegerit,quia poſtea vr facta recon
ciliatio tacitè,vñ de cetero nõ hẽt ꝗ obijcere põſſit, vt j.de
adul.ſi vir ſciẽs,s.de cõiug.ſed ꝓpoſuit.& c.fi.ſm Ho. & Ioã.
4 An.poſt eũ.idẽ Arc.in c.all.qui dormierit. †Aut poſtq̃ ipſa v-
xor exegit debitũ ab eo,& tũc ſi ipſe exigat poſt ea vxor non
poterit denegare,vt ſtatim dictũ eſt.Si nõ põt cõtinere,tũc đ
licẽtia eccleſiæ poterit exigere,ſicut & ꝯhere, cum maius ſit,
ꝯhere,ꝗ exigere,arg.s.de decimis.ex parte.3.talis vero de licẽ
6 per venerabilem. §. rationib. † Abbas vero hic dicit quòd tam in linea ascendenti & descendenti, quam etiam in transuersali credit huic constitutioni standum, in qua expresse cauetur, quòd quartum gradum consanguinitatis vel affinitatis prohibitio non excedat, non distinguendo in linea ascendenti vel descendenti, aut etiam transuersali, & hoc idem tenet Goffr. primum dictum tutius & verius videtur. Et nota quòd si qs cognoscat consanguineam vxoris suæ, vsq; ad quartum gradũ incestus committitur, & impediret, & dirimeret matrimonium si adhuc esset contrahendum. sed si cognoscat consanguineam quinti gradus, vel vltra non impeditur matrimoniũ, nec amittitur ius debiti exigendi. Et idem intelligas si quæratur an is qui cognouit aliquã fornicario coitu, possit cõtrahere cum cognata. Hodie enim tam consanguinitas quàm affinitas, & publicæ honestatis iustitia quartum gradum non excedunt, vt hic, secundum Host. in sum. titu. de eo qui cogno. consang. vxo. suæ. §. vlti. in fin. ergo si quis. & frater Io. in sum. confes. tit. de impedimento affi. c. vlti.

1 *Maleficiatis triennium datur ad copulæ experientiam.*
2 *Frigidis quantum tempus datur ad dandum operam copulæ.*
3 *Hodie constat, hodie agatur.*

¶ De frigidis & maleficiatis. Rubrica.

ACcepisti. ¶ Si quæritur quando allegatur impotẽtia coeundi ex parte vtriusq; vel alterius coniugum, quãtum tempus habere debeant ad dandum operam carnali copulę, seu ad ex-
1 perientiam copulæ coniugalis, distingue. † Aut proponitur impotentia prouenienes ex maleficio, & tunc debent habere triennium, quod per iudicem non poterit abbreuiari, vt j̃. eo. c. fi. vbi hoc no. Host. & Laur. Phil. Gof. Io. Tan. Ber. & Inno. & Host. in c. laudabilem. Licet Gof. & Inn. dicant in d. c. fi. q̃ non est necesse hoc triennium specialiter assignari propter experientiam copulæ coniugalis, sed sufficit quomodocunq; simul triennio cohabitauerint. Host. tamen in hoc contradicẽs ibi, & idem Io. And. post eum quòst debet assignari per iudicem, & à die ex quo egerunt pœnitentiam, & tempus fuit assi
2 gnatum per iudicem numerari. † Aut proponitur impotentia prouenienes ex frigiditate in viro vel arctitudine in muliere, vel aliàs, & tunc: Aut non potest apparere de impotentia, seu impedimento ante triennium, & tunc triennium habere debent, & eis dari debet ad computandũ ex die ex quo egerunt pœnitentiam, & tempus fuit per iudicem assignatũ. j̃. eo. laudabilem. ibi indulgendum sit, subaudi à iudice. & hoc ibi notat Host. & Gof. & Io. And. hic, & satis concor. Bern. ibi in gl. arg. quòd si prius. Hoc etiam no. Ho. in sum. eo. tit. §. qualiter. versi. & quid si maritus. & versic. si vero impotentia. & frater Io. in sum. confes. eo. tit. q. 16. his habitis. circa mediũ. pro hoc facit 33. q. 1. quod autem. licet Inno. in hoc contra. ibi, vt est dictum. Aut potest constare de impotentia seu impedimẽto ante triennium, & tunc, Aut per confessionem ambarum partium, & tunc erit tempus arbitrarium: vt hic in primo rñ. & fi. & j̃. eo. laudabilem. §. si autem. ita intellige gl. prædictã Ber. ibi, cum qua concor. Vin. Pet. & Io. And. ibi, & plenius Inn. & Host. ibi, & Host. in sum. eo. tit. §. qualiter. & frater Io. in sum. confes. eo. tit. q. 16. Fallit in minoribus. 15. annis quib. semper datur triennium quod non licet diminuere. no. Host. ẽ. de despon. impub. c. puberes. & semper in minoribus. 18. ann. expectanda erit plena pubertas. i. quousq;. 18. anni sint cõpleti vel vltra secundum Hosti. in sum. eo. tit. §. qualiter. versi. vbi autẽ masculus &c. & idem tenet Host. j̃. eo. laudabilem. super verbo frigidis. & frater Io. in d. q. 16. versi. vbi autẽ masculus. Aut potest constare aliter, quàm per confessionem, vt quia vxor proponit & allegat impotentiam viri, & vir negat: & tũc Aut impotentia est notoria, puta quia vir vel mulier caret instrumento, vel habet, sed penitus inutile, & tunc statim incontinenti separatio fieri potest nullo tempore dato. j̃. eo. laudabilem. in princ. ibi si frigiditas &c. à contrario sensu, quia incer-
3 tis &c. ff. de verb. obli. l. continuus. §. cum ita. in fi. † & quia hodie constat hodie agatur. ff. vt in possessio. lega. l. si is a quo. & hoc tenent Inn. hic, gl. 2. in prin. versi. tamen non credimus. & Host. hic, & in sum. eo. tit. §. qualiter. vers. porro. & Io. An. hic,
4 & Spe. eo. tit. versi. quod autem. † Aut impotentia non est notoria: & tunc Aut vir petit separationẽ, aut mulier. Si vir, tunc dabitur triennium, vt hic, in fi. Si mulier, tunc Aut mulier est corrupta, & tunc si non reperiatur defectus ex parte viri, nullo tempore mulier viro contradicente separationẽ petere potest, vt hic, in §. illa autem. Aut mulier est virgo, & tunc dabitur forte triennium, vt hic, in §. fin. hanc distinctionem recolligi ex dictis Host. in isto tit. & in hoc concor. Abbas & Ioan. And. j̃. eo. laudabilem. vbi distinguit cum quæritur de frigido qui contraxit cum corrupta, quæ petit matrimonium separari dicens virum frigidum, ille asserit contrarium. Aut tempore contractus mulier asserebat se pro virgine, aut pro corrupta. Si pro virgine, si dicat se post fuisse corruptam ab alio, nõ auditur, cum turpitudinem suam allegat. ẽ. de dona. inter dilectos. Si gerebat se pro corrupta, quia erat vidua, vel constabat eam ante matrimonium corruptã ab alio inspiciendus est vir, & si per ipsius inspectionem statim potest de defectu constare, & tunc poterit statim matrimonium separari seruata solennitate, de qua hic. Item dicunt hic Ala. Lau. & Vin. istud. c. nõ tenere cum nesciamus auctorem, vt patet ex suprascriptione. sed Gof. Hosti. Pet. & Abb. putant ipsum authenticum. Non ob. quòd nesciamus auctorem propter vtilitatem quam continet, & quia iam diu approbatum est, & hodie non disputetur de hoc, ex quo insertum est in hac papali compilatione secundum Ioannem And.

1 *Impotentiæ coeundi diffinitio.*
2 *Impotentiæ coeundi diuisio.*
3 *Impotentiarum coeundi, quæ species matrimoniũ impediat. numero 5. 7. & 9.*
4 *Coeundi impedimentum in viro quadruplex.*
6 *Coniuges possunt perpetuo continere.*
8 *Testiculum vnicum habens matrimonium contrahit.*

10 Causæ

10 *Causæ ob quas matrimonium contrahit.*
11 *Impedimentum perpetuum dicitur quod triennio non cessat.*
12 *Matrimonium separatum an reintegretur. 14.*
13 *Impedimentum temporale non dirimit matrimonium.*

FRaternitatis. ¶ Si quæritur quę est impotentia coeundi, & quot eius species, & quæ impotentia coeundi impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum, distingue. Aut quæritur de primo. s. quę est impoten
1 tia coeundi, † & dic quòd est vitium seu defectus naturalis, seu accidentalis quo quis impeditur alteri carnaliter commiscere, secundum Hosti. in sum. eod. tit. §. 1. vel dic secundum Ray. in sum. eo. tit. in prin. & fratrem Io. in sum. confes. eo. tit. q. j. Quod est vitium animi vel corporis, vel vtriusq; quo quis
2 impeditur alij carnaliter commisceri, quod quasi idẽ est. † Aut quæritur de secũdo. s. quot sunt eius species. & dic quòd duę, secundum Ray. Gof. & Host. in sum. eo. tit. §. 1. & fratrem Io. eo. tit. in 2. q. 2. Nam alia est naturalis impotentia, alia accidentalis. Naturalis est duplex. Alia temporalis communis, quæ attingit propter defectum ætatis, tam in masculo quàm in fœmina. Alia perpetua, quæ contingit aliquando propter frigiditatẽ nimiã, & hoc in masculo tantum locum habet. aliquando pp nimiam arctationem, & hoc in fœmina tantum locum habet. Accidentalium autem alia violenta, vt castratio, alia occulta, vt maleficium quod fit per quædam maleficia, quæ dicuntur
3 sorores vel facturæ, † Aut quæritur de tertio. s. quæ impotentia coeundi impedit matrimonium contrahẽdum, & dirimit iam contractum, & tunc refert: Aut quæritur de impotentia naturali, aut de accidentali. Si de naturali: tunc aut temporali: vt in pueris, & talis secundum Ray. & Host. in §. 3. & fratrem Io. in q. 3. adueniente impubertate expirat, ergo quandiu durat, tantum impedit matrimonium contrahendum: vt 30. q. 2. c. vnico. j̃. eo. quòd sedem. vbi idem no. Hosti. & Io. And. hic, vnde dicitur quòd omne delictum cadit in impubertatẽ præter delictum carnis. j̃. de delic. puero. c. 1. secũdum eos. Quod intellige sane quòd adueniente pubertate expirat, quo ad hoc vt ante, & non post impediat & dirimat matrimonium, vt in iuribus alleg. & ẽ. de sponsa. tuæ. in fi. de despon. impub. c. 2. & c. puberes. & c. continebatur. & c. de illis. 1. & 2. & c. à nobis. & per totum. Sed non est verum dicere, quòd quandiu durat impedit matrimonium cõtrahendum nisi vsq; ad tempus pubertatis. Nam quandoq; contingit quòd illi qui sunt ætatis legitimę ad contrahendum & specialiter masculi non sunt potentes ad actum vsque forte ad 17. annum vel 18. annum, & tamen propter hoc non impeditur nec dirimitur matrimonium post ætatem legitimam. s. 18. annos, completos in masculo. & 12. annos, in fœmina contractum, vt dixi plene in c. alleg. puberes. Aut de perpetua impotentia, & tũc Aut de masculina vt frigiditate, & illa impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam ꝯctum, vt 33. q. j. c. j. & 2. ẽ. eo. c. j. & 2. & c. laudabilem. Et talem frigidum appello castratũ, nec dr̃ in hoc casu matrimonium contractum dissolui. sed à principio nullũ fuisse. in aut. de nuptijs. §. si vero. colla. 4. secundum Ray. Gof. Host. & fratrem Ioannem, idem si careret lancea, vel habet eã
4 siccam & aridam. † Vnde ex parte viri potest esse quadruplex impedimentum a patre naturę, aut ex frigiditate, aut ex nimia carnositate, aut ex defectu lanceæ, aut propter siccitatẽ eiusdem, & vnum ab extrinseco, vt notat Pet. de sampso. & Ioan.
5 And. hic, & Abbas in fine operis sui. † Aut de fœminea vt arctatione vel alio impedimento instrumenti a natura contracto, vt ẽ. eo. c. ex literis, & tunc refert: Aut potest ei subuenire ope medicorum sine graui periculo corporali, & tunc non impedit nec dirimit. Aut nullo modo iuuari potest, vel potest sed cum graui periculo imminenti, & tunc impedit & dirimit, vt hic in §. nos autem. & §. per hoc autem. quia non potest esse vxor quæ apta non est ad viriles amplexus vel quia instrumentum naturale impeditum est, aut quia deest competẽs quia forte vix iniungere potest, vnde perinde est ac si non haberet, vt hic in prin. & ẽ. eo. c. ex literis. arg. ẽ. de transla. epi. c. inter corporalia. §. sed neq; secundum eos. cum quibus concor. beatus Tho. & Pet. in scriptis. dist. 34. Et intelligas quòd si sit ita lata, quòd non possit cognosci, vel aliàs qualitercunq; sit impotens ad carnale debitum reddendum, matrimonium impeditur, qa decre. non dist. ẽ. eo. quod sedem secundum Hosti. in sum. eo. tit. §. 4. & Host. & Io. And. ẽ. eo. consultationi. Secus si cognoscibilis sit quoquo modo, quamuis concipere non possit, vel in lecto mingat, vel mortuos pariat. quia hoc edictum prohibitorium est, vt ẽ. de spon. cum apud. secundum Host. cũ quo concor. Gof. in sum. eo. tit. §. quid si vir. & frater Ioan. in sum. confes. eo. tit. q. 11. quid si mulier. & Asten. lib. 8. eo. tit. in prin. licet Io. in hoc contrarium innuat. 27. q. 2. c. omne itaq; gl. j. in fi. & Lau. & Io. de Fa. ibi, vbi etiam de hoc per Archi. in gl. ad de idem not. hic &c. Hæc autem omnia intelligas quando inter potentem & impotentem contractum est matrimonium ignoranter. Nam si ambo sciunt impotentiam, & volunt nihilominus simul contrahere, vel post contractum simul remanere possunt: non tamen credas quòd sit matrimonium, sed qui talem habere non potest, vt vxorem saltem habeat vt sororem, æqua lance mulier habebit maritum vt fratrem, vt ẽ. c. proxi. §. quod si ambo. Vnde viuere possunt castæ simul mo-
6 rãtes. quid iniri? † Nam & si veri coniuges essent in domo ꝓpria, continere possent si vellent. 33. q. 5. quod deo pari. Quod si alter vel ambo inhonestè viuãt, occurrat episcopus. ẽ. de off. ordi. c. 1. & c. licet. si tamen potens cum alia contrahat, semper tenet matrimonium secũdum, & cogitur impotentem vt sororem tenere, & alere. Et hoc in casu illius. c. consultationi. s. quando potens scienter contraxit cum impotente, aliàs si ignoranter, nec vt sororem tenere nec alere eam tenetur secũdum Inno. & Host. & Io. And. ibi, & Asten. eo. tit. in fi. Et in hoc ꝯ dicunt quòd tenetur eam tenere vt sororem, concor. Ioan. 33. q. 1. si quis acceperit. in fi. sed contrarium huius not. Bern. ẽ. c. proxi. §. quòd si ambo. & Vin. j̃. eo. c. fi. dicens, quòd hoc casu non est matrimonium, & quòd non compellitur quis remanere in societate quam non vult. ff. pro socio. l. si vnus. §. fin. secus forte in maleficiato si scienter contraxisset secundum eum: & idem recitat Arch. in d. c. fi quis acceperit. nullam partẽ eligens. Ego vero credo primam opinionem veram vbi talis societas non esset odiosa viro vel vxori superinductę, nec inductiua alicuius peccati, aliàs credo secundam opi. veram. arg. ff.
7 de leg. 2. l. cum pater. §. dulcissimus. † Sequitur de impotentia accidentali, & tunc Aut est violenta, & quæ violenter infertur, vt sectio propter quam quis amisit virilia seu ambos testiculos & dicitur spado, & tunc Aut præcessit matrimoium, & tunc impedit & dirimit matrimonium post contractum. Sic intellige. ẽ. eo. quod sedẽ in fi. & c. ex literis. Aut sequitur matrimonium, & tunc ex quo semel tenuit matrimoniũ per impedimentũ superueniens non tollitur. ẽ. de eo qui cogno. consang. vxo. suæ. c. discetionem. 32. q. 7. hi qui sani. & ea. q. 32. q. j. dixit dominus. Aut est dubium vtrum præcessit vel non, & tunc præsumitur quòd impedimentum matrimonium præcessit, vt sic expediantur nec remaneant impediti. argu. C. de ædil. ædil. l. 3. & j̃. de verbo. sign. abbate. secundum Host. hic, &
8 in sum. eo. tit. §. 3. versi. accidentalis. & c. & versi. seq. † vbi etiã dicit quòd si quis perfectionem non amitteret nisi vnum testiculum contrahere posset, sic potest intelligi. ff. de libe. & posthu. l. sed est quæsitum. §. spadonem. de ædil. ædiles. §. filius. de iure doti. si serua. §. si spadoni. nam & hoc militat. ff. de re mili. l. qui cum vno. & in hoc concor. Gof. in sum. eo. tit. §. de catastris. in fi. & Io. & Arch. 32. q. 7. c. hi qui. & Ala. Vin. & Io. ẽ. eo. quòd sedem. Et eandem distinctionem facias in impotentia accidentali proueniente ex parte mulieris per ea quæ no. Inn. & Hosti. ẽ. eod. ex literis. Aut ex occulta impotentia, vt est illa quæ prouenit ex maleficio, & tunc refert, quia quandoq; maleficiatur homo ita quòd redditur impotens omnibus præterquam vni, & hoc maleficium vocatur fortilegium siue faitura, vt si illa vxor sit: bonum videtur tunc fortilegium cũ adulterium vitetur. Quandoq; maleficiatur homo adeo quòd nõ potest cognoscere vxorem suam, sed bene omnes aliàs, & tũc
9 † Aut tale maleficium sequitur matrimonium iam cõtractũ, & tunc non dirimit sicut dictum est de alijs impedimẽtis. aut præcessit, & tunc aut maleficium est tple, & tunc nullum prę stat impedimentum matrimonio. Aut est perpetuum, & tũc impedit contrahendum, & dirimit iam contractum, vt 33. q. 1. si per sorciarias. Sed quomodo scietur an sit perpetuum, vel temporale? respondeo ab initio quòd licet maleficium præsumatur temporale, quia omnis homo pubes creditur potẽs ad coitum, sed ex quo per triennium cohabitauerunt simul dantes operam studiosam carnali copulæ, si adhuc durat impedimentum præsumitur perpetuum, vt §. c. proxi. & j̃. cap. proxi. hæc no. Hosti. in sum. eo. ti. §. 4. ver. occulta vero. & Hosti. & Io. And. hic. & Rayn. in sum. eo. ti. §. 4. & frater Io. in summa confes. eo. ti. q. 13. & Tho. & Pe. in scriptis. Aut dubitatur vtrũ præcessit matrimonium vel non, & tunc dicunt Hosti. & Io. And. hic, & Asten. lib. 8. ti. de maleficio quòd debet præsumi, quòd præcessit, vt sic expediantur, nec maneant impediti, vt

ar. C.

ar.C.de ædil.ac.l.2.j.de re iud.Abbate sane.lib.6.Nec ob.ś.de testi. licet ex quadam.lib.6. quia illud verum est quod matrimonium potest habere effectum.s.fornicationis euitationē, vel bonum prolis,quod hic non potest propter impotentiam coeundi.Sed vtinam dicit Host.quòd Papa in hac materia faceret duas decretales,vnam quòd quicunque maleficiatus est cum illa cum qua maleficiatus perpetuo contrahere non posset,& quòd si contraheret non teneret, & ex quo moram per triennium contraxissent censetur perpetuum impedimentū.
Aliam quòd si non apparet vtrum impedimentum præcessisset,vel secutum esset,matrimonium præsumeretur præcessisse,& matrimonium non teneret, simile not.ś.de spon.is quæ fidem. aliàs forsan non est hodie sufficienter prouisum in hac parte secundum Hosti.Sed Io.no.contrarium.33.q.1.in sum. dicens quòd in dubium præsumendum est quòd secundū sit matrimonium per dictam.l.3. C.de ædil.ac. Idē Goff.in sum. eo.ti.§.sed quid si dubitetur.& Card.j.de decimis.statuto.gl. sed quid.lib.6.op.Host.posset dici verior cum quilibet ipsorū separatorum adinuicem sit habilis ad exercitiū copulæ coniugalis cum alijs,ideo separatio videtur fauorabilior quā in casu alterius impedimenti quod non cessat matrimonio dissoluto.
Sed Inn.j.c.proxi.dicit cum Dam.& cum Card.33.q.1.si per
13 forciarias.quòd propter maleficium nullum matrimoniū separandum est:& ratio,quia omne maleficium temporale est, & solui potest sine diuino miraculo saltē per illum qui ipsum induxit:qa'quicquid ligatur solubile est.arg.hic in ver.nos.tñ. & in auth.de nup.§.nuptias & c.si per forciarias. non tenet:& decre.j.proxi.intelligenda est de naturali frigido.Sed Host.ś. eo.ti.§.3.in fi.ver. quid tamen dicit quod opinio istorum est omnino abijcienda tanquam dura & nimis onerosa,quoniam præstaret materiam homicidio,& adulterio,si homo staret cū vxore,& eam cognoscere non posset,cum esset potens,& ido
14 neus alijs mulieribus. Item nec semper potest solui maleficiū per illū qui fecit,vel qa mortu' est:vel quia maleficus nō pōt, vel nescit delere ꝓm Gof.& Host.Itē rationabiliter probatur
10 Dam.Card.& Inno.male sentire, † quia causæ principales ꝓp quas contrahitur matrimonium.s.fides & euitatio fornicationis,& susceptio prolis.vt legitur,& no.de condi.appo.cap. vlti.deficiunt,ideo matrimonium nullū erit.Item dicit Host. in c.proxi.ver. prædictus vero quòd non videt quòd dictum c.si per forciarias.per aliquod ius sit correctum , & aliàs magnus exinde sequeretur error,cum propter maleficium omni die & quotidie matrimonia dissoluantur:nec videt vt dicit qualiter naturaliter frigido habēti pubertatem plenā fit triennium concedendum:& ideo nedum in frigido habēti plenam pubertatem,sed etiam in maleficiato intelligit istam decre.j. proximam,& illam.ś.proxi.ad quod probandum sic intitulata est hæc rubri. de frigi. & malefi. vt scias quòd matrimoniū sicut propter frigiditatem , sic & propter maleficium separatur:alioquin frustra iunxisset & maleficiatis . Rubrica autem siue titulus & eius significatio attendenda est.ff.si cer.pet.l.1. secundum Host.j.c.proxi.idem Tan. Vin. Gof.& Ber.& Io. And.idem etiam Ber.hic in gl.ar. quòd nullum vnde igitur dicta decre.j.proxi.& c.alle.si per forciarias.tenent & habent lo
11 cum vbi perpetuum est impedimentum , † & est perpetuum quod nō cessat infra triennium per exorcismos & orationes: vt hic secundum eos . Item nota quòd iuramentum est cum dicitur,promitto vel dico sub periculo animæ meæ, vt hic.& hoc notant Gui & Io.An.j.de sepul.c.1.lib.6.

Super eo.c. ¶Si quæritur vtrum matrimonium separatum propter aliquod impedimentum.sublato vel cessante impedimēto iter debeat reparari seu
12 reintegrari,distingue.† Aut est separatum propter maleficium & tunc non separatur,vt 33.q.1.si per forciarias.secundū Ho. hic.& in sum.eo.tit.§.vlti.licet Card.ibi & Inno.hic dicant ꝙ propter maleficium nullum matrimonium sit separādum: vt dixi plenius.ś.cap.proxi. Sed Asten.lib.8.titu.de maleficio.q. vtrum separati. dicit quòd separati propter maleficiū si postq̄ alia matrimonia contraxerint carnaliter se cognoscant sunt ad matrimonium primum reuocandi.ar.huius.c.& 33.q.1.quòd autem.nec ob.c.alle. si per forciarias. quia illud decre. fuit Igmari Remen.Arch.quòd non tenetur.Vnde dicit ibi gl.quòd potius dicendus est ignarus quàm Igmarus. Idem dicit si vir post separationem aliquē sacrum ordinem recipiat, & postea ipsam mulierem cognoscat, quod non credo per ea quæ dixi. j.dist.proxi.in fi.Aut est separatum propter frigiditatem viri: & tunc si postea appareat potens reintegrabitur,vt ś.eo.c.j.2. rñ.& c.laudabilem.§.fi.Aut propter aliud impedimētum,vt puta arctationem in muliere,vel carnositatem nimiam viri,& tunc aut impedimentum est amotum per diuinum miraculum,& tunc non reintegrabitur, vt hic,in §.nos autem . Aut per opus humanum,& tunc aut per opus medicorum,& tūc Aut cum graui corporis periculo,& tunc non debet reddi primo.Aut sine graui periculo corporis:& tunc debet reddi ꝓm Ber.hic,super verbo idonea prohiberi.& idem Host.Archid. hic,in §.nos autē.ibi absq; corporali periculo a contrario sensu.idem Hug.32.q.7.quòd proposuisti. & Asten.lib.8.ti.de arctatione.q.vtrum matrimonium.& q.fi. licet Inn. dicat in gl. melius placet quòd in vtroq; casu debeat restitui primo viro. Aut non per opus medicorum, sed per frequentem vsum secundi viri, & tunc indistinctē debet reddi primo viro secūdū Inno.& Host.hic,& Hosti.in sum.eo.tit.§.qualiter.ver.vlti.& credo ꝙ bene licet Io.Tan.Hug.Gof.Ray.Vin.& Ber.hic,super verbo cuius simili.& super verbo debeat. & Asten.libr.8. tit.de arctatione.q.quid si mulier.distinguant vt prius.Aut cū graui,aut sine graui corporis periculo.Sed primum verius triplici ratione.Prima est,quia per opus humanum absq; diuino miraculo facta est apta primo,vt hic,in §.non autem.Secunda fuit , quia nunc apparet impedimentum fuit temporale quod
13 ex postfactō cessauit , † sed nullum temporale impedimētum matrimonium dirimit secundum omnes,præterquam ratione ætatis,vt dixi.ś.dist.proxi.in princ.Tertia,quia secundum testimonium mulieris apparet nunc ecclesiam esse delusam, sic.n.testificantur quòd mulier est adeo arcta quòd nulli viro apta est: vt hic in primo responso. quòd testimoniū ex quo a secundo viro cognoscitur apparet falsum fuisse:& hoc tenet,
14 & no.Host.hic,& in sum.eo.ti.§.qualiter.in fi.& Ioā.And.hic post eum quanuis tutius sit quòd Papa in talibus non expressim determinatis, cum noui casus sint, consulatur secundum eum.† Et si quæritur quotiens post primum coitum cum secundo viro debeat reddi primo viro, dixit Io.quòd in infininitum.Tanc.vero dixit quòd vsq; ad tertiam vicem tantum, vt no. Ber.hic super verbo fornicario , vel dic ꝙ incōueniens esset quòd totiens redderetur,sed debet fieri inspectio carnositatis virorum,& si sint similes redditur priori, aliàs non,secundum Innoc.& Abb.cum quibus satis concor.Gof.in sum. eo.ti.in fi. Vel dic secundum Hosti.quòd ex quo est cognita à secundo præsumitur esse cognoscibilis primo : & ideo primo est reddenda semel, & cum ea cohabitabit per trienniū interdicto facto secundo ne interim cōtrahat:& si in illo triennio non fit sibi apta impedimētum præsumitur perpetuum,& sic perpetuo remanebit cum secundo.j.eo.c.seq.& 33.q.1.si per forciarias. Si vero secundus cum alia contrahat interim cōtra interdictum ecclesiæ separentur,& tamdiu separatim morentur quousque triennium sit elapsum,& tunc apparebit vtrum causa prohibitionis fuerit temporalis,quia.s.primus vir ipsam sibi restitutum cognouit:& sic tenet secundum matrimoniū contra interdictum ecclesiæ contractum,quanuis inobediens debeat pœnitere vel quia non potuit cognosci a primo,& tūc secundum matrimonium separabitur omnino:& prima mulier restituetur secundo.j. de matrimonio contracto.c. fi. Et idem dicendum est de secunda vxore primi viri. ideo etiā dicit hic in fi.quòd talia ex euentu pendent secundum Host.cu ius opinio est honestior, & videtur verior & eam approbat Asten.tit.de arctatione.q.quid si primo. Sed quod dicit de secūdo matrimonio,melius diceret de tertio,quia in isto exemplo tria sunt matrimonia,primum inter primum à quo nō potuit cognosci mulier primo,& ipsam mulierem, secundū,inter ipsam & secundum virum,qui portam eius aperuit,tertiū postquam restituta est primo ad experiēdum intra triennium inter ipsum secundum virum , & ipsam secundam mulierem. & sic tria.

1 *Matrimonium impediunt & dirimunt tredecim causæ.*
2 *Matrimonium quæ impediunt sed non dirimunt.*
3 *Feriarum tempore matrimonia contrahi,sed non consummari.*
4 *Matrimonij.Adde institutio.*

Literæ. ¶Si quærit quæ & quot impedimenta impediūt matrimonia contrahēda, & dirimunt post contracta,Distingue.Aut quæ-
1 ritur,quæ & quot impediunt & dirimūt.Aut quę & quot impediunt sed non dirimunt.† Si quæritur quæ & quot impediunt & dirimunt , tunc dic quòd illa quæ his versibus continentur.Error,conditio,votum,cognatio,crimen, Cultus disparitas,vis,ordo, ligamē,honestas,sensus,

sus,& affinis:si forte coire nequibi. Hæc fociandā vetant connubia,facta retractant:subaudi si præcedant.Error.s.personæ: Conditio.i.cōditionis error.secus si sit error fortunę,vel qua litatis.quod dic vt legitur & not.29.q.1.c.quòd autem.§.1.& ś.de coniug.seruo.proposuit.vbi de hoc dixi . Votum duplex .s.solenne,quod impedit & dirimit. Item simplex quod impedit,sed non dirimit.ś.qui cleri.vel vouen.c.rursus.& c.consuluit.Cognatio triplex,& vtraque impedit & dirimit.s.carnalis quæ hodie ad quartum gradum extenditur tantum.ś.tit.,pxi. c.non debet.Item spiritualis,quæ est triplex:vna dicitur paternitas , alia fraternitas, alia compaternitas ; vt dixi.ś.de cogna. spiritua.c.martinus.Itē legalis quę est multiplex:vt dic.ś.de cognā.lega.c.vnico. Crimē triplex est qd' impedit & dirimit.primum vbi quis aliquam per adulterium polluit,& fidem dedit quòd post mortem primæ eam in vxorem ducat:secundū vbi de facto contraxit & polluit , & hæc duo probantur.ś.de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium cap. vlti.vbi de hoc dixi.tertium si machinatus est in mortē prioris ad hoc,vt secundam haberet:vt ś.de conuer.infideli.c.laudabilem . Cultus disparitatis, vt si vnus sit iudæus,alter paganus,vel christianus.28.q.1.per totum.Vis : quia in matrimonio requiritur liber consensus, vt ś.de sponsa.c.de muliere.& c.cum locum.& c.veniens.2. Ordo sacerdotis.s.vt ś.qui cler. vel vouen.c.1. & 2. Ligamen vinculum prioris matrimonij : qui ligatus vni alteri coniūgi non potest.31.q.1.quomodo vir ginibus.& 32.q.1.nuptiæ.nisi cui reueletur instinctu spiritus sancti:vt j.de diuor.gaudemus.Honestas.i.publicæ honestatis iustitia,vt ś.de sponsa.iuuenis.& c.sponsam.j. de sponsalibus. c.vnico.lib.6.Sensus.s.deficiens : vt in furioso, vt ś.de spon.c. dilectus . Et affinis. affinitas.n.primi generis sicut & consanguinitas impedit & dirimit vsq; ad quartum gradum,vt ś.tit. proximo, non debet.§.prohibitio . Si forte coire nequiuit, vt in isto tit.per totum.Et sic sunt tredecim impedimēta in vniuerso quæ impediunt & dirimunt , quæ enumerat Hostien.in sum.tit.de spon.sub rubri.de matrimonio.§.qualiter impedia tur per totum:& Ray. in sum.tit.de matrimonio.§.16.& beatus Tho.& Pet.& Alberi.in scriptis.dist.34.& frater Ioan.in
2 sum.confes.tit.de impedimento matrimonij.q.1. † Si quæris quæ & quot impediunt sed non dirimunt , dic quòd illa quæ in his versibus continentur.Incestus,raptus,spōsatę mors mulieris,Susceptus proprię sobolis,mors presbyteralis,vel si pęniteat solenniter,aut monialem accipiat,prohibent hæc cōiugium sociandum.Incestus,vt si quis cognouerit scienter consanguineam suam,vel affinem.32.q.7. si quis viduam.& c.qui dormierit.& c.concubuisti.Raptus.s.si quis rapuerit vxorem alterius.27.q.2.statutum.secus si rapiat puellam, vel aliàs solutam:vt j.de raptoribus.c.pen.& vlt.36.q.2.denique. Sponsatę mors mulieris : puta si quis interficiat vxorem suam.j. de diuortijs.c.1.33.q.2.admonere.nisi forte sit iuuenis,& de ipsius incontinentia timeatur. eadem quæstio. interfectores.& c.in adolescentia.Susceptus proprię sobolis.s.si quis insidiando matrimonio,vt coniugem possit priuare debito communem filium de fonte suscepit.30.q.1.de eo quod.ś.de cog. spiritu. si vir.Mors presbyteralis.s.si quis presbyterum interfecit.j.de pœ.c.2. Vel si pęniteat solenniter vt dicunt quidam per illud. c.33.q.2. de his vero. & est ratio secundum eos : quia vouere intelligitur . vnde & sub regula ecclesiæ viuere debent.de pœ. dist.5.contrarium. Et iudicantur personæ ecclesiasticæ.12.q. 1.aliud. Hugo vero scripsit quòd quilibet pœnitens cōtrahere potest matrimonium nisi alicui iniunctum sit nomine pœnitentiæ ne contrahat. Hoc tamen fallit sicut dicebat in trib. casibus.s.in vxoricidio,in raptu sponsæ alterius,& in incestu, in quibus contrahere prohibetur : & est ratio quia in his matrimonium contaminatur : sed ab his casib.excipiebat adolescentes sicut probant iura inducta . Aut monialem accipiat.s. in vxorem.27.q.1.hi ergo . Prohibent hæc.s.crimina, coniugium sociandum subaudi,sed non dirimunt iam contractum, vt patet.ś.de eo qui cognouit consangui.vxoris suæ transmisse.hos casus ponit Host.in d.§.qualiter impediatur.versi.sunt & alia.& Io.33.q.2.c.hoc ipsum, §.de pœnitentibus.& Phili. Gof.Ber.& Host.j.de pœ.& remis.c.2.Sunt etiā alia duo impedimenta quę impediunt matrimonium contrahendum,sed non dirimunt iam contractum.Vnde versus.Ecclesiæ vetitū, nec non tempus feriatum,impediunt fieri,permittunt facta teneri.Ecclesiæ vetitum.i.post & contra prohibitionem ecclesiæ,vt j.tit.1.per totum. Nec non tempus feriatum.i.in tempore feriato.quod dic vt legitur & notatur.ś. de ferijs.capellanus.in gl.& ita quolibet.& in hoc concordat Ray. Host. Tho.
3 Pet.& Albe.& frater Io.in sum.constit.vbi.ś. † Et intellige ꝙ in tempore feriarum contrahi possunt sponsalia, & etiam matrimonia,quæ consensu contrahuntur,sed tamen ductio vxoris,nuptiarum solennitas, & carnalis copula prohibentur, vt j.titu.1.cap. 2. & per totum.33.q.4.non oportet.& trib.c.seq. vt notant Gof.Ber.& Innoc.in d.c.capellanus.& Ray.in sum. sua tit.de impedimento feriarum.in prin. & frater Io.in sum. confes.tit.de impedimento feriarum.q.1.& Asten.lib.8.tit.de ferijs.& concordat Tho.& Pe.in scriptis.dist.32.quāuis.Host. in sum.de matrimonio contrac.contra inter.eccle.§. quid iuris.versic.si temporalis. dicat se putare quòd etiam consensus prohibeatur,quia in his diebus non interponit ecclesia auctoritatem suam,primum verius credo.Et quæ sunt illæ feriæ vi
4 de in iuribus alleg. † Item nota quòd per illa verba hoc nunc os ex ossibus meis &c.fuit matrimonium institutū quæ fuerunt dicta ab Adam ore prophetico.Gen.2.27.q.2.lex diuinę. & hoc tenent Tan.Host.& Io.An.hic, & Guil.& Io.An.j.de. voto.c.vnō.lib.6. licet Ber.contra hic super verbo institutor

¶De matrimonio contra interdictum ecclesiæ contracto. Rubrica.

Iteræ. ¶Si quæritur vtrum ex spōsalibus vel matrimonijs quæ parentes pro filijs contrahunt ipsi filij obligentur, & ex eis oriatur iustitia publicę honestatis.Distingue vt dixi.ś.de desponimpub.c.1.

1 *Iudex post appellationem reuocat delationem.*
2 *Iudex post delationem appellationis an terminum statuat.*
3 *Iudicis à quo terminus statutus,non offendit iudicem appellationis.*

X literis. ¶Ad euidentiam gl. nota quòd licet,si quæritur vtrum iudex qui iā detulit appellationi , possit integram delationē reuocare,& vtrum postquam detulit potsit terminū appellanti præfigere ad appellationem prosequendam,Distin
1 gue.† Aut quæris de primo.s.vtrum possit delationem re integra reuocare.et Io.dixit ꝙ sic:sicut et aliam intellectoriam,sed Tan.contra.Idem tenet Io.And.j.de appel. c. cum appellationibus friuolis.lib.6.in nouella.super verbo abdicauit pro quibus illud c.&.j.de reg.iur.c.mutare.lib.6.cum concord.ibi al-
2 leg.& hoc teneas.† Aut quæris de secundo.s.vtrum postquam detulit possit terminum assignare.& quidam dicunt quòd nō per dictum.c.cum appellationibus.& quia per delationē principale & accessoria videntur transfusa in iudicem appellationis.ś.de appel.dilectis.§.præterea.Item non est appellans sine termino saltem iuris.ś.de appe.cum sit.Item imputet sibi qui potuit terminum statuere & non fecit. C. de iure deli.l.sancimus.§.si verò.sed Ber.& Hosti.hic contra,per,c.sæpe contingit.ś.de appel.quod bene facit.Nam ibi litera loquens de dilatione iudicis, subdit postea de termino:quorum opinio satis videtur tenenda secundum Io.Andr.in d.c.cum appellationibus.Nēc ob illud.c.quia loquitur de iurisdictione quam habebat in principali causa quod sanat tex.ibi eandem quod de iurisdictione causæ principalis.de qua in primo responso oportet intelligi quod patet etiam ex sequentibus ibi,totius causæ & ibi,nec est illi causa.Item ex hoc dicto nulla sequitur absurditas: sed potius ex contrario quod tendit ad prorogationem
3 litium.istud ad finem:† nec in hoc iudex appellationis offendi tur sed potius coadiuuatur.Item illa decretalis vult quòd hoc faciat delatio in iurisdictione transferenda super principali, quod faceret iusta appellatio:sed licet per iustam appellationē deferatur negocium principale ad iudicē appellationis cum iurisdictione prioris iudicis quo ad id,potest tamen statuere terminum.ś.de appel.cum sit.& c.reprehensibilis. Item in appellatione à diffinitiua cui necesse est deferri: & tamen terminū statuere potest iudex per iura prædicta. Item cum pars appellans hunc terminum statuere possit.ś.de appel. personas. &c. oblate.& de renunci.veniens.patet quòd hunc terminum statuere.non pendet ex iurisdictione:sed ex ordinatione iudicis: dato ergo quòd negetur iurisdictio fateamur eum hoc posse:quid plura:tex.est.j.de appellatio.cordi.§.post hæc.lib.6.vbi patet quòd talis terminus post delationem statuitur secundū Ioannem Andr.in d.c.cum appellationibus.vbi etiam tractat, vtrum sit locus illi decretali quando sunt duo iudices & vnus solus detulit.

1 *Matrimonium contra ecclesiæ inualidum interdictum tenet.*
2 *Matrimonium celebrari non debet tempore feriarum.*

3 Matrimonium

3 *Matrimonium contra interdictum ecclesiæ factum, dirimitur.*
4 *Matrimonium contra ecclesiæ interdictum in causa falsa fundatum, an valeat.*

DE muliere. ¶Si quæritur vtrũ matrimonium contra interdictum ecclesiæ contractum valeat, Distingue. † Aut interdictum sit sine causa, & tũc nullum est interdictũ.
1 ar. ỳ. de accu. cum dilecti. quia causa semper consideranda est. s̃. de spon. ex literis. 2. in fi. vt eccle. bene. c. vnico. §. vlti. Nam & sine causa volentem transigere prætor non audet: vt ff. de transac. cũ hi. §. iii causa. & arg. 23. q. 8. occidit. vt hoc no. Hos. in sum. eo. tit. §. vlti. in prin. & s̃. de spon. duorum. c. tua. gl. vlt. in prin. nisi forte fieret a Papa: vt ipse notat in d. gl. vlti. & ipse Host. & Io. An. s̃. de despon. impub. ad dissoluendum. in fi. qd̃ vltimum non credo per ea quæ dixi. s̃. de consue. quanto. dist. 2. ad fi. Aut cum causa. & tunc refert secũdum Vin. Tan. Gos. Ber. Inn. & Host. & Io. An in d. c. tua. de spon. duorum. & Ho. in sum. eo. tit. §. vlti. Aut causa prohibitionis est temporalis:
2 † puta interdicitur ne contrahatur propter ferias: & tunc non est contrahendum matrimonium contractũ tamen tenet secundum eos. quod dic vt legitur & not. s̃. de ferijs capellanus. in gl. & ita quolibet. & dixi. s̃. tit. proxi. c. vlti. Aut perpetua, &
3 tunc aut vera, aut falsa. † Si vera incontinenti lite pendente separantur. i. separati morantur vt hic: & negocio examinato, ex toto, ex toto perpetuũ diuortiũ fertur: vt hic, & 35. q. 3. contradicimus. s̃. de consan. & affi. non debet. in fi. de eo qui duxit in matrimo. cum haberet in fi. de sponsa duorum. tua in fi. 10. dist. vides. 33. q. 4. non oportet. 25. q. 3. imperiali. C. de leg. l. nõ dubium. Nisi consuetudo quæ scandalum generet, & multitudo contrahentium, vel defectus probationis, vel indulgentia domini Papæ rita impetratra in impedimentis perpetuis canonica constitutione inductis dispensationem cõcedat. s̃. de cognat. spiritu. c. j. & c. super eo. quod intellige vt ibi dixi. de con-
4 sang. quod dilectio. & c. quia circa. † Aut causa propter quam prohibitio facta erat, est falsa, vel nõ probatur vera: & tunc nõ propter hoc solum quòd matrimonium contra interdictum ecclesiæ contractum est, dirimendũ est, sed tam en pœnitentia debet iniungi de inobedientia, siue causa sit perpetua siue nõ: & ne præceptum ecclesiæ eluforium videatur ad tempus pôt matrimonium separari, & vtrique carnalis copula interdici, si vtriq; interdictum factum erat: aliàs illi soli cui interdictum factum erat, & sciens contraxit videtur interdicendum ne exigat, & præcipiendum vt soluat, vt in toto isto titulo, & s̃. de spon. c. veniens mariota. & c. cum in apostolica. quo tempore elapso libere possunt commisceri: & est tempus arbitrarium, quamuis decre. 1. in fi. s̃. eod. ponat vnum mensem. Verum si sine interdicto & lite non pendente, quis contraxerit: & sic in persona illius cum qua contraxit publicè in facie ecclesiæ ius acquisierit illo non debet lite pendente priuari. ỳ. tit. proxi. cũ inter. quod dic vt legitur, & no. s̃. vt lite pendente. laudabilem. Si vero clam contraxissent, & opponatur impedimentũ perpetuum, etiam pendente lite poterunt separari, & debebunt separari, quia tunc ab initio contra interdictum ecclesiæ generale contrahitur: quod prohibet clandestina matrimonia contrahi. s̃. de clandesti. despon. cum inhibitio. per totum. 33. q. 4. non oportet. & hic secundum Hosti. in d. c. tua. & in sum. huius tit. §. vlti. vers. quod autem. de hoc per fratrem Io. in sum. confes. hoc tit. & per Asten. lib. 8. hoc tit.

¶Qui filij sint legitimi. Rubrica.

Eator. ¶Ad euidentiam primæ gl. Si quæritur de materia successionis ab intestato, & qui succedere debeant ab intestato, vide quod dixi. s̃. de successione ab intestato. c. cum dilectus. & c.

Super eo. c. ¶Ad declarationem glo. sed videtur q̃ iste. Si quæris vtrum præsumatur p̃ matrimonio vel legitimatione. Distinguit. Innocentius hic in gl.
1 notabili. † dicens quòd contra matrimonium, ſ. quòd non sic præsumitur: nisi contra probetur, vt 30. q. 5. aliter. Sed pro legitimitate præsumitur, ita quòd obijciens illegitimitatem eam probare debet, vt hic, & est ratio, quia & hoc & illud est in fauorem matrimonij, hoc vt filij sint legitimi, illud vt clandestina matrimonia fiant manifesta, ꝓm Inno. & idem Archi. in d.
2 c. aliter. gl. arg. contra & c. † Sed salua eorum reuerentia cũ ipsa legitimatio ex ipso matrimonio oriatur, & procedat, sicut filia à matre, nõ potest presumi pro legitimatione ex matrimonio resultante nisi & pro matrimonio præsumatur. Nam natura correlatiuorum est talis quòd ad positionem vnius ponitur & reliquum, & ad remotionem vnius remouetur reliquum, vt ff. de iureiurã. si duo patroni. §. si quis iuraucrit. de rescindendi. l. cum emptor. de adim. lega. l. alteri. s̃. de offi. dele. præterea. & de præb. quia sæpe. lib. 6. Et ideo dic secundum Host. hic quod quando clandestinè est matrimonium contractum, vel quando viuunt parentes, nec est diu quod simul coniuncti sunt parentes, ibi præsumitur stuprũ, nisi probetur matrimoniũ. secus quando parentes mortui sunt qui semper pro cõiugibus se habuerunt. Et sacerdotes & testes mortui sunt, vel qñ contractus est antiquus. quod dic, vt no. s̃. de clandesti. despõ. cum inhibitio. §. quare. ỳ. de successione præbẽdæ, quia in cunctis. in princ. In tali ergo casu, vel obijciens illegitimationem non auditur, vel si auditur necesse habet probare quod intendit, sicut & quando in facie ecclesiæ contraxerunt, vt hic, & s̃. eo. c. 1. & 2. secundum Host. hic, & satis concor. quod not. s̃. de spon. consultationi. vbi vide quod dixi.

1 *Legitimatus per matrimonium an ad ordines sit legitimatus.*
2 *Inualidum an reconualescat.*
3 *Legitimus an præferatur naturali prius nato & legitimato. nu. 6. & nu. 8. & 11.*
4 *Natus clerici in minoribus constituti per subsequens matrimonium legitimatur.*
5 *Legitimatio fit per matrimonium in extremis contractum.*
7 *Restitutio natalium non præiudicat iure quæsito.*
9 *Consuetudo succedendi an præiudicet clerico.*
10 *Clericatus non confertur infanti, nec illiterato.*

TAnta. ¶Ad euidentiam glo. 1. si quæris vtrũ filius naturalis legitimatus per matrimonium sequẽs sit legitimatus quo ad ordines,
1 † Distingue. Aut quo ad ordines receptos ante matrimonium, seu legitimationẽ per matrimonium, & dic quòd non. arg. 33. dist. habuisse. Aut quo ad ordines receptos seu recipiẽdos post matrimonium, & dic quòd sic, vt hic in primo responso. Et ita intellige quod no. Ber. hic. ita no. Vin. s̃. de elec. innotuit. & Archid. 56. dist. osius. de hoc etiam no. 35. q. 8. quid est.

Super eo. c. ¶Ad euidentiam gl. arg. quòd licet res.
2 † Si quæris vtrum res deueniens ad casum a quo incipere potest conualescat. vide quod dixi. s̃. de iure patro. consultationib. Item si quæris vtrum quod ab initio non valet tractu tẽporis conualescat, vide quod dixi. s̃. de spon sa duorum. c. accepisti.

Super eo. c. ¶Ad pleniorem euidentiã gl. fi. Si quæris quot sunt genera filiorum, & qui succedere debeant parentibus, & qui non, vide per Host. hic, & in sum. eo. tit. §. 1. & 2. Et de hoc dixi plene. s̃. de success. ab intes. c. cum dilectus. Et vide quod no. Io. An. ỳ. de rescrip. si pro te. in nouella. lib. 6. & de reg. iur. c. sine culpa. eod. lib. vbi per illam decre. ex parte, & per decretalem quamuis. eo. ti. & per decre.
3 si apostolicæ. ỳ. de præb. eo. lib. † terminat quæstionem de legitimo quòd præfertur prius nato, & prius legitimato, vbi consuetudo inter legitimos defert hæreditatem primogenito. sicut. n. secundum matrimonium est collatio legitimitatis, sic casus in d. c. si pro te. si restitutio sit casus, in d. c. quãuis. si confirmatio sit casus, in d. c. si apostolicæ. secundum Io. And. in d. c. si. pro te. Item tenet Hugo & Bart. Brix. in q. dominicali. aliquis habuit filium &c. in c. vero sine culpa, disputat plenissime quæstionẽ, quæ sequitur. An accolitus beneficiatus habẽs. b. filium ex. a. concubina. c. duxit in vxorem, ex qua suscepit. d. filium promotum ad sacros, demum vxore mortua in extremis agens cum dicta concubina contraxit matrimonium. primo quæritur an ille. b. sit legitimus. secundo dato quòd sit, an sibi debeatur hæreditas quam inter legitimos loci consuetudo defert primogenito. prima quæstio habet dubia tria.
4 † Primum an quem naturalem legitimari prosequens parentum coniugum locum habeat in genito ex clerico in minoribus beneficiato, & post multa pro, & contra argumenta soluit q̃ sic, per decre. istam, ex quo parentes tempore coitus coniuges esse poterant, & quomodo probatur simplicem fornicationem esse mortale peccatum, vide in cle. de hæreticis. ad nostrum, versi. 7. in 1. & 2. gl. Secundum dubium, an id locum habeat cum alter parentum interim aliud matrimoniũ contraxit, & post multa soluit quòd sic. ita quòd ius istud legitimandi, quod habebant parentes antequam alter contraheret impeditum

peditum pro tempore contractus reuiuiscit sublato impedimento. & sic satis si in prin. & in fi. hoc licuisset. Facit. ff. de statu ho. l. & seruorum. §. sufficit. insti. de ingenuis. §. sufficit. nec noceat tempus mediũ. C. de cura. furi. l. pen. & hoc tenẽt aperte Gos. & Ho. in sum. siis. de fil. presby. Gos. in vers. quid si qs
5 natus. & Host. in §. 2. in fi. † Tertium an talis legitimatio fiat p̃ matrimonium in extremis contractũ, & post multa soluit, q̃ sic p̃ istud generale quod dr̃ edictum de matrimonio prohibitorium certarũ personarum. s̃. de spon. cum apud. In extremis vero laborantem non inuenimus prohibitũ, ergo dicamus illum permissum, aliàs qui iurasset cũ aliqua contrahere in extremis positus, haberet necesse deierare, sed nullus de necessitate peccat. 22. q. 4. Nabuchodonosor. vers. vasis ire. aliàs est ca
6 pitulo. Secunda qõ habet tria dubia, principale est. † an natura li primogenito sed legitimato post natiuitatẽ legitimi competat succedere iure primogenituræ, q̃ post multa hincinde eleganter argumenta soluit dicens, q̃ hæc qõ olim fuit disputata per Guil. accur. & tenuit legitimatũ preferẽdum per §. reliqui. in auth. quib. mo. nat. effi. sui. ibi semel eos efficiẽres legitimos damus habere successiones illas quas habent hi qui ab initio legitimi sunt ẽt ibi in §. illud. aliàs si quis ergo. in fi. nihil à legitimis filijs differentes &c. & maxime, quia consideratur tempus mortis. insti. de hære. quali. & diffe. §. sui. & §. in extraneis. sic ꝓm eum ex pacto olim inito hodie datur actio. C. de rerũ permu. l. ex placito. Et dicebat, q̃ §. illud alle. si quis ergo. ad fi. vbi dicit ex hoc non debet intelligi. ſ. tpe, vt ibi dicit glossella. sed ex hoc. ſ. matrimonio & oblatione curię, vel alio modo ad legitimandũ matrimonio idoneo. idem modernis tpib. tenuit alius solennis doctor hic disputãs. Idem dr̃ alter summæ scientiæ, doctor in studio Paduano inducens principaliter. l. filio. ff. de lib. & posth. sed Bar. Brix. in q. dominicali. 55. quæ incipit, aliquis habens filium: tenuit contrarium pro legitimo nato. ſ. ex primo matrimonio, dicens q̃ id tenebat Hug. & hãc tenet ipse Io. An. sed tremulus p̃ p̃ illorum auctoritatem & reuerentiam qui tenuerunt contrarium. & hanc partẽ eligit deliberato cõsilio, & rñso trium doctorum legum solennissimorum studij Bonon. doctor suus, ẽt in theologia hanc partem deliberatus prælegit. Et ad hãc solutionem quã Ia. de Bel. cõmendat in aut. qui. mo. nat. effi. sui. coll. 7. inducit tres decretales p̃dictas: & hoc modo. Aut dices q̃ per ꝓm matrimonium fit in illum naturalẽ collatio legitimitatis. Aut confirmatio, aut restitutio, vel alterius prædictorum fictio. De primo sit casus in decre. si pro te. certum est q̃ naturalis habet statũ conditionatum ad legitimitatem, ſ. si p̃ntes consenserunt in matrimonium: & ille pro quo fuit ibi scriptum, habuit ẽt statum conditionatum, ſ. si consenserunt eps & capitulum. & tñ si anteq̃ interueniat ille consensus alius canonicatũ in illa ecclesia consequitur: postea superueniat ille cõsensus, ille secundus in gra qui cõditione præuenit est prior, & potior in assecutione præbendæ post vacantis, sic iste qui primus assecutus est legitimitatẽ erit primo potior cuius postea legitimitas superuenit. Si dicas quòd est confirmatio sit casus in decr. si apostolicæ, vbi si reseruatio legati præcesserit & cõfirmatio Papalis secuta est, tñ post reseruationem & ante confirmationem alter ibi impetrauit à Papa, iste medius erit potior. confirmatio. n. præponit illum solum ius acquirentib. post cõfirmationem. sic & legitimatio hæc præponit istum genitum tñ. Si dicas quòd restitutio facit. ff. de natalib. resti. l. 2. ibi natalibus antiquis restituit &c. & in d. §. si quis ergo. ibi restituere prolem necesse vo-
7 luerit. tunc est casus in decre. quamuis † vbi restitutio nõ preiudicat iuri acquisito alteri ante restitutionem cui conuenit. l. 2. ff. de procur. procedit aũt solutio si de speciali interpretatione, vel obseruantia, consuetudine, quo ad casum propositũ nõ apparet. postea respondet ad contraria. Primo ad §. reliqui dicent, quòd mens literæ hoc solũ sonat, quòd sicut à principio legitimis defertur, sic & legitimatis, nec dicit litera quòd censeantur ab initio legitimi, sed quòd habent successiones quas habent hi qui sunt legitimi ab initio. Vide simile. s̃. de æta. & quali. à multis. in fin. subdiaconus eligitur in eps̃m, sicut diaconus vel sacerdos, nõ tñ per hoc fingitur diaconus vel sacerdos vel aliter illud vbi iuris repugnantia non impedit talem fictio
8 nẽ, secus vbi impedit vt in terminis nostris. † Vel dic quòd lex non ponit prærogatiuam in successione ex ordine filiationis, vnde vocatur sicut ab initio legitimus, cũ hodie vtriq; sit naturalis & legitimus, nec iure cõi curamus quis prior: Sed cum queritur quis prior procedit: solutio, & casus prædicti quib. non quærimus de excludendo secundo: sed de postponendo, & per eundem m d. potest rñderi ad §. si quis ergo. ibi nihil à legitimis, vel dic quòd nihil differunt, vt ex nunc & in successionib. nondũ pro alijs erant affectę, & si stemus glossellæ, ibi ex hoc. ſ. tpe habeo propositum cui conuenit decre. ista ibi post contractũ matrimonium. Et qd̃ no. Hos. & Io. And. s̃. de elec. innotuit. quòd legitimatio superueniens post parentum coniugiũ non ratificat electionem prius factã de legitimato. ad l. ex placito. dicit qd̃ facit pro, cum ibi consideretur vt ex nunc tps quo concurrit vtrunq;, naturale. ſ. & ciuile. Ad l. filio rñdet primo quòd inducitur pro: nam ibi exhæredato pro naturali emancipato, non impeditur per arrogationẽ, quare recidit in potestatẽ, vt sic vinculum ciuile non tollat impedimentum medij tpis super iure naturali fundatũ, sic & hoc ius qd̃ competit naturali primo legitimo quòd exhæredat illum naturalem tñ non tollatur p̃ p̃ ciuilitatem, vel legitimitatem superuenientem? Item lex illa loquitur de filio semper naturali, & legitimo & à principio in pãte, qui postea iure legitimo priuatus fuit per emancipationem. Vnde per arrogationẽ potius dr̃ recuperare ius legitimum amissum, quam de nouo quærere ad id ff. de pac. l. si vnus. §. quòd si non soluit ẽt alijs modis ad
9 id, & ad illud & ad alia contraria quos ibi vide. † Secundũ dubium est an consuetudo talis præiudicet secundo genito qui clericus est: ad qd̃ post multa argumenta, quòd præiudicet & postea quòd non, & specialiter, quia consuetudo est iniqua & irrationabilis, quia aufert alteri qd̃ sibi debetur. s̃. de consue. c. pen. & facit filios qui debẽt equaliter patri succedere summe inæquales, vt ſ. alteri totũ, alteri nihil debeatur, contra id 15. q. 7. c. 1. Item priuat illum legitima quòd pater expresè nõ posset. s̃. de testa. Ray. & c. Rayn. ergo dato quòd valeat inter laicos & inter eos de facto seruetur, nõ tñ noceat clericis, & hãc partem tenet Iac. de Ra. vt no. Cy. C. quæ sit longa consue. l. 2. in fi. & Ho. in sum. de consue. §. fi. vers. sed pone. & qd̃ post eũ scripsit. s̃. de foro cõpe. postulasti. Soluendo putat in terminis qõnis consuetudinem clerico præiudicare per plures rationes specialiter ab originis principio. nam constat quòd B. & C. nati
10 sunt laici & nudi. 47. dist. sicuti. † Vnde nec clericatus conferẽ infanti, vel illiterato. ỳ. de tempo. ordi. c. fi. lib. 6. ipsum ergo in natiuitate sua, & prius si fas est loqui, sic litigauit consuetudo, quæ primo genito detulerat ius primo genituræ, quòd sibi debeantur bona ẽt patre inuito. arg. ff. de lib. & posth. l. in suis. cũ concor. ergo clericatus subsequens illud ius prius quæsitũ primo genito auferre nõ potuit. ff. de reg. iur. l. quòd nostrũ. † Itẽ
33 Ho. in summa tit. de purg. cap. §. qualiter fieri. † aut in foro penitentiali, vbi agitur ad pœnitentiam agendam & dic quòd sic secundum Inno. & Host. qui dicunt hic, quod per baptismū, tollitur peccatum quantum ad Deum pertinet & satisfactionem eidem faciēdam, non tamen, quantum ad satisfactionem homini faciendam, pro hoc. 2. q. 3. c. Euphemium. §. hic colligitur. idem no. Io. 26. dist. deinde. sed Ioan. 22. q. 1. quod autē dicit q̄ licet de adulterio ante baptismum commisso excipi, posit non tamen accusari, sed in baptismo fit plenior remissio, quam in pœnitentia, vt statim. §. vlti. in glo. vlti.

Super eo c. Si quæris vtrum omnis macula, vel quæ
14 tollitur in baptismo distin. † Aut quæris, de macula peccati, quo ad Deum. & dic q̄ vt. 26. dist. deinde. & c. se. 32. q. 1. q̄ autem. vt no. Goff. ſ. de conuer. infide. cap. 1. & in summa ti. de ho. §. aliquando. & Ber. hic in ver. dicas & Inno. in glo. vlti. ver. sed videtur & Host. post eos & Arch. in ca.
15 alle. deinde. † Aut quæris de macula defectus, vel impedimenti. & illa non deletur in baptismo. vt 26. dist. acutius, secundū Gof. in d. c. j. & Arch. in d. c. deinde in glo. Et ideo quod intelligo de macula defectus seu impedimenti non proueniens, ex delicto seu peccato puta illegitimationis. 50. distinctio. ferrū, vel bigamiæ. ſ. de bigamis debitum, secus si proueniat ex peccato vt statim sequitur, & hoc tenet glo. super Ray. in summa
16 sua tit. de homi. §. 4. & frater Io. in summa. conf. titu. de homi. q. 21. quæ sit pena, † aut quæris de macula criminis vel infamiæ & tunc aut quæris vtrum tollatur quo ad ius vel interesse priuati, & dic q̄ non. Vnde accusatio adulterij acquisita coniugi, non tollitur per sequens baptismum, nec etiam exceptio, cum peccata dimittantur tantum & non lex. 26. distin. acutius & c. deinde, & c. vna tantum, secundum Vinc. Tanc. Gof. Ber. Innocen. Hosti. & Io. in c. alleg. deinde glo. uidetur. ergo & Arch. in c. alleg. quod autem glo. penul. & Asten. lib. 8. titul, de disparitate cultus artic. 2. qō. nunquid fornicationem. Vnde ius acquisitum coniugi de tali peccato non tollitur, sicut nec per pœnitentiam. 33. q. 2. admonere. Iniquum enim esset quòd baptismus tolleret ius alterius, vel bnficium iuris iam alij acquisitum argum. ſ. eodem c. 1. §. 1. ver. fi. sic delictum serui quod in se cōmisit per libertatem tollitur, non tamen commissum in alijs. ff. de ijs qui notan. infa. l. athletas. §. Pomponius. & l. pen. sic si religionem ingrediris non propter hoc amitto actionem meā contra te. Imo ipsam contra monasterium bona tua possidens intentabo, insti. de acqui. per arrog. §. fi. ad hoc quod no. Go. & Ioan. And. j. de iudæis. c, iudæi, 2. dicentes quod actiones alij,
17 competentes non extinguuntur in baptismo, † aut quo ad pœnas publicas imponendas puta ex furto, vel homicidio. seu alio crimine commisso ante baptismum, & tunc aut quo ad pœnas non spirituales, & dic quòd non, immo ex homicidio, vel furto commisso ante baptismum post bap. accusabitur, & condemnabitur, sicut & post pœnitentiam, per quam sicut per baptismum datur remissio peccatorum & sic intelligitur de consecdistinct. 4. sine pœnitentiali. ſ. spirituali, tempore autem subibūt secundum Innoc. hic & Archid. in cap. alleg. quòd autem. in gl. adde in fin. vbi de hoc. & c. & in glo. pe. idem Tho. idem Astē.
18 libr. 4. ti. de effectu baptismi, artic. 2. † Aut quo ad pœnas spirituales seu legem promotionis, & dic quòd sic, vnde si ante baptismum erat infamis puta condemnatus de adulterio, vel ipso iure, quia fecit vsuras, quo ad legem promotionis, ei non
19 imputabitur per dictum c. sine pœnitenaia. † Aut quæris de macula irregularitatis. & tunc distinguit bazianus, 50. dist. si quis, viduam & 51. dist. in summa. & c. si quis post. cum quo, conc. glo. in cap. alleg. deinde glo. videtur ergo. Aut est irregularitas contracta ex peccato. vt illa quæ contrahitur ex homicidio, voluntario, & iniusto, & illa tollitur in baptismo sicut, & peccatum. Aut est contracta sine peccato, vt illa, quam contrahit iudex, vel executor exequendo iustitiam, & illa non tollitur, in baptismo. Alij vero, vt Go. in dicto §. aliquando dicunt, quē siue homicidium fiat cum peccato, siue sine peccato ante baptismum, non impedietur post baptismum, & pro hac sententia sunt duo canones. l. 1. di. aliquantos. & cap. si quis post accepto. idem Hu. & glo. & Archi. l. di. si quis viduam. & c. si post ordinationem, idem Inno. j. de homi. c. presbyterum in fi. & Tanc, & Bar. Brix. in quæstione dominicali, quæ incipit. aliquis ex officio suo, & c. idem Archi. 20. dist. in summa gl. adde ex eo, quod hic dicitur & c. dicens q̄ ex eo quod ibi dicitur in glo. cum ergo. satis patet, q̄ ante baptismum non contrahitur, irregularitas ex homicidio, quod verum credit cum talis defectus sit a iure canonico introductus, & hoc euidenter colligitur 51. dist. si quis post. sumpto argum. à contrario sensu, & secundum hoc cessat prædicta sententia baziani, secundum Archi. ibi hoc idem tenent Hug. & Archi. 51. dist. in summa. vbi dicit Archi. hanc sniam approbo. & eam tenet ecclesia secundum Raynald. & bene. & glossa. super Raynald. & frater Ioan. in summa. confessionum. vbi supra. Et hanc sniam ego Henricus credo verissimam, nam irregularitates, & pœnæ earum, de iure positiuo fiunt. vt hoc no. Innoc. ſ. de renunt. nisi cum

pridem

pridem super verbo irregularitas. idem tenet j. de homicidio ad audientiam in fi. & de cle. excommu. mi. si celebrat in glo. quidem super hac ver. in suspen. auct. & spec. tit. de leg. §. iuxta propositionis, in princ. & in ver. Papa autem. & ver. vt autem in hac materia & Archid. 21. dist. in summa. in glo. adde ex eo & 56. distinctio. apostolica in magna glo. & 11. q. 3. si quis episcopus damnatur super verbo diaconus. & c. excommunicatos. super verbo communicauerit & 16. q. 7. omnes. super verbo tenetur. & 15. q. j. c. fi. super verbo requirit. & j. de sentent. excommu. c. is qui super verbo in iure lib. 6. vbi videtur casus. idem Guil. & Ge. extra de homi. c. vnico. in cle. de hoc etiam,
20 no. 2. q. 7. item Daniel. † sed constat, quod ante baptismū, quis lege canonica non ligatur. 2. q. 1. multi in fin. & ſ. eodem. cap. de consan. & affini. c. de infidelibus. & j. c. proxi. & in hoc cōc. Asten. lib. 4. tit. de effectu baptismi. artic. 1. q. 4. dicens secundū aliquos Theologos, q̄ nulla irregularitas tollitur, per baptismum licet Inn. hic dicat quòd alicui imputatur irregularitas, ante baptismum, cuius sententiam videtur approbare Car. j. de hærē. c. statutum. 2. in fi. magnæ glo. lib. 6. & Spe. ti. de leg. §. iuxta propositiones circa fi. 2. columnæ. ver. an qui ante baptismum & c. & male.

1 *Iudex ecclesiasticus cognoscit de dotis causa.*
2 *Iudex ecclesiasticus, non cognoscit, de hæreditatis petitione.*
3 *Filius, ergo hæres.*

De donatio. inter vir. & vxo, Rubrica.

Deprudentia. Si quæris vtrum iudex ecclesiasticus possit cognoscere de dote, vel hæreditate, distin. † aut quæris,
1 de dote, & dic quod sic tamen accessoriè. ſ. cū cognoscit principaliter de matrimonio, & in eodem libello petetur matrimonium separari, & dotem restitui, vt hic. & ſ. eodem. c. j. & 2. & de conuer. coniu. seru. proposuit, in fin. quam etiam principaliter, vt hic, & j. e. per tuas. Vnde spāliter ad ecclesiam pertinet cognoscere de dotibus, quia ad eam pertinet defensio dotium, vt j. eod. nuper. secundum Inno. &
2 Host. hic. † Aut quæris de hæreditate & tunc dicit Inno. quòd licet cognoscat de matrimonio, non tamen de hæreditate, vt ſ. qui filij sint legitimi. c. causam quæ & c. lator. licet posset cogere patrem, ne occasione legitimi matrimonij eum super hæreditate molestet. ſ. qui filij sint legitimi c. j. Et est ratio diuersitatis inter dotem & hæreditatem, quia maior coniunctio est inter dotem & matrimonium, quam inter filios & hæreditatē cum dos non possit esse sine matrimonio. vt j. eo. c. proxi. filij autem possunt esse sine hæreditate, & exhæredari. Sed Ho. dicit q̄ quicquid dicat Inno. bene est matrimonium, sine dote licet non econtra: sed nec est consideranda comparatio tantum quam facit, sicut alia quam omittit. Sicut enim dos non potest esse sine matrimonio & ei accedit, sic nec à filio proposita ab intestato hæreditatis petitio admitti debet, nisi ex legitimo
3 matrimonio fuerit procreatus. † sed & si sit filius legitimus. i. susceptus ex matrimonio, ergo hæres vt patet in eo quod legitur. & no. ſ. qui filij sint legitimi. & c. q̄ nobis accedit. ergo petitio hæreditatis matrimonio sicut & dos. Ideoq; ad quē spectat cognitio matrimonij, sic & dotis & hæreditatis, si de legitimatione qō oriatur, quod dic vt no. ſ. qui filij sint legitimi. c. 1. & 2. & c. lator. & c. causam. 2. secundum Host. & idem recitat Ioan. Andr.

1 *Vxore de adulterio condemnata per sententiam nullam, an dotem repetere possit. 3.*
2 *Vxore, de adulterio condemnata, dos & donatio viro quærunturur.*
4 *Adulterium non est vbi matrimonium non tenet.*
5 *Pater, an perdat dotem ob filiæ adulterium.*
6 *Dotem repetenti, an mariti hæres de adulterio excipiat.*

Plerunque. Ad declarationem glo, sed pone sniam si quæris vtrum sententia diuortij, quo ad separationem thori propter fornicationem mulieris inter coniuges lata, si post ea probata consanguinitate pronuntietur nullum, fuisse matrimonium inter eos & separentur omnino, mulier tanquam non commiserit adulterium dotem repetere possit,
1 distin. † Aut vir post sententiam diuortij, quo ad thorum latam ipsam reconciliauit, quod sibi licet secundum euangelicam veritatem. ſ. de iureiur. quemadmodum. & 32. q. j. quod autem, & c. non erit, & tunc poterit dotem repetere, nisi postea fornicetur. Nam & si verum esset matrimonium post reconciliationem dotem repetere posset, nisi postea fornicet. vt argum. hic à contrario sensu quod est fortissimum in iure. ff. de offici. eius cui manda. est iurisd. l. j. §. huius rei. ſ. de ijs quæ fi. à præla. cum apostolica. Vnde si hoc esset dos ad antiquam conditionem rediret. ff. de iure dotium. l. diuus. & l. cum post. ſ. vsuras. vnde versus: ius redit in idem cum peccatum redditur idem, secundum Ber. ſ. in glo. 3. & Inno. & Host. idem no. Io. de Ancona. in summa tit. de diuor. §. 6. & de hoc per Arch. 32. q. 6. ca. j. in glo. adde quod potest & c. Aut eam sibi non reconciliauit,
2 & tunc non poterit dotem repetere † immo eo ipso q̄ vxor, condemnata est de adulterio vir debet habere ante nuptias donationem, & dotem in authen. vt liceat matri & auiæ. §. si de adulterio col. 8. secundum Lauren. Gof. Phi. Ber. Inno. Ho. & Ioan. And. hic & Bar. Brix. in quæstione dominicali, quæ incipit mulier quædam. & Asten. lib. 8. titu. de dotibus artic. 5. qō.
3 quid si mulier. † Et est ratio secundum Host. primo, quia sententia prima, etiam contra ius litigatoris lata, fecit ius ex quo appellatum non fuerit. ſ. de sen. & re iudica. cum causam. ff. de reg. iur. l. res iudicata, secundo, quia non debet esse melior cōditio delinquentis, quam non delinquentis. ff. de dona. inter virum, & vxorem. l. 3. §. j. & j. proxi. & j. de præbend. cum qui. li. 6. tertio, quia in talibus quo ad pœnas deliquentibus imponēdas consideratur opinio, & non veritas. ſ. de bigamis nuper, Vnde & si sententia lata non sit propter adulterium putat tamen, quod maritus ope exceptionis adulterij commissi oppositæ & probatæ ipsam poterit retinere, vt hic, aperte innuit. Et est ratio quia dicit lex cuius authoritate potissime, hanc viam tenet, nec matrimonium, nec spem matrimonij permittitur alicui violare. ff. de adul. l. si vxor. §. j. nec excusatur mulier per hoc quod non fuerit matrimonium, quia isto prætextu non licuit ei peccare, sicut expresse probatur in authen. de resti. & ea quæ parit in vndecimo mense, §. vnum si quidem, colum, 4. quarto, quia per hoc occurritur quarundam mulierum, malitijs, quæ statim conarentur per falsos testes probare, aliquod impedimentum canonicum, vt sic semper dotem suam quantumcunque adulterarentur recuperare possent, quibus, obuiandum est. ſ. titu. j. quanto. §. per hanc. ff. fami. ercisc. cum putarem, secundum Hostien. ad idem. ff. de rei vend. l. in fundo ſ. de rescrip. c. sedes apostolica. §. vltim. & c. ex tenore. §. vlti. & hanc sententiam credo veram. pro qua etiam bene facit quod no. Bern. j. eod. c. fin. glo. j. ver. si vero matrimonium non tenet & c. Licet Tancr. hic contra dicens quòd dotem repetere, potest quia ex quo nullum fuit matrimonium, nullum fuit adulterium, nec vlla dos, & quia ecclesia decepta fuit in illa sēntia veritate probata reuocari debet. ſ. de frigi. fraternitatis j. de purga. vulg. significantibus. idem accur. C. de repud. l. consensu. argu. in authen. de nup. §. si vero ab initio col. 4. ff. rerū, amo. l. si concubina. Sed illę. ll. non obstant quia ibi cessat priuilegium de quo pœna propter malam intentionem cum opere subsecuto, vt in cap. alleg. nuper. Immo etiam dixit lex, quòd si matrimonium sit nullum, vt quia libera ignoranter contraxit cum seruo, habebit priuilegium in exactione rerum datarum in dotem. ff. fol. matri. l. si cum dotē. §. vlti. licet non sit dos sine matrimonio, ergo & damnum amissionis dotis propter adulterium sentire debebit. argum. institu. de leg. patro. tu. ad fin. ff. de reg. l. secundum naturam. j. de reg. iur. c. qui sentit. lib. 6. Et vtrum pater perdat dotem quam dedit, propter adulterium filiæ. vide in d. l. consensu. Vnde accur. sic tenet ibi, quòd & imputet sibi pater, quod non fuit stipulatus. Dyn. vero distinguit, quod aut pater viuit, & filia est in potestate, aut nō, p l. 2. §. si ex voluntate. ff. solu. matri. per quam. §. dicit hanc quæstionem terminarl, de hoc etiam, C. de iure dot. l. si dotem & in Spec. hoc tit. §. fin. ver. sed nunquid adulterium. Et an hæres mariti mulieri petenti ab ipso dotem possit obijcere, & opponere exceptionem adulterij. vide in Spec. hoc titu. §. fin. ver. quid si mulier agit, & tit. de except. §. d. ver. item quæritur, ecce vbi dicit secundum Host. alias Ioan. quod non competit, sibi exceptio cum non lucretur maritus dotem. nisi accuset, vxorem de adulterio, & inscribat, vt in authen. vt li. ma. & auię §. j. Sed Albert. Papien. contra per l. C. de adul. l. fin. & pro ista opi. Albe. videtur casus, cum sua gl. ff. de adi. le. l. filio, §. seya. Et si opponatur de donatione quæ propter ingratitudinem, commissam contra donantem ipsam, tamen in vita non reuocantem per hæredem ipsius reuocari non potest. C. de reuoc.

dona

dona.l.vlti.in fin.& de feudo quod propter feloniam commissum contra dominum in vita de hoc quæstionem non facientem per hæredem auferri non potest, vt no. Accur. ibi in aut. de prohi. feu. ali. per Fede. c. imperialem. §. insuper col. 10. Potes respondere, q̃ secus hic, vbi dos amittitur ipso iure, licet, declaratio iudicis sit necessaria vt bene innuit hic & in d.l. consensu. §. sin uero. & §. viri etiam, secus in contrarijs, secundum quosdam. Vel potest dici opi. prædicta Ioã. vera quando ipse maritus sciens adulterium commissum in vita sua de hoc cõnem non fecit, quia per hoc tacite offensam remisisse videtur,
10 opi. vero alber. quando ignorans nam ignorans non consentit. ff. de iurisd. omn. iud. l. si per errorem & C. de iuris & fac. ignoran. l. non ideirco & scientiam, & non ignorantiam volumus obligari C. de tabul. leges. generali libro, decimo, infra de consti. cap. 2. lib. 6.

1 *Pena pro matrimonio promitti non debet.*
2 *Papæ opinioni credendum est.*
3 *Sponsalibus prohibitis contractis non confiscantur dos, nec donatio.*
4 *Matrimonio prohibito contracto scienter confiscantur dos & donatio.*
5 *Matrimonium prohibitum ignoranter contrahentes an excusantur à pena confiscationis dotis & donationis.*
6 *Matrimonium prohibitum, contrahentes an puniantur pena corporali.*

T si necesse. Si quæris quæ sit pœna contrahentis matrimonium prohibitum à iure, diuersi diuersa dixerunt. nam quidam, vt Azo & Ia. Bal. dicunt, q̃ quando scienter contrahunt, nec sunt minores quicquid alteri datũ est, debet ei auferri, & fisco applicari. vt C. de incest. nup. l. qui contra. & in auth. incestas. ff. de dona. inter virum & vxo. l. cum hic status. §. vltimo. & institu. de incest. nup. §. si aduersus, aliàs non, sed restitui debet quicquid alter ab altero habuit, & hanc opi. tenent Inno. hic, & Ber. ẽ. e. c. j. Nec obstat vbi hi consanguineos se sciebant, nam rex legionensis, nõ petebat hic dotem, quia erat vir
1 ad quem dotis petitio non pertinet, sed ad mulierem † sed quædam castra quæ dederat pro conseruatione matrimonij, quod non licet, sicut nec pœnam promittere. ff. de verb. obli. l. Titia. Sed dices cum sint data nomine arrarum, ea retinere licet. C. de spo. l. mulier. sed illud verum est in licitis sponsalibus, secus in illicitis, vt ibi dicitur & hoc applicatur fisco, cum rex legio. fiscum habeat, ꝓm Inn. Sed hoc vltimũ non placet Host. quia etiam si verum esset q̃ ius fisci haberet, tñ quia deliquit hoc ius, habere non debet. ar. ff. de neg. gest. l. sine hæreditaria. cum ibi alleg. Pla. vero dixit q̃ & si sciat sponsa hoc impedimentũ, nihilominus repetit id quod occasione matrimonij dedit. vt ff. de condi. sine causa. l. auunculo. de ri. nup. l. præfectus. C. de condi. ob. causam. l. j. Io. dixit q̃ si aliqui sciunt se consanguineos esse, sed credunt quòd liceat eis adinuicẽ contrahere matrimonium, tunc competit repetitio. ff. de adul. l. si adulterium. §. stuprum. & §. fratres. & §. incestum. & in eo casu potest intelligi quod hic dicitur; & idem no. Accur. in d. l. auunculo. Si autem sciebant se non posse contrahere, tunc non repetunt q̃ dederunt, sed fisco applicatur, vt in l. alleg. qui contra. & in authen. incestas. Tan. vero dixit, quòd hic non potest ignorantia allegari, quia isti sciebant se esse tales quòd non poterant contrahere. Host. autem dicit hic q̃ Papa hoc ex certa scientia approbat sniam Pla. qui dixit quòd etiam sciens repetere potest quia equior est vt no. in l. 3. ff. de condi. ob turpem cãm. repetantur dixit hic non tam ob turpem causam quam ob nullam, & ne esset locus distinctioni ignorantiæ dixit, ne ad commodum ei cedat † & in dissensionibus est opinioni Papæ credendum vt no. ẽ. qui filij sint legi. per venerabilem. §. rõnibus. ver sic. cuius sniam & hoc intellige; quo ad gradus per legem canonicam prohibitos, verum, quo ad gradus iure gentium, siue naturali siue diuina lege prohibitos, potest habere locum snia. Azonis saluo eo quòd ibi nulla ignorantia prætendi potest. ff. de adult. le. si adulterium. §. stuprum. & §. fratres. & §. idem apollonio. nisi forte occasione ritus vt no. ẽ. ti. j. gaudemus. §. penul. & fin. Sed & quantuis sponsus non possit opponere de iure fisci vt hic, fiscus tamen poterit ius suum repetere, quando placuerit, quia nec ei per sniam hanc præiudicium generatur, ẽ. de capel. mo. c. 2. His vlsis sic distingue, aut quæris de pœna dotis & donationis propter nuptias, seu alia pecuniaria, aut de pœna corporali. si de pœna dotis, & donationis propter nu-
3 ptias, seu alia pecuniaria, tunc. † Aut quæris de contractis sponsalibus tantum, & tunc non est locus pœnæ confiscationis, im mo repetitur dos & donatio propter nuptias per condi. sine causa. vt ff. de condi. sine causa. l. auunculo nuptura. Ad hoc be ne facit quod no. Io. An. in cle. de consan. & affin. eo qui. gl. nõ punit. vbi dicit quòd contrahentes sponsalia tm̃ non obligantur tm̃ pœna illius c. Aut contractis nup. & tunc refert, aut à
4 scientibus aut ab ignorantib. † Si à scientibus tunc habet locũ pœna de confiscationibus dotis, & donationis, & generaliter cuiuscunque alterius ab vno alteri dati, vt C. de incest. nup. l. qui contra, & in authen. incestas. ibi sig. ff. de donation. inter virum & vxorem. l. cum hic status. §. fin. & institu. de nup. §. si aduersus, & ita loquitur opinio. Azon. & aliorum. sequaciũ quod intellige secundum diltinctio. prædictam Host. quo ad gradus iure naturali, vel gentium vel diuino prohibitos, sec⁹,
5 quo ad gradus lege canonica prohibtos. † Si ab ignorantibus, tunc refert, aut fuit ignorantia iuris, aut facti. Si iuris tunc talis ignorantia nocet, & habet locum pœna confiscationis, etiã si fœmina taliter ignorans fuerit. nam error iuris nocet mulieribus nisi vbi inuenitur contrarium. C. de iur. & fac. ignorã. l. ne passim. pro quo facit quod no. Io. An. extra de consang. & affi. c. vnico, super verbo scienter in cle. & hic. Nec obst. l. allegata si adulterium. §. stuprum, & §. fratres & §. incestum, quia ibi excusantur quantum ad pœnam incestus, non quantũ ad amissionem dotis. j. de reg. iur. c. ignorantia. lib. 6. Si facti, aut fuit improbabilis & talis non excusat. aut probabilis, & tunc, aut fuit perseuerat um in errore iam cepto, postquam apparuit & tunc similiter non excusat. Aut non fuit perseuerat um & tunc excusat vt probatur in d. l. qui contra. §. exceptis & ita posset intelligi & saluari opinio Io. supradicta & quod hic dicitur intelligendo quòd hic erat error in facto probabilis, vt
6 quia verisimiliter credebant cum eis fore dispensatum, cum non esset. † Si quæris de pœna corporali, tunc in hoc videntur, gl. variæ. nam. ff. de adul. l. si adulterium. distinguit in iuris ignorantia masculi à fœmina. Sed in cor. aut. de incestis nup. §. j. vi deturſic distinguere, aut ille qui dicitur puniendus sciuit factũ & ius. aut ignorauit vtrumque, aut alterum sciuit, & alterum ignorauit. In primis duobus expeditum est, quia in primo punitur, in secundo non, in tertio casu refert quid ignorauit & quid sciuit. nam aut sciuit ius, sed ignorabat factum, & tunc idem si error fuit iustus vt in dicta l. qui contra. in fin. aut e contra sciuit factum, sed ignorauit ius, & tunc refert. Aut quæris de adulterij pœna, & ab illa nec mares nec fœminę excusantur, vt in dicta l. si adulterium. §. stuprum. ibi an adulterij pœna sufficiat & in §. nonnunquam. ibi cum aliàs adulterij. & cætera, aut de pœna incestus, & tunc, aut ignorauit ius naturale, vel gentium & tunc neuter excusatur in totum, sed releuatur vt in dicta l. si adulterium. §. incestum. ibi vel etiam puniendi correctione. Aut ignorauit ius ciuile, tunc si sit masculus, aut est minor aut maior. Si minor tunc rõne ætatis excusatur. Si maior, tunc aut dimittit eam, & tunc excusatur in totum, aut non dimittit, & tunc punitur, sed mitius, vt in dicta l. si adulterium. §. stuprum. & §. nonnunquam. Si sit fœmina succurritur ei ne teneatur pœna corporali. §. 1. auth. de incest. nup. & in dicta authen. incestas. C. de incestis nup. Sed Iaco. de Ra. dicit hæc non esse simpliciter vera, nam refert, secundum eum inter pœnam quæ impontaur rõne iucest. nupt. de qua loquitur dicta authen. incestas. & in corpore. vnde sumitur, & pœna quæ imponitur incesti coitus, de qua loquitur dicta lex, si adulterium. Vnde cum quæritur de pœna incestarum nupt. tunc refert solum vtrum interuenit error iustissimus, & tunc excusat, alias non. si de pœna incesti coitus, quæ est tanta quanta est pœna adulterij, tunc recurrendum est ad dictam leg. si adulterium. vt etiam hoc no. Cy. in dicta lege qui contra. & de ista materia nota. Astens. libro octauo titulo de dotibus, articul. quinto. quæstione, quando diuortio.

1 *Plus iuris quam habeat transfert in alterius personam repræsentans.*
2 *Plus iuris quam habet, transfert iuris minister.*
3 *Plus iuris, quam habeat, an transfert, quis authoritate propria. 5.*
4 *Rei propriæ nulla est obligatio.*
6 *Feudum in dotem dari non potest.*
Emphyteutica res in dotem dari potest.

Nuper

NVper. Si quæris vtrum aliquis possit plus iuris in alium transferre, quam ipse habeat, dist. aut quæris de illo qui transfert, vel vult transferre plus iuris, non vt ipse & nomine seu iure suo, sed vt alius, & iure, vice, & nomine alterius qui hic plus iuris habet, & cuius personam repræsentat, aut de illo qui transfert, vel vult transferre plus iuris vt ipse, & no
1 mine, seu iure suo. † In primo casu, potest plus iuris in alium, transferre quam ipse habeat iuxta & secundum potestatem si bi ab homine, seu à iure concessam, vt patet in procu. habente potestatem dominium, vel rei transferendi. vt ff. de procur. l. procur. cui libera & l. procura. tutoris. insti. de rerum di. §. nihil autem & in tutore & prælato ecclesiæ, qui dominorum locũ obtinent, quando bene administrant. ff. de fur. l. interdum. §. qui tutelam. ff. de admi. tuto. per totum. ff. de rebus eorum qui sunt sub. tu. vel. cu. per totum. C. de admi. tu. l. lex quæ & l. fin. quando decreto opus non est per totum. C. de sacrosan. eccle. in auth. hoc ius porrectum. 10. quæstio. prima. hoc ius porrectum. 2. c. quæstio terrulas. & cap. aurum. ẽ. de dona. ceterum. & in seruis habentibus liberam peculij administrationem, vt
2 ff. de pign. act. l. si conuenerit. §. fin. & l. seq. † in secundo casu refert aut quæris de ministro iuris, seu illo qui hoc facit auctoritate & ministerio iuris, vt iudice. ff. si ex noxali causa aga. l. 2. §. si seruus insti. de of. iud. §. fi. ẽ. de offic. deleg. significasti. & c. in literis. & in literis. & in executore iudicis. C. de euic. l. si pignora. & in executore testamenti, seu vltimæ voluntatis. C. de episcopis. & clericis. l. nulli. ẽ. de testamenta. tua nos. & in abbate Cistercien. quem dyocœsanus suus benedicere recusauit qui potest benedictionẽ monachis suis conferre. ẽ. de supplenda neg. præla. c. 1. & in imperator & augusta. insti. de vsuc. §. vl. de euict. l. Lucius. de rei ven. item si verberatum. §. 1. vers. item si forte. & in iudæo vel pagano, seu alias infideli non baptizato baptizante in forma ecclesiæ, qui confert sacramentũ baptismi, quod non habet hoc enim facit vt minister Dei, de consec. dist. 4. Romanus & c. solet. ita etiam posset intelligi, q̃ dicitur de creditore pignus alienante, secundum formam iuris. insti. quibus alie. licet vel non. §. contra autem. & talis põt, plus iuris transferre quam ipse habeat, vt in iuribus allegat. &
3 no. gl. in d. §. contra autem. † Aut quæris de alio qui vult transferre autoritate sua, & tunc, aut quæris vtrum aliquis ratione iuris causalis originalis seu fontalis, quod habet posit plus iuris seu verius loquendo aliud ius à suo tamen iure causatũ, deriuatum, & procedens transferre in alium, & dic q̃ sic, vt patet in domino rei qui potest ius obligationis realis in ea alteri, constituere vt ff. de pi. l. j. & per totum. C. de pig. per totũ. quæ
4 res pig. ob. po. l. qui filios & l. fin. quod tamen non habet, † quia res sua alicui obligata esse non potest, quia causa pignoris ab intentione dominij separatur. ff. de vsuc. l. non solum. §. si rem, & l. iusto. §. non mutat. de pig. l. 1. §. 2. item nemo in re sua põt vsufru. vel seruitutem habere & tamen illa alteri concedit tanquam cauta & procedentia à iure. ff. de vsufr. l. quod nostrum si vsufr. pe. l. vti fruſ. ff. C. & insti. de serui. per totum. ff. de seruit. vrba. prædi. l. in re communi. de acqui. rer. domi. l. non est nouum. item ad censum vel emphyteusim rem suam dominus, dare potest. C. de iure emphy. per totum ẽ. de reli. domi. c. cõstitutus & in perpetuum, vel ad tempus non modicum locare. ff. si ager vectiga. vel emphy. pe. l. 1. & per totum. quæ iura, licet formaliter sint alia à iure dominij, tamen tanquam riuu-
5 li, à fonte deriuantur, causantur & procedunt ab eodem. † Aut quæris vtrum quis plus posit iuris, seu aliud ius à iure suo nõ cautum, non deriuatum, non procedens transferre in alium q̃ ipse habeat, & dic quòd non vt hic & ff. de acquir. rerum domi. l. traditio. de reg. iur. l. nemo plus iur. 7. q. 1. Daybertum. ẽ. de pig. cum. contra. de iure pat. quod autem j. de regul. iur. l. nemo potest & c. is qui in ius. ibi cum dicit eodem iure, & sic nõ maiori. lib. 6. Vnde si dominus rei obligatæ eam alienet, trãsit res cum suo onere reali. ff. de pig. act. l. conuenerit. §. si fundus de contrahend. emp. alienatio. C. rem alie. gerentibus. l. j. & sine censu vel reliquis. l. 2. ẽ. de pig. ex literis cum concor. ibi all. Licet res translata seu ius translatum penes illum in quem trãfert dispositionẽ iuris nouam induat qualitatem, & aliam quã habebat penes illum à quo transfertur. Et sic nõ ob. quod posset opponi de re pupilli quæ est inusucapibilis. ff. de acquir. rerum dom. l. bonæ fidei, & tamen si eam legitimè vendat & tradat, incipit esse vsucapibil. ff. pro empore. l. 2. §. si à pupillo. quia hoc faciebat priuilegium personæ pupilli quod cessat mutata persona. arg. ff. de acqui. hæred. l. Paulus respondit alias incipit per procura. §. 1. de colla. bon. l. j. §. si is qui bona. & de publicanis. l. licitatio. §. vlti. Per hoc etiam non obst. quod posset opponi de vsufructu causali, & formali, vt est dictum, quia ibi non transfertur plus, vel aliud, sed per constitutionem variatur species vsufructus. Quia penes mę dominium constituentem & trãferentem vsumfructum erat dominium causæ, & non species, seruitutis, sed penes eum cui constitutus est vsufructus formalis, & species seruitutis. Item non obst. quod posset oppo ni de malæ fidei possessore. qui non potest vsucapere & tamen emens bona fide ab eo vsucapit. insti. de vsuca. §. q̃ autem. Itẽ non obstat quòd posset opponi de Metropolitano confirmato non tamen consecrato, qui suum suffraganeum consecrare non potest, & tamen committere alteri episcopo consecrato huiusmodi consecrationem, qui quidem commissarius habet potestatem executoriam consecrandi quam committens nõ habebat. iuxta capit. suffraganeis. ẽ. de electione, quia istam potestatem executoriam non habet à committente sed à se, quia consecratus, vnde in prædictis casibus & similibus qualitates, huiusmodi superuenientes non veniunt, seu procedunt à trãferente, sed à iure, vel à persona in quam fit translatio, vt patet in iuribus alleg. & vide quod no. Ioan. And. & Dinus in d. c. nemo potest.

Super eo. c. Ad declarationem glo. & sic habes si q̃-
6 ris vtrum feudum vel res emphyteutica posit dari in dotem, di. † aut quæris de feudo & tunc Inno. dicit hic quòd non potest per c. 2. ẽ. de feu. sed Ber. tenet contrium. ẽ. de consti. quæ in ecclesiarum. & credo quòd bene. q̃ quo est casus in libro feudorum. qualiter olim feud. ali. po. §. donare col. 10. & no. glo. de prohi. feu. alie. per federicum imperialem col. 10. in prin. & hoc nisi dominus in hoc consentiat. de hoc no. Ho. ẽ. de feu. c. 2. Fallit forte in casu, vbi esset feudum temporale ad vitam, & vbi esset perpetuum, & paternũ, & maritus ipsum donaret vxori suæ, vt ipsum statim rehaberet cum ea in dotem, quo casu breui manu ad eum reuertitur. argum. ff. de iure do. l. licet. §. quotiens. & ita posset intelli
7 gi. c. istud, quod dic vt dixi in d. cap. 2. † Aut quæris de re emphyteutica, & talis bene potest dari in dotem, vel donationem propter nuptias vt probabitur in auth. de non ali. aut permu. re. ecclesiæ. §. emphy. col. 2. & no. G. in Spec. rub. de loca. & cõducto. §. 9. Et ratio diuersitatis inter feudum & rem emphy. esse potest. quia cum vasallus, ex debito fidelitatis ad seruitiũ, & sic ad factum domino teneatur, in quo sua industria est electa, & quòd non potest per alium adimplere. ff. de solu. inter artifices C. de caduc. tollen. l. vnica. §. ne autem, non mirum si in dotem ipsum dare nõ posit. Item quia datio in dotem est, alienatio cum maritus efficiatur dominus rei dotalis. C. de rei vendi. l. dote. & feudum alienari non potest. secus in re emphyteutica. C. de iure emphy. l. vlti. & leg. & no. ẽ. de loca. & conduct. c. potuit.

1 *Fideiussio de dote soluenda valet.*
2 *Fideiussio de dote restituenda non valet. 3.*
4 *Fideiussio pro paraphernalibus tenet.*
5 *Dos quando constante matrimonio repetatur.*
6 *Marito ad inopiam vergente, an de dote cautio detur. 8.*
7 *Dos est fauorabilis.*
9 *Maritum ad inopiam vergentem, quomodo probetur.*

DEr vestras. Si quæris vtrum pro dote vel alijs rebus vxoris fideiussores inter coniuges dari possunt, & vtrum propter inopiam mariti constante matrimonio ipsa dos, seu cautio de ipsa reddenda, & quæ possunt exigi, per vxorem. distinct. aut quæris de primo. ſ. vtrum pro dote, vel alijs rebus vxoris fideiussores dari possunt, & tunc aut quæris vtrum pro dote dari possunt, aut pro alijs rebus, puta para-
1 phernalib. Si pro te tunc, † aut quæris vtrum quando dos, ab vxore promittitur marito fideiussores ab ipsa vxore dati, de ipsa dote marito soluenda obligantur, & dic quòd sic, vt ff. de iure do. l. promittendo. & l. mutus. j. respons. & l. cum dotis cã. secundum glo. C. ne fideiuss. dot. dentur. l. j. & Innoc. & Host. hic. Aut e contra vtrum quando maritus dat fideiussores vxori, de dote sibi restituenda soluto matrimonio, tales fideiusso-
2 res teneantur, † & tunc aut dantur ante matrimonium, vel cõstante matrimonio & non tenet ratio, sic loquitur. C. ne fideiuſ. dot. dentur in rubro & in nigro, & hoc secundum Inno. & Hostien. hic, & Hosti. in summa e. ti. §. & quando ver. secunda rõ. Sed fallit in casu. ſ. quando maritus est pauper, vt statim sequitur.

quitur.Quidam tamen dicunt quòd maritus non cogitur dare,si tamen dederit tenet ad exemplum testamentarij tutoris. vt insti.de satisf.tuto.§,sed & si ex testamento. Sed certe dicta rubri.prohibitoria est,& sic non valet quod contra factum est vt ff.ne quid in loco publico fiat.l.2.j.respon.& §.1.& no. ꝗ. vt beneficia ecclesiastica, & ne sede vacante.Respon.aut prohibet marito,ne det vxori,aut prohibet vxori,ne petat,quod fit vtriusque causa..s.causa perfidiæ cõuerteretur. si ergo fit cõtrarium,non valet. C.de legi.l.non dubium.ff.de dona.inter virum & vxor.l.3.§.sciendum.de fideiuss.cum lex.Sed & quidã, vt Iac.de Ra.in d.l.j.C.ne fideiussores do.dentur distinguunt, vtrum ex certa scientia renunciatum sit legi, & tunc valet datio,aut per ignorantiam, & tunc non valet.ff.si quis cau.sed & si quis.§.pen.Sed non est verum illud in prohibitis,& ex causa matrimonij, quia matrimonia debent esse libera, vt no. ꝗ. de spon.gemma.vt no.Host.in d.§.quando ver.quidam tamen.

3 †Aut dantur fideiussores solu.matri.per maritum, vel hæredes eius & tales obligantur,vt ff. solu.matrim. l. si constante. §.quotiens.C.de rei vxo.act.l.vnica.§.cum autem, secundum Innoc.& Host.cum quibus concordant per omnia glo. & A-

4 zo in d.l.j.C.ne fideiuss.dot.dentur.†Si quæris vtrum, pro rebus alijs puta paraphernalibus dari possint,dic ꝙ sic,secundũ Host.qui ita intelligit.C.de pact.tam super dote.l.hac lege.Nã si dos ex qua onera matrimonij supportanda sunt committãtur marito, cui corpus vxori committitur,vt hic & C.ne fideiuss.do.dentur.l.2.nõ tã paraphernalia in d.l.hac l. Et est rõ, quia maritus est dñs dotis.C.de rei vend.l.dote,& iustum est cuilibet sua committere tã in paraphernalibus nullum ius hẽt nec contra mulieris voluntatem se põt de ipsis in aliquo intromittere.C.de proc.l.maritus.de pa.conuen.l.vlt.ꝓm Ho.& Io.

5 And.post eum.†Aut quæris de secundo.s.vtrum propter inopiam mariti constante matrimonio, ipsa dos possit exigi, per vxorem,& tunc aut vir erat pauper diligens tã, & bonus paterfa.& ideo non hẽtur suspectus vt insti.de suspec.tut.§.pen. & vlti.& tunc põt petere dotẽ promissam, & ei soluenda est, nec tenetur constante matrimonio eã restituere vxori, sed eã poterit retinere sub ea cautione quam põt præstare, vt hic. & C.ne fideiuss.do.dentur.l.2.& in auth. de æqua.do.§. illud quoque col.7.ꝓm Alber.& Azo.& secundum Ber.hic in gl. & bona.in fi.quam opi.videtur sequi hæc decr.& ideo insta consulũ, hic reuocatur ꝓm Gof.& Host.hic & Host.in summa.in d.§. & qñ vers.sed hoc totum &c.Aut est pauper, vel inops vitio suæ prodigalitatis vt ꝗ.de consue.c.pen.& tunc non soluetur, sibi dos,immo si soluta fuerit auferetur, & mulieri restituetur si non sit suspecta.C.de iure dot.l.vbi: si vero sit suspecta, vel etiam vir ignotus,& pauper,& timeatur de fuga commendari debet alicui mercatori,vt de parte honesti lucri onera matrimonij supportentur.Vbi.n.maritus suspectus est, non est ei tradenda dos etiam sub fideiussoria cautione.Et est duplex rõ,prima quia satisfdatio animum tutoris maliuolum non immutat, vt instit.de suspec.tut.l.quia satisfda.secunda quia fideiussores dotium dari prohibentur,vt est dictum.† Aut quæris

6 de tertio.s.vtrum propter inopiam mariti constante matrimonio cautio de ipsa reddenda,& quæ possit exigi per vxorẽ, & tunc aut est soluendo,& tunc nullam cautionem exigere, vel recipere põt vxor,vt est dictum.aut non & tunc.aut hoc est vitio suæ prodigalitatis,& tunc non recipiet cautionem,sed dotem repetet vt est dictum.aut aliàs casu fortuito, vel citra,cullpam suam,nec est suspectus & tunc ꝓm Gof.præstabit fideiussoriam cautionem quod est promissione superioris, vel consuetudine loci posse fieri dixit,& idem not.Tan.& Inn. hic aliàs incongruẽ sequeretur coniunctio disiunctiua, hic in text. cum semper cautionem iuratoriam dare possit.Vel ꝓm Host. si non sit supectus assignabitur sibi dos & eam retinebit, sub ea catione,quam põt præstare de facili, puta nuda promissione,vel ad plus iuratoria.j.de verb.sig.ex parte,& in hoc solum reprobatur sta consulum qui obligauerant ipsum ad impossibile non solum iuris sed etiam facti. Si vero sit suspectus hẽt locum ver.sequens vel saltem &c.quia repetetur ab eo dos, & committetur alicui mercatori &c.vt ibi si essem iudex, & maritus posset præstare fideiussoriam, facerem eam præstare iux

7 ta opi.Gof.& Bern.† cum pro hoc vxor habeat dotẽ saluam,ꝙ est fauorabile & benignum.ff.solu.matrimo.l.j. aliàs seruarem opi.Ho.& vide ꝙ no.gl.in d.l.j.C.ne fideiuf.do.dentur. vbi dicit ꝙ quidam distinguunt aliter quam supra dictũ est ꝓm Inn.

8 & Host.†dicentes quod aut maritus dat fideiuss. de dote saluãda,ꝙ maritus nõ consumet eam,& tũc non valet, quia sic sub baculo vxoris videretur constitutus,vt ibi,aut pro dote restituenda vxori à viro;& tunc valet in d.l.cum dotis cã. Et dicit ibi Cy.istam opi.tenuit Odof.& Dyn.ipso audiente recitabat in scholis,ꝙ de facto consultus sic iudicauit,quod põt sic probari,ista fideiussio põt præstari,soluto matrimo.vt est dictum, & probatur in d.l.si constante.§.quotiens.ergo, & ante matrimonium,vel eo constante cum paria sint aliquid fieri tpe concesso,vel tempore prohibito,& eius effectum conferri in tempus concessum.vt ff.de hæredibus instituendis.l.in tps.de vulga.& pup.substi.l.si is qui hæres. de leg.2.l.si ita quis testamento,& de dona.inter virum & vxor.l.si cum seruum.§. vlti.& l.seq.quia in id tps,& constet quod effectus istius fideiussionis confertur in tps soluti matrimonij,vt in d.§.quot. pterea. hoc facit.C. de bonis quæ liberis.l.cum oportet.§.non aũt.& §.seq. Præterea fideiussores & pignora æquiparantur, vt instit. de rerum diui.§.vendite.& tã dicit lex quod pignus datũ pro dote, restituenda tenet vt ff.qui po.in pig.hab.l.j.& patet.ff. de sol. l.quamuis aliàs incipit Calypodius ergo & fideiussoris datio, & istis rõnibus motus dictus dñs Dy.sic consuluit ꝓm Cyn.

9 qui eius sntam ibi tenet quæ probabilis est,† & qualiter probetur maritus vergi ad inopiã, dicit Azo.& glo.in d.l.vbi.& in d. §.illud quod probabitur per opin.& famã communem.s. quia communiter dr ꝙ incipit male gerere facta sua ar.ff.de fundo, instructo.l.cum de lanionis.§.asinam.& idem sentit in d.§.qñ Item no.ꝙ si propter suã inopiam dotem restituat, nunquam recuperabit licet postea fiat locuplex vt no.Hug, & Accur. in d.l.vbi glo.pen.licet Spe.contra,hoc ti.§.2.ver.si aũt ipse, quia res est in pristinum statum deducenda ar.ff.de re.di.in tm. de reli.& sump.fun.l.cum loca. de serui.rusti.præd.l.Attilicinius 2.q.3.c.si quę.§.notandum.in fi.cuius opi.posset intelligi vera, qñ postea fit nedum diues,sed etiam sapiẽs & discretus, prior vero opinio,qñ solummodo diues forte ex successione parentum,vel citra industriam suam,pro hoc.ff.de priuilegijs creditorum.l.si creditores.insti.de suspe.tut.§.suspectus.& §.fin. & de ista materia nota.Astens.libro.8.titulo.de dotibus, articulo quinto.

1 *Donatio inter concubinarios,an valeat.*
2 *Donatio inter sponsos,an valeat.*
3 *Donatio inter coniuges,an valeat.*
4 *Donatio inter virum, & vxorem, quando mortua confirmatur.*
5 *Iuramentum non validat donationem inualidam.*
6 *Consuetudo, quod donatione. propter nuptias vxor lucretur, valet.*
7 *Consuetudo quod dos soluto matrimonio non restituetur vxori, non valet.*
8 *Vir honestius victum sibi quærit quam mulier.*

Donatio. Ad suppletionem text.& glo. si quæris vtrum & qñ donatio facta inter coniuges valeat, & inualida per mortem confirmetur. distinct.aut quæris de primo.s.vtrum & qñ valeat & tunc subdistingue latius.aut fit donatio inter fornicarios,seu concubinarios,aut inter sponsos,aut inter coniuges,

2 de pñi.†In primo casu,aut quæris vtrum valeat,quo ad actionem efficacem habendam,vbi realis donatio per traditionem non est facta.& dic quod non,obstante exceptione turpis causæ.ff. de condi.ob turpem causam.l.item si ob stuprum.§. sed & quod meretrici. C.de cond.ob cãm.l.cum te & l.mercalem: Aut vtrum valet,quo ad exceptionem,vbi realis donatio, per traditionem est facta,& dic ꝙ sic,vt ff.de dona. l. affectionis, vbi hoc no.gl.& l.donationes in concubinam. Sed fallit in milite,quæ talibus meretricib.seu concubinis donare non põt.C. e.ti.l.2.Fallit ẽt in minore,vt ff.mand.l.si vero non re.§.si adole-

2 scens.†In secundo casu,qñ inter sponsos, tunc si constat, ꝙ ante matrimonium fiat,valet,vt ff.eo.l,inter eos.& l.cum hic, status.§.si quis sponsam.In dubio quid presumatur vtrum fiat à sponso vel à marito,vt quia eadem die contraxerunt sponsalia & matrimonia vide.C.de dona.ante nup.cum in te.vbi distinguitur vtrum fiat in domo sponsæ, vt tunc dicatur facta, ante nuptias, aut in domo viri,vt tunc dicatur facta inter cõiuges,& si fiat in via forte cum in domum viri ducebatur,dicit glo.ibi & Io.hic,ꝙ perinde est ac si fieret in domo sponsæ per l.deniq;.ff.e.l.inter eos.& l.pen.in prin.§.virgini.†Et intelige sane,quod donatio facta inter sponsum & spõsam,ante matrimonium valet si matrimonium sequatur, si vero nõ sequatur,tunc aut hoc stetit vel remansit à parte donatoris,aut non, si sic

si sic,aut donauit sponsus sponsæ,aut econuerso, si primo modo, Aut osculum non interuenit & reuocatur donatio tota, licet enim donatio illa simpliciter fiat, intelligitur tamen conditio tacita si matrimonium sequatur. Aut interuenit, & tunc medietas reuocatur.Si secundo modo.s.quando sponsa donauit ipso,tũc reuocatur tota siue interuenerit osculum,siue nõ. C.de dona.propter nuptias.l.si sponso. Sin autem non remansit à parte donatoris,tunc donator totum recuperat per condi.sine causa,vel totum retinet si nondum dedit vt C.eod.tit. l.cum vete.Fallit in casu,vbi à sponso facta donatione, & interueniente osculo sponsam ante matrimonium mori contingit

3 vt in d.l.si à sponso.j.respon.† In tertio casu.s. quando fit inter coniuges,non valet donatio, si duo quæ requiruntur, occurrãt .s.ex ea alter.s.donans pauperior & alter.s.donatarius locupletior efficiatur,vt hic.j.respon.Altero vero istorum deficiente valet donatio,vt hic, à contrario. Porro nouem sunt casus, in quibus valet donatio,quamuis donator fiat pauperior, & recipiens locupletior. primus casus est si vir vxori dederit in refectionem domorum combustarum, inquantum extructio expostulat. ff.eo.quod si vir.secũdus quando donat annuum, vel menstruum ad sui sustentationem vsque ad vires dotis,& non vltra.ff.eo.l.ex animo.& l.de fructibus.& C.eo.l.sicut.tertius.si vnus seruis,vel animalibus, vel vestibus alterius vsus fuerit,vel in domo sua gratis habitauerit donationis causa. ff. eo.l.si vir.quartus si vir pro vxore vectigal,vel vecturas, pro vxore,seu ministris eius soluerit,vt ff.eo.l. si quis pro vxore, quintus si serui viri vxori operas præstiterunt.ff.eo.l.si id quod §.si qua serui.sextus si vir soluit in præsenti, quod in diem debet vxori,vt ff.eo.sed si vir.§.quod vir vxori.septimus, quãdo vxor donat marito gratia honoris,vel dignitatis adipiscendæ, quod dic,vt leg.& no.ff.eo.l.quod adipiscendæ.& l.nam & l.nuper & accedit.ff.famil.erciscun.si filia.§.Neratius. octauus, qñ fit donatio inter Imperatorem & Augustam, quia imperiales contractus vicem legis obtinent vt C.eo.l.pen.hos casus numerat Host.in summa.eo.ti.§.quæ donationes ver.porro vsque in fi.nonus est,si in tempore finiti matrimonij donatio sit collata.ff.eod.l.si cum vxori.§.vlti.& l.quia.& l.sed interim, vt

4 no.Ber.hic in glo.donatio.† Aut quæris de secundo.s. vtrum, & quando inualida donatio per mortem confirmetur, tunc, Aut fuit donatio realis,puta quia in vita donatoris fuit traditio secuta, & tunc si donator in eadem voluntate, vsq; ad supremæ vitæ exitum perdurauerit,valet donatio,vt C.eo.l.j. & 3.& hic in ver.nisi in fi.Aut fuit tm verbalis puta, quia in vita donatoris non fuit donatio, & traditio secuta,& tunc nõ confirmatur per mortem vt ff.e.l.Papinianus.& no.Accursius. C.

5 de dote non numerata.l.2.† Et nota.ꝙ iuramentum interueniens non potest facere valere donationẽ inter coniuges à iure reprobatam vt no.C.de mon.lau.extra de iureiu.c.vnico,super verbo iuramenti.in clementinis.

Super eo.c. versi.nisi. Si quæris vtrum consuetudo, dictans, quod soluto matrimonio dos, ad mulierem, vel donatio propter nuptias ad virum non re-

6 deat,valet,distin.† Aut quæris vtrum valeat in donatione propter nuptias,quam mulier lucratur sine pacto,& ipsam retinet de consuetudine aliquarum religionum, & dic quod sic vt hic,

7 vbi de proximo dicto tantum excipit.† Aut in dote,& dic qd non,† immo esset irrationabilis,quia compelleretur forsan mulier si sic dotem suam amitteret defornicari.argum.ꝗ. eodem cap.proxi.in fi.& remaneret mulier indotata, contra fauorem reipublicæ, & contra.l.ff.solu.matrimo.l.j.Et est rõ diuersitatis & specialitatis fauor reipublicæ & fragilitatis muliebris cõsideratio. † nam & maritus potest ex multis causis victum honeste perquirere, ex quibus mulier nõ potest,& robustior est, & honestius potest vagari,& melius laborare:in donatione igitur talis consuetudo tanquam rationabilis est admittenda, in dote vero tanquam irrationabilis reprobanda, argument. supra de consuetudine recti feudi.capitul.finali. secundum Hostiens.& Ioann. Andr.

¶ De secundis nuptijs. Rubrica.

Dominus. Si quæris vtrum altero sponsorum præsente,vel absente.vel altero coniugum in remotis agente, alter eum expectare teneatur,& per quantum tempus dixi. ꝗ. de spon.in præsentia.

1 *Benedictio nuptialis duplex.*
2 *Coniuges benedici debent.*
3 *Nuptiæ secundæ benedici non debent.*
4 *Anima est Christi sponsa.*
5 *Coniunx ob impedimentum canonicum à prima vxore separatus,& secundam ducens, an benedici debeat.*
6 *Nuptiæ non benedicuntur,sed personæ.*
7 *Benedictio semel recepta amitti non potest.*
8 *Benedicens secundo nubentes,ab officio suspenditur.*

Vir aut mulier. Si quæris vtrum vir aut mulier transiens ad primas,secundas,vel vlteriores nuptias debeat benedici,dist. Ad cuius euidentiam est sciendũ,ꝙ † duplex est benedictio nuptialis, vna quæ fit in facie

1 ecclesiæ,per quam matrimonium publicatur,& sine qua ipsũ matrimonium clandestinum reputatur, de qua trigesima quæstione quinta, capitulo primo, secundo, & tertio, & per totum.& supra de clandestin.desponsa.c.cum inhibitio. & per Hosti.in summa.illius titu.§.quot modis in princ.Alia est,quę fit specialius cum pallio,cui nubentes supponuntur,& quibus

2 dam proprijs orationibus,& præfatione,qui potestate &c. de qua loquitur hic.& ꝗ.eo.ca.1.† Aut ergo quæris de prima, & dic ꝙ quantumcunque alias fuerunt benedicti ambo, vel alter ipsorum,nihilominus debent benedici, vt in iur.alle, aut quæris de secunda, & tunc, aut notorium est virum corruptum, vel mulierem corruptam,& tunc dicit Host.in summa e.§.an licitum, ꝙ benedictio non præstatur,quia nisi virgo cum virgine contraxerit,non debet sacerdos interesse.31.q.1.de his.j. non debet benedictionem præbere, & sic desponsatio debet fieri in virginitate,secundum eum,quòd si verum esset paucæ benedicerentur.aut nõ est notorium, & tunc,aut sunt primæ nuptiæ,quo ad vtranque & tales debent benedici, vt hic, & ꝗ. eod.cap.j.à contrario sensu. Aut sunt secundæ nuptiæ,vel vlteriores & tunc, aut tales transeũtes ad secundas, vel vlteriores nuptias fuerunt alias benedicti,vel alter eorum. & tunc non debent benedici, vt hic & supra eodem capitulo primo, & ita intellige, quod dicit ille canon, quod nisi virgo, cum virgine contraxerit, non debet sacerdos interesse. trigesima prima quæstione prima.de ijs.i.non debet benedictionem pbere.Vnde cum alias benedicti fuerint, non debet benedictio iterari,sicut dicitur de alijs sacramentis non iterandis.vt hic, in tex.& glo.Et ista benedictio est quasi sacramentalis,vt not. Host.ꝗ.e.cap.1.quod verum etiam si consuetudo fit in contrarium,& Papa eam sciat: licet Ber.in hoc contra & male, quia in talibus non excusat consuetudo,vt patet,j. de hæreticis, ad abolendam, nisi & Papa ex certa scientia ipsam approbet, vt supra de tempori.ordin.cap.2.& supra de cog.spiritu. capi. 1.& cap. super eodem,secundum Hostien,hic, & in summa, eodem titu.§.an licitum. versicu.notauit tamen,idem Asten. libr.8.hoc titulo.quæstio. vtrum secundæ nuptiæ. Dicens etiã quod aliqui dicunt,quod quando secundæ nuptiæ, sunt secun

3 dæ ex parte vtriusq;, vel ex parte mulieris tantum,† nullo modo debent benedici,sed quando sunt secundæ, ex parte viri tantum, tunc possunt benedici, quia aliqua seruatur ibi significatio etiam in ordine ad primas nuptias. Quia Christus & si habet vnam ecclesiam, habet tamen in vna ecclesia plures personas desponsatas.† sed anima non potest esse sponsa alterius,

4 quam Christi.quia cum demone fornicatur, nec ibi est matrimonium spirituale. Et ideo quia, quando nuptiæ sunt secundæ ex parte viri benedicuntur, non autem quando sunt secundæ ex parte mulieris, propter defectum sacramenti. &

5 hæc est opinio.Thom.quæ communiter seruatur.† Item hoc verum secundum Hostiens. in dicto.§. an licitum. & Asten. vbi supra.scilicet quod non debent iterum benedici, etiam si primum matrimonium, quod alter eorum, cum alio, vel alia contraxit post benedictionem, & ante carnalem copulam separatur, propter impedimentum consanguinitatis probatum, vel aliud canonicum, & alter, vel vterque eorum, conuolat ad secunda vota, licet contrarium videatur. Primo, quia intentio primæ benedictionis deficit per cõsequentes effectus. argument. supra de officio delegato, cum super abbatia, de præbend. capitulo finali. nunc enim apparet quod primæ nuptiæ, quæ nullæ fuerunt, non possunt videri benedictæ, argumen. supra de desponf.impube. ad dissoluendum. ff. de iniusto rupto, & irrito testamento, legenam & si sub conditione. §. post defectum. cum si. & deficiente principali deficit accessorium. ff. de regul.iuris.l. cum principale

principale.nec valet,quod ſequitur ex eo,vel ob id.ꝰ.de elect.
qualiter nec obeſt conatus qui effectum non habuit,ꝰ.de ſpõ.
c.ſi.quid plura? non prohibetur benedici,niſi ad bigamiam trã
ſiens,vt hic,ſed tales non ſunt bigami.34.diſt.Valentino.ꝰ. dę
bigamis debitum.Item benedictio videtur magis reſpicere,
conſummationem matrimonij,quam contractum, vt dicitur
ſit fœcunda in ſobole,Item hic videtur loqui de corrupta,qñ
dicit vir vel mulier,& non dicit virgo.argum.ff.de contrahen.
emp.l.ex empto.§.ſi quis virginem.34.diſt.c.vidua vero. Sed
primum verius,& hæc non obſt.quia mulieris appellatione,
etiam virgo continetur, vt in euangelio Io.2.cap. quid mihi,
& tibi mulier,& iterum Ioann.19.mulier ecce filius tuus. ad
idem.ff.de ver.ſign.l. mulieris.de edil.edict.l.quæritur.§. mu-
6 liere,†Præterea nuptiæ non dicuntur proprie benedici,ſed ip
ſę perſonę,& non poteſt negari,quin ipſæ perſonæ ſint benę-
dictæ.arg.ꝰ.de temp.ordi.conſultationi.Spũalis.n.benedictio,
tantæ efficaciæ eſt,quod ſemper tranſit, niſi inueniat obicem
contrariæ voluntatis,ꝰ.de baptiſmo maiores.in fi.etiam ſi per
7 deriſum vel iocum fiat,vt j.q.j.c.ſi quis.§.ecce.† Benedictio
ergo ſemel recepta amitti non poteſt.ꝰ.de diuor.quanto.quia
factæ cauſæ non poſſunt non fieri.ff.de cap.& poſtli.reuer.l.in
bello.§.factæ cauſæ.32.q.5.ſi Paulus.Nec obſtat quod ꝰ.dici-
tur,quod intentio videtur deficere,quia licet intentio nuptia
rum deficiat, non tamen intentio benedictionis, Immo, &
dans, & recipiens intendebant dare benedictionem, & reci-
pere,& matrimonium tenere.arg.ꝰ.de ſpon.ex literis.1.& ca,
conſultationi.Nec obſt,quod hic dicit ad bigamiam &c.expo-
ne enim,i.ad ſecunda vota,ꝰ.eo.c.1.ſed hoc ideo dicit,quia per
ſecunda vota ſæpius contrahitur bigamia,ergo non eſt vis, ni
ſi benedictione iam recepta,quæ iterari non debet,vt hic,ſe-
cundum Hoſt.in d.§.an licitum.Aut nunquam fuerunt bene-
dicti,vel alter ipſorum,& tunc poterunt benedici,vt patet ex
prædictis,& ſic non eſt vis in bigamia,ſed potius in bñdictio-
8 ne, vt hic in verſic.quia tunc.&c.†Item nota quod capellan.
ſecundo nubentem benedicens, & ſi non ſit excommunica-
tus,ſuſpendendus tamen eſt ab officio & beneficio per ordi-
narium,& ſic ſuſpenſus ad ſedem apoſtolicam mittendus.ſu-
pra e.c.1.ſm Hoſt.& Io.And.ibi.& Archi.35.q.3.in copula-
tione.& Aſten.li.7.ti.quis poteſt ab excommunicatione abſol
uere arti.2.ver.6.vnde videtur ꝙ cum tali alius quam Papa di-
ſpenſare non poſsit.vt no.Aſten.hoc tit.in fi.

1 *Nubentes ſecundo,quare puniantur.3.*
2 *Vxor luget virum non econtra.*
4 *Nubentes ſecundo,qualiter puniantur.*
5 *Pęna ſecundo nubentibus indicta, quæ, & à quo remittantur.*
6 *Pęnæ impoſitæ nubentibus intra annum luctus, & poſt, differunt.*
7 *Nubere melius eſt,quam vri.*

CVm ſecundum. Si quæris,quare,& qua liter puniantur ſm le-
gem, ſecundo nubentes, & vtrum & à quo hę pœnę
1 remittantur,diſtin.†Aut quæris de primo.ſ.quare,&
dic ꝙ propter duo primum.ſ.propter nimiam feſtinationem,
quæ in mulieribus tantum punitur nubentibus, intra annum
continuum à morte viri computandum,vnde ignoranti cedit
tempus, & ideo lapſo anno poterit eadem die lugubria ſume
re,& deponere vt ff.de ijs,qui no.infa.l.genero.Triſtior autem
habitus & alia inſignia remittuntur,& loco iſtorum annus ab
ſtinentiæ ſubrogat,vt C.quib.cau.infa.irro.l.decreto.& hoc qñ
ſine culpa mulieris matrimonium ſoluitur, nam ſi culpa ſua,
tunc per quinquennium abſtinere iubetur, vt C.de diuor. le-
2 ge conſenſu §.hoc vbi.†Sic ergo vxor lugere cogitur virum,
3 non econtra.ff.de ijs qui not.infa.l.vxores. †Hæc autem feſti
nantia propter duo punitur, ſ.propter turbationem ſanguinis
ne videlicet de prole dubitetur cuius ſit,vt ff.de ijs qui no.in-
fa.l.liberorum. Et ideo ſi poſt mortem mariti non remanſit,
prægnans,vel remanſit,ſed peperit,& maritus talis fuerat qui
non erat lugendus,puta hoſtis perduellionis, ſtatim nubere
poteſt,vt dicta l.liberorum.Item punitur hæc feſtinantia ſecũ
da ratione.ſ.ne quam ſuſpicionis malignæ cauſam præſtet vi-
ro,ſecundo,eo quod velociter ad nuptias feſtinauit, vt in au-
then.de reſtitu.& ea quæ parit in 11.menſæ.§.vnum, ſi quidẽ
col.4.ſecundum eſt,propter non ſeruatam affectionem filijs,
quæ pœna eſt communis viro & mulieri,& quam patiuntur,
etiam ſi poſt annum,vt ſtatim ſequitur.vnde Io. An.narrat, ꝰ.
c.proxi.ꝙ refert Hieronymus,contra Iouinia.ꝙ vxor Alexã
dri ſuam nutricem occidit,quia ſibi ſecundas nuptias ſuade-
4 bat†,aut quæris de ſecundo.ſ.qualiter puniantur, & tunc, aut
pp primum.ſ.feſtinationem nubendi,intra annum, quæ pœ-
næ mulierib.tantum imponuntur,& dic,ꝙ pœnæ multæ ſunt.
Nam mulier punitur inter perſonam propriam, quia infamis
efficitur ipſo iure,item in rebus proprijs,quia vltra tertiã par-
tem non dabit in dotem ſecundo viro,nec in vltima volunta
te relinquet,item in rebus alienis cũ diſtinctione,quia ſi prior
maritus aliquid relinquat mulieri excluditur ab eo, & defer-
tur per ordinem decem perſonis de cognatione ipſius prioris
viri de quibus.C.eo.l.1.ſi vero relinquens fuerit agnatus , vel
cognatus,vſque ad tertium gradnm bene capiet ab eo, ſed in
quarto gradu,vel vltra nõ capiet,neque ab extraneo vt ibi,hoc
in relictis. Nam donata à marito inter viuos amittere debet,
forte per ſñiam.vt C.eo,l.2.& no,Hoſt.ꝰ.eod,c.proxi.& in sũ
ma e.ti,§.quare & qualiter.Aut propter ſecundum.ſ.non ſer-
uatam affectionem filijs prioris matrimonij, & tunc primo
punitur pœna in rebus proprijs,quia non poteſt dare,ſecundo
marito,ex cã dotis,vel donationis ſimpliciter,quæ morte con
firmari ſolet,vel in vltima voluntate relinquere vltra, quam
vni filiorum prioris matrimonij,cui minor portio relicta eſt,
quod dic, vt legi.& no.C.eo.l. hac edictali. Item punitur hæc
mulier in omnibus ijs,quæ conſecuta eſt à priore marito.qua-
litercunque ad eam peruenerint,quo ad proprietatem,nã vsũ-
fructum in die vitæ ſuæ retinet,vt in auth.de nup.§.ſi vero ex
pectet.col.4.& C.eod.l.fœminæ, & defertur proprietas filijs
prioris matrimonij,ſiue ſint hæredes vtriuſque parentis, ſiue
alterius,vel neutrius.vt in auth.de nup.§.ſoluto igitur. & eadẽ
intellige de viro ſecundo nubente.item puniuntur aliàs,qđ dic
vt plene no.Ho.in d.§.quare verſic.ſic vidiſti,vſque in finem,
quod amplius non proſequor,quia non multum pertinet, ad
5 canoniſtam.†Aut quæris de tertio.ſ.vtrum & à quo hæ pœnę
remittantur,& tunc, aut quæris de pœna infamiæ, quæ per le
ges irrogatur mulieri,ſecundo nubenti, intra annum conti-
nuum,à tempore mortis viri numerandum,& illa remittitur
per apoſtolum, & per canones,vt hic & ꝰ.c.proxi. Aut quæris
de alijs pœnis quas ll.affligunt,de quib.hic per Ber.& dixi.ꝰ.&
tunc Ber.hic dicit,quod etiam illę remittuntur,alij contra,di-
centes, quod hæc mulier videtur dehoneſtare primum virũ
ſuum,& quaſi quandam ingratitudinem contra eum commi
ſiſſe,vt innuit dicta auth.de reſti.§.vnum ſi quidem ideo tan
quam ab ingrata res donatæ auelluntur.arg.ꝰ.de dona.ca. vlti.
nec vnquam fuit intentio Apoſtoli,quod talis pœna remitte-
retur,& ſi hoc fuiſſet non haberet in talibus pñtãtem, cum iu
riſdictiones diuiſæ ſint,vt no.ꝰ. qui filij ſint legitimi cauſam,
quæ.2.& in hac opi.videtur fuiſſe compilator,qui vř hinc re-
mouiſſe & excidiſſe clauſulam quæ hoc aperte dicebat. hãc ẽt
opi.videntur ſentire Iac.de Ra.& Cyn.in d.l.j.q.vlti.C.eo.tit.
Quidam alij dicunt,quod nec etiam infamia eſt remiſſa in fo
ro ciuili,& quod dicit Apoſtolus de pœna infamiæ, locum ha
6 bet in foro canonico,non in ciuili. †Sed Inno.& Hoſt. diſtin-
guunt inter pœnas legales,quæ infliguntur,quia intra tempus
luctus nupſit,quæ continentur.C.de ſecund.nup.l.j.& 2.& has
dicunt remitti,& illas,quæ infliguntur,quia ſecũdo nupſit,de
quibus habes C.de ſecund,nup.l.hac edictali.& l. fœminæ, &
l.fi.& in auth.de nup.§.quia vero hactenus.& §. ſi vero. col.4.
& illas dicunt non remitti.& hoc expreſſe habes ſecundum In
no.ꝰ.de pign.c.cum conſtet.quod tñ ſm Hoſt. aliter intelligi
poteſt vt ibi no. Et eſt rõ diuerſitatis,quia pœna quæ infligi-
tur pro eo,quia intra tps luctus nubit.mera, & pura pœna eſt
& ideo remittitur.arg.ꝰ.de ſpon.gemma.cum ſuis conc. pœ-
na vero,quæ infligitur pro eo quod ſecundo nubit,non ẽ me-
ra pœna,immo eſt prouiſio filiorum primi matrimonij, & iõ
non tollitur hæc pœna per canones ſm Inn.& Ho.qui ẽt hoc
approbat plurib.arg.hic, & ẽt dicit ꝙ hoc hic in fi.ſequebatur
in antiqua.Cũ igitur diſponas ad ſecunda vota trãſire, †ſciens
ꝙ nubere melius eſt q̃ vri,tuũ in dñ o propoſitum cõmenda-
mus,& ne quid tibi vel ei qui te duxerit in vxorẽ,ad iacturam
vel infamiã ab aliquo imputetur,authoritate pñtiũ expreſsius
inhibemus.Ego ſto cum Innoc.& Hoſtie.cum quibus. idem
nota.Ioan.& Archidia.2.quæſtione.4.capitu.j.§.fin.glo.fin. &
Ioann. Andr. hic & Gof.in ſumma.huius tituli, & Dama. &
Aſtenſ. hoc titulo circa medium.& vide Ioann.Andr.infra de
hæreticis.cum ſecundum leges.ſuper verbo, certoque caſu;
& de regulis iuris.c.poſſeſſor malæ fidei,lib.6.

F I N I S.

HENRICI

HENRICI BOICH
I.V.Doct.celeberrimi:
DISTINCTIONES IN QVINTVM LIBRVM DECRETALIVM.

¶De accuſationibus inquiſitionibus, & denunciationibus. Rubrica.

1 *Infamis infamem accuſat.*
2 *Infamis non accuſat bonæ famæ hominem.*
3 *Iudex accuſatores infames repellit.*
4 *Accuſator debet ſe inſcribere.*
5 *Inquiritur contra diffamatum.*

SI legitimus. ¶Si quæris vtrum cri minoſus poſsit accuſa
re alium criminoſum,Diſtingue.Aut accu-
1 ſatus eſt malæ famæ, † & tunc infamis po-
teſt accuſare infamem.arg.ꝰ.de ſimo.tanta.
2 & no.ꝰ.eo. titu.per tuas. Aut accuſatus eſt,
bonæ famæ,& †tũc criminoſus, vel infamis
accuſare non poteſt,vt hic.Archi.idem de pœni.di.6.c.1. ver.
ſacerdos. & originaliter Io.8. Nam cum trabem geſtat in ocu
lo,feſtucam de oculo fratris eruere non poteſt.25.diſt.ca.vlti.
3.q.7.c.infames.§.item in euangelio & originaliter Lucæ. 6.
Matthæi.7.Vnde Tullius Tuſcu.3.Stulticiæ proprium eſt a-
liorum vitia cernere,ſuorum autem obliuiſci. Et Aug.10.cõ-
feſ.Curioſum genus ad cognoſcendum alienam vitam , deſi-
dioſum ad corrigendum propriam.Sed fallit, in cubicularijs ,
& familiaribus epiſcoporum, in quibus eſt ſpeciale, vt
nota.Ioannes Goffred.Bernar. Hoſtienſ. & Abbat. infra eo-
dem, nulli. & Ioann.& Archidiaco. 2. quæſtione 7. cum pa
3 ſtoris.& Archi. 23.q.4.quiſquis.†Et no.quod ſi iudex accuſa-
tores,infames,vel criminoſos deprehenderit etiam contra vo
luntatem accuſati poterit eos repellere.30.q.5.iudicantem.2.
q.7.quęrendum.& c.alieni.vt not.Io. & Archi.in d.c.alieni. &
Archi.ea cauſa.& q.c.teſtes.§.his ita reſpondetur.ſuper verbo
permittuntur.& Ber. Inn.& Hoſt.ꝰ.eo.nulli. Et expone hic ſe
cundum Io.And.non fatigetur accuſatus , in veniendo ſi no-
torium eſt accuſatorem non eſſe legitimum,nec in reſpondẽ-
4 do,ad quod facit quod no.in d.c.quærendum.& d.c.alieni.†Et
ſi aliquis accuſat abſentem in remotis,debet primo ſe inſcribe
re,quam citetur accuſatus.C.de exhi.re.l.2.Et repulſo accuſa-
tore , ſi accuſatus fuerit infamatus debet indici purgatio , vt
2.q.5.presbyter.vt no.hic Ber.in glo.fin.& Inn. & Hoſt. vel
iudex ex officio ſuo poterit inquirere,vt ꝰ.eod.qualiter. 2. &
de collu.dete.c.2.& ſic non ob.ꝰ.eo.cum oporteat. ſecundum
Ioannes. Andre. hic. & Idem notan. Hoſtienſ. & Ioannes
Andreas.ſupra.de teſti.capitulo in omni. in denunciatione,
dicentes. pro capitulo cum oporteat. & capitulo cum dile
ctus.ꝰ.eodem.& ꝰ.de purg.ca. accedens. quod licet eccle-
ſia repellat infamem,vt dicit ibi glo.niſi ſuam vel ſuorum iniu
5 riam proſequatur.argumen.ꝰ.de teſti.decetero.†Si tamen de-
nunciatus diffamatus eſt aliàs,quam ex dicto illius denuncia-
toris, eccleſia inquiret.argumen.ꝰ.de præſumpt.cum in iuuẽ-
tute.& ſic reſpondent ad contraria.ꝰ.de teſtibus.ſicut.de cog.
ſpirituali.tua.qui ma.accu.poſ.c.ſi.Et caſus vbi ſine accuſato-
re quis punitur,vide per Bernard. ꝰ. vt eccle. benefic. vt no-
ſtrum. & adde quod dixi. ſupra de mutuis pe. ex literis.diſtin
ctione quarta.

1 *Monitio triplex vindictam præcedat.*
2 *Monitio vna peremptoria ſufficit.*

SI quis epiſcopus. ¶De materia denun ciationis, & vtrũ de-
beat præcedere monitio, vide plene per Hoſtienſ.
ſupra de iudi. nouit,& per Cardin.infra de relig. do.
cap.vnico. libro 6. †Licet Hoſtien. hic & Ioan.Andr. poſt eũ
notent arg.quòd trina monitio debet,vindictam præcedere,
ſiue agatur de correctione inferiorum.12.quæſtione 2. indi-
gnæ.ꝰ.de vita & honeſta.clerico.cap.fin.ſiue paris. vt hic & ſu
pra de conſtitutio. ex literis. ſiue de probanda negligentia ſu-
perioris. vt ſupra de ſupplend.negligen.prælato.capitulo pri-
2 mo. †Ego tamen credo hodie ſufficere vnam monitionem ,
peremptoriam pro omnibus, quod dic vt legitur. & notatur,
infra de ſenten. excommunica.cap.conſtitutionem.lib.6.Hoc
ſaluo,quòd in denunciatione quæ fit ſuper impedimento ma-
trimonij non eſt neceſſaria monitio, vt not. Bernard. ſupra.
de deſponſa. impube. capitulo ad diſſoluendum . in gloſſ. ſic
patet.

1 *Crimen ab vno facto procedens vna l. punibile,ab vno tantum accuſatur.*
2 *Crimen ab vno facto procedens diuerſis legibus punibile , ab vno accuſatur.*
3 *Crimina diuerſa, ab vno facto procedentia , quomodo puniantur .*
4 *Crimina diuerſa ab vno facto procedentia,an à pluribus accuſantur.*
5 *Accuſatores plures, quando interueniunt , idoneior eligitur.*
6 *Accuſatores plures ſuper diuerſis criminibus quomodo ad accuſandum admittantur.*
7 *Condemnatus de crimine,an iterum accuſatur.9.11.*
8 *Pænarum ciuilium functio eſſe poteſt.*
10 *Lex ſeruari debet.*
12 *Abſolutus de crimine,an iterum accuſetur.*
13 *Inquiſitionis via,an pluries contra reum agatur.*
14 *Denunciationis via,an pluries contra reum agatur.*
15 *Ciuiliter,an pluries agi poſſit de crimine rei.*
16 *Agi de crimine , an primo ciuiliter, & poſtea criminaliter poſſit.*

DE his. ¶Si quæris vtrum, & quando de cri- mine alicuius pluries agi,ſeu quæri poſ
ſit. Diſtingue, aut quæris vtrum poſsit pluries
quæri, vel agi criminaliter , aut vtrum poſsit plu-
ries quæri vel agi ciuiliter , aut vtrum poſsit agi ,
primo criminaliter, & poſtea ciuiliter, vel contra. In primo,
caſu refert, aut quæris vtrum poſsit agi per viam accuſatio-
nis , aut per viam denunciationis.In primo caſu , refert, quia
aut quæritur vtrum poſsit pluries accuſari eodem contextu ,
ſiue tempore, hoc eſt quòd nondum finito primo iudicio per
ſententiam,alio agatur , aut vtrum poſsit agi, vel accuſari ſuc-
ceſsiuè,hoc eſt quòd finito vno iudicio per ſententiam alio a-
gatur.In primo caſu, refert , aut quæritur vtrum poſsit agi ,
vel accuſari ab vno , aut à pluribus . Si ab vno tunc refert, ad
cuius intelligentiam eſt ſciendum , quòd quandoque ex vno
facto procedit vnum crimen tantum , quia vna lege duntaxat
punitur, quandoque ex vno facto procedit vnum crimen ,
quod duabus legibus punitur , ſub vna tamen conſideratio-
ne , quandoque ex eodem facto procedunt plura crimina,ſub
diuerſis conſiderationibus , quandoque ex diuerſis factis pro
1 cedunt diuerſa crimina . †Redeo ad primum , dico, quòd quã
doque ex vno facto procedit vnum crimen tantum , quod
vna lege duntaxat punitur, verbi gratia, aliquis interfecit ho
minem , hic eſt vnum crimen , ſcilicet , homicidij , quod
vna lege tantum, ſcilicet Cornelia,de ſicarijs punitur . Et con
ſtat , quòd talis non poteſt accuſari, niſi ab vno. ita intellige,
2 C.eodem titulo,lege qui de crimine,primo reſponſo. † quan-
doque ex eodem facto procedit vnum crimen , quod diuer-
ſis legibus punitur , ſub vna tamen conſideratione , verbi
gratia, quandoque iudex pecuniam recipit à ſubiecto , ob ali
quod negotium faciendum , vel non faciendum , vnum eſt
crimen , quod ſub vna conſideratione duabus legibus pu-
nitur, vt lege Iulia repetundarum. & lege de calumniatoribus
vt ff. ad leg. Iulia.repetundarum,lege tertia. & ff. de calumnia
toribus, lege prima . Et iſto caſu licet diuerſimodè punia-
tur iſtud delictum , non tamen poteſt accuſari , vel puni-
ri , niſi per vnum accuſatorem , & vna lege tantum , ſic in-
3 telligitur. ff. eodem lege ſenatus , † quandoque ex eodem
facto procedunt diuerſa crimina , & tunc . Aut vnum,
ſe habet ad aliud , tanquam ſpecies , ad genus , verbi

 gratia,

gratia, aliquis interfecit parentem suum, hic committit crimẽ paricidij, & crimen homicidij, & vnum se habet ad aliud tanquam genus ad speciem, nam paricidium non est sine homicidio, sed homicidium bene est sine paricidio, & isto casu, si accusatio sit facta super homicidio, non potest iterum fieri super paricidio, quia vnum continetur sub alio, ar. dictæ. l. senatus. & hoc no, ibi glo. in. prin. Quandoque ex eodem facto diuersa, crimina procedunt. quorum vnum se habet ad aliud vt excedentis, & excessa. v. g. aliquis cognouit aliquam consanguineã suam alij nuptam, hic committitur adulterium, & incestum, & vnum potest esse sine alio, & tũc si accusatus fuerit ab vno de vno crimine, non potest ab eodem de alio accusari, licet ab alio possit, vt in d. l. qui de crimine. 2. respon. à contrario sensu, & no. Accur. ibi glo. fin. Quandoque ex diuersis factis procedunt diuersa crimina, & tunc potest quis ab vno, & eodem simul & semel accusari, vt C. ad l. fauiam de plag. l. j. ff. de accu.

4 l. liberorum. §. sed & si aliud. ff. de iniur. l. ait prætor. §. j. †Si quæris nunquid possit accusari à pluribus, tunc refert, aut de vno, & eodem crimine, aut de diuersis. Si de vno & eodem crimine, tunc, aut accusant per se, aut per vnum & eundem procuratorem. Si per se, tunc, aut plures veniunt ad accusandum obtẽtu, & ratione vnius officij, vt tutorum vel curatorum vnius, & eiusdem minoris, & tunc Iac. de Are. C. qui accu. nõ poss. l. senatus. dicit & per legem illam, & per legem tertiam, §. vlti. ff. de admi. tut. q̃ possunt. Et est ratio, quia plures ratione vni⁹ officij habentur loco vnius. vt ff. de pac. l. si plures. ſm cum.

Sed contra hoc facit. ff. de admi. tu. l. decreto, §. vlt. vbi dicit, q̃ duo tutores simul agere non possunt, sed ipse intelligit, q̃ ibi loquatur de impedimento facti non iuris, sed glo. ibi, & quidã solennis doctor Alanus de vale nomine. & Cyn. in d. l. senatus intelligunt de impedimento iuris, & quod idoneior est præferendus. Nam si admitterentur ambo impedirent se concursu, quia forte vnus negaret, & alius affirmaret, & ideo rationabile est dicere in eo casu idoneiorem eligendum. arg. ff. de collu. detegen. l. fin. Aut plures veniunt ad accusandum non obtentu vnius officij, & tunc refert, aut neuter eorum impeditur, & tunc, Aut accusant super vno crimine, & tunc si veniant simul eligitur idoneior, vt ff. eodem. l. si plures. & de popu. act. l. 3. & j. de collu. deteg. c. j. & hoc not. Innoc. j. eodem. olim glo. pe. & Vinc. & Host. & Io. And. ibi dicentes, q̃ plures simul admittuntur ad prosequendum inquisitionem, vt ibi, & j. eo. in c. prælatorum. & ad prosequendum accusationem. j. eod. c. licet. &

5 ad prosequendum exceptionem. ſ. de exce. dilecti. †Sed licet, possint esse plures accusares, & exceptores, & denunciatores, & inquisitionis promotores, tamen de illis magis idoneus eligetur, vt in dictis ll. qui quasi principalis erit, & alij possunt assistere & iurare. ar. ſ. de testi. insuper. secundum eos. idẽ Arch. 2. q. 3. Euphemium. idem Spe. ti. de inquisitione, §. j. ver. itẽ & procurator. sed in tit. de offi. om. iud. §. de seru. ver. vt aũt in hoc mẽbro ibidem, est in prosecutione inquisitionis dicit q̃ in persecutiõe inquisitionis plures possunt eligi, vt hic, in fi. & probat. j. de simo. licet hely. §. cum ergo. Si non veniant simul, tunc nõ possũt plures accusare, sed vnus. ſ. primus tm accusat, siue eadẽ lege, siue diuersis legibus puniatur, vt hic, & ff. eodem l. senatus Si plures volunt accusare, vel denunciare, vel excipere, vel inquisitionem prosequi, per vnum & eundem procuratorẽ possunt, nec procurator cogitur eligere cuius nomine prosequitur, quia ibi cessat ratio legis, ff. de exerci. act. ne in plures. ſm Inno. & Host. & Io. And. j. eod. olim. & est expressum, ff. de iudic. solui. l, iam tamen. §. in hac stipulatione. & §. seq, & hoc intellige in casibus in quibus admittitur procurator, quod dic vt

6 dixi. ſ. eodem, de procura. tuæ. †Si plures accusant de, & super diuersis criminibus, tunc refert. Aut sunt diuersa crimina ex diuersis factis procedentia, & tunc quilibet suo crimine accusare potest, vt C. ad l. fauiam de pla. l. j. Aut ex eodem facto procedentia, & tunc. Aut vnum se habet ad aliud tanquam genus ad speciem, & tunc non possunt, vt d. l. senatus. Aut se habent, vt excedentia & excessa & tunc possunt, vt d. l. qui de crimine, 2. respon. Aut primus accusator impeditur accusare, & tunc dicit glo. in d. l. qui de crimine, quod tunc admittitur alius intra,

30. dies, vt fl. eod. l. libellorum. in fin. sed si illa glo. esset vera resultaret absurdum, ſ. quod crimine remanerent impunita. ff. ad l. aquil, l. ita vulneratus. j. de senten. excommu. vt famæ. Iõ dic secundum Petr. de bel. perti. & Cyn. ibi, quod quando vnus accusat. Aut prosequitur, & tunc non potest alius accusare, vt ibi, j. respon. Aut differt, & tunc debet iudex ei terminum assignare, intra quem procedat, vt C. qui accusa. non poss. le. si ea. & si intra tempus non prosequitur, alius poterit accusare nedum intra 30. dies, sed etiam perpetuo, quandiu durant iura, accusationis, quæ regulariter durant 20. annis. vt C. de fal. lege querela. Nec obst. l. libellorum. quia intelligitur, quando reus delatus desistente accusatore impetrat abolitionem, hoc est, vt nomen suum aboleatur, & princeps concedit, tunc. n. non potest ab alio, nisi intra 30. dies accusari. Sequitur de secundo membro principali, subdistinctionis, quod est propria materia huius. c. ſ. vtrum finito primo iudicio, seu finita prima accusatione, per sententiam, possit iterum accusari, & tunc sunt opiniones. Quidam Io. 2. q. 1. prohibentur, super verbo non põt, dicunt quod siue quis sit condemnatus, siue absolutus, tamen super eodem crimine sepius agi non potest, vt hic, & ff. nauf. cau. ſta. l. licet. §. vlti. j. de collu. dete. capitu. fin. quia non iudicat Deus bis in idipsum. Naum. c. 1. 81. dist. præsbyter, & hanc opi. ponit Inno. j. de pur. can. cum dilectus. glo. de alio crimine. Alij dicunt quod quando fuit condemnatus, bene iterum inquiritur, vel agitur de eodem crimine. Sed quando fuit absolutus, secus. vt hic. & hanc opin. ponit Inn. in d. glo. Archi. 2. q. 1. notum. in gl. adde ad idem &c. Alij distinguunt, quod aut

7 fuit condemnatus, aut fuit absolutus. † Si fuit condemnatus, aut poterat accusari ad vnam pœnam tantum, & tunc planũ, est quòd non potest iterum accusari, quia paria sunt, aliquem esse absolutum, vel esse condemnatum & soluisse. ff. de exce. rei iudi. l. si quis cum totum. §. plane, & solutione eius, quod debetur tollitur omnis obligatio. insti. qui. mod. tol. obliga. in princ. ff. de fideicommis. l. si à reo. §. id quod vulgo, Aut poterat accusari ad plures pœnas, & fuit accusatus & condemnatus ad vnam tantum, & tunc refert, secundum quosdam quos sequitur Pe. de bell. perti. in d. l. qui de crimine. Aut fuit accusatus & condemnatus ad maiorem pœnam, & tunc non potest amplius accusari. Aut fuit accusatus & condemnatus ad minorem pœnam, & tunc potest accusari ad aliam maiorem pœnã, vt ff. de priua. delic. l. 2. ff. de act. & oblig. l. cum ex vno. & l. qui seruum. saltem in eo quod excedit. ff. de regu. iur. l. nemo, ex his. §. quotiens. ff. commodati. l. vnde quæritur. & expressiũs: ff. vi bono. rapto. l. j. de act. & oblig, l. quotiens. Et hanc opi. tenet Cardi. j. de vsur. in rubri. in fin. lib. 6. per c. j. ſ. de officio. ordin. & per c. cum sit generale. ſ. de foro compe. & c. fœlicis. §. per hoc quoque. j. de pœn. lib. 6. vbi idem tenet Cardin. Per hoc facit optime. C. de sacrosanct. eccle. l. placet. 16. q. j. placet, vbi punitus primo per ecclesiasticum iudicem, secundo per secularem iudicem puniatur, ad idem. j. de maledi. cap. 2. in extra uagan. Ioann. 22. quæ incipit dierum. in fin. & in hoc satis concord. Guiliel. in d. §. per hoc quoque dicens, quod per vnam

8 pœnam non tollitur alia, nisi quatenus concurrunt, sed in resi duo remanet alia per ll. alleg. Sed certe si audacia tribuatur illẽ ll. ff. vi bono. rapt. l. j. & de act. & olig. l. quotiens. † loquuntur, in pœnis ciuilibus, & pecuniariis, in quibus pœnarum confusio seu functio potest habere locum. vt patet. C. de compen. l. vlt. & ſ. depositi. cap. bona fides. in fi. & in quibus seu earum altera non agitur ad vindictam, vt patet in d. l. j. ff. vi bonor. rapto. vbi in actione vi bonorum raptorum agitur ad quadruplum, cuius simplum est rei prosecutio, sed in pœnis in quibus omnibus, seu quarum vtraque agitur ad vindictam, vt sunt pœnæ criminales, non habet locum prædicta distinctio, vt. ff. de iniu. l. quod senatus. & C. de sepul. vio. l. qui sepultura. Et hoc tenent Dyn. & Iaco. de Raueñ. ibi. & Inno. j. de pur. cap. cum dilectus, gloss. de alio crimine. alias incipit graues circa medium ver. quidam tamen dixerunt & Ioan. in d. §. per hoc super verbo addiderunt in nouella. Ideo posses probabiliter sic distinguere, quia aut fuit condemnatus, aut absolutus. †Si condem-

9 natus, tunc aut crimen erat tale pro quo non poterat imponi, nisi vna pœna, nec accusari, nisi ad vnam pœnam tantum, & ad illam fuit condemnatus, & tunc non potest iterum accusari vt est dictum, supra. Aut est tale pro quo possunt imponi plures pœnæ, & accusari ad plures pœnas, & tunc. Aut huiusmodi pœnæ criminales sunt imponendæ, per diuersos iudices diuersi fori, puta vna per iudicem ecclesiasticum, altera per iudicem secularem, & tunc accusatus & condemnatus, vna potest, nihilominus accusari, & condemnari, altera. vt patet in dicta lege placet. de sacrosanctis ecclesi. & in dicto capitu. placet. decima sexta quæstione prima, infra, de hæretic. excommunicamus. infra de crimine fal. ad falsariorum. & in dicto capitulo fœlicis. §. per hoc, quoque, infra de pœnis. libro sexto, & infra de male. capitulo secundo. in fine. Et est ratio, quia iudex ecclesiasticus, & secularis, non debent, alter alterius iurisdictionem impedire. supra de iudic. nouit. in principio. sed potius se iuuare decima distinctione, quoniam

qm. 96. distinctio. cum ad verum. 22. distin. nec licuit. & no. Bernard. in dicto. capitulo secundo glo. argumen. quod &c. Aut sunt imponendæ per eundem iudicem, seu eosdem iudices eiusdem fori, & tunc. aut pœnæ huiusmodi introducũtur per eandem legem, aut per diuersas leges. Si per eãdem legem, tunc, Aut per eandem legem introducitur pœna generalis, & pœna specialis, & tunc sanctio legis generalis cessat per specialem. exemplum. de. l. cor. de fal. cuius. l. pœna generalis non habet locum in casibus in quibus specialis pœna imponitur, sic intelligitur. ff. de pœ. l. sanctio legũ. Et est rõ, quia in dispositione legis eiusdem generis, per speciem derogatur, vt patet in dispositione testatoris. ff. de ali & cibaria. lega. l. alimenta. §. basilicæ. & l. stichus. in princ. quæ est lex in authen. de nup. §. disponat. col. 4. Aut per eãdem legem introducitur duplex pœna specialis, & tunc vna per aliam non tollitur, vt patet. ff. ad l. Pompeiam de parricidijs. l. pœna parricidij. C. de secun. nup. l. 1. & fi. j. de rapto. in archiepiscopatu. & in dicto c. secundo. de maledi. & in d. c. felicis. j. de pœnis. lib. 6. de re iudica. cum æterni. qd' dic per Hostien. in d. c. in archiepiscopatu. Et est ratio, quia lex debet esse certa & breui sermone conscripta. C. de nouo codi. fa. constitutione vnica. §. quibus. 4. distinctio. erit autem lex quod non esset, si altera tantum imponeretur. †imo quod plus

10 est lex non seruaretur, quæ tamen seruari debet. C. de legi. l. leges sacratissime. ſ. de constitu. c. 1. †idem videtur dicendum, si

11 per eandem legem introducerentur duplex pœna generalis eadem ratione, si pœnæ ambæ vel plures introducuntur per diuersas leges, tũc neutra per alteram tollitur, sed accusatus, seu condemnatus vna potest alia accusari, seu condẽnari, siue vtrãque pœna sit generalis, siue vtraque specialis. vt in d. l. qui sepulchra. C. de sepul. vio. siue altera generalis, & altera specialis Vbi. n. vna lex introducit pœnam specialem, & alia introducit generalem, tunc simul concurrunt, vt patet. C. de legi. l. nõ dubium. & de sacrosanct. eccle. l. iubemus. §. sane. nam ibi habetur contractus pro infecto secundum l. non dubium. Et nihilominus est pœna specialis quæ imponitur in d. §. sane, secundum Iacob. de Rauen. in d. l. qui sepulcha. Idem videtur tenere Specu. hoc titu. §. j. in prin. dicens quod pœna municipalis, non tollit pœnam legis licet glo. in l. alle. sanctio legum. videatur intelligere quod pœna generalis non habet locum, & q̃ eo casu generi per speciem derogatur, & quod ita loquitur lex illa, & credo quod male, quia ibi loquitur de duabus pœnis introductis per eandem legem, quod probat tex. ibi, quia ipsa lege. &c. Si fuit absolutus, tunc aut est absolutus ab obseruatione iudicij, seu instantia tantum, puta quia accusatori silentiũ imponitur, vt indigno, quia non erat legitimus accusator, 6. qõe vltim. c. vltim. §. actor. & not. Ber. ſ. eod. titu. glo. fin. in fin. & tunc taliter absolutus, poterit iterum accusari, vt no. Ioann. 5. q. vltim. epiphanium. glo. penul. & Archid. ibi. & eo. hic, & j. eod. veniens. in fin. idem Ioan. Andr. ſ. eodem. c. j. pro hoc de iudic. examinata, in fi. cum concor. ibi alleg. Aut est absolutus, ab impetitione accusatoris, i. à crimine, seu ab accusatione intentata, & tunc, aut quæris vtrum per illum accusatorem, à cu

12 ius impetitione, seu accusatione est sententialiter † absolutus, possit iterum accusari, & dic, q̃ non, obstante exceptione rei iudica. ff. de excep. rei iud. l. cum quæritur. & l. seq. & seq. & per totum. ſ. de re iud. inter monasterium. versi. non obstante. ibi cum fit à contrario. C. quando prouo. non est necesse. l. j. 2. q. 1. diffinitiua. Vnde quo ad eum qui accusauit sententia pro veritate habetur. ff. de statu homin. l. ingenuum. ff. de regul. iuris. l. res iudicata. ſ. de re iudica. cum inter vos. in fin. Aut vtrũ possit iterum accusari per alium, & tunc aut iste volens iterum accusare non prosequitur suam vel suorum iniuriam, & tunc, auditur si primum accusatorem arguit de præuaricatiõe, alias 15 non, vt ff. de iureiur. l. eum qui. §. in popularibus. de præuarica. l. 3. C. de accusatio. l. si quis homicidij. Aut prosequitur suã, vel suorum iniuriam, & tunc auditur, dummodo doceat se ignorasse accusationem ab alio institutam. ff. de accusa. l. si cui. §. hisdem. & ad leg. Iuliam. de adulte. l. si maritus præuenerit. §. fin. vt no. hic Bern. quia aliàs non auditur, quia de delictoui hominis pluries quæri non debet, ff. nau. caupo. stabu. l. licet. §. vltim. & 35. quæstio. 9. veniam, Sed qualiter docebit de ignorantia, cum semper illa præsumatur, & ex alia parte debet probari scientia. ff. de admi. tutor. l. hæc autem, de proba. verius. infra de regulis iuris. cap. præsumitur. libr. 6. cum concor. ibi, alleg. Dic quòd docebit indirectè, dicendo se fuisse absentem, cum accusatio fuerit instituta, & sic potuit ignorare, vt supra, qui matri accus. poss. cum in tua. ideo autem probare tenetur quia sententia lata est pro qua præsumitur, supra de renuncia-

13 tione cap. in præsentia. †Si quæritur vtrum possit pluries agi, de crimine alicuius per viam inquisitionis, vel vtrũ post inquisitionem factam, possit alias iterum de crimine quæri, refert. Aut quæritur in crimine hæresis, & dic quòd sic, quod dic vt legitur & not. j. de hæreti. c. per hoc. lib. 6. eodem titu. cap. multorum. in clem. Aut quæris in alijs criminibus, & tũc, aut iudex inquirit ad denunciationem alicuius, aut ex officio suo mero. Si ad denunciationem alicuius. tunc dic, vt not. Specul. titul. de inquisitione. §. nunc videndum. versic. vltimo quæritur. vbi dicit q̃ si aliquis denunciat crimen iudici nominando certas personas, & iudex contra eas inquirit, inquisitione facta ad postulationem eius non poterit postea eas accusare. arg. ff. de accusatio. si cui. de tributo. quòd in hæredem. §. eligere. secus si non nominauit aliquos. ff. de custodia. reo. l. diuus. de adulte. l. 1. §. j. secundum Specu. ibi, & Gos. hic, Sed vtrum alius eas poterit accusare, dic vt in membro sequenti, Si ex officio, tunc, Aut quæritur, vtrum post inquisitionem per officium iudicis inchoatam possit procedi per viam accusationis, aut vtrũ possit procedi per viam alterius inquisitionis. Si per viam accusationis, tunc. Aut ante sententiam in causa inquisitionis latam superuenit ordinarius accusator. & tunc cessat inquisitio, & admittitur accusator. Aut post sententiam latam in causa, inquisitionis superuenit, & tunc non tollitur effectus inquisitionis legitimæ, nisi probaretur præuaricatiue processum. ff. de præuari. l. præuaricationis. de libe. homi. exhiben. l. 3. §. si tamen. postea, & de accusa. l. si cui. §. iisdem. & ad l. Iul. de adulterijs. l. si maritus præuenerit. §. si autem. vt no. Dyn. j. de regul. iur. cap. factum legitime. lib. 6. & Ioan. And. post eum ibi, qd' cap. facit pro secundo membro. Quidam tamen tenent contrariam dicentes, quòd postquam inquisitio est inchoata, non cessabit propter accusatorem superuenientem, vt notat Cyn. C. de accusatio. l. ea quidem. ad fin. & in l. si quis homicidij, in 2. q. sed primum videtur verius. Si per viam alterius inquisitionis, tunc vide quod not. Bernar. ſ. de statu monacho. c. vlti. §. quod si Abbas. glo. quia de plano. vbi dicit quòd postquã de delicto alicuius est semel inquisitum, non est amplius quærendum. ff. nau. caupo. stabu. l. licet. in fi. ſ. de offic. licet idem tenet Spec. titu. de notorijs criminibus. §. sciendum. versi. porro, argum. j. de collusio. de tegen. cap. fin. in fin. Cum inquisitio accusationi succedat, & infamia in locum accusatoris. j. de simonia. licet hely. & vide quod ipse Specu. notat rubrica de inquisitione. §. fin. versic. fin. idem Hostien. in summa eodem titu. §. & qualiter procedatur in fin. & Dyn. infra de regulis iuris, cap. factum legitime, in fi. libr. 6. Quod verum secundum Hostien. in d. cap. vltim. in glo. sed nunquid, nisi vbi primo ageretur indirectè, & postea directè, ſ. de testibus, cap. veniẽs, & cap. cum in tua, vel uisi primo semiplene, & postea plene, inquisitio fiat, supra de foro competẽti: cap. si clericus, & de appellatio. constitutus. ff. de liber. agno. l. si quis à liber. §. si vel parens, vel nisi processui aliud opponatur. supra de probationibus. quoniam. infra eodem, ad petitionem secundum Hostiensem. †Si quæritur vtrum possit agi, pluries de crimine,

14 alicuius per viam denunciationis, vel vtrum post denunciationem factam possit aliàs iterum de crimine quæri, tunc dic, vt notat Innocen. infra. de purga. cano. cap. cum dilectus', glo. de alio crimine. Et non solum si per sententiam, quis fuerit absolutus non potest iterum agi, sed etiam si per dispensationem fuerit crimen remissum pœnitentia peracta, quia crimina semel dimissa &c. de pœniten. distinctione. 4. diuina: quod dic per Hostien. in summa eodem tit. §, quid sit effectus sub. §. sed nunquid, versic. pœnitentialis. & seq. vel si crimen per abolitionem fuit remissum, 2. q. 2. §. notandum, quod tamen in

15 tellige, vt dicam infra eodem licet. distinctione. 2. † Sequitur, de secundo membro principali distinctionis, scilicet vtrum, possit pluries, agi ciuiliter de crimine alicuius, & tunc vide q̃ nota. glo. instituta si quadrupes. paupe. fecisse dicatur glo. fin.

16 †Sequitur de tertio, scilicet vtrum possit agi primo criminaliter, & postea ciuiliter vel econtra, & tunc dic, vt notat. gloss. C. ad l. aquiliam. l. ex morte, & quando ciui, ac. cri. præiu. l. vna. & de his duobus vltimis membris dixi, supra de ordi. cognit. cum dilectus, §. nos autem. vide etiam, quod notat Ioannes, & Archidiaconus, secunda quæstione quinta. habet p priuum, glossa. finalis: & trigesima tertia quæstione secunda, admonere.

1 *Notorium alibi, quam vbi agitur, non reuelat ab onere accusandi.*

2 *Notorium reuelat ab onere accusandi.*

3 *Notorium non releuat à denuntiatione euangelica.*
4 *Denunciare nemo tenetur.*
5 *Notorium non releuat à proponendo.*
6 *Notorium releuat à probandi onere.*
13 *Conceſſo vno, an inde ſequentia cenſeantur conceſſa.* 15.
14 *Pater tenetur emere libros filio in ſcholis.*

EVidentia. ¶Si quæritur vtrum notorium releuet ab onere accuſandi, inquirendi, & denunciandi, proponendi, ſeu probandi. Diſtingue.†Aut factum eſt notorium in motis, non ta
1 men eſt notorium in loco vbi agitur, ſeu iudici, coram quo agitur, & tale non releuat ab onere aliquo pluſquam ſi non eſſet in aliquo loco notorium.j.eodem.qualiter.2.verſi.& in geneſi.ſm Hoſt.hic, quod dic, vt dixi.ſ.de iureiur.c.ad noſtram
2 3.†Aut eſt notorium in loco vbi agitur, & iudici corã quo agitur, & tunc, Aut quæris vtrum releuet ab onere accuſandi, & dic ꝙ ſic, vt hic, & 2.q.j.manifeſta, Aut ab onere inquirendi, & dic quòd ſic eadem ratione, quia inquiſitio eſt quædam accuſatio, & appellatione accuſationis generaliter ſumptæ continetur. Item alia ratione, quia inquiſitio propriè ſit contra criminoſos diffamatos, non tamen notorios, vt in d.c. qualiter &
3 qñ. 2.†Aut ab onere denunciandi, & tunc, Aut quæris de denunciatione euangelica, & ab illa non releuat, quominus ad eã quilibet catholicus teneatur, ſicut ad alia opera charitatis, iuxta ea, quæ leguntur.& no, 2.q.j.ſi peccauerit.per Hoſtien.ſ.de iudi.nouit.de teſti.c.in omni.& per Cardi.j.de relig.do.capi, vnico.libr. 6.& hoc notat Bern.j.e, ex parte, gl.j. ibi; immo potius tenetur eum denuntiare &c.ſ.denuntiatione euangelica,
4 ſecundum Inno.ibi.†Aut de alia, & ad illam licet, quis non teneatur, volens tamen admittitur. argu.C.de accu.l.ea quidem quod dic, vt no.j.de cenſi.Romana.§.notoria.li.6. ſecundum, Hoſtien.hic.& ita intellige quod no.Ber.j.de ſimo. licet hely,
5 in princ.glo.in notorijs.†Aut ab onere proponendi, & dic, ꝙ non, vt no.Io.And.& Ger.extra de app.c.appellanti. in clemẽ, ſuper verbo cauſas alias, & ſuper verbo, nec proceſſus.in cle. licet Bern.& Hoſt.innuant contrarium.ſ.vt lit.non conteſt.accedens.j.glo.1.quod dic vt dixi.ſ.de iureiur.ad noſtram.3. diſ,
6 1.ver. ſi quæris de ſecundo &c.†Aut ab onere probãdi, & dic ꝙ ſic.ſ.de elect.c. bonæ.j. §.licet.& §.contra legati.& hoc tenet Ber.& Hoſt. hic.& Io.And.& Ber.in d.c.appellanti. Nota tamen ꝙ licet factum notorium negari non poſſit.vt 16.diſtinct.quod dicitis.8.q,1.licet.12.q.2.qui & humanis, alias qui & diuinis. ſ.qui ma.ac.poſſ.c.fi.Qualitas tamen facti notorij, negari poteſt.vt 15.q.6.c.j.in fi. vnde poteſt dicere coactus feci, ſed non poteſt dicere non feci, vt hoc no.Archi. 54, diſt.c. 2.in glo, adde, dic ꝙ hoc contrarium &c. Et primiſſa intelligas nedum de notorio facti, ſed etiam de notorio iuris, vt ff.ad le. aquil.perinde.de adulte.l.j.§.publico.& C.de teſt. nullum. Et vtrum & quæ ſit differentia inter euidens, & manifeſtum, vide per Arch.11.q.3.c.eorum.in glo.& ideo no.

CVm. p. Manconella ¶Si quærtur vtrum laici, admittantur teſtimonium contra clericos, vel cõtra ſiue in foro eccleſiaſtico, ſiue in foro ſeculari, diſtingue vt dixi.ſ.de teſti.c.decetero.diſ.j.

Super eo. c. ¶Si quæritur vtrum laici admittantur, ad accuſandum clericos, vel contra, Diſtingue, vt dixi in d.c.decetero.ſ.de teſtimo.diſt.2.

Super eo.c. ¶Super gl.fi. vide quod no.Ber.j.de purga.ca.cum in iuuentute.in fi.& quod dicã eo.tit,c.inter ſolicitudines.§.quod ſi forſan.

1 *Monachus accuſat Abbatem & priorem.*
2 *Monachus accuſans Abbatem obtineat licentiam ab epiſcopo.*
3 *Monachus an accuſet fratres, & extraneos.*
4 *Monachus facit euangelicam denunciationem.*
5 *Monachus denunciare poteſt.*
6 *Monacho pro cauſa accuſationis à monaſterio expenſæ miniſtrẽtur.*
7 *Monacho cauſam ſuam proſequenti, an miniſtrentur expenſæ, à monaſterio.*
8 *Monachus agens procuratores conſtituit.*
9 *Canonicus regularis accuſat, & denunciat.*
10 *Religioſus accuſat & denunciat.*
11 *Clericus denuncians ad vtilitatem eccleſiæ, & ab ea debet expenſas.*
12 *Abbati accuſato miniſtrantur expenſæ.*

EX parte. ¶Si quæris vtrum, & quando, monachus poſſit accuſare, vel denunciare, & qñ ad hoc abbatis auctoritas, vel licentia requiratur, & quando ad hoc expenſæ, ei debeant per monaſterium miniſtrari. Diſtingue. Aut quæris de primo.ſ.vtrum, & qñ poſſit accuſare, vel denũciare.Et de ſecundo.ſ.vtrum, & qñ requiratur auctoritas, vel li
1 centia, & tũnc.†Aut vult denunciare vel accuſare Abbatem, vel priorem ſuum, & dic ꝙ põt, vt hic, & j.e.olim, niſi alia cã rõnabilis impediat, vt hic per Bern.in gl.1.etiam ſine licentia vel auctoritate ipſius Abbatis, vel prioris, ſm Inno.ſ.c.proxi. idem innuit Ber. hic, in princ.glo.& Hoſt.poſt eum. Cum in re, vel cauſa ſua nemo poſſit auctoritatem præſtare.vt ff. de auctorit.tut.l.pupillus obligari.inſti.de auct.tut.§.fi. Pro hoc facit quod no.Accur.C.de bonis quæ libe.l.fi.§. neceſſitate. dicens ꝙ in caſibus in quibus filius agit contra patrem, non requiritur patris auctoritas, & idem no.Guil.in Spec.titu.de auctore §.vnico.in 8.col.verſi.ſed quid ſi filiusfa.contra ipſum patrem.&c.†Caueat tamen iudex ne monachum admittat, ad
2 accuſandum Abbatem, niſi petita venia & licentia ab Epiſcopo, ſicut obtinet in filio, quando vult agere contra patrem.ff. de in ius vo.l.quique, §.prætor.ſm Roſ.Beneuen.& Archi. 2. q.7.cum paſtoralis.in gl.adde, ſit tamen iudex cautus, &c. & idem not.Guil.in d.§.vnico.in 11.col.ver.etiam excipit, vbi etiam no.de iſta materia, Hoc tamen fallit in denunciatione, euangelica.quam põt facere ſine aliqua venia, vel licentia petita vel obtenta, cum nemo à regula euangelica excludatur. 24. q,3.tam ſacerdotis.2.q.1.ſi peccauerit.vt notat Ber.hic glo. 2. verſi.denunciare.& Inno.& Hoſt.poſt eum, immo etiam Abbate contradicente, ſm Ala.& Io.An.Item qñ denunciat cum Papæ, iuxta c.quapropter.2.q.7.Aut vult denunciare, vel accuſare alios, puta fratres ſuos, vel extraneos, & tunc, aut quæritur de accuſatione, aut de denunciatione. †Si de accuſatione,
3 tunc, Aut eſt in ſcholis, vel alibi abſens, de licentia Abbatis vel prioris ſuperioris ſui, & tunc poteſt accuſare vel agere ſine licentia alia ſi eius intereſt, vt quia eſt iniuriam paſſus.argu. ff.de iudi.l.ſi longius.ſm Tanc.Vinc.Goffr.Ber.Hoſt.& Ioan. And.hic, quia ex quo eſt ibi de licentia Abbatis per conſequẽs omnia ei conceſſa intelliguntur, ſine quibus commodè ibi eſſe non poſſet.arg.ſ.de offic.delegati.c.præterea.& c.prudentiã & c.ſuſpicionis, Aut non eſt abſens de licentia Abbatis, & tũc. Aut non poteſt requiri, & haberi licentia, ſeu auctoritas, Abbatis, vel prioris, ſeu ſuperioris ſui ſine magna difficultate, & tũc forte poteſt accuſare ſine licentia, vel auctoritate ipſius.arg.ff. de iniur.l.ſed ſi vnius.§.ait prætor.& §.filio.vt no.Io.2.q.7.ca. fi.& 12.q.1.c.non dicatis.pro hoc facit.c.religioſi.j.de ſepult. lib.6.Aut poteſt ſine magna difficultate requiri ipſius auctoritas, vel licentia, & tunc non poteſt accuſare niſi Abbate impetrante, & vtilitate monaſterij exigente, 16.q.j.monachi. 2. & ſ.de poſtula.c.ex parte.ſm Ber.& Hoſt.hic & in ſumma e. ti. §.ſi quis poſſit accuſare, ſub §.poteſt igitur monachus. Fallit in caſu, vbi monachus accuſat illum cuius eſt concubinarius, illum enim ſine licentia Abbatis accuſare poſſet, nam cum ad hoc ſint concubicularij vt ſint teſtes dominorum ſi viderint eos malos, licite accuſabunt.2.q.7.cum paſtoralis, & ca.peruenit, quia niſi accuſarent non exequerentur laudabiliter officiũ ſuum, & etiam denunciare tenentur, ſaltem crimen committendum.2.q.7.cap.negligere, & c.ſancta, quippe.vt no.Innoc. ſ.c.proxi.& Archi.ea cauſa in ſumma ſuper verbo monachi. 2.q.7.c.vlti.glo.ſed contra extra &c.& Ioan.And.hic. Si quæ
4 ris de denunciatione, refert.†Aut de euangelica & illam facere poteſt, etiam non petita, nec obtenta cuiuſquam licentia, vel venia, etiam Abbate contradicente, ita poteſt intelligi quod no.Ber.hic in glo.2.verſi.denunciare, & Inno.& Ho.poſt eum vt ſ.dictum eſt.& maxime ne peccatum committatur. 22. q. 5.hoc videtur.ſ, de cog.ſpiritu.tua.ad pœnitentiam enim non ſolum fratrem, ſed etiam extraneum quemlibet fidelem etiam Abbate contradicente denunciare põt, quia ad hoc tenetur quilibet ſm Hug.& Hoſt.in ſumma e.ti.§. quis poſſit accuſare, ſub §. poteſt igitur monachus. vbi de hoc. Aut de alia, & tunc aut de illa quæ fit Papæ, iuxta.c.quapropter.2.q.7.& illa poteſt fieri, ne licentia abbatis, vt no.Arch.ea cauſa.& q.c.ſancta quippe in gl.ex hoc verbo.†Aut de alia & illã põt facere Abbate impetrãte, & vtilitate monaſterij exigẽte, alias nõ, niſi ſicut dictũ
5 eſt de accuſatione.†Aut quæris de tertio.ſ.vtrum ad hoc expenſæ

ſibi debeant miniſtrari, & tunc dicit Inn. hic, ꝙ ſemper ex quo admittitur ad accuſandum, vel inquirendum, vel denunciandum, habebit expenſas quæ expenſæ, ſm Ber.hic, & Hoſt.erunt neceſſariæ tantum, ſine quibus cauſa explicari nõ poteſt. Vnde per hoc patet ꝙ habebit nedum expẽſas victus, ſed etiam litis expenſas pro aduocatis, & alijs neceſſarijs litis, ſm Tancr.Vinc.& Ioan. And.hic, quod intellige in caſu, vbi
7 proprium non habet, alias ſecus.vt ſtatim ſequitur.†Si vero ꝓſequatur cauſam ſuam ſiue poſſeſſorio, ſiue petitorio agat, nõ habebit expenſas ſecundum Inno.& iſta ratione videtur, ꝙ nõ debet habere expenſas à monaſterio, ſi ſuam electionem proſequater, cum tunc non proſequatur ius eccleſiæ, ſed ſuum ꝓprium & priuatum, vt no.Inno.ſ.de arbi.ex parte.glo.& ideo circa princ.& Hoſtien.poſt eum.& Archid.in d.c.cum paſtoris.glo.adde item non habebit &c.vbi dicit Archid.ꝙ contrarium videtur, quia expenſæ dantur ſeruo proclamanti in libertatem.vt C.de ordi.cog.l.fin.cui legi poſſet reſponderi, ꝙ ibi loquitur quando proclamans in libertatem non poteſt aliunde habere expenſas, quam de rebus ſibi per dominum arreptis, quæ ſibi reſtituantur ſi obtineat, & in quibus ius habere præſumitur, vt dicit Hoſt.in d.§.admittuntur.verſ.& idem videtur, & tunc de illis rebus debet habere neceſſarias expenſas ad litẽ quæ eſt fauorabilis.ff.de reg.iur.l.libertas.hic ſecus.Contrariũ tamen.ſ.quod debeat habere expenſas cum nihil habeat, nota. Hoſtien.in ſumma.tit.de elect.§.quid iuris.verſi.hic autem, & Card.& Io.And.j.de elect.cupientes.§.ulti.libr. 6.& per iſtud c.Et credo ꝙ melius, niſi dicas.quòd primum dictum poſſit intelligi quando proſequitur electionem de ſe factum ad prælationem aliquam extta ſuum monaſterium.iuxta.c. ſi religioſus.de elect.lib.6.ſecundum vero, quando proſequitur electionem de ſe factam ad prælaturam ſui monaſteri. & vide, quod no.ipſe Archi. 2.q.7.c.ſi quis ſuper.§.ex his omnibus. col. in glo.adde.idem ſentit &c.& quod not.Goff.bene in libello iuris canonici.rubri.de ſta.mo.§.ſed quomodo hoc procedit. & §.ſed illud quæritur an monachus &c.vbi ſatis tangitur de iſta
8 materia.†Et nota quòd in illis caſibus in quibus, ſine licentia Abbatis monachus poteſt eſſe in iudicio, in eiſdem caſibus poteſt conſtituere procuratorem.arg.j.de reg.iur.c.penul.lib.6. ſecundum Ioan.And.& Gemi.extra, de procu.c.religioſus, in
9 cle.†Et quod dictum eſt de monacho, idem intellige de cano
10 nico regulari, vt ſ.de poſtu.ex parte.ſm Io.And.†Et idem eadem ratione poteſt dici in alijs religioſis ſiue non mendicantibus, ſiue mendicantibus.ſaluo eo quod dictum eſt de expenſis quas forte monaſterium mendicantium cum non habeat proprium, non tenetur miniſtrare monacho, ſeu religioſo ſuo.
11 †Item dicunt Goffr.& Hoſt.hic, & Io.And.poſt eos.quòd clericus ſecularis pauper denuncians, & vtilitatẽ eccleſiæ procurans, expenſas habebit ab eccleſia.arg.hic, & ff. quod cuiuſque vniuer.l.ſicut municipij.j.reſpon.de nego.geſt.l.qui aliena.§.fi. & in eo quod legi.& no.ſ.de elect.cum inter canonicos. & c. vt præteritæ.ſ.de procur.cum pro cauſa. Accuſans vero non habebit, quia talis illaudabilis genus intentionis arripit.2.q.7. c.ſi quis epiſcopus.Item Bar.Brix.in quæſtione venereali, quę incipit canonicus quidam.& Guil.in Spec. tit.de inquiſitio. §. vlti.& Archi.2.q.7. c.ſi quis ſuper.§.ex his omnibus colligitur in glo.adde idem ſentit &c.vbi etiam de hoc per Io.& in hoc concor.Hoſt.in ſumma.eod.tit.§.quis poſſit accuſare, ſub. §. admittuntur.verſi.& idem videtur vbi dicit quòd idem videtur dicendum in ſeculari, ſi egeat quod in monacho proprium non habente, quia nihil intereſt, quo ad hoc, vtrum proprium carere debeat, vel careat, immo plus eſt factis quam verbis.ff. de legi.de quibus.ſ.de capel. vt noſtrum.ergo ſubueniendum. eſt mendicanti, & egenti.ſ.de renun. ad ſupplicationem.ſ. de præben.cum ſm.de ſolu.Odoardus. & in hoc caſu ſubueniendum eſt ſeculari potius, quam regulari, qui forte proprium habet.ſ.de ſtatu mona.ſuper quodam.& c.cum ad monaſterium Et ideo regulari habenti loculos dico occurrẽdum, & hoc auxilium denegandum.ſ.de offic.ordi.c.quanto.ſ. ne cleric. vel monachi.c.2.ſecundum Hoſt.ibi.Item per iſtud, quod dicit, quod aduerſarius prouidet aduerſario in expenſis.& per l.ff.de inoffi.teſtamento.ſi inſtituta.§.de inofficioſo.& C. de carboniano edicto.l.fin.dicit Hoſtien.hic, & Io.And.poſt eum.idem de vxore indigente, ſi contingat matrimonium accuſari. Sed de hoc no.per eum plenius in ſumma eodem tit.in dicto.ſub §.admittuntur.verſi.quid ergo ſi contingat matrimonium accuſari.& præcedenti.& vide de hac materia quòd not.Guil.in Spec.rubric.de inquiſitione.§.vlti.in prin.& in verſi.itẽ pone, vbi notant quòd qñ Abbas procedit ad inquirendũ contra monachũ, ſm regularia inſtituta non tenetur ei miniſtrare expenſas pro aduocatis & alijs, quia tunc proceditur ſummariè, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij, quo caſu nullus ordo, nec appellatio admittitur, nec fit capitulorum copia, nec eſt vocandus, ad videndum iurare, per teſtes, & ſic nullas facit expẽſas, nec admitteretur etiam ad hoc faciendum.ſ.de app.ad noſtram.& j.eod.qualiter & qñ.2.in fi.Secus qñ procedit ſm formam iuris ad inquiſitionem, ſeu correctionem.vt hic.& j.eo.
12 olim.§, vlti.†Item Abbas accuſatus, vel denunciatus debet habere expenſas, vt ſe defendat, vſque ad finem cauſæ per l. alle. ſi inſtituta.ſm Ala. Vinc. & Bern. hic, in glo. 1.in fin. & Io. And.poſt eos.

Super eo.c.in fine. ¶Si quęris nunquid vno cõceſſo, conceduntur, & omnia, quæ ſequuntur ex eo, vel ſine quibus conceſſum expediri
13 non poteſt. Diſtingue.†Aut concedens non eſſet ſpecialiter, conceſſurus, illa quæ ſequuntur ex illo conceſſo, vel illa ſine quibus illud conceſſum explicari non poteſt, & tunc illa non intelliguntur conceſſa. Et ideo ſi epiſcopus ſuo ſubdito conceſſerit quòd ſibi poſſit eligere idoneum confeſſorem, ille, quẽ is elegerit in caſibus qui eidem epiſcopo reſeruantur, ſpecialiter nullam habet penitus poteſtatem, licet forte abſque hoc dicta conceſſio expediri non poſſit, vt quia excommunicatus eſt, à qua excommunicatione abſolui non poſſet ab inferiore epiſcopo.j.de pænis.& remiſ.c.ſi eps.& de reg.iur.c. in generali.lib.6.Aut concedens eſſet ſpecialiter conceſſurus illa, quæ ſequuntur ex illo conceſſo, vel illa ſine quibus illud conceſſum explicari non poteſt, & tunc aut quæris de illis quæ ſequuntur ad conceſſum, vel ex conceſſo.aut de illis, ſine quibus conceſſum explicari non poteſt.Primo caſu refert. Aut quæritur de illis quę ſequuntur ex neceſſitate, & illa conceſſa intelligũtur, vt ſi concedo tibi fundum, per hoc videor tibi concedere ſuperficiem, ſeu ędificium.ff.de actio.& obligatio.l.obligationũ, ferè.§.placet.verſic.ſit & in tradendo.de leg.j.l.ſi fundum ſub conditione.§.qui fundum.Aut quæris de illis quæ ſequuntur. ad illud conceſſum, non ex neceſſitate, ſed ex ordine, & tunc, aut eadem eſt ratio concedendi ſequentia, quæ eſt concedendi principale, & tunc conceſſa intelliguntur, ea quæ ſequentur. v.g.lex concedit quòd hæres debet mihi permittere inſpectionem teſtamenti, ipſe exhibet mihi, certe ex conſequenti permittere debet mihi legere, quia aliàs fruſtra concederetur inſpectio.Nam ratio cõcedendi inſpectionem eſt, vt ſciatur voluntas defuncti, & eadem eſt cauſa legendi, ideo ex conſequẽti legere mihi permittitur. ff.quemad.teſta.ape.l.2.§.inſpectio.
14 †ad idem facit quod no.gl.C.ad macedo.l.macedoniani.dicẽs, quod pater ponens filium ſuum in ſcholis ei libros emere tenetur. Aut non eſt eadem ratio concedendi ſequentia, quæ & principale, & tunc, aut conceſſio principalis facta eſt ex actu
15 ſtrictè interpretando, aut large.†Si ſtrictè, vt in delegatiõe, ſeu commiſſione cauſæ.ff.mandati.l.diligenter.tõc, cõceſſo vno, non conceduntur omnia quæ ſequuntur, in quibus non eſt eadem ratio, quod ſequeretur.argum.ff.de offi.proconſu.& leg. l.ſolent.& in his quæ no.Inno.ſ.de offi.deleg.ſignificaſti. gl. vlti. verſi.item ſecus.& verſi.ſeq.item non credimus.& Bern.& Hoſt.in c.ex literis. & Spec.rubri.de offic.delegat.§.ſequitur. ver.ſed nunquid poteſt bellum.Si conceſſio principalis facta eſt ex actu large interpretando, tunc ſequela eius concedi videtur. Et ideo ſi princeps concedat domum alicui, videtur ei concedere omnia conſequentia illius domus, vt C.de bo. vacan.l.ſi quando.lib. 10.per eandem viam.j.de cen.c. perpetuo. de priuileg.c.licet.§.cum conceditur.li.6.In ſecundo caſu.ſ.qñ quæritur de illis, ſine quibus conceſſum explicari non põt, dic quòd illa conceſſa intelliguntur.ff.de iur.om.iudi.l.2.de procur.l.ad rem, & l.ad legatum.ſ.de offic.deleg.præterea. & cap. prudentiam.§.vlti. & c.ex literis.patriarchæ.& c. ſuſpicionis. j.de ſen.exc.c.qñ.lib.6.Ad idem facit, quod.no.Ber.ſ. de offi. deleg.c.ſignificaſti.& c. vlti. glo.pen.& Hoſt.in c.alle.ex literis.dicens. quod nedum delegatus Papæ ad certum articulum datus, ſed etiam merus executor cenſuræ eccleſiaſticæ coertionẽ recipit contra oẽs, ipſum, vel illos, quos mittit pro expeditione miniſterij, ſibi iniuncti impedientes, exercere miniſteriũ ſibi iniunctũ, qđ no.Arc.2.q.j.ſicut gl.quæro pone.& Aſt. li.7.ti.de exc.mat.q.vtrũ illis quib.Licet Ho.& Io.An.in d.ca. vlti.& Gu.de mon.la.& Io.An.extra, de of.dele.c.vnico. in cl. contra, niſi habeat clauſulam illam contradict. Dicit ẽt Aſtẽſ. vbi ſ.q.vtrũ iudex.ꝙ de facto tenet, ꝙ iudex delegatus excõicare põt excõicantes loquẽdo, & comedẽdo, vel cõtrahendo, cum excõicatis ab ipſo, per iura allegata, licet alij contra.

1 *Inebriatione, an quis beneficio priuetur.*
2 *Celebrans post potum excommunicatur.*
3 *Celebrare non debet qui post mediam noctem cibum, vel potum sumpsit.*

Si constiterit. ¶Siquæritur vtrum inebriatio sit iusta causa ad priuandum aliquem beneficio suo, Distingue.† Aut quæris,
1 vtrum intrare tabernam, & semel inebriare sit iusta causa ad beneficij priuationem.& dic q̃ non, vt patet in eo, q̃ legi.& no.ſ.de vi.& honesta.cleri.c.à crapula.ſm Host. & Io. And.hic.Aut quæris vtrum frequenter inebriare, absque alio excessu sit iusta causa priuationis.& dic q̃ nõ, nisi prius sit monitus. sed si monitus non desistat, si est episcopus, presbyter, vel dyaconus, deponatur. si vero subdyaconus, vel inferior, vel etiam laicus, communione priuetur, vel verberetur. 25. distinct. eps, aut presbyter. & c. ante omnia. Et ita est hic casus, in quo peccatum mortale non inducit depositionem, nisi monitus non desistat, quod dic, vt no. Host. in summa ti. de temp. ordi. §. & cui. sub. §. tertia & nona. versi. pœna. & idem no. fr. Io. in summa conf. e. ti. de sobrietate ordinandorum. q. 4. quæ pœna &c. Aut vtrum inebriatio, aut solus potus in mane habita, vel habitus etiam ante auroram cum celebratione missæ sequẽtis sine dormitione sufficit ad hoc, vt quis beneficio priuari possit. & dic q̃ sic, vt hic. † Nam si quis post cibum, & po-
2 tum etiam minimum diuina celebrauerit excommunicationi subiacebit. 7. q. j. nihil. nisi digestus sit ad mane, vsq; ad sextam vel à tertia, vsq; ad vesperam. Nam si hora prima sacerdos celebraret debet ieiunare, vsq; ad sextam. Si à tertia vsque ad vesperam, ne videatur cum cibo Eucharistia commisceri. de cõsec. dist. 2. tribus. Hoc tamen hodie non seruatur, immo sufficit q̃ ieiunus celebret, & statim dicta missa potest comedere, de consuetudine generali, ſm Host. qui nec credit dormitionem necessariam, immo quies sufficit, & q̃ cibus possit esse digestus: Quid. n. si per totam noctem dormire non potuit, tunc sufficit cum quiete, illud spacium de quo loquitur. ſ. dictum. c. tribus. ſm Host. & Abb. & Ioan. And. quod intellige, verum de cibo, vel potu sumpto ante mediam noctem. † Si ve-
3 ro potest, tunc dic secundum beatum Thom. in vltima parte, summæ. q. 80. artic. 8. arti. 5. q̃ licet principium diei, secundum diuersos diuersimode sumatur, vt legi. & no. ſ. de offi. dele ca. consuluit. §. fi. & de ferijs. c. 2. Ecclesia tamen diem à media nocte incipit. Et ideo si post mediam noctem aliquis aliud sumpsit per modum cibi, vel potus, non potest eadem die hoc sumere sacramentum, potest vero, si ante mediam noctem. Nec refert vtrum post cibum vel post potum dormierit, aut digestus sit quantum ad rationem præcepti, refert autem quãtum ad perturbationem mentis, quam patiuntur homines, p̃ter insomnitatem, vel indigestionem, ex quibus si mẽs multum perturbetur homo redditur ineptus ad susceptionem huiusmodi sacramenti secundum Thom. idem fra. Io. in summa conf. ti. de sacramento Eucharistiæ. q. 65. vtrum qui post mediam noctem &c. idem Asten. lib. 4. eo. ti. de impedi. vsus Eucharistiæ. ad fi. Qui non credit ei quod dicit Host. ſ. in ver. nisi digestus sit &c. intelligendo de cibo vel potu sumpto post mediam noctem. & hoc teneas.

1 *Abbatis benedictio, an obiectu criminis impediatur.*
2 *Abbatissa benedici debet.*
3 *Abbatis benedictionis effectus.*
4 *Confirmatus à Papa ab inferiore non benedicitur.*
5 *Episcopus à Papa creatus non potest ab alio consecrari.*
6 *Testimonium qui sponte tulit, ab accusatione repellitur.*
7 *Testimonium qui coactè tulit potest accusare.*

Eminimus. ¶Si quæris vtrum benedictio abbatis, vel abbatissæ obiectu criminis oppositi debeat impediri. Distingue.† Aut obijciens non est legitimus,
1 & dic q̃ non. vt hic. & supra eo. c. j. cum ibi no. Aut est legitimus, & tunc dic quòd & in benedictione potest oppponi crimen in modum exceptionis, infra eodem, super his, secundum Innocen. Hostien. hic. & et, post benedictionem & pacificam possessionem, in modum accusationis, infra eodem accedens, ſm Host. hic. & de hoc plenius dicam ibi.

Super eo c. ¶Si quæris vtrum Abbatissa sicut Abbas debeat benedici, & in quibus differat, seu quem effectum habeant benedictiones eorundem, Distingue
2 †Aut quæris de primo, scilicet vtrum debeat benedici, dic q̃ sic, vt hic secundum Hostien. hic, quod verum in monasteriis in quibus abbatissæ, solitæ sunt benedici, secus si non consueuerint benedici, & sic inspicitur mos monasterij, vt extra de statu mona. cap. accedentes. §. statuimus: in clemen. à contrario, vbi hoc no. Ioan. And. & Goffr. de monte Laudun. super verbo benedici: ad hoc facit eodem ritul. cap. ne in agro. §. rursus. ver. monachi vero. & 12. q. 2. alienationes. Sed si aliquæ fuerunt benedictæ, aliquæ non, tunc si de more seruatæ per 40. annos constare posset, puto illum sequendum, licet prius, vel post seruatum fuerit contrarium, argumen. ſ. de præbend. cum de beneficio. libr. 6. Vbi vero affirmatiua, vel negatiua, tanti temporis non apparet, puto hoc voluntarium. in tantũ, quod Abbatissa non faciens se benedici intra annum à suæ cõfirmationis tempore computandum, non propter hoc incurrit pœnam. §. alleg. statuimus. quæ est quòd cadit ipso iure à iure suo, nisi causa rationabilis excuset illam, secundum Ioann.
3 And. & Gui. & Gen. ibi. † Aut quæritur de secundo, scilicet in quibus differant, seu quem effectum habeant benedictiones eorundem, & quòd in hoc quia Abbas benedictus potest monachos suos benedicere, vt ſ. de supplen. negligen. præla. c. 1. & minores ordines conferre, vt ſ. de ęta. & qualita. cum contingat, quæ omnia sunt mulieribus interdicta, quia virilia, seu publica officia non exercent: vt patet in eo quod legitur, & no. ſ. de maiori. & obedien. dilecta. de arbitr. dilecti. infra. de pœnis noua quædam, secundum Hostien. & Ioan. Andr. hic, idem Ioan. And. & Gem. infra. §. allegato statuimus super verbo benedici.

4 Super eo. c. ¶† Hic innuitur quod confirmato à papa, non potest impendi benedictio, siue confirmatio sine mandato, seu licentia Papæ, ar. ſ. de tempor. ord. cum in distribuendis. vt lit. penden. ecclesia. 2. j. de elect. si eo tempore in fi. lib. 6. † vbi Ioan. An. no. argumen. quòd si Papa prouidit alicui de episcopatu, alius, quam Papa sine ipsius mandato illum non poterit consecrare. argumen. etiam huius cap. quod verum, nisi consuetudo ecclesiæ aliter se haberet, supra de electio. nihil. in fine. secundum Ioan. Andr. hic. qui ita intelligit dictam glossam suam, in capitulo allegato. si eo tempore.

Super eo. c. ¶Ad declarationem glo. fin. si quæris, vtrum semel ferens testimonium, in causa criminali contra aliquem ab accusatione ipsius repella-
6 tur. Distingue.† Aut hoc fecit sponte, sine coactione, & tũc sic, quia præsumitur inimicus, vt hic. & ſ. eodem cum p. & 4.
7 q. 3. cap. placuit. §. item in criminali. † Aut hoc fecit coactus per iudicem, & tunc non repellitur, quia tunc bonum obedientiæ, ab omni suspicione & calumnia eum excusaret. 23. q. 1. quid culpatur. ſ. de tempo. ordinan. ad aures, secundum Hostien. & Ioan. An. hic. sed de hoc dic plenius vt dixi. ſ. de test. fraternitatis. dist. 2.

1 *Citatus, an mortuo iudice coram eius successore comparere teneatur.*
2 *Abolitionis definitio.*
3 *Abolitionis diuisio, & effectus.*
4 *Abolitio in certis casibus non conceditur.*
5 *Accusator quando ab accusatione desistat. 7.*
6 *Accusare nemo cogitur.*

Licet. ¶Si quæris vtrum citatus† coram aliquo iudice ipso iudice mortuo, vel mutato, in termino citationis, coram successore ipsius cõparere teneatur. Host. hic super verbo accessisses, indistinctè videtur dicere quod non, nam terminus videtur circunscriptus fuisse. ar. ff. de re iudic. lege in sententijs, alias in summa. §. fin. iudi. fol. l. cum apud Sempronianum. C. de iudic. lege properandum. §. sinautem, in medio triennij. Vnde quamuis subrogatus succedat in causa, vt ibi. & ff. de iudi. l. mortuo iudice. non tamen in edicto, immo requiritur, quòd de nouo citetur. ff. de iud. l. & post edictum. de regu. iur. l. Neratius, quare & iudex subrogatus non minus anno debet habere, vt in dicto. §. sinautem in medio secundum Hostiens. hic. Idem Archidiac. 3. quæstione 9. caueant. gloss. adde, vt legitur & nota. &c. dicens etiam q̃d à successore semel debet citari, licet decessor miserit peremptorium, vt not. C. quomodo, & quando iudex. l. consentaneum.

taneum. quorum dictum in alio citante, quàm in Papa saluari potest. Sed citatus ad curiam qui ire, seu mittere tenetur Papa mortuo ire vel mittere tenetur, vt no. Io. And. & Ge. extra de elec. ne Romani §. vlti. super verbo ex quacunq; causa. in cle.

Super eo. c. in fine. ¶Si quæris. Quid est abolitio, quot sunt species abolitionis, quis effectus cuiuslibet, & quando, & vsq; ad quot tem-
2 pus liceat ab accusatione incepta desistere. † Aut quæris de primo. ſ. qd sit abolitio, & dic q̃ abolitio est accusationis peremptio, vt nota. Host. in sum. ti. de calum. §. qualiter sine metu. & Spe. tit. de notorijs criminib. §. sciendum. aliàs est sub rubrica.
3 de abolitione. † Aut quæris de secũdo. ſ. quot sunt species abolitionis, & quis sit effectus cuiuslibet, & dic quòd tres. alia est. n. legitima, alia generalis siue publica, alia priuata, vt not. Accur. C. de aboli. in rub. & Io. 2. q. j. prohibẽtur. in gl. triplex &c. & Spe. in d. §. sciendum. Legitima abolitio est illa, quæ per legẽ conceditur, videlicet quando nomen rei per mortem abolet-ur, vt C. si reus vel accu. mor. fue. per totum. Et hæc abolitio quandoq; in totum extinguit crimen, vt regulariter, quando reus accusatus moritur. Quandoq; extinguit tantum instantiam siue iudicium, vt quando moritur accusator vbi datur alij facultas accusandi de vno intra. 30. dies vtiles, vt ff. de accu. libellorum. §. fin. C. si reus vel accu. mor. fu. l. 1. & 2. & l. defunctis. Generalis seu publica abolitio est illa, quæ fit per principem, quando ob publicam lætitiam, forte propter victoriam hostium, vel aliam rem prosperè gestam, vel ob diem insignẽ, vel filij natiuitatem princeps mandat, vt omnes accusationes tollantur & perimantur. Et isto casu non extinguitur crimen per tàlem abolitionem, sed iudicij obseruatio, ideo intra dies. 30. datur potestas denuo accusandi, iuxta ea quæ leguntur, & no. ff. ad turpil. l. abolitio. & l. seq. & l. aut priuatur. §. 30. C. de generali aboli. l. 1. & 2. & 3. Priuata abolitio est, quæ fit à principe vel à præside, seu alio qui habet cognitionem meri & mixti imperij, & per quam vna tãtum accusatio extinguitur, vt hæc sit causa cognita, & præsentib. partibus, vt C. de generali abo. l. abolitio. Potest tamen accusator qui auctoritate præsidis desistit impetrare à principe vt possit eundem denuo accusare; & hæc vocatur abolitio abolitionis, & de hac tractatur. C. de generali abo. l. 1. secundum Cy. ibi qui etiam ita distinguit in effectu ibi: Vnde dicit Io. in d. c. prohibentur. gl. triplex. quòd in publica abolitione potest auctor repetere, finitis ferijs reũ intra. 30. dies, vt ff. ad turpil. l. si quis. & l. seq. sed in alijs duab. non, admittitur ille qui destitit, vt ff. ad turpil. l. qui destitit: sed alius bene admittitur intra. 30 dies. vt d. l. libellorum. §. fi. & 2.
4 q. vlti. c. fi. quod dic vt no. Spe. in d. §. sciendum. † Nota tamen quòd sunt certi casus in quibus nullo modo, & nullo tempore conceditur abolitio, in quibus tam accusatori, quàm accusato incumbit probatio, puta in maiestate violata, aut patria oppugnata vel tradita, aut peculatu commisso, aut sacramentis desertis, aut crimine falsi, vt C. de abo. l. fallaciter. & l. pen. ad l. Cor. de fall.. vbi. & no. Host. in d. §. qualiter sine metu. ver.
5 item sunt casus. † Aut quæris de secundo. ſ. quando seu vsq; ad quot tempus liceat ab accusatione incepta desistere, & tunc refert. Aut quæris de accusatore incerto & occulto, aut de certo & notorio seu manifesto. Si de primo, vt puta de illo qui in noctis silentio libellum famosum contra aliquem ponit in publico, tunc posset dici quòd talis compellitur per sententiam excommunicationis, quæ fertur in ipsum licet sit incertus accusare, maxime quãdo fama taliter accusati, vel delati ex libello talis accusatoris est aliquantulum denigrata, ita potest intelligi. 5. q. 1. quidam. secundum Vin. & Io. And. hic. & quod no. Arch. ibi & 5. q. vlt. epiphanium. in gl. & ita vbi dicit post Lau. quòd persona incerta propter certum factum excommunicatur, vt in d. c. quidam. & ſ. de offi. ordi. c. 2. Si de secundo, tunc, aut quæris vtrum accusator possit desistere sine pœna ab ac-
6 cusatione ante inscriptionem, & dic quòd sic. † quia ante inscriptionem nemo cogitur accusare. 2. q. 3. si quis iratus. & c. si quem pœnituerit. Nam & post libelli oblationem potest desistere sine pœna. ff. ad turpil. l. quæsitum. ff. de in ius vo. l. libertus. Hoc saluo quòd is qui infamauit tenetur actione iniuriarum, vt ff. de iniu. l. item apud Labeonem. §. si quis in libello.
7 5. q. 1. si quis famosum secundum Ber. & Host. † Aut post inscriptionem, & dic quòd non, vt C. de abo. l. 2. & 2. q. 3. Paulũ. & dic quòd licet petere abolitiones dũmodo reus non sit passus aliquam iniuriam carceris seu vinculorum. C. de abo. l. fallaciter. & ita intelligit Gof. istam decre. in sum. tit. de lib. obla. ad fi. §. sed & libellus accusationis. vbi ponit præmissa à versi. si de secundo. citra, & Host. hic, & in sum. eo. §. qualiter procedatur. sub. §. potest ergo dici &c. & Io. An. hic post eum. idẽ Arch. in d. c. epiphanium. in glo. adde hoc est verũ &c. Sed hoc quod dictum est. ſ. quòd ante inscriptionem potest desistere sine pœna, fallit forte in casu vbi per libellum, vel dictum accusatoris fama accusati esset denigrata, vt videtur innuere Arc. in d. c. epiphanium. glo. sua fin. vbi dicit secundum Hug. quòd ibi est casus specialis vbi quis cogitur ad accusationem prosequendam: & si non sit lis contestata & hoc fauore accusati, & eius famæ, quæ ex libello vel dicto accusatoris erat aliquantulum denigrata odio accusatoris, vt dictum non probat puniatur. ar. c. alleg. quidam secundum Hug. & hoc est quod tangit gl. in d. c. epiphanium. gl. fi. in fi. secundum Arch. ibi. & hoc idẽ approbat Ber. j. de col. detegen. c. 1. gl. arg. quòd non licet. ver. si ex hoc &c. & Host. post eum.

1 *Citatus an comparere teneatur.*
2 *Citatio an valeat die feriata.*
3 *Denuntiare an possit qui iurauit. non accusare. 5.*
4 *Iuramentum non liberat à præcepto euangelico.*
6 *Absentiæ causas ad allegandum an excusator admittatur.*

Eniens. ¶Si quæris vtrum citatus coram iudice venire teneatur & † comparere, Distingue, vt dixi. ſ. de iudi. c. 1. dist. 3. ad quam dist.
1 addenda l. dist. secundum Hos. hic, quæ Aut euidẽs est calumniosam & nullam esse citationem, & tunc non tenetur venire nec contumax reputatur. ſ. de elec. c. bonæ. 2. ad fi. vbi de hoc. q. 2. c. fi. 3. q. 2. Si quæris episcopus. 4. q. 3. c. placuit. §. item in criminali. versic. item liberti. ff. de fer. l. 1. de arbit. si cum dies. §. si arbiter. ſ. de rescrip. nonnulli. de offi. deleg. prudentiam. & c. ex literis. & c. cum in iure. de dila. præterea. Aut euidens est citationem tenere, & tũc omnino venire tenetur: vt ff. si quis ius dicenti non obtempe. l. vnica. & ſ. de dolo & contu. per totum. Aut dubitatur, & tunc similiter venire tenetur, saltem exceptionẽ suam allegaturus, vel priuilegiũ suum ostensurus. ff. de iudi. si quis ex aliena. & sic potest intelligi. ſ. de app. si duobus. & c. cum parati. secũdum Hostiensem quod intellige vt dixi in d. c. 1. de iudi.

2 Super eo. c. ¶† Si quæris vtrum citatio facta in die feriata vel ad diem feriatam valeat, Distingue, vt dixi. ſ. de ferijs. c. conquestus. dist. 4.

Super eo. c. ¶Si quæris vtrũ ille qui iurauit aliquẽ non accusare, ab eius denunciatione re-
3 pellatur, † Distingue. aut vult denũtiare aliter, quàm nomine, vel ad vtilitatem ecclesiæ: aut vult denuntiare nomine, & ad vtilitatem ecclesiæ. In primo casu refert. Aut quæris vtrũ debeat repelli à denuntiatione alia de causa sufficienti quàm illa, quia iurauit nõ accusare, puta quia primo aliàs post calumniatus fuit in accusando, qui quidam calumniosè accusans, si velit postea denuntiare, repellitur, imo puniatur de calumnia. j. tit. proxi. c. 2. & dic quòd sic vt ibi: & ita fuit secundum Bern. & Host. hic. Aut quæris vtrum debeat repelli à denuntiatione illa sola de causa: quia iurauit nõ accusare, & tunc dic quòd de-
4 nuntiare posset. † Cum iuramentum non valeat à præcepto euangelico liberare. ſ. de iureiur. c. quemadmodum. in fin. 24. q. 3. tam sacerdotes. in fi. secundum Inno. hic, Idem no. Archi. 23. q. 4. si illic. in gl. adde, idem etiam no. idem videtur sentire Io. Vin. Gof. Ber. & Host. hic secundum Io. in d. c. si illic. in gl. arg. quòd etiam & 13. dist. c. nerui. in gl. iste admonebit & c. notat indistinctè quòd denuntiare potest per c. alle. quemadmo-
5 dum. † Tu vero dic vt ſ. in secundo casu principali. ſ. quando vult denuntiare nomine, & ad vtilitatẽ ecclesiæ, dic quòd potest, & ita posset intelligi dicta opinio Io. in c. alle. Et hoc satis expressè dicit Hosti. hic, dicens quòd si per denuntiationem posset immunitas ecclesiæ seruari, posset non immerito accusare. ſ. de iureiur. peruenit & facit quod dixi post Host. & Io. And. eo. tit. debitores. di. pe. ver. & notabiliter dico &c.

Super eo c. ¶ Inno. hic in gl. 1. notat quòd ad causas absentiæ citati ad iudicium allegandas, & probandas, bene admittitur excusator sine mandato, & satisdatione, & sic loquitur. ff. de procur. l. seruum quoq; §. publicè. Sed Innoc. ipse videtur tenere contrarium. ſ. de procur. querelã super verbo destinauerit. & expressius Card. & Guil. j. de elec. cupientes. §. quod si per viginti. super verbo ad præ-
6 dictam. lib. 6. dicentes quòd debet habere mandatũ. † Ad quorum concordiam posset sic distingui. Aut quæris vtrum excusator possit sine mandato allegare, seu probare causas absentię de facto, aut de iure. Si de facto, tunc Aut quæris de causa criminali, & in illa posset intelligi fore vera opinio Inno. hic, & quod

quod no. Accur. ff. de reg. iur. l. nemo alienæ rei. Aut de ciuili, & in illa posset intelligi fore vera opi. contraria alleg. Si queris vtrum possit allegare causas absentiæ de iure, puta talis non tenetur venire coram vobis, quia est excommunicatus, vel quia rescriptum non valet. Dic secundum Inno. hic quòd hoc non per excusatorem, sed per seipsum, vel per procuratorem proponere debet. ś. de rescriptis. super literis. idem cum Inno. in isto vltimo membrono. Arch. 5. q. 3. c. 1. §. reos. glo. adde. in quo casu & c. & Ioan. And. hic.

Super eo. c. in fine. Si queris vtrum propter infamiam ortam à maliuolis sit purgatio indicenda. dic vt dicam. j. de purga. can. nos inter. & c. cum dilectus.

1 *De crimine quæritur per modum iustitiæ, sex modis.*
2 *Quæritur de crimine duobus modis.*
3 *De crimine per modum gratiæ quemadmodum quæratur.*
4 *Accusator debet se inscribere.*
Fallit nouem modis.
5 *Denunciator non se inscribit.*
6 *Excipiens de crimine non se inscribit.*
7 *Inscriptione non est opus in inquisitione.*
8 *Accusator habetur tacite pro inscripto ad pœnam talionis.*
9 *Criminosus ab accusando repellitur.*
10 *Criminosus de crimine excipiens auditur.*
11 *Criminosus an repellatur à denunciando. 13.*
12 *Personarum non est acceptatio apud deum.*
14 *Criminosus an ab inquirendo repellatur.*
15 *Criminosus ab agendo non repellitur.*
16 *Hæreticus agere non potest.*
17 *Perduellionis reus agere non potest.*
18 *Fugitiuus ab agendo repellitur.*

Vper his. ¶ Si quæritur quot modis quæritur de crimine, & in quibus oportet inscribi, & vtrum ab agendo vel excipiendo de crimine quis prætextu criminis repellatur, Distingue. Aut queris de primo. s. quot modis quæritur de crimine:
1 & tunc † Aut quæris quot modis agitur per modum iustitiæ, & dic quòd sex modis quorũ tres habes hic in tex. s. modos denũciationis, exceptionis, & accusationis. Quartus modus est. s. per inquisitionem. j. eo. inquisitionis. & c. qualiter & quando. 2. j. de symo. licet quintus modus est quando agitur de notorijs, de quo tangitur in d. c. qualiter. 2 §. 1. & §. ad corrigendos. & legitur, & no. ś. eo. euidentia. Est & sextus. s. quando quæritur de crimine in modum accusationis. ś. de procu. tuæ. de rescrip. c. 2. de iureiur. c. querelam. secundum Ho. hic, & Hosti. & Io. And. in d. §. ad corrigendos. Aut quæritur quot
2 modis agitur per modum gratiæ, † quia secundum Hos. & Io. And. post eum ibi, in curia Romana, duobus modis agitur de crimine. s. per modum iustitię, & tunc agitur sex modis, vt est
3 dictum. † Et per modum gratiæ, & tunc proceditur his modis. Primo, per modum prouisionis. j. e. ad petitionem. Secundo, per modum compositionis & diuisionis composita, vera, diuisa, falsa. Nam quandoq; diuersi processus diuersis modis, & diuersis instantijs facti sunt contra aliquem, & nullus sufficit ad condemnationem, ex his tamen omnibus recolligunt quicquã contra criminosum, facit quæ simul collecta ad condemnationem eius sufficiunt, & sic puniũt criminosum quasi sit mixtura bonorum, ad hoc. 12. dist. nouit. insti. de rer. diui. §. quòd si partim. & §. si duorum. & quia publicè interest & c. j. de sen. excom. vt famæ. Sed cõtra hoc est, quia probatio vnius modi agendi non facit fidem in alio modo, vel in alio articulo. ś. de testi. c. veniens. 2. & quia res inter alios acta & c. ś. de re iudi. c. pen. & quia potest timeri ne per leue compendium & c. vt sequitur, & quia secundum formã iudicij formanda est sententia, vt sequitur. Tertio per modum procedentem ex quibusdam latentibus: timor. n. precium, amor, odium, turbat veritatis iudicium. ff. de re iud. cum etenim, li. 6. Quarto si quid opponatur totum deletur ex plenitudine potestatis. ś. de elec, illa. de aut, & vsu. ad honorem. Aut quæris de secũdo. s. in quibus oporteat inscribi, & tunc. † Aut quæris vel agitur de crimine per modum accusationis, & tũc oportet inscribi vt hic,
4 & j. de symo. licet heli. Sed fallit in casibus. Primo, in crimine abigeatus. C. de abigeis. l. vna. Secundo, in leuibus criminibus, arg. ff. de accu. & inscripsit. l. leuia. de offic. proconsul. & lega. l. hęc quicquã. §. de plano. Et quæ sunt illa crimina, vide in Spe, tit. de libel. concep. §. nunc dicendum. versic. 42. Tertio, in crimine apostasię. C. de aposta. l. apostatarum. Quarto, in crimine cultus disparis, sicut quando accusatur christianus quãdo contraxit cum Iudęa, vel conuerso. C. de Iudeis. ne quis. Quinto, in his quæ apparitoribus deferuntur. C. de accu. ea quidem. se cũdum Ber. & Host. hic, & Io. 2. q. 8. in sum. vbi plene de hoc. Sexto, quando maritus accusat vxorem de adulterio ad pœnã legalem infligendam, vt C. de adul. l. quamuis adulterij. quẽ casum aliqui non recipiunt per decreta. ś. de procu. tuæ. Sed salua pace ipsorum illud. c. intelligendum est quando maritus accusat tanquam extraneus: secundũ Host. hic, idem tenet Gos. in sum. de adul. §. in primis. Idem tenet Io. & Archi. in d. sum. secundum Io. 4. q. 4. c. 2. §. item si maritus. & Ber. in d. c. tuæ. & Ber. & Host. j. de adulterijs. c. 4. & Ho. in sum. de diuor. §. quot modis. sub. §. ius autem. versic. 3. & de adulterijs. §. qualiter. in prin. & §. quæ sit pœna. versic. iure vero nouo. & Accur. in d. l. quanuis. & in aut. vt liceat matri & auiæ §. quia, vero plurimas. & §. causas. & Spe. tit. de accusatore. §. vnico. versic. quòd non rectè. & rubri. de adulte. §. vnico. versi. ego dico. & Cy. C. qui accu. nõ pos. l. qui crimen. circa prin. & Asten. lib. 8. tit. de accu. matrimonij propter fornicationem. artic. 1. ver. sciendum. & arti. 2. versi. & no. dicunt indistinctè, quòd debet se inscribere: & hoc forte verius per dicta iura. & in aut. vt nulli iudi. §. adulterium. collect. 9. de hoc plene per Io. 32. q. 1. publico. & quod ibi notat. repetũt Io. Vin. Phil. Gos. Pet. de samp. & Abb. in d. c. tuæ. Septimo quando mulier accusat prosequendo iniuriam suam, vel suorum. 15. q. 3. de crimine. ff. ad turpil. l. 1. §. accusationem. & l. mulier. Octauo in accusatione falsæ monetæ. C. de falsa moneta. l. 1. Nono vbi quis accusat de necessitate officij. ff. de his quibus vt indignis. l. tutorem. C. qui accusare non possunt. l. 2. secundum Hosti. hic. cum quo concor. Accur. C. qui accu. non pos. l. qui crimen. & Io. 2. q. 3. c. 2. Et idem quod in tutore qui accusat propter necessitatem officij, dicit Ioan. Andr. hic de hærede qui accusat vindicando necem defuncti
5 cui successit. † Aut quæritur vel agitur de crimine per modũ seu viam denuntiationis, & tunc, Aut est tale crimen qd̃ executionem ordinis suscepti, vel retentionem beneficij post per actam pœnitentiam non impediret, & tunc nulli dubium, q̃ non est necessaria inscriptio, quia solum ad correctionem est denuntiatio facienda, vt hic. Aut est tale crimen, quod executionem ordinis suscepti, vel retentionem beneficij post peractam pœnitentiam impediret, & tunc dicunt Bern. & Inn. j. eo. inquisitionis. quòd non est inscriptio necessaria. Imò plus dicit Inn. ibi, quòd nec ad extraordinariam pœnam tenetur se obligare. Et quod dicit tex. ibi, quòd in eo casu erit sicut in accusationis iudicio procedendum, in hoc est similitudo secundum eum, quia vterq; tam accusatus, quàm inquisitus, in hoc casu perpetuo priuatur officio & beneficio. Sed in hoc est dissimilitudo, quia accusatus deponitur. i. degradatur inquisitus. no. j. eo. qualiter. 2. versi. videlicet. & versi. seq. secundũ Host. hic, & in d. c. inquisitionis. contradicens, quòd denuntians debet se obligare ad pœnam talionis. arg. ś. de dolo & contu. veritatis. tum quia depositus officio & beneficio satis intelligitur degradatus, tum quia calumniosè denuncians regulariter est puniendus. j. tit. 1. c. 2. Item arg. illius verbi in d. c. inquisitionis, sicut in accusationis & c. Itẽ alias daretur calumniandi materia & aperiretur via fraudibus, nam si sic esset, fatuus reputaretur qui accusaret, nam cùm denunciando posset intentionem suam consequi, sicut accusando & nullam pœnam pati. Sed talibus fraudibus via est obseruanda, vt patet insti. de vi bono. rapt. §. sed nedum talia. & in eo quod legitur, & no. ś. de diuor. quanto. §. pen. secundum Host. cuius opinio est consona rationi, quam videtur etiam sequi Io. An. ibi dicit quòd de illa diuersitate non curat, quia siue inscribat siue non suspendi tur calumniosus, vt j. tit. proximo. c. 2. Aut quæris de crimine aliàs quàm per viam accusationis vel denunciationis, & tunc
6 non credo inscriptio sit necessaria. † vt patet in exceptione, vt hic. quod intellige secundum distinctionem istius. §. cum autẽ. & vide quod no. Spe. tit. de inquisitione. §. nonnunquam & in
7 actione, vt in §. allegato tuæ. † Et in inquisitione vbi non est opus inscriptione, vt C. de testib. l. nullum. de accu. ea quidem. ff. de suspect. tut. l. 3. §. potest. & est ratio, quia iudex ex necessitate officij sui procedit, & ideo non præsumitur calumniari. arg. C. qui accu. non pos. l. 2. de calum. l. 2. & ś. vers. 9. Et hoc tenet Cy. in d. l. qui crimen. Et idem quàndo agitur de notorijs, & eadem iura secundum eum ibi. † Et nota quòd licet accusator non scripserit se expressè, habetur tamen tacitè pro
8 inscripto ad pœnam talionis, vt no. gl. de fide instru. l. 2. de accusatio.

cusatio. l. pen. gl. fi. in fi. & Gos. in sum. eo. tit. §. debet autem. & Arch. 2. causa in prin. & 2. qui. 8. in sum. & 4. q. 4. c. Aut quæris de tertio. s. vtrum ab accusando, excipiendo, denuntiando, inquirendo, vel agendo de crimine quis prætextu criminis re-
9 pellatur, & tunc † Aut quæris vtrum repellatur ab accusando, & dic quòd sic, siue excipiantur contra ipsum de maiori crimine, siue de pari, siue de maiori, quia criminosus criminosum non potest accusare. ś. eo. c. 1. & c. nulli. 2. q. 7. si qui sunt. & c. quærendum. & 3. q. 7. qui fine. & c. postulatus. secundũ Ber. & Host. etiam si modo non sit criminosus, quia sufficit si fuerit: quod intellige vt legitur & no. 6. q. 1. qui crimen. 25. dist. c. vlti. & hoc verum secundum canones, secundum Hostien. in sum. eo. titu. §. quis posit accusare. versi. alij propter crimen. Sed secũdum legem hoc verum est, si extraneum accusare velit, sed accusatorem suum accusare potest, si ciuitatem vel libertatem non amisit, puta, quia non est deportatus, nec in metallum damnatus, sed relegatus, vt ff. de publi. iudi. l. is qui. qd̃ mirabile videtur, quia condemnatus iudicio publico infamis est. ff. de publi. iudi. l. infamẽ. Sed forte ei remitti debet si prouocatus voluerit se vlcisci. arg. ff. de bonis liber. l. qui cũ maior §. si libertus. & si obtineat non videtur calumniari: secus si succumbat. ff. eo. fi cui. §. 1. secundum Azo. Hæc tamen secũdum canon. non procedunt, nam iste accusatus nec postquã est condemnatus potest accusare accusatorem suum, quia suspectus est. ergo repellendus. ś. eo. c. cum q. talis. n. infamis est, ergo nõ audietur, nisi suam vel suorũ q̃ iniuriam prosequatur. ff. eo. qui iudicio. ś. eo. de testib. c. fi. nec etiam pendente accusatione, qa timendum est ne socios habere vellet, & tamen nõ minus nõ arderet. 2. q. 1. multi. in fi. 3. q. 11. c. 1. ś. de testi. c. vlti. ff. de pub. iudi. l. is qui. Sed hoc intelligas, quando me vult reaccusare de pari. vel de minori crimine, nec prosequitur suam iniuriã vel suorum. secus si reaccusaret etiam de pari, vel minori crimine, & prosequeretur suam vel suorum iniuriã, vt C. qui accu. non pos. l. neganda. 3. q. 11. neganda. 4. q. 6. omnib. Item secus si reaccusaret de maiori crimine etiam si non prosequeretur suã vel suorum iniuriam, vt in d. l. neganda. secundum Hosti. in d. §. quis posit. ver. eadem ratione & hic. Item secus in exceptis criminibus: quod dic vt ś. eo. c. 1. c. nulli. c repellantur. & c. cũ
10 p. Host. & Abb. hic. † Aut quæris vtrum quis repellatur ab excipiendo de crimine propter crimen, et dic quòd non: vt legitur & notatur. ś. de excep. cum inter priorem. dilecti. dilectæ. significauerunt. & c. fi. secundum Ber. & Host. hic. idem notat Inn. hic in gl. 1. in fi. & gl. excipiendum. versi. item dicimus. & Arch. 12. dist. illud. gl. adde ad excipiendum &c. de quo vide p Host. in sum. eo. tit. sub rubr. de exceptio. per totum. Fallit in inimicis, & conspiratoribus: vt ś. eo. me inimicus. vbi Inn. & Io. And. no. inimicum non solum ab accusatione, sed etiam ab exceptione repelli, idem credunt de cõspiratore. secus de alijs.
11 & idem innuit Host. ibi. † Aut à denuntiatione, & tũc, Aut ab euangelica, & dicit Cardi. quòd ad hanc faciendam omnes admittuntur, etiam infantes, & mulieres dummodo in crimine non perseuerent, quia non refert quis denuntiet, dummodo anima saluetur. ś. de iureiur. quemadmodum, de cogn. spiritu. tua. vt no. j. de religiosis domibus. c. vnico. lib. 6. cuius gl. ibi ponitur. per Host. ś. de iud. nouit. super verbo corripere. per Guilelmum in Spe. tit. de denun. §. 2. & per Arc. 22. q. 5. hoc videtur in gl. fi. Idem in ista denuntiatione no. Tanc. & Io. 2. q. 1. si peccauerit. idem videtur no. Ber. ś. qui matrimonium accusare possunt. cum in tua. gl. Et ita etiam dicit in c. alleg. nouit. q̃ ad istam admittitur etiã minor, dummodo non teneatur crimine, licet quantum ad infames contradicant Ber. & Hosti. ś. eo. c. 1. de testib. in omni. & j. eo. cum oporteat. gl. sed nunquid. & de hæreticis. cum ex iniuncto. in gl. ad correctionẽ. Sed primam opinionem approbat Host. in sum. eo. tit. super rubrica. de denuntiatio. versi. ego audeo &c. dicens quòd crimen alicuius denuntiatur aliquando ad spiritualem pœnitentiã agendam, & correctionem solam, aliquando ad aliam pœnam imponendam. Aut. n. peccatum est occultum, aut manifestum. s. fama non dico notorium. Quando occultum est, non potest denuntiari crimen nisi ad penitentiam peragendam, & in hoc casu quilibet admittitur christianus, & sic intellige auctoritatem domini, si peccauerit, † quia nõ refert quis sit denuntiãs,
12 dummodo anima saluetur, & sic quo ad deum, & ea quæ solius dei sunt, non decernimus inter personas. ś. de prẽben. venerabilis. de coniugio seruo. c. j. Et tamen potest esse quòd is qui denuntiat suam propriam vtilitatem hic considerat, puta is quem denunciat abstulerat sibi rem suam, & per hanc viã recuperabit eam, quia non dimittitur peccatum nisi restituatur
13 ablatum. 14. q. 6. si res. j. de vsuris. cũ tu. & in d. c. notit. † Sed si vellet denuntiare ad hoc, vt temporalis pœna sibi imponeretur, s. quòd amitteret beneficium suum vel simile, tunc refert vtrum sit bonæ famæ, nec inimicus, nec conspirator, nec ab ecclesia præcisus, & tunc potest ipsam denuntiationem prosequi, aliàs repelleretur, sed iudex ex officio suo procedit. argu. j. de collu. dete. c. crimina. 24. q. 3. c. eccc. secundum Hosti. ibi cuius gl. ibi approbat Arch. 28. dist. consulendum. & hoc casu posset intelligi quod no. Ber. ś. eo. c. 1. j. eod. cum oporteat. de hæreti. cum ex iniuncto. & ś. de testib. in omni. dicens q̃ infames non admittuntur ad denuntiandum, & Io. in c. alle. si peccauerit. & quod dictum est, quòd repelleretur, intellige nisi in exceptis criminibus, vt no. Inn. j. eo. cũ oporteat. gl. 2. in prin. Intellige tamen quod ista, denuntiatio euangelica habet locũ in peccato non omnino occulto, sed quod probari potest. omnino. n. occulta sunt diuino iudicio relinquenda. 6. q. 1. si omnia. secundum Card. in d. c. vnico. Et etiã in manifesto seu notorio, vt not. Io. de Fa. in d. c. allegato si peccauerit. & Io. 11. q. 3. præcipue. Abb. vero. j. eod. cum oporteat. dicit quòd criminosus admittitur ad denuntiandum in peccato committendo, quia quilibet debet impedire vicinum paratum ad peccandũ. 93. dist. diaconi. vel etiam in commisso quod habet facti per seuerantiam, vt in d. c. tua, ś. de cog. spi. & ad hoc facit optimè j. de pur. ca. cum dilectis. vbi dicit ad peccandum &c. sed non ad denuntiandum criminis iam commissi, quod reiterationẽ non recipit cuius opin. satis concordat cum præmissis cum quo satis concordat Gos. in sum. eo. ti. §. vlt. de quo per Arch.
14 in d. c. si peccauerit. gl. adde dicit Ber. &c. † Aut quæris vtrum quis, siudex repellatur ab inquirendo de criminibus, vel à procedendo super notorijs propter crimen, & tunc. Aut quæris vtrum possit repelli propter excommunicationem intellige maiorem, & dic quòd sic, vt ś. de elec. c. nihil est. & de officio deleg. cum super. secundum Compo. qui hoc no. ś. de rescrip. scisitatus. sed excommunicatio non est crimen, sed pœna criminis. vt legitur, & no. de sen. excom. cum medicinalis. lib. 6. Aut vtrũ possit repelli propter aliud crimen, & tunc aut est ordinarius, & dic quòd non quandiu in officio toleratur. Aut est delegatus, & dic quòd sic. ar. 3. q. 7. iudicet. 25. dist. c. vlt. & 26. dist. vna tantum. Quod dic vt plene legitur, & no. per Inno. & Bo. & Compo. in d. c. scisitatus. per Host. in sum. de offi. ordi. §. quis posit. in fi. per Guil. in Spe. tit. de offi. ordin. §. fi. de exceptio. §. 2. versi. sed quæro de his &c. & de inquisitione. §. 1. versi. item opponat quòd inquisitor. & ita intelligit quod no.
15 Bern. j. eo. qualiter. 2. glo. 1. † Sequitur vtrum quis ab agendo prætextu criminis repellatur, & dic quòd non, vt probatur. C. de donat. inter virum & vxorem. l. si maritus. 1. ś. de resti. spol. item cum quis. arg. ff. de solutio. l. reo criminis. & hoc satis In noc. no. hic in gl. ad excipiendum. versi. & quod dictum est. dicens quòd nemini ius suum prosequenti obstat exceptio criminis. 4. q. 6. omnibus. & idem no. Arch. 23. dist. illud. gl. adde ad excipiendum. vbi etiam tractat, an opponẽs se petenti confirmationem dicatur accusare, & agere, an vero excipere & reus esse. Item an si dicatur excipere, admittitur ad id criminosus, conspirator, vel excommunicatus. Tertio, an si totum capitulum conspirauit contra talem, & constituit procurato-
16 rem, admitti debeat procurator contra illum, † Sed fallit in crimine hæresis, qa hæretico nihil licet possidere. 23. q. 5 si vos. & q. 7. c. 1. & 2. vt no. Bern. ś. de resti. spol. ex parte. in glo. sit. ff.
17 & Io. & Host. ibi, & Arch. 8. dist. quo iure. † Fallit etiam vt videtur in crimine perduellionis, vt C. ad l. Iul. maiest. l. vlt. Item fallit in eo qui fugit, cuius bona annotantur. ff. de requirẽ. eis. l. fi. quia nec talibus solui potest, vt ibi, & not. glo. in d. l. reo. Et notat secundum Inn. hic, & Io. And. post eum. quòd princeps admittendus est contra electum si velit dicere, quòd suspectũ eum habet, vel de proditione terræ, vel de consiliariorũ suorum. idem no. Germa. in extrauagan. Io. execrabilis. super verbo diuersorum regnorum, pro quibus facit. ff. de pœnis. l. si qs aliquid. §. transfuge. de re milit. l. omne delictum. §. exploratores. & l. proditores. & ś. de iureiur. petitio. Et si velis videre qũ aliquis est accusatus de crimine, nunquid aliũ reaccusare possit, vide per Cy. & alios. C. qui accusare non poss. l. 2. Item dicit hic Inno. in glo. sua fi. & Io. And. post eum, quòd procurator contra electum non potest excipere de crimine, vel alio defectu contingente personam electi, n si specialiter sit datus ad excipiendum de crimine. Idem tenet Cõpost. j de ele. statuimus. super verbo procuratores. lib. 6. & Speculator titu. de procuratoribus. §. 1. versic. sed nunquid media cautæ. & ibi in versibus sequentibus tractat decem quæstiones, circa hoc facientes

cientes ad dictam decreta. statuimus. quorum opinio est approbata. extra de procura. non potest in clemen. quod dic vt ibi per Ioan. And. & alios.

1 *Inquisitionis ordo debitus quis sit.*
2 *Inquisitus potest ordini inquisitionis renuntiare.* 5.
3 *Inquisitionis ordo an omiti possit.*
4 *Inquisitus declarans se paratum inquisitioni respondere, nõ ob id renuntiare censetur inquisitionis ordini.*
6 *Testis an debeat reuelare mulierem fornicariam quando de fornicatione inquiritur.* 8.
7 *Testi non iurato non creditur.*

Valiter. j. ¶ Si quæris quis sit ordo debitus inquisitionis, & vtrum per inqui-
1 rentem valeat prætermitti, Distingue. † Aut quæris de primo. s. quis sit ordo debitus inquisitionis, & dic q̃ ille de quo legitur, & nota. j. eo. qualiter. §. debet. qd̃ dic vt ibi dicam. Aut quæris de secũdo. s. vtrum valeat prætermitti inquisitio ad renuntiationem illius contra quem fit inquisitio, aut aliàs. Si ad renuntiationem illius contra quem fit
2 inquisitio, tunc refert secundum Hostiensem. † Aut quæris vtrum is contra quem fit inquisitio posit huic ordini expressè renuntiare, & dic quòd sic. arg. C. de fideiusso. l. vlti. de noui operis nuntiat. l. 1. §. & post operis. Nam & in fauorem ipsius introductus est ordo iste, ergo ei renuntiare potest. argu. ẽ. de reg. statuimus. non tamen præsumendum est, quòd ei de facili
3 renuntiet. arg. ẽ. de renun. c. super hoc. † Aut vtrum posit renuntiare tacitè nihil excipiendo de inquisitione famæ facienda, cum inquisitor procedit ad inquisitionem veritatis super crimine, & tunc, aut nullus promouet inquisitionem, & tunc non potest imo processus tali ordine prætermisso non valet, vt hic, & probatur expressè. j. eo. ad petitionem. & de purg. ca. cum dilectis. secundum Host. hic in prima gl. vltra vnam col. versi. quid si inquisitor. & in glo. 2. & concor. quod ipse not. j. eo. cum oporteat. super verbo subito. versic. quid si inquisitor simul & c. qualiter. 2. super verbo fuerit. & super verbo legitimæ. & quod no. Spe. tit. de inquisitione. §. nũc tractemus. vers. quid si inquisitor. Aut aliquis promouet inquisitionem, tunc potest litem super crimine cõtestari. Cum tunc in inquisitione lis contestetur, sicut in accusatione, vel denuntiatione, vt in d. c. cum dilectis. & de testibus. cum clamor. Et idem hoc casu in accusatione, & denuntiatione, vt. s. denuntiatus inscriptioni super libello accusationis siue inscriptione litem contestando, & denuntiatus monitioni super libello denuntiationis sine monitione litem contestando, & sibi imputet qui non ex-
4 cepit. † Nec si dicat inquisitus quòd paratus est super dictis criminibus inquisitionem subire, per hoc videtur huic ordini renuntiare, quia nisi expressè huic ordini renuntiauerit in proprijs terminis permanet. arg. in auth. de non alienan. aut pmu. rebus eccle. §. fi. coll. 2. Et idem in accusato, seu denuntiato dicente se paratum subire accusationem, seu denuntiationem, vt suis defensionibus per hoc renuntiet: non. n. per hoc quod dicit se paratum subire iudicium accusationis, vel denuntiationis, vel inquisitionis, intelligitur dixisse, vel intellexisse, quòd in scripto, q̃ in accusatione, vel monitio, quæ in denũtiatione, vel fama, quæ in inquisitione sunt præambula, & quasi substantialia, seu naturaliter, insunt eis, nisi expressè renuntiatum fuerit, omittantur. arg. ẽ. c. proxi. 1. respon. j. eod. qualiter. §. 1. versi. videlicet. & seq. & §. ad corrigendos. versic. ne forte. se-
5 cundum Hosti. † sed in hoc quod dicit, quòd vbi nullo prosequente inquisitionem fit inquisitio, non potest ille contra quẽ inquiritur tali ordini tacitè renuntiare corrigitur eius, & Speculatoris opinio. j. eo. c. 2. lib. 6. quod dic vt ibi per Guil. Ioan. And. & alios. Et nota secundum Host. hic in glo. 1. in fi. quòd si Papa scribat præcisè in inquisitione testes recipiendos, nisi præcisè scribat prælatum apud se infamatum semper primo erit inquirendum de facta. j. eod. cum oporteat. Si vero dicat expressè, vt contra non infamatum recipiantur testes super veritate criminum, nulla facta inquisitione super fama, prima facie præsumitur rescriptum surreptitium. arg. ẽ. de offi. dele. ex parte. 2. Ideo antequam procedatur princeps est consulendus, & secunda iussio expectanda. in auth. de manda. princip. §. deinde. col. 2. & vt nulli iudic. §. & hoc idem iubemus. colle. 9. secundum Host. & concordat Inno. j. eo. cum oporteat. gl. dic quòd vbi &c. Item si aliquis superior dicat intendo inquirere contra te super tali crimine, de quo es apud me infamatus, subdito petenti danda est dies ad deliberãdum. Cum licet quilibet de facto suo certus sit. ẽ. de rescrip. ab excommunicato. de fama tamen potest dubitare, & expedit peritos cõsulere. C. de ingenuis manumissis. l. si auiam. ẽ. vt lite non contest. c. 1. secundum Hostiensem.

Super eo. c. ¶ Si quæris quando inquiritur cõtra aliquem de fornicatione, vtrum testis debeat mulierem cum qua commissa fuit dicta fornicatio reue-
6 lare. Distingue. † aut hoc scit testis aliàs, quàm in foro pœnitentiali: aut hoc scit in foro pœnitentiali. In primo casu refert. Aut is contra quem fit inquisitio non est infamatus super crimine sibi imposito, sed est occultum, aut est infamatus. Si nõ est infamatus, tunc, Aut est inquisitio generalis in qua non traduntur capitula, nec crimina specificantur sicut fit in speciali in qua traduntur & specificantur. j. eo. qualiter. §. debet. & tũc non debet reuelare tale crimen occultum, nec etiam mulierẽ cum qua dicitur esse commissum, quia nec super tali est inquirendum, vt hic, & j. eo. c. proxi. 1. respon. Vnde si de illis criminibus de quibus infamia non præcessit, aliud dicant testes te-
7 stimioniũ non valebit: † quia nec super his iurauerunt, vt hic, & ẽ. de testi. c. de testib. nec is contra quem deponũt ex dictis criminibus punitur, vt j. eo. inquisitionis. §. ad hoc respondemus. secundum Ber. Inno. & Hosti. Aut est inquisitio specialis, & tunc distingue, vt ẽ. proxi. vtrum reus renuntiauit expressè processui super fama, & tunc valebit eius depositio, si non sit aliud quod obsistat. Aut non renuntiauit, & tunc secus:
8 quod dic vt legitur, & no. j. eo. c. 2. lib. 6. † Si est infamatus tũc, Aut est infamatus non de muliere certa, sed de fornicatione in genere, & tunc non debet testis reuelare fornicationem occultam. Aut est infamatus de muliere certa, & tunc tenetur si sciat eam reuelare etiam si iurasset eam non reuelare. Quia qñ iurauit, aut intellexit, quòd hoc non diceret vt iuratus testis, & sic temerariè iurauit, vt patet. ẽ. de testib. constitutus. 1. j. de crimine falsi. c. 1. aut intellexit, quòd hoc non reuelaret nisi ex iusta causa, vel de hoc nihil cogitauit, & sic nõ obstante iuramento, quòd conditionem habet tenetur hoc reuelare. ẽ. de iureiur. ad nostram. 3. & c. quemadmodum. Et intelligas quòd licet de occultis criminibus testes deponere non debeant, vt hic, secus tamen de circunstantijs criminum manifestorum. i. de quibus infamia præcessit, vt si testis hoc audiuit ab eo in camera, vel vidit eum agitãtẽ, vel strepitum audiuit, nam illas dicere debet, vt patet in eo quod legitur & notatur. ff. de testibus. præterea. de præsumptionib. c. 3. & c. literis. Si testis hoc scit in foro pœnitentiali: tunc non debet hoc in testimonio reuelare, quia hoc scit vt deus, non vt homo, vt j. de excess. prælato. c. dilectus filius. de pœ. & remis. c. omnis vtriusq; ẽ. de offi. ordi. si sacerdos. secundum Inno. & Host. quorum est ista distin. à versi. si est infamatus citra. cum quibus concor. Ioan. And. glo. penul. Bern. hic concordat Ioan. Goffre. Vincen. & Ioan. And. hic.

1 *Contra episcopum diffamatum an inquiratur.*
2 *Episcopo diffamato an contra ecclesiam inquiratur.*

Vm dilectus. j. ¶ Si quæris quando episcopus est ĩfamatus, nũquid posit fieri inquisitio, nedum cõtra ipsum epi
1 scopum, sed etiam contra totam ecclesiam, Distingue. † Aut quæris nunquid potest fieri inquisitio cõtra ipsum episcopum infamatum, & dic quòd sic, quando est talis infamia, quæ scandalum generat. ẽ. eo. licet veniens. qualiter. & hic & j. c. proxi. & c. cum dilectus. & c. qualiter. §. licet autem. & in hoc concor. Inn. & Host. hic. Fatetur etiam Hosti. quòd contra episcopum potest procedere inquisitio tam in capite, quàm in membris, vt inquiratur qualiter se habeat in ciuitate, & in castris, siue ecclesijs, qualiter erga nonicos suos, & alios clericos & laicos suæ ciuitatis & dyocœsis. & sic potest intelligi, quod hic dixit, & ẽ. c. proxi. quia contra solum episcopũ processit inquisitio. nã nec legimus hic expressè inquisitio-
2 nem contra alios processisse Host. † Aut quæris nunquid posit fieri inquisitio contra ipsam totam ecclesiam, & tunc dicit Inno. quòd sic, vt patet. j. eod. in §. quia vero. ibi cum canonicis &c. ẽ. c. proxi. & de re iudi. cum i. & a. & est forsitan illa ratio, quia regis ad exemplar totus componitur orbis, & qualiter est rector ciuitatis tales & habitantes in ea. Ecclesiasti. 10. Et quia caput malum malam præsumptionem facit de malis membris. arg. 18. dis. c. vlti. secundum Inno. hic, & j. de symo. licet hely. gl. hic obtinet. & idem recitat Host. in c. per tuas. lo 1. super verbo æquitatis. sed Host. hic in hoc contra argu. ẽ. de his quæ fi. à maio. parte c. quæsiuit. Vnde nũquam debet procedere

cedere inquisitio contra canonicos, nisi sint specialiter vel generaliter infamati, quare nec fit inquisitio de occultis, vt legitur, & not. ẽ. e. c. proxi. & hic, & j. c. proxi §. fi. & c. qualiter. vn de nec hic legitur expressè inquisitionem contra canonicos processisse. Vel si vis intelligere, quòd hic fieret inquisitio contra canonicos, tũc oportet intelligi, quòd esset specialiter vel generaliter infamati, secundum Host. cuius opi. vera est in segregatim viuentibus. opi. vero Inn. in communiter viuentib. secundum Ioan. And. & nota versus magistrales. Fama repleta malis, velocibus euolat alis. Fama boni lentæ volat, inuidia retrahente vel detinente.

1 *Infames à testimonio repelluntur.*
2 *Complices à testimon o repelluntur.*
3 *Habitantes cum inimicis à testimonio repelluntur.*
4 *Ascendentes pro descendentibus non testificantur.*
5 *Collaterales in causa ciuili testificantur.*
6 *Collaterales testificantur in causa criminali ciuiliter intentata.*
7 *Collaterales an testificentur in causa criminali inentata criminaliter.*
8 *Consanguineo minor fides adhibetur quàm extraneo.*
9 *Inimicus capitalis à testimonio repellitur.*
10 *Inimicitia leuis non repellit à testimonio.*
11 *Inimicitia ex verbis oritur.*
12 *Inquisitionem à Papa impetrantes an ab inquisitione repellantur, & ipsis repulsis an in causa procedatur.* t 4.
13 *Persona in literis expressa repulsa, alia non admittitur.*
15 *Reus conuictus condemnatur corporaliter, & etiam pecunialiter ad partis damna.*
16 *Iudex secularis condemnat vsurarium tantum ad pœnam.*
17 *Iudex ecclesiasticus condemnat vsurarium ad restitutionem, et ad pœnam.*
18 *Inquisitus volens probare bonam famam est audiendus.*
19 *Infamia inquisiti & eius bona fama probatis, quomodo procedetur.*
20 *Fama & veritate criminis contra inquisitum probatis quomodo procedetur.*

Vm oporteat. ¶ Ad declarationẽ gl. 2. Si quæris vtrum cõsanguinei pro suis consanguineis, vel contra eos in testimonium admittantur, Distingue. Aut subest alia
1 causa legitima eos repellẽdi, † puta quia sunt periuri, infames, vel inimici, & tunc repelluntur vt hic, quando dicit consangui
2 neosq; suos ac complices &c. † tales. n. complices sunt suspecti, & ideo repellendi sunt. ẽ. de testib. in literis. secundũ Hos. Idem Abb. hic dicens, quòd hic non repelluntur, quia cõsanguinei, sed quia inimici erant, & cum inimicis habitantes. ẽ. e.
3 repellantur. † omnes. n. cum inimicis habitantes sunt suspecti. ẽ. vt lite non contest, accedens. 2. Aut non subest alia causa legitima eos repellendi, & tunc, aut testis est consanguineus producentis tantum, vel illius contra quem producitur tantũ, aut est consanguineus vtriusq;, in gradu tamen inæquali & differenti, aut est consanguineus vtriusq; in gradu pari vel æquali.
4 In tribus primis casibus refert. † Aut quæritur de ascendentibus, & descendentibus, & tales siue inuiti, siue volentes non admittuntur, nec pro se, nec contra se: vt C. de testi. l. etiam. & l. parentes. ff. de testib. l. testis idoneus 4. q. 3. c. placuit. §. itẽ in criminali. versi. item parentes. & versi. item testis idoneus, Et intellige ascendentes & descendentes, in infinitũ. ff. de in ius vo. l. quiq;. §. 1. Siue sint liberi in potestate, siue non. ff. de verb, sig. l. liberorum. & l. appellatione parentis. vt hoc not. gl. in d. l. parentes. & Spe. in tit. de teste. §. 1. versi. item quòd est parẽs. de hoc per Inn. ẽ. de offic. deleg. insinuante. gl. 3. Sed hoc fallit primo in testamento filij de peculio castren. testantis. in quo pater potest esse testis: vt ff. de testamen. qui testamento. §. per contrarium. Secundo, pater potest pro filio testificari in causa religionis. 20. q. 3. ꝓsens clericus. Tertio casu, quando quæritur de ætate, cognitione, seu etiam genere filiorũ, vt ff. de proba. l. etiam matris professio. Quarto, in causis matrimonialib. 35. q. 6. c. 1. ẽ. de re iudi. c. tenor. de matrimo. contracto contra interdic. c. 1. qui filij sint legiti. c. transmissæ. & c. per tuas. qui ma. accu. pos. videtur. qd̃ dic vt ibi dixi. Hos casus ponit Spec. in versi. alleg. item quòd est parens. & gl. ponit primum & secundum in d. l. parentes. Aut quæris de collateralibus, & tunc:
5 aut quæris in causis ciuilibus, aut in criminalibus. † Si in ciuilibus, tunc admittuntur & compelluntur ad testimonium et fratres contra fratres, & pro ipsis quia nulla lege est hoc prohibitum, & ædictum de testib. est prohibitorium. ff. de testib. l. j. pro hoc. ẽ. de præsum. literas. hoc no. Io. & Arch. 3. q. 5. cõsanguinei. & Ber. & Host. in c. allegato significante. & Abb. hic, licet gl. in d. l. lege Iul. dicat quòd nec in ciuilibus cogi debent, quod non credo verum, quia materia probationum non est angustanda sed amplianda. C. de hæreti. l. quoniam. Nisi habeant bona sua omnia cõmunia pro indiuiso, quia tunc causa vnius intelligitur esse alterius, & sic esset testis in causa sua, quod esse non debet. C. de testib. l. omnib. Vel nisi forte sint in eiusdem potestate. arg. 4. q. 3. c. placuit. §. item in criminali. versi. itẽ pater & filius, vt no. Spe. in d. §. 1. versi. sed nunquid frater. & idõ in hoc casu vltimo Accur. in d. l. parentes. Si in criminalibus,
6 tunc, † Aut in criminalibus ciuiliter intentatis, & tũc possunt esse testes, sicut & in ciuilibus secundum Accur. in d. l. parentes. & Abb. hic, pro hoc. ẽ. de procura. tuæ. de testib. c. testimonium. §. si vero. † Aut in criminalibus criminaliter intentatis:
7 & tunc. Aut quæris in criminibus non exceptis, & tunc, aut quæris de consanguineis infra quartum gradum. aut de consanguineis vltra quartum gradũ. In primo casu dic, quòd nec compelluntur inuiti, & in d. l. lege Iulia. & 4. q. 3. c. si testes. & 3. q. 5. consanguinei. vbi hoc no. Hug. & Io. & Accur. in d. l. parentes. Nec etiã volentes admittuntur, ita intellige, quod no. Ber. & Host. & Abb. hic. & Spec. in d. ver. item quòd est parẽs. & ver. sed nunquid frater. In secundo casu dic quòd admittuntur, vt innuunt Hug. & Io. in d. c. cõsanguinei. & Spe. in d. ver. Aut queris in criminib. exceptis, & tunc admittuntur, & compelluntur, vt in d. c. literas. & 23. q. 5. si audieris. & q. 8. c. legi. vt no. Spe. tit. de teste. §. de teste. §. de testium compulsione. circa princ. & de hoc est casus in crimine hæresis. j. de hæreticis. c. in fidei fauorem. lib. 6. In quarto casu. s. quando est consanguineus vtriusq; in pari, & æquali gradu. Tunc par affectionis cã omnem suspicionem fraudis excludit, vt ff. de ritu nup. l. non
8 solum. §. 1. vt not. Ioan. in d. cap. consanguinei. † Nota tamen quod minor fides adhibetur tali consanguineo deponenti in causa, & pro parte sui consanguinei, quàm alij, vt ff. de testi. l. 3. §. tu magis. secundum Spe. in ver. alle. sed nunquid frater. & vi de quod dixi. ẽ. de testi. in literis.

Super eo. c. ¶ Ad declarationem gl. patet hoc &c. Si quæris hic quæ inimicitiæ repellant te-
9 stes, Distingue. † Aut sunt conspiratores, vel capitales inimici, & tales repelluntur à testimonio in omni causa, vt hic, & j. de symo. licet. & capi. per tuas. 1. ẽ. de re iudica. cum. i. & a. & institu. de excusa. tute. §. item inimicitiæ. Et nedum considerantur inimicitiæ præsentes, sed etiam quæ fuerunt nudiustertius, scilicet, quæ fuerunt non est diu. 3. quæstio. quinta. capitu. accusatores. 1. Aut non sunt conspiratores, nec capita-
10 les inimici. † Sed tamen aliquo modo inimici sunt, & tales admittentur ad testimonium, sed minorem, aut nullam fidem eis adhibebit iudex, quòd iudicis arbitrio relinquetur. in auth. de test. §. si vero dicatur. col. 7. ff. de quæstionib. l. 1. §. quæstionem. & l. quæstionis. secundum Tan. Innoc. Hosti. & Io. And. hic. & Spe. tit. de teste. §. 1. in prin. & tit. de accusatore. ver. sed quæ inimicitiæ. In quo concor. Io. in d. c. accusatores. dicens q̃ semper inimicus repellitur nisi sint leues, vel modice inimicitiæ. ar. j. de symo. licet hely. & hoc relinquitur inquisitioni iudicis qualiter inimicitiæ repellant, vt in §. alle. si vero dicatur. in hoc concor. Gof. in c. alleg. per tuas. & vide quod dixi in c.
11 alle. cum i. & a. dist. 2. † Et scias q̃ inimicitiæ interdum oriuntur ex verbis. Vnde Socrates: Principium amicitiarum bene loqui, exordium inimicitiarum maledicere, & no. Io. An. ẽ. e. repellantur. ex istis in dubio iudicarem leues ad instar iniuriæ verbalis, quæ leuis est. insti. de iniur. §. atrox. à contrario.

Super eo. c. ¶ Ad declarationem glo. ex hoc videtur & gl. fi. Inno. hic. Si quæris quando illi ad quorum impetrationem inquisitio à Papa contra aliquem est commissa à prosecutione inquisitionis repelluntur, vtrum ni-
12 hilominus in inquisitione procedi debeat. Distingue. † Aut isti repulsi à prosecutione inquisitionis quam impetrauerant à Papa propter inimicitias, vel aliam causam præbuerunt auctoritatem inquisitionis, & Papa non erat daturus aliàs inquisitores nisi propter auctoritatem & ad instantiam eorum, & hoc constat. Aut præbuerunt nudum ministerium inquisitioni, & Papa erat aliàs daturus inquisitores, & hoc constat, aut est dubium. Primo casu refert, aut Papa mandat inquiri de infamia, & tunc quemuis impetrantes repellantur, tamen inquisitio procedet ex offic. o iudicis, vt hic fuit. Aut Papa nõ mandat in rescripto inquiri de infamia, & tunc non proceditur in inquisitione,

inquisitione, quia si hoc,s.quod denũtiatus sunt inimici propter quod sunt repulsi, fuisset significatum Papæ literas non concessisset,ergo per eas proceda non deberet.ẽ.de rescrip.super literis.simile,no.ẽ.de iudi.quia Gui.& ita intellige opi.Io. hic.Cum quo concor.Gof.Phi.Egi.Ber.& Inno.hic.In secundo principali casu,cic idem.s.quod inquisitio procedet ex officio iudicis.In tertio casu.s.qñ est dubium,refer,Aut nomina impetrantiũ in literis sunt expressa:& tunc præsumuntur præbuisse auctoritatem inquisitioni, & quod Papa non erat aliàs daturus inquisitores.ẽ.de procur.c.fi.Aut nomina impetrantium non sunt in literis expressa,vt si dicatur ad audientiã nostram peruenit:vel relatione quorundam intelleximus,vel simile,& tunc præsumuntur solum ministerium præbuisse.Et idem hoc casu,si impetrantes excommunicati essent:quia nõ eneruantur literæ, & si ministerium præbuerunt impetrãtes. ar.C.de præci.impe.of.l. vniuersis.ff.de inoffi.testa.l.posthumus.§.1.& l.si pars.§.fi. & l. Papinianus.§. meminisse.24.q.3. ecce.secundum Innoc.& Hosti.hic.Et in hoc quod dicunt de excommunicatis impetrantibus,idem tenet Tan.hic,& Hos. j.c.proxi.& Gof.ẽ.de offi.deleg.prudentiam.Sed Io.Vinc. & Ber.hic contra,& verius secundum Guil.& Io. An.j.de rescr. lib.6.c.1.gl.fi.per Guil.in gl.quid si excommunicatus.per Ioã. And.& per illud.c.licet Car.ibi idem quod Tan. Inn.& Hosti. hic,& vide quod no.Spe.ti.de inquisitione.§. 1.ver.quid si impetrator.Vnde Pet.de Samp.& Abb.& Io. And.post eos recitant hic Guil.naso.sic dixisse,† quòd vbi in literis aliqua persona exprimitur illa repulsa, non admittitur alius per literam.ẽ. de rescrip.super literis.& de offi.deleg.p.& g.vbi nullus exprimitur,secus vt hic.in fi.Sed obstat in prin.c. vbi certi fuerunt expressi, & tamen eis repulsis alij admittuntur, sed hoc ex vi secundi mandati.Sed huic solutioni obstat.j.co.olim.vbi vnicum fuit mandatum, & tamen ex officio iudicis alij admittuntur imo adijciuntur ad iuuandam,& prosequendam inquisitionem,& denuntiationem,secundum Abb.& Io.And.Sed hoc dictum Guil.nasonis intelligo,secũdum præmissa.Et per hoc.c.euidenter patet, quòd si infamia habuerit originem ab inimicis:nec per alios probari potest,non proceditur in inquisitione,vt hic.& j.c.proxi.nisi apud bonos & graues sit nimiũ diuulgata,vt hic in fin. † Si vero ab honestis orta fuerit,non à maliuolis, & per idoneos probari possit,iudex ex officio suo cõcedet in inqsitione,vt hic . Sed inimicos repellet à testimonio, & à prosecutione inquisitionis , vt hic secundum Ho.de hoc no.Bern.j.de pur.ca.cum dilectis.in gl.not.qd & ibi dicã.

Super eo.c. Ad euidentiam gl.Inno.hic quæ incipit: dic quod vbi &c.Cum qua concor. Vin. Gof.& Host.hic vide quod no.Card.j.eo.c.1.ver.notandum. & Guil.& Io.And.in c.2.gl.1.lib.6.Et nota secundum Innoc. hic vnum quod est notatu dignũ , † quod probato crimine in modum inquisitionis imponetur pœna corporalis & honoris,& damna læsis resarciẽtur,vt hic.& in aut.vt iudi.sine quoquo suf.fiant.§.si quis autem præter. & §.necessitatem.col.2. vt nulli iu.§.& hoc peruenit ad nos colla.9.in quo cõcor.Hos. Et secundum hoc si expulsus violenter de fundo intentat criminalem actionem per l.Iuliam de vi.contra violentũ expulsorem , & probet ita quòd violentus est in causa condemnationis, iudex sine alio iudicio poterit eum etiam ad restitutionem rei ablatę cõdemnare,quod videtur probari per iura quę dicũt quòd iudex in his quæ sunt ei notoria vt iudici , potest condemnare.ff.fini.regun.l.si irruptione. C.de testi.l.nullum. ad l.Cor.de fal.l.vbi. Præterea pro hoc videtur lex expressa.ff. de fur.l.interdum.§.qui furem.in contrarium videtur,quia iudex non potest ferre sententiam,nisi libello conformen.Sed libellus accusationis,vel inquisitionis hoc non cõtinet,& ideo fatuus esset iudex &c.ff.communi diuidundo vt fundus.j.eo. qualiter.§. pen. Præterea iudex non potest condemnare vltra quam sit petitũ,vt ff.de excep.rei iudi.l.si ex testamento.Præterea hoc sequitur necessario, vt videtur, quia si iudex posset sic condemnare,frustra lex diceret,quod postquam actum est criminali,agi potest ciuili . vt C. quando ciuilis actio præiudicat cri.l.vna.Et istam partem tenet Io.C.ad l.Iul.de vi pub.l.si quis ad se fundum.& idem sentit ibi gl.& Odo.& Pet.de Belpeti. Quid dicendum,super hoc,ipse Pet.sic,disting,ibi.† Aut iudex est talis qui non potest corrigere nisi iure fori tantum, sicut sunt iudices seculares , & tunc non potest condemnare vsurarium,vel raptorẽm ad restitutionem per iura allegata ,p ista parte. † Aut iudex est talis ad quem spectat correctio iure fori,& iure poli,vt Episcopi,& alij iudices ecclesiastici, & tũc, quia non dimittitur peccatum nisi &c,vt j.de vsur.cum tu,& de reg.iur.c.peccatum.lib.6.potest condemnare reum etiam ad restitutionem vsurarum seu raptorum,sic intellige opinionem Inn.& Hosti.hic.ar.ff.de iur.om.iud.l.2.secundum Pet. Et hoc tene menti secundum Cy.ibi.Quæ distinctio videtur vera in causa inquisitionis vbi officium iudicis latissime patet.ff.de iur.omn.iudi.l.1.vnde quandoq; ponit hominem ad rationem.ẽ.eo.si constiterit.Quandoq; inquirit ex officio nõ probata per testes infamia , sed sola publica fama deferente.j. de pur.ca.inter solicitudines.1.respon.in fi.quod etiam innuitur.j.eo.qualiter.1.responso,in causa vero accusationis credo secus per rationes prædictas.

Super eo.c. ¶Si quæritur vtrum ille contra quẽ est faciẽda inquisitio super aliquo crimine, audiendus sit,volens probare bonam famam suam.Et quid si testes hinc & inde producti probent infamiam,& bonam famam,& quid si simul & semel, super vtroq;.s.fama & veritate criminis inquiratur.Distingue,† Aut quæritur de primo scilicet , vtrum est audiendus volens probare bonam famam suã, & dic quod sic,ar.in eo quod legitur,& not.ẽ.eo.licet.§.fin.de spon.cum in tua.§.1.de testi.cog.c. dilectorum.6.q.1.ex merito.& c.deteriores.secundum Host. & Io.And.hic.& Ber.j.e. qualiter.2.gl.circa medium ver.& si actor.& Host.& Io.And. ibi. Quod intellexit verum Io.prout ibi recitat Io. An.quando aliquo promouente inquisitionem iudex procedit, secus si nullo promouente , quia non sic præsumitur contra iudicẽ, sicut contra aduersarium.Prius dictum indistinctè verius credo,tum quia potius in odore bonæ famæ, quam male delectamur.ẽ.eo.licet.in fi.de præsump.cum in iuuentute.Tum quia quilibet reus ad probandum suam innocentiam admitti debet per ea quæ leguntur,& no.81.dist.clerici.2.q.4.omnib.& q.7. cũ pastoris.Fallit in casu vbi iam probata esset mala fama contra ipsum,vt no.Guil.de mon.Lau.extra de offi.ord.c.j.super verbo iniungimus.ver.sed nunquid.in cle.pro quo.ẽ. de testi. fraternitatis.& eo.tit.c.testib.in cle. † Aut quæris de secundo .s.quid si testes producti hinc & inde probent infamiam ,& bonam famam , tunc attendere debet iudex vtrum communis vox vicinorum exterior cõcordet cum fama,vel infamia, & qualitate testium productorum.His.n.& alijs pensatis circunstantijs,erit hoc arbitrio iudicis relinquendum,vt patet in eo quod legitur,& no.ẽ.de testi.præterea.& c.in nostra.secundum Host.hic.idem Spe.tit.de inquisi.§.nunc tractemus.ver. quid si testes &c.Archid.2.q.4.omnib.super verbo remaneat. Sed si plures testes dicant eũ esse bonæ famæ, & pauciores malæ famæ,dicit Io.qd pauciores prævalent,quo ad hoc vt procedatur ad inquisitionem seu purgationem , cum propter dicta paucorum non dicitur infamia,vt hic in fin.Sed Vin.dicit & melius,dicta plurium præferenda,dummodo probet æquę bonam sicut illi malam.arg.ẽ.eo.c.licet in fi.2.q.4. omnib.81. dist.clerici.& in auth.de monachis.§. cogitandum. coll.1. secundum Spe.in d.ver.quid si testes,& Archi.in c.alleg.omnibus.& hoc sequitur Host.vt patet per hoc quod supra proxi. dixi.Sed Io.And.putat eorum dictum Tan. & Vin.vbi testes primi & secundi deponunt de fama viciniæ.& facit quod not. ẽ.de testi.cum in tua.in vlti.glo. Sed si primi,licet pauci deponant de vicinia:secũdi licet multi non de vicinia,verum putã. quod dicit Io.& credo quod ita intellexerunt Tan.& Vinc.in c.alle.omnib.† Aut quęritur quid si simul & semel super vtroque.s.fama & veritate ab vno teste primo tamen de fama, secundo de veritate inquiratur,& tunc dicit Host.quòd non sequatur ordo,quia probatio famæ debet præcedere probationẽ veritatis,& quia non sunt tales processus siue articuli permiscendi,vt patet in eo.quod legitur,& no.ẽ eo.qualiter.de rescr. cum dilecta.de iudic.exhibita.Et idem modus seruandus est vbi in modum exceptionis crimen opponitur ẽ.eo.super his. in hac materia officiu m iudicis latissimè patet. Nam quãdoque ponit hominem ad rationem.ẽ.eo.si constiterit.Quãdoque inquiret ex officio,non probata per testes infamia,sed sola fama publica deferente. j. de pur. ca. inter solicitudines. & innuitur j.eo.qualiter.de quo dic, vt ibi.& in c.alle.si constiterit.Sed si vt appellationes euitet,iudex consulimus quod probata infamia inquirat de veritate criminis,ꝓm Hos.cum quo concor. Spe.tit.de inquisitione.§.nunc tractemus.ver.quid si testes.& vers.seq. Dic tamen quod omissio talis ordinis nõ viciat,nec impedit processum,dummodo non appelletur,quod dic vt legitur,& no.j.eo.c.2.lib.6.

1 *Causæ maiores quæ sint.*
2 *Causis maioribus partes renuntiat.*

Cum

Cum dilectus. ¶Si quæris quot sunt genera maiorum causarum, & in quibus spectant ad iurisdictionem Papæ spectantium:& vtrum interdictioni Papæ in eis p partes seu aliquam partium renuntiari possit , Distingue . † Aut
1 quæris de primo.s.quot sunt genera maiorum causarum ad iurisdictionem Papæ spectantium , & in quibus spectant.& dic quod tria.Vnum cuius examinatio,& diffinitio,tam ab initio quam ex post facto sedi tantum in omnibus apostolicæ reseruatur,vt est diuisio & vnio episcopatuum.j.de excess. prælat. sicut episcoporum depositorum restitutio, & similia, de hoc genere est postulatio facta ad episcopatum , vt patet.ẽ.de postu.præla.c.bonæ.2.§.nec nocebat.& c. postulationem. Aliud cuius examinatio spectat ad ordinarium,sed diffinitio ad apostolicam sedem tantum,sicut est depositio episcoporum.3.q. 6.accusatus.& c.seq.dubiorum declaratio fidei.j.de hæreticis. ad abolendam.& priuilegiorum sedis apostolicæ.ẽ. de iudi.cũ venissent.ẽ.de confir.vti.vel inuti.c.j.& 2. Tertium genus mixtum est,sicut electio episcoporum,& cõfirmatio, quia quandoque spectat ad ordinarium insolidum .s.si non appelletur saluis dispensationib.si circa illam occurrant,quæ sedi tantũ apostolicæ reseruantur,vt ẽ.de elec.innotuit.de cor.viti.c.2.Qñque vero defertur ab apostolica sede, insolidum.s.si quoquo modo etiam frustratoriè fuerit appellatum ad Papam. secundum Host. qui hoc tenet per quandam decre.quæ incipiebat. dilecti filij,quam ipse habebat in tit.de ap. Gof.vero habebat eam sub tit.de elec.& Guil.sub ti.de rescri.de qua tractat Cõpos.j.de elec.statuimus.lib.6.quam hodie non habemus , cuius opi.hodie reprobatur quo ad appellationem frustratoriã, seu friuolam.j.de elec.quanuis.lib.6.† Aut quæris de secundo
2 .s.vtrum iurisdictioni Papæ in eis per partes renuntiari possit,& tunc dicit Host,hic quòd non, cuius opinio approbatur in d.c.quanuis.§.cæterum.libr.6. vbi habes quòd in hoc casu licet partes ab huiusmodi appellationibus,nulla tamen interueniente prauitate recedere antequam præfatę sedi fuerunt præsentatę &c.

1 *Differentiæ inter accusationem & denuntiationem.*
2 *Procurator non interuenit in causa criminali.*
3 *Testis an de suis criminibus interrogandus.*
4 *Testis an de suis criminibus respondere debeat.*
5 *Testi de suis criminibus respondenti an credatur.*
6 *Testimonijs paucorum an quis infametur.*
7 *Pauci testes qui dicantur ad probandum quem diffamatum.*
8 *Testificantibus super infamia an vox communis præferatur.*

Inquisitionis. ¶Si quæris quando in modũ inquisitionis vel denuntiationis agitur de criminib.homicidij,symoniæ, & alijs quæ post peractam pœnitentiam impediũt executionem ordinis suscepti , & retentionem beneficij, sit omnino sicut in accusationis iudicio procedendum , Distingue.† Aut quantum ad hoc, vt denuntians teneatur se inscribere ad pœnam talionis,& dicunt Ber.& Innoc.quòd non,sed Host.in hoc contra,vt dixi.ẽ.eod.super his. Aut quantum ad diffinitionem,& pœnam imponendam,& dic,quòd sic,secundum Hosti.hic. Fallit in pœna exauctorisationis seu degradationis solennis,de qua habetur.11.q.3. episcopus.j. de pœnis degradatio.lib.6.Et est ratio,criminis immanitas aliàs innotmitas ; & idem si constaret per denuntiationem . secundum Gof.& Abb.hic.& Archi.l.dist.miror.in gl.si ẽt in modũ &c.
2 † Aut quantum ad procuratoris constitutionem,& videtur secundum Host.quòd in tali causa interuenire non potest,cum eundem effectum habeat quem accusatio,vt hic patet.In accusatione autem criminali procurator interuenire nõ potest . vt no.ẽ.eod.veniens.Aut quantum ad processum,& dic quod non,imo dissimilis est processus secundum Host.

Super eo c. ¶Ad euidentiam gl.iudex.n.& glo.seq. & glo.Innoc.quæ incipit,ex hoc loco.Si quæris vtrum testis possit, & debeat de & super suis criminibus interrogari,& vtrum interrogatus teneatur & debeat respondere,& si respõderit vtrum debeat sibi credi, Distingue.
3 † Aut agitur & quæritur specialiter de aliquo crimine,cuius particeps dicitur esse testis, & tunc licet de alijs non credatur ei in omnibus, de se tamen interrogari potest , & respondere debet, & ei creditur, vt ẽ.de elec.per inquisitionẽ.& de concess.c.1.& 2.& C.de testi.l.nullum.quòd dic vt no. Hosti.& vt scripsi.ẽ.de testi. causam quæ inter Archiepiscopũ . & in hoc concordant Vinc.& Spe.ti.de teste.§.iam de interrogatorijs. ad fi.ver.sed nunquid quæretur &c.Aut agitur & quæritur de alio crimine cuius nõ dicitur esse particeps ipse testis,& tũc, Aut quæritur de duobus primis.s.vtrum ipse testis debeat de & super suis criminibus interrogari,& vtrum interrogatus teneatur & debeat respondere . Aut quæris de tertio.s.vtrum si
4 responderit debeat sibi credi. † Si de duobus primis,tunc dicit Ber.in c.alleg.cum causam,quòd satis potest dici quòd teneatur respondere saltem ad ea de quibus traditur. 4.q.3. c. si testis.§.item testium.ff.de testi.l.3.& ar.opti. hic.ſan sit decurio,plebeius,liber,an seruus,infamis, an bonæ famæ, amicus, vel inimicus eius,pro quo,vel contra quem testificatur,locuples,an egenus. Sed de alijs interrogatus non tenetur respondere , & hoc idem tenet Abb.ibi.& hoc idem innuit Ber.hic. Tu dic secundum Inno.& Hosti.hic , cum quibus concordat Vinc.& Rof. quòd non est interrogandus, & si interrogetur non cogitur respondere , nec crimen suum seu conditionem suam in specie,vel in genere prodere debet.de pœ.dist.1.non tibi dico.2.q.1.si peccauerit.idem Host.in c.alle.cum causam, quæ inter. Nec obst.si obijciatur quòd ordo & testimonium pari passu ambulant.2.q.7.ipsi apostoli.sed in ordinibus debet confiteri, ergo & in testimonio.l.dist. ex pœnitentibus.quia hæc similitudo non attenditur in omnibus ,sicut nec in hoc casu.Nam in ordinatione propter periculum animæ istud specialiter est statutum , sed nec tenetur ordinandus omnia crimina sua dicere,vt no.in d.c.ex pœnitentib.sed illa tantũ,quę ordinis executionem impediunt.secundum Inno. & Hostiẽ. idem Gof.in sum.de temp.ord.iuxta fi.§.restat.& Arch.in d.
5 c.ex pœnitentib. in gl.adde quicquid dicat &c. † Si quæris de tertio.s.si responderit,sit ei credendum ,dic quòd sic, quia si non valeat testimonium tanquam iurati cum de hoc non iurauerit.arg.ẽ.de testi.c.de testib. valet tamen tanquam de accessorio.arg.ẽ.de offi.deleg.c.præterea.ad fi.& c.prudentiam. §.pen.& vlti.& quia vnicuiq; creditur contra se.ff.de interro. act.de ætate.§. 1.& quiq de se magis ei credendum est quã alij, cum de se melius nouerit veritatem.arg.ẽ.qui ma.ac.pos.c.videtur.secundum In.& Hosti. quorum glossam approbat hic Archi.2.q.7.quærendum.gl.pen.& satis concor.Spe.in d.ver. sed nunquid quæretur.& eo.tit.s.de teste.§.1.in 6.col.ver.qd si testis dicis &c.dicens quòd quando confitetur contra se nõ est verisimile, quòd suam tantam turpitudinem contra se asseueret,quia crudelis est qui famam suam negligit.12.q.1.nolo.Dicit tamen quòd in isto vltimo casu ipse deferret testi inueniret.arg.5.q.5.illi qui.30.q.5.iudicantem.ẽ. de fide instru. c.cum Ioan. super principali tamen non crederetur ei secundum Ber.hic in gl.quia forte idem Io.Vin.& Io.And.

Super eo.c in fine. ¶Si quæris vtrum propter dicta paucorum quis infamatus debeat reputari, & qui dicantur pauci, & vtrum dictis testium deponentium super infamia,sit vox communis contraria præferenda.Distingue.Aut quæris de primo.s.vtrũ ,p- pter dicta paucorum quis infamatus debeat reputari, & tunc. aut quæris de dictis paucorum testium ad probandum infamiã productorum,aut de dictis aliorum quam testium.In pri
6 mo casu refert . † Aut quæris de dictis paucorum testium ad probandum infamiam productorum, & de ipsa debitè deponentium, vt quia iurati deponunt eum infamatum apud bonos & graues ,quos specificãt, & dic quòd p dicta iurata paucorum testium idoneorum, puta duorum vel trium , probatur infamia,quis infamatus reputari debet.Nam per duos ,probatur fama.ẽ.de testib.tam literis.1.respon.sicut & solennitas .s.subscriptio septem testium testamenti.C.de bo.pos.secundum tabu.l.2.arg.C.de fideius.l.fi.in fi.secundum Inn.& Hohic in glo.fi.idem Io.And.& hoc idem.s.quod fama probetur per duos testes idoneos not.Ioã.4.q.3.c.fi testes.§.item sæpe etiam sine. Aut quæris de dictis paucorum testium.de & sup ipsa infamia non debitè deponentium,vt quia non iuratorũ.ẽ. de testi.c.de testib.& c.nuper.vel si iuratorum, tamen de infamia apud bonos,& graues, nihil dicentium.vel si dicunt nõ tamen specificant,& talia dicta non probant,vt hic in fi.quando dicit qui propter dicta paucorum &c.& ẽ.in versic.& vtrũ ibi plures dixerint infamatum &c. Nõ.n.dicit iurati deposuerunt,nec dicit apud bonos,& graues,vnde isti iurati deponebãt infamiam apud se tantum fore,& non apud bonos, & graues,& de propria credulitate, quæ non sufficit ad pœnam infligendam.86.dist.si quid vero.secundum Host.& Io.And.In secundo casu.s.quando quæritur de dictis aliorum quam testium , & dic quòd propter dicta talium paucorum nõ debet

quis

7 quis reputari infamatus. ita potest intelligi iste tex. † Aut quæris de secundo principali. qui dicantur pauci. & Bern. dicit hic quod maior pars viciniæ requirit, vt apud iama eã laboret: & idem Vin. & Io. hic Host. vero dicit quod non sufficit maior pars viciniæ: nisi etiam sit apud bonos & graues. sed Hug. & Io. & Arch. 10. q. 3. vnio. gl. fi. dicit quod sufficit quod à decem vel pluribus infamatus sit. & idem innuit hic Gof. qui intelligit hic paucorum. i. duorum vel trium. secundum Arch. ibi. & pro hoc facit text. ℣. ibi duo vel tres. Aut etiam plures &c. Nã hæc dictio plures, ad modicum refertur. ff. de verb. sign. l. hæc adiectio. & pluralis locutio &c. ff. de testib. l. vbi numerus, & ĵ. de reg. iur. c. pluralis locutio. lib. 6. vnde sinaliter credere hoc arbitrarium. Quid. n. si Parisijs aliquis sit infamatus apud decem vel duodecim, de vitio suo in quo forte sunt mille, alij homines commorantes apud quos nõ est infamatus, non videntur sufficere. Item quid si aliquis sit diffamatus apud decẽ vel duodecim homines in villa, in qua non sunt nisi. 18. homines, videtur sufficere. ℣. de offi. deleg. de causis. nam in hac materia officium iudicis latissime patet. ff. de iurisd. omn. iud. l. 1. & no.
8 Host. ℣. eod. cum oporteat. † Sequitur de secundum principali. s. vtrum dictis testium deponentium super infamia, sit vox communis contraria præferenda, & tunc dic vt dicit Inno. hic in gl. no. dicens quod licet testes aliqui dicant aliquem infamatum, & communis vox non habeat eum infamatum, cõmunis vox præfertur dictis plurium testium, vt hic in fi. Nec est contra. ℣. de spon. cum in tua. quia bene potest probari infamia per testes, & maxime vbi probationes non inducuntur in loco vbi dicitur infamia contracta. Sed tutius est, & melius semper proprijs auribus habere certitudinem de fama: & in loco in quo dicitur infamatus, quam per testes, & in alijs locis. ℣. de elec. c. postquam. & c. scriptum est. de præsum. quia verisimile. ĵ. de pur. ca. cum dilectus. Et tunc quando sic constat aliquẽ esse bonæ famæ: licet duo vel etiam plures, dum tamen non sint multi, dicánt eum esse malæ famæ, non tamen fiet inquisitio, vt hic. sed si hoc modo non constat de bona fama, alicuius per duos testes, probetur eum diffamatum, non credit iudicẽ teneri probationem recipere super bona fama. Cum etiam si probaret per multo plures non sit eis profuturum, cum possit esse bonæ famæ, apud aliquos, & male apud alios, & ꝓpter illos sit indicẽda purgatio. 2. q. 4. omnib. Tamen bene facit iudex si eos recipiet, & eis gerat morem, & etiam aliquo modo poterit ex eis instrui. ff. de probationib. l. circa. ar. 2. q. 7. cũ pastoris. & q. 4. omnib. 12. q. 2. sint manifestè. 18. q. 2. in decima. contra tamen credimus: Inn. cuius gl. sequitur hic Host. illo articulo prætermisso, quam dicit Inn. se non credere. & Arch. 2. q. 4. omnib. super verbo remaneat. sed opi. Inn. potest intelligi vera post publicatas attestationes testium super infamia productorum, ante vero potest esse vera opinio Ho. ar. ℣. de testi. fraternitatis. & c. ti. c. testibus. in cle.

1 *Prouiso de beneficio si crimen obijciatur, an prouisionis exequatio differatur.*
2 *Infamiæ obiecti criminis effectus.*
3 *Communis intellectus non est mutandus.*

ACcedens. ¶ Ad euidentiam huius decretalis. Si quæris quando illi cui de beneficio prouisum est: & qui petit se in possessionẽ poni, & prouisionem sibi factam executioni mandari aliquod crimen oponitur, vtrum per hoc executio prouisionis debeat retardari, vel quid iuris. Distingue. † Aut prouisus proponitur super illo crimine publicè infamatus, aut non. Si non, mandatur prouisio executioni, quo facto, si actor, vel accusator, vel denuntiator appareat legitimus talis. s. qui crimen probare velit, & valeat, probato crimine priuatur beneficio. ℣. de ap. constitutus. 2. §. fin. de concess. præb. post electionem, non probato crimine reus absoluitur, hoc. n. est generale. quod dic vt legitur, & no. ℣. vt eccle. benefi. c. vnico. & ℣. eo. titu. c. 1. 2. 3. & 4. & in præmissis iuribus constitutus post electionem. Si vero accusator non appareat prouisus, vlterius nõ grauatur, vt hic in prin. & ℣. eo. c. 1. Si prouisus est super obiecto crimine publicè infamatus, & is qui crimẽ obijcit ipsum, sit probare paratus, tunc propter infamiam obiecti criminis executio retardatur, arg. ℣. eo. omnipotens. 8 1. dist. tantis. Daniel. 2. q. 5. presbyteri à plebe. C. de infami. l. vnica. de decur. l. infamia. lib. 10. de pig. l. neque famosis. lib. 12. ĵ. de excess. præla. inter dilectos. Vbi no. Inno. in gl. 1. & Host. & Abb. post eum, quod crimen opponitur non tantum electo confirmationem petenti: vt ℣. de elect. c. dudum. 1. & 2. imo etiam opponitur eĩ qui institutus est antequam adipiscatur possessionem, vt in d. c. interdum. modo laboret infamia, vt hic. & ĵ. de pur. ca. c. 2. ℣. de testi. licet ex quadam. & recipiuntur probationes excipientis super obiecto crimine, quo probato, prouiso silentium imponetur. Sed si non probetur erit infamato, purgatio indicenda, in qua si defecerit, erit eidem prouiso silentium imponendum. Verum si se purgauerit, est mandanda executioni prouisio, & contradictor ab huiusmodi aliàs ab ipsius molestia cõpescendus, & in expensis legitimis condemnandus prout ista omnia hic sequuntur. Fallit forte vbi excipiens ante confirmationem, vel collationem, vel prouisionem habuit facultatem
2 excipiendi, vt dicam in d. c. inter dilectos. dist. vlt. † Liquet igit̃ ex premissis, ꝙ infamia obiecti criminis duos effectus habet. Primus est, vt executio suspendatur. Secundus est, vt ipsa suspensa probatio obiecti criminis admittatur, vt patet in eo, ꝙ legitur, & no. ĵ. de symo. accusatum. Tertius, etiam potest notari, vt. ℣. purgatio indicatur, vt hic sequitur, nec sufficiat oppositio infamiæ nisi & crimen obijciatur, nec obiectio criminis, nisi & infamia opponatur. Liquet etiam ex præmissis, ꝙ si electus consecratus sit, adhuc tamen contra ipsum potest obijci crimen cũm infamia, ad hoc vt impediatur corporalẽ possessionẽ, Episcopatus adipisci, ꝙ dic vt no. ℣. de appel. constitutus. 2. in fi. & c. vt debitus. in fi. & ĵ. de excess. præla. inter dilectos, & sic hæc decretalis fuit hactenus intellecta communiter. † Vnde iste intellectus minime est mutandus. ff. de legi. l. minime. Sed si contra publicè infamatum concurrant, accusator, & contradictor, accusator qui incedit via ordinaria præferendus est alteri qui incedit via extraordinaria, ar. ff. de mi. l. in causæ. 2. & patet ex no. in sum. de accusa. rub. de inquisitione. §. quis sit effectus. ver. is ergo est ordo. secundum Hos. idẽ Io. And. Et vide de hac materia quod no. Ber. ℣. de elec. quod sicut. & plenius Compos. ibi in ver. alij dicunt etiam ver. seq. & per Host. in sum. de excep. §. & quando. versi. sed hoc. & §. & à quib. ver. quid si de crimine. & ℣. de excep. cũ ecclesiasticæ. sup verbo de qua: & vide quod dicam in d. c. inter dilectos. dist. vl.

1 *Inquisitio generalis triplex.*
2 *Inquisitio specialis duplex.*
3 *Contra prælatum secularem, quomodo inquiratur.*
4 *Contra secularem priuatum, quomodo inquiratur.*
5 *Contra regulares quomodo inquiratur.*
6 *Inquisitio ex officio vrgente.*
7 *Inquisitio super fama fit sine ordine iudiciario.*
8 *In inquisitione generali non est necessaria litis contestatio.*
9 *In inquisitione speciali litis contestatio requiritur.*
10 *Monitio non requiritur in inquisitione ex officio.*
11 *Monitio pregedat denuntiationem.*
12 *Accusatio quæ pena imponatur.*
13 *Inquisitio quæ pena imponatur.*
14 *Denuntiatus quæ pæna puniatur.*
15 *Testes debent in facto concordare.*
16 *Testes quomodo concordare debeant in causa scientiæ. 18.*
17 *Testes concordare debent in tempore.*
19 *Suspectis soli episcopo an indicatur purgatio.*
20 *Peccator maximam cap. dimi. patitur.*

Valiter & quando. ij. ¶ Si quæris in qua inquisitione habeat seruari forma huius. c. Distingue.
1 † Ad cuius euidentiam nota quod quandoq; fit inquisitio generalissima ex mero & puro officio iudicis, vt qñ quæritur in concilijs generalibus, seu prouincialibus generaliter de statu prouinciarum, seu prouinciæ, quantum ad ecclesias, & personas, in melius reformandas. ĵ. co. sicut olim. ℣. de præben. graue. Quandoque generalis tam in capite quam in membris alicuius ecclesiæ ciuitatis vel castri, vel alterius loci. Quandoque prælatus visitat ex eodem mero officio. ℣. de offic. ordi. c. 1. & c. irrefragabili. 10. q. 1. placuit. ĵ. de hære. excommunicamus. 1. §. adijcimus. Et in his duobus casibus non habet locum forma huius. c. sed generaliter & compendiosè, contra omnes inquiritur. Fit etiam inquisitio generalis aliquo impetrante, vel ex officio fama deferente, quo casu non habet locum forma huius. c. sed alia de qua. ℣. de re iudi. cum i. & a, c. seq. quamuis illa possint intelligi de singulari inquisitione tan
2 tum, vt ibi no. † Specialis siue singularis quãdoq; fit ad denuntiationem illius ad quem spectat, hoc ex officio denuntiare, in

quo

casu non est necessaria trina monitio: sed facta simpliciter tantum denuntiatione proceditur ad inquisitionem. C. eod. l. ea quidem. ℣. de offic. custo. c. 1. in fi. ĵ. de censi. c. Romana §. sane. 11
& seq. lib. 6. & de hac materia plenius, no. ℣. de iudi. nouit. j. rñ. Fit & quandoq; nullo denuntiante, sed fama deferẽte: & tũc, Aut proceditur contra secularem, aut contra regularẽ. Si con-
3 tra secularem, tunc † aut contra secularem prælatum, & tunc non sufficit simplex fama, vel clamor, & frequens sit, nisi sit q̃ scandalum generet, vel sine periculo tolerari non possit, vt patet. ĵ. eo. §. 1. Aut contra secularem priuatum, & tũc sufficit fama frequens & clamosa, & si non generet scandalum, & sic loquitur hic. & in vtroq; istorum duorum membrorum seruatur forma quæ traditur. ĵ. eo. c. §. debet. Sed & requiritur probatio famæ de qua no. ℣. eo. cum oporteat. §. fi. quod tamen totum est arbitrio boni iudicis relinquendum & committendum, vt tamen scias, quod leuiores probationes contra priuatos sufficiunt, quam contra prælatos, vt ĵ. eo. §. licet. ℣. de offi. ordi. pastoralis. 1. resp. & ĵ. de sent. excom. cum illorum. §. si ve
5 ro claustralis. † Si proceditur, tunc aut correctionem secundũ regulam, & tunc secundum eandem de plano proceditur contra non seruata hac forma. ℣. de appel. reprehẽsibilis. & c. cum speciali. & de regu. c. fi. & de sta. mo. c. in singulis. & c. ea quæ. 12
Aut ab administratione remoueatur, & tunc quando agitur de Abbate, vel priore conuentuali, vel curam habente, & authoritate dyocesani instituto, & si non ad vnguem quo ad quẽdã, tamen seruãda est forma huius. c. vt ℣. vocetur, & se possit defendere, vt patet. ℣. eo. ad petitionem. §. cũ igitur. & ĵ. eo. olim. §. si vero. & de symo. per tuas. Vt tamen scias, quod leuius & ex leuioribus causis remoueri potest, quam secularis, vt ĵ. eo. c. in fi. vnde & consuetudo locorum religiosorum specialis in hoc expectanda est, vt in d. c. per tuas. alleg. in fi. & ℣. de app. ga nos. Quando vero agitur de priore simplici, vel alio officiali, seu aliam obedientiam tenente, talis instituitur, & destituitur per Abbatis arbitrium etiam sine causa, vt patet in eo, quod legitur, & no. ℣. de sta. mo. cum ad monasterium. §. tales. & c. mo
6 nachi. † Quandoq; etiam fit inquisitio officij debito vrgente, & si nulla præcedat fama, nec aliquid opponatur, sicut patet exemplum qñ agitur de matrimonio contrahendo siue corporali, vt ℣. de clandesti. despon. c. 3. siue spirituali, vt ℣. de elec. cum nobis olim. §. vlt. & idem est vbicunq; iudex ex mero & puro officio procedit. In his maxime in quib. imminet pericu lum animarum, vt patet. ℣. de iureiur. ad nostrã. 2. de offi. ord. c. 1. secundum Hos. cuius est tota ista distinctio, & de hoc per eum in sum. eo. tit. sub. rubri. de criminib. sine ordine punien dis. §. fi. & in his concor. per omnia Io. And. hic &c.

Super eo. c. ¶ Ad declarationem gl. primæ ibi, si vero infamatus. Si quæris vtrũ in causa inquisitionis possit procedi lite nõ contestata & monitione nõ præmissa. Distingue. Aut quæris primo, nunquid possit pro-
7 cedi lite non contest. & tunc. † Aut quæris de processu faciendo de & super fama, & in illo potest procedi sine ordine iudiciario, & sine litis contestatione, arg. no. per Ber. Inn. & Host. ℣. de spon. cum in tua. Aut de processu faciendo super princi-
8 pali: † & tunc Aut inquisitio est generalis, tam in capite quam in membris: & tunc non est necessaria litis contestatio. ita intellige. ℣. de re iudi. cum i. & a. secundum Pet. de samp. & Abb.
9 & Io. An. ibi. † Aut inquisitio est specialis contra certam personam, & tunc, Aut proceditur vel inquiritur contra aliquem ad instantiam partis, & parte instante, & tunc nõ valeret processus lite non contest. factus. vt ĵ. de pur. ca. c. pen. dictus vero. quæ §. ita intelligit Hosti. ibi, & Ioan. And. hic sed deberet procedi cõtra eum aliàs ad annotationem bonorum, vel aliàs prout legitur, & no. 11. q. 3. c. rursus. & c. quicũq;. & 3. q. 9. decernimus. & ℣. de do. & contu. veritatis. & de hoc vide, quod dixi ibi in dist. 1. Aut proceditur vel inquiritur ex eum ex officio iudicis parte aliqua non instante, & tũc. Aut est absens per contumaciam, & tunc proceditur contra eum super principali, lite non contestata: vt ℣. vt lit. non contesta. c. quoniam frequenter. §. sunt & alij. & hic in §. debet. Aut est præsens, & tũc ordo iudicarius est seruandus, aliàs processus non valeret, vt ĵ. de pur. cap. cum dilectus. prout ita not. Guil. de mon. Lau. extra de offi. ordi. c. 1. in clem. Aut quæris nunquid possit proce-
10 di monitione non præmissa, & tunc. † Aut iudex inquirit nõ ad denuntiationem alicuius prosequentis inquisitionem, sed ex officio suo fama publica referente, & tunc nulli dubium, quod potest procedi nulla monitione præmissa, sufficit enim sola fama vel clamor, vt ĵ. de symo. licet hely. vbi sic intelligũt Ioan. Gof. & Ber. & Archi. 12. q. 2. indigne. glo. penult. Aut iudex inquirit ad denuntiationem alicuius prosequentis inquisitionem, & tunc dicit Bern. hic in additione non esse necessariam admonitionem. † Tu dic quod imo denuntians hoc ca 11
su probare habet trinam monitionem. ĵ. de symo. licet hely. §. contra quos. secundum Ioan. Vincen. Gof. Phil. & Ber. qui ita sentiunt. ĵ. titu. 1. c. 2. Et istorum opinio verior est secundum Ioan. 12. q. 2. indigne. idem Rofr. & probatur in Specu. titu. de inquisitione. §. 1. versic. sed nunquid poterit. vbi etiam dicit, quod tunc inquisitor non procedit per modum inquisitionis, sed per modum denuntiationis, & pro hac sententia, est supra eod. cum dilectus. vbi Ioan. & Gof. not. idem. & idem tenet Archi. in d. c. indigne. in glo. adde. dic quòd cum ad denuntiationem. supra eo. c. & eãdem glos. ver. & cum proceditur ad denuntiationem &c.

Super eo. c. & ead. glo. ver. & cum proceditur ad denuntiationem &c. Si quæris vtrum quando agitur de crimine necessaria est præcedens monitio: distinguam. ĵ. de symo. licet hely. dist. 1.

Super eo c. Ad declarationem glo. penult. Berna. Si quæris quando proceditur, & probatur crimen in modum accusationis, vel inquisitionis, vel denun-
tiationis, quæ pœna imponi debeat, distingue: † Aut agitur in 12
modum accusationis, & tunc deponitur, quia hic est effectus accusationis, vt supra eod. in versi. vt criminalis accusatio &c. secundum Ber. Hostien. vero dicit, quod si certa pœna inueniatur in iure siue corporalis, siue dignitatis amissio, siue famæ læsio, illa imponetur. C. qui accu. non poss. l. non ignorat. & l. de crimine. & l. penult. non durior, nec mollior, alioquin arbitraria erit pœna, vt supra de offic. delega. de causis. & de transac. cap. vltimo Hostien. hoc recipit à Tanc. qui idem no. in libello suo. rubri. de criminibus. §. & nota. idem not. Archi. 2. quæst. 1. si peccauerit. ad fin. glo. adde dicit Bernar. quod non credit &c. Et quot sunt species pœnarum, & quibus, & à quibus, & quando sunt inferendæ, dic vt no. ipse Hostien. in summa de pœnis. §. quot sunt. & §. quæ & quibus. & no. quod per illum textum, supra eodem. vt criminalis accusatio &c. Dicit Hostien. in summa de offic. delega. §. quid sit effectus. versic. quid de deposito &c. quod in foro ecclesiastico depositio vl-
timum supplicium reputat. † Aut agitur in modum inquisi 13
tionis, & tunc dic vt not. Ber. supra in 1. glo. ver. crimine vero sic probato &c. Cum quo concord. Hostiensis. hic dicens. & Ioan. Andr. post eum, quod si graue sit crimen ab administratione conuictus remouetur, nisi misericorditer agatur. Sed & si tantum sit crimen, quod post sententiã executionem impediat, ac si accusatus fuisset procedetur. supra eod. inquisitionis. in prin. Ad hoc etiam facit quod not. Pet. de samp. Abb. & Ioan. And. ℣. de statu mona. c. vlti. dicentes, quod per modum
14 inquisitionis quis priuatur beneficio suo. † Aut agitur in modum denuntiationis, & tunc dicit Hostien. hic, quod sicut denuntiatio diuersimodè fieri potest, & natura diuersa est, diuersæ sententiæ formabuntur. Si enim sit euangelica, pœnitentia iniungetur, si iudicialis, ad satisfactionem condemnabitur, si canonica, pœna infligeretur vel peccatum fieri inhibitur, vel aliter secundum, quod requirit denuntiationis modus sententiabitur, quod dic vt leg. & no. ℣. de iudi. nouit. 1. respon. Et secundum hanc distinctionem intelliguntur illa verba in tex. vt iuxta formam iudicij &c. secundum Hosti. & Ioan. And. post eum. Cum quo satis concor. Tan. in d. §. nota. & Arch. in d. §. c. si peccauerit. in gl. adde dicit Ber. quòd non credit &c. ver. pœnam huius &c. dicentes, quod pœna huius processus est mitis, quia debet sibi imponi pœnitentia pro illo crimine, vt ℣. eod. super his. Et crederem eum propter hoc non esse deponendum à dignitate, vel ordine, nisi delicti qualitas coget iudicem aliter procedere, puta quia conuictus est de symonia, de qua non potest pœnitere retento eo quod symoniacè acquisiuit, vel nisi scandalum vel diffamatio inde oriretur. 2. q. 5. si mala fama. & ℣. eo. inquisitionis. & de hoc vide Spe. titu. de inquisitione. §. nunc videndum.

Super eo, c. Ad declarationem gl. Inn. hic, quæ incipit hic potes colligere &c. Si quæris vtrum testes deponentes de & super aliquo facto concordare
debeant in ipso facto, seu in ipsa scientia facti, & etiam in cau 15
sa sciendi. Distingue. † Aut quæris vtrum debeant concordare in ipso facto seu scientia facti super quo principaliter perdu cunt, & nulli dubiũ quod sic. Vnde si sint producti ad probandum aliquem esse infamatum, oportet quod in hoc concordent quod infamatus sit: aliàs eorũ testimonia non valerent. arg. ff. de peti. hæredi. l. si quis libertatem. §. quoties. & de ædil.

ædic.l.1.§.causa.de proba. si arbiter. C.de iur.& fac.igno.l. cũ falso.š.de elec.bonæ.j.§. contra legati. & de probat.c. licet.§. quanquam.secundum Inn.Host.& Spe.Quod verum nedum in facto non reiterabili,& quod non nisi semel committi potest,vt homicidium alicuius,sed etiam in facto reiterabili: & quod sæpius committi potest,vt adulterium.nam etiã ibi nocet temporis vel locorum diuersitas. vt patet de Susanna.2.q.7.c.nos si incompetentes.§.item Daniel.Vnde cũ dicitur crimen iterari,hoc dicitur propter expressam similitudinem,nõ propter identitatem. Nam aliud est adulterium, quod hodie quis committit cum Berta,& aliud quod cras.argu.no.per Io.6.q.1.immutare, & idem in diuersis adulterijs commissis cũ eadem in diuersis horis eiusdem diei. Vnde oportet quod in quolibet duo sint testes non discordantes in tpe nec in loco: vt no.Io.3.q.9.nihil ominus.gl.fi.& Archi.ibi in gl.adde dicit
3 c.pen.li.6.† Aut hẽt iurisdictionẽ annexam, vt quia sit prætor. vel magistratus, & tunc non licet, nec occultè, nec palã, quia p hoc lex præsumit q̃ rem publicã grauaret, vt in aut. vt iudi.sine quoquo suf.fiant.§.j.& §.cogitandũ coll.2.Et hoc male seruant aliqui prælati & ptãtes seculares qui vendunt præsidatus suos, seu officia sua, in quib. propterea iustitia est venalis. Sed Romani volunt se excusare, quia lex iulia ambitus non hẽt locum Romæ. quia ibi cessat ambitus, vt in d.l.vni.ff.ad l.Iul.ambitus.& no.Io.8.2.di. presby.& j.q.6.sicut is. Sed certe forte magis viget ibi quam alibi, sed lex alle.præsumpsit, quia Romę magistratus creantur per principem, q̃ princeps, nec gra, nec pecunia moueatur ad dandos honores vtilitatem reipubl. summo imperiali eximans vt C.de cad.tol.l.vna.in fi.& sic nõ locus, sed princeps loci hanc præsumptionẽ dedit legislatori.† Si
4 aliquis vocatur ad dignitatem ecclesiasticam, tunc, Aut interuentũ alicuius simoniæ, & tunc dic, vt in tex.& gl, istius capituli, & vt dixi.s.e.tanta.& dicã.j.e.c.fi. Aut sine interuentu alicuius simoniæ, & tunc, Aut non ad postulationem sui, & tunc põt nisi sit aliud canonicũ q̃ obsistat. vt C.de epi.& cle.l. si vnquam.j.q.6.c.sicut is.& s.de ele.qualiter. Aut ad postulationem sui.† & tunc dicit Ho.hic q̃ aliquis põt rogare pro seipso, vt de
5 tur sibi simplex beneficiũ, sicut est canonia, vel simile, vt hic, & j.de cler.excommu.mi.proposuit.& hoc conc.Ber.hic.Secus in maiorib. beneficijs, in quib. nemo debet se ingerere, vt s.de prob.cum iam dudum.q̃ dic.vt no.s.de æta.& qual.c.tuã ꝓm Ho.& dic vt ibi plenius.

Super eo.c. ¶Si queris vtrum ille, qui per pecuniam corrumpit testem, vel iudicem, simoniã committat, Distinguit hic Ho. Aut tangitur de temporalibus,
6 & tunc non fit simonia.† Aut agitur de spũalibus. vt s.de testi. sicut nobis, & tunc fit simonia, vel quasi. argum.hic, & s. eo. c. j.& expressius.s.e.nemo.& c.cum essent, & hoc propter connexitatem.ar.s.de iurepa.c.de iure.ff.de rei ven.l. quæ religiosis.secundum Host.† Sed hoc non videtur verum, quo ad mã-
7 trimonium pro quo contrahendo aliquid dari, vel promitti potest, vt dixi.s.de condi.appo.c.de illis.& s.e.cum ecclesiæ. Itẽ Asten.li.6.hoc ti.ar.9.q.vtrũ testificari dicit secundum Ricar. quòd simoniacum est testificari pro pecunia in causa spũali, aliàs non, licet sit contra ibi, graue peccatum. Vel secundum Alexand. Angelicum in causis ecclesiasticis, simonia committitur si testimonium vendatur, in alijs grauiter peccatur. Et quid iuris de iudicibus, aduocatis, & consiliarijs notatur ibi.

Super eo.c. ¶Ad declarationem gl.j. sine aliqua &c. Si quæris vtrum, & quando ingrediens, monasterium tẽpore suæ receptionis, ante vel post aliud absq;
8 vitio simoniæ ipsi monasterio dare possit, Distingue.† Aut hic facit pacto, vel conditione, vel modo interueniente, & tunc, non potest. vt hic. & j.q.j. eos.& s. vt eccl.benefi.c.vnico. Aut nullo istarum interueniente, & tunc potest ꝓm Ber.ar.hic. & s.de probatio.in præsentia. de succes. ab intest. cum dilectus. in fi.idem Ioan. Vinc.& Tanc.& Goff.& Phi.Host.& Io.An. hic.& Archidiacon.in cap.alleg.eos in gloss. vltim. vbi de hoc Quod verum, secundum Hostiẽ. scilicet quòd non committitur simonia nisi mentalis. j.eod.c.fi.sed quia mentalis quæ in talibus de facili interuenire potest vitanda est honestius, & tutius est nihil dare tpe receptionis.ar.iurium hic alleg.p Ber.j. q.j.emendari.& q.2.quam pio, j.eo.audiuimus.s.de vi.& hon. cle.cum ab omni.secundum Host. Et ita potest intelligi opin. Lau.qui dicebat q̃ tempore receptionis nihil dari potest. Et
10 prædicta intellige cessante omni cõstitutione.† Si vero in fundatione ecclesiæ præbendalis episcopus fecit constitutionem, quòd quisquis dederit ecclesiæ tantum in redditibus in perpetuum, vel certam summam pecuniæ pro emendis redditibus, recipiatur in canonicum, & quod dederit habeat pro præbenda, talis constitutio potest tolerari, si fiat q̃ duret ad tempus, non in perpetuum, nec fiat in fraudem, simoniæ, & ea sit intẽtio constituentis, quòd non pro rebus dandis, sed principaliter propter diuinum cultum augmentandum, & propter deuotionem dantis recipiatur ad spiritualia, dum tamen sit dignus ille qui recipitur aliàs non, vt no.glo.Guil.super Ray.eod.ti.§. 22.pone, quod aliquis &c.& idem frater Io.in summa conf.c. ti.q.54.quid de constitutione. Vbi idem credunt posse dici in monasterijs de nouo fundatis, vel fundandis indigentibus, si fieret constitutio authoritate episcopi, quod quicunque daret tantum reciperetur ad illam religionem, & interuenirent aliæ circunstantiæ quæ dictæ sunt.

1 *Superiori credendum est.*
2 *Priuato non credendum in præiudicium alterius.*
3 *Conscientia animæ dux.*

Er tuas. ij. ¶Ad euidentiam primæ glo. Si quæris vtrũ quis debeat credere relationi alterius, Distingue. † Aut talis refe-
1 rẽs est superior suus, qui forte aliquem excommunicatum, vel simoniacum denuntiaret solenniter, & vitandum mandaret, & tunc prima facie credẽdum esset ei, & parendum. 11.q.3.curę.s.de treuga.& pa.c.1.de proba. post cessionem, secundum Host.& Ioan.An.hic. Quod tamen intellige vt dixi in d.c.post cessionem. Aut nõ est superior suus,
2 sed vicinus, vel collateralis, priuatus tamen, & tunc. † Aut quæris vtrum de facili credere debeat in infamiam, vel præiudiciũ alterius, & dic, quòd non. 32.di.habuisse. 86.di. si quis vero. ff. de ac.emp.& ven.l.Iul.§.quod aũt diximus. Aut aliàs & dic q̃ sic.nã eo casu hoc dicimur scire quod ab alijs audiuimus. 12.q. 5. hoc videtur ꝓm. Ho.quæ notat hic quinq; notabilia digna notatu. Primo, quòd ex varijs dictis in præiudiciũ alterius nõ est conscientia informanda. Secundo, quòd si informata sit, taliter est ad prælati consiliũ deponenda. Tertio, quòd si deponi non põt modis omnibus est sequenda, super quo vide qd' no. s.de sent.excommu.inquisitionis.& s.de temp.ord.ad aures. Quarto, quòd virtus animi de scrupulosa conscientia põt bonã facere, & in melius reformare, & debilitas animi & simplicitas, & econuerso. Quinto, quòd in differentib. põt vnusquisque prout sibi placuerit suam conscientiam informare, & hæc
3 omnia ex isto.c.colligi possunt. ꝓm H.& Io.An. post eum. † Et Hie. dicit quòd conscientia est dux aiæ. & ꝓm Dam.4.li.c.14 est lex intellectus nostri. i. animę humanæ. & iõ conscientia ẽt erronea ligat voluntatem ab eo discordantem quandiu durat. Et si velis scire vtrum conscientia erronea liget ad errorẽ deponendum, vel ad faciendum quòd dictat, vtrum peccatũ excuset, & vtrum plus liget, quam præceptum diuinum, vel præceptum prælati dictans, contrarium vide per Asten.li.2.tit.de bonitate & malitia interioris actus.ar.5.6.& 7.

Super eo.c. ¶Ad euidentiam gl.secundæ. Si quæris, vtrum simoniacus ab executione ordinũ sit suspensus, & quorum, vide q̃ dixi.s.e.accusatum.

1 *Monasterij consuetudo quod tantum detur pro eius ingressu reprobatur.*
2 *Datum pro ingressu religionis pacto procedente, est simoniacum.*
3 *Datum pro ingressu religionis sine pacto non est simoniacum.*
4 *Cautela quæ licite detur pro ingressu religionis.*
5 *Suffraganeorum officiales in officio excedentes, puniuntur immediate ab archiepiscopo, sicut & episcopi.*
6 *Suffraganeorum officiales extra officium delinquentes puniantur, vt priuatus.*

IN tantum. ¶Si quæris vtrum consuetudo monasterij per quam taxatũ est, quantum quælibet puella ingrediens dare debet, seu ipsa taxatio per consuetudinem introducta reprobetur. Et vtrum dando quod consuetum est simonia committa
1 tur, Distingue. † Aut quæris primo vtrum talis consuetudo, vel taxatio per consuetudinem introducta reprobetur, & dic quòd sic, vt hic in fi.& s.eo sicut pro certo. Aut vtrum dando,
2 quod consuetum est simonia committatur, & tũc, † Aut datur ex conuentione vel compulsione, & tunc est simoniacũ, quia si pactum interponatur de tali consuetudine obseruanda simoniacum est.s.eo.veniens. pro hoc.j.q.2.in summa.§.j. & c. quã pio.& c.nullus Abbas.& per totum. Idem est si gratis recipiatur & postea appellatur receptus vel recepta ad talem consue-
3 tudinem obseruandam. j.eo.audiuimus.& cap.Iacobus. † Aut omni conuentione, omni compulsione cessante, gratis datur, id quod est consuetum. & tunc nõ committitur simonia quo ad militantem ecclesiam, quamuis hoc sit simoniacum, quo
4 ad Deum.ar. j.de vsur.consuluit. 14.q.3.plerique. & est expressum. j.eo.c.fi. † Sed nunquid posset circa hoc aliquod remediũ, adhiberi? & dic q̃ sic, vt moniales puellam gratis spiritualiter recipiant, & si ita pauperes sunt, quòd non possunt eidem in necessarijs prouidere, agant contra patrem suum ad alimenta, ad quæ tenetur, vt no.s.de conuer.infide.c.vlt. Vel si mortuus est agant ad partem hæreditatis suæ. vt in aut.de sanc.episco. §. nullam.penul.col.col.9.ita no.Host.in summa e.tit.§.qua pœna, ver.quid de monasterijs. idem frater Io. in summa conf. e. ti.q.51.quid de monasterijs. & q.seq.& Asten.eod.tit.arti.3.q. quid de monasterijs. & in hoc satis conc.quod no. Host.s. eo. non satis.

Super eo.c. §.cum vero. ¶Si quæris vtrum officiales suffraganeorum delinquentes possit,
6 archiepiscopus punire, & corrigere, Distingue. † Aut in eo qd' excedunt tanquam officiales, & dic quòd sic j.de offic.vic.Romana.li.6. Et est ratio, quia in exercendo iurisdictionem epo-palem habent idem consistorium cum epis. j.de app.Romana j.respon.li.6.ideo in hoc subsunt immediate archiepiscopis, & archiepiscopi possunt animaduertere in eosdem sicut in episcopos, v.g.si non seruant priuilegia. j. de priui. quanto. vel si sniam proferant per gratiam, vel per fordes. j.de re iudic.cũ æterni.lib.6.vel si excommunicant sine scriptis. j.de sent.excõ. cum medicinalis.lib.6.& in alijs casibus not. j.de sen.exc. Ro-
6 mana.§.pen.in fi.& de pœnis Romana.lib.6. † Aut in his quæ aliàs cõmittunt extra officium, vt quia officialis episcopi possident, vel facit aliquid tanquam priuatus, & quantum ad illa, non plus potest metropolitanus in officialem, quam in alium, subditum suffraganei sui. puta in casibus no. per Ber. & Host. s.de offi.ord.pastoralis.& per Cardi.j.de suppl.neg.præla. Romana.li.6.& de so.comp.Romana.§.j.& §.fi.li.6, ita distinguũt Host.& Io.An.hic.& Card.& Io.And.in c. allega. Romana.de offici. vica.

1 *Præsentator debet assignare titulum ordinato.*
2 *Ordinatus titulum non habenti Episcopus ei prouideat,*

Er tuas. iij. ¶Si quæris vtrum si ordinatus ad præsentationem, alicuius ad titulum minus idoneum egeat Episcopus ordinans possit ipsum præsentantem cogere ad titulum
1 assignandum, Distingue. † Aut præsentator habet de patrimonio, vel aliàs de suo & tunc episcopus qui ordinauit coget ipsum ad titulum assignandum. Aut non habet, & tunc non co
3 get, quia inanis est actio.&c.s.de resti.spolia.olim nobis. † Sed episcopus ipse qui ordinauit prouidere tenetur, vt patet in eo quod leg.& no.s.de præb.c.2.& 4.& c.cum secundum apostolum.secundum Host.

1 *Ingressus monasterij, sub pacto, quod aliquid deferatur reprobatur.*
2 *Intrans monasterium, bonis abundans, nihil deferre debet.*
3 *Monasterium ingrediens deferre potest victui necessaria.*

Voniam in simoniaca. ¶Si quæris vtrum receptio, alicuius in monasterium, sub pacto, conditione, vel modo, vel prouisione, seu intimatione, quod secum deferat,
1 vnde viuat, sit licita & permissa, Distingue. † Aut receptio, sit sub pacto, conditione, vel modo, & dic quod non, vt prima quæstione secunda, quam pio. supra, de pactis.

c.vlti, quod intellige,vt dixi.s.eo. nobis fuit.Et ita intelligunt Tanc. & Goffr.istud c.prout no. Archid.j.q.j.in summa super verbo dignissimo.& hoc no.Inn.s.eo.tua nos.glo.2. vbi dicit, ꝙ per illud c.apparet quod non licet sub illa forma recipere aliquē,recipimus,te in fratrem si deruleris,vnde viuas; quia bona ecclesiæ non sufficiunt,nisi nobis.ar.istius.c.j. respon. quia vt hic dicit in hoc crimine non excusat paupertas. Et per hoc non credo verum quod no.Ber.s.eo.non satis. glo.j.vbi dicit, post Vinc.quòd potest fieri receptio sub conditione tali,si vis intrare,porta tecum vnde viuere possis. Aut fit receptio, sub prouisione,seu intimatione,sine pacto,conditione,vel modo
2 & tunc.† Aut ecclesia, vel monasterium abundat etiam pro tali recepto,seu recipiendo,& tunc idem,& in isto casu.s. cum ecclesia,vel monasterium abundat.inte l'exit Rayn.illud cap.tua nos. s.eo. vt recitat Archid.j.q.2.in summa.in fin.glo. adde di
3 cit Inno.& c.† Aut est adeo tenue,& paupertate depressum,ꝙ redditus non sufficerent personis præsentibus, & tunc possunt dicere,non sufficiunt nobis temporalia, libenter reciperemus te ad spiritualia,sed ad temporalia non possumus, nisi haberemus plures possessiones,& tunc ille offerat se,& sua, vt in d.c.tua.secundum Ray.& Archi.in glo.alleg. & in hoc satis concor.Io.ibi licet Bar.Brix. ibi aliter.Vel sic secundum Io. Vinc.& Ber.hic,& Tanc.& Vincen. & Host.in d.c.tua. & Io. in d.c.non satis.frater non habemus, quid demus tibi pro victu,nisi apportes tu tecum vnde viuas,dummodo hoc non dicatur in fraudem,& sine aliquo pacto.ar.1.q.2.si quis propter. & in hoc concor.Gof.in summa eod.titu.§. item quæritur aliquis &c.Vel sic,secundum Host.hic.& s.eod.non satis. frater gratis recipimus te,tu caute facies si portes tecum quid comedas, & vide istius.c.materiam per Ray.in summa sua. eod.tit. §.14.quid fiet &c.& per fratrem Io.in summa conf.eo.titu. q. 27. quid de monasterijs &c. & q.48.& 49.& per Asten.eo.tit. art.3.q.quid si monasterium.vbi dicunt quod consulēdum est ingredientibus quòd in hoc fundarent intentionem suam,vt principaliter darent propter Deum,ꝙ ne domui essent onerosi. 16.qo. 1. de lapsis. & idem nota. Archidi.in d.glo.adde dicit Innocen.

1 *Pro collatione spiritualium, potest aliquod temporale recipi.*
2 *Pro spiritualium collatione, an possit aliquod temporale exigi. 5.8.*
3 *Pro sepultura si aliquid detur,simoniacum est.*
4 *Pro cruce magna portanda, quod aliquid detur, est simoniacum.*
6 *Venetijs pro mortuis soluitur decima mobilium.*
7 *In Britannia tertia mobilium mortuorum pauperibus erogatur.*
9 *Laici sunt ecclesiasticis infesti.*

IAcobus. ¶Si quæris vtrum occasione collationis spiritualium possit exigi, vel
1 recipi aliquod temporale. Distingue. † Aut quæris, vtrum possit gratis recipi,quod gratis & pura intentione offertur,& dic quòd sic.vt 1.q.2.quam pio.prout leg.& no.s.eo.dilectus.j.in fi.& hoc no.Host.in summa eod.titul.§. qualiter.ver. solutio ex pacto.& s.eod.cum in ecclesiæ. super verbo requiratur.& expressius in c.ad apostolicam.sup verbo
2 infringere.in fi.† Aut vtrum possit exigi,seu peti, & tūc. Aut illud temporale exigitur pro ipso spirituali, ita quòd ipsum spirituale sit causa immediata petendi,seu exigendi illud temporale, & hoc non licet,nec fieri potest,nec ante, nec post spirituale ministratum.s.eo.querelam.& c.ea quæ.& ca. in tantum hoc innuit Host.s.eo.ad apostolicam.Et ita potest intelligi,ꝙ no.Host.in summa eodem tit.§.qualiter.ver. quid de his, qui habent &c.& versi.seq. & frater Io.in summa confess. eodem tit.q.32.quid si alicubi,&c.& q.seq.† vbi dicunt,quod si sint diuersa cimiteria vnius ecclesiæ.vel monasterij, vnum, in quo non intrat, seu ponitur aliquis nisi sit canonicus,vel frater,aliud commune & est taxatum pro quanto extraneus in cimiterio communi, & pro quanto in cimiterio fratrum poterit
4 sepeliri,simoniacum est.s.eo.audiuimus. & c.sicut,quia ꝑ terra nihil recipi debet,vt s.de sepul.abolendo.† Itē si maior crux non portetur,nisi pro certo precio,nam hoc sine dubio simoniacum est; & species mali,& auaritiæ signum: ergo reprobandum, vt in cap. audiuimus. Aut illud temporale petitur, seu exigitur non pro ipso spirituali,ita quòd illud spirituale nō sit causa immediata petendi illud temporale,sed ipsa consuetudo, ex pluribus voluntarijs solutionibus introducta sit causa immediata,& tunc. † Aut sacramētum ecclesiasticum loco pignoris retinetur, ita quòd sacerdos dicit non exhibebo tibi hoc sacramentum nisi satisfacias,vel satisdes, & ad hoc nulla consuetudo prodest, & sic intellige iura quæ dicunt, quòd consuetudo non prodest in talibus. s.eo.suam.& c.ea quæ. & c.cum in ecclesiæ. & c.non satis. §.fi.& omnia similia secundum Hostien.hic.& in c.ad apostolicam. super verbo laudabilem consuetudinem, & super verbo vt libere.& Io.And.post eum. & Asten.li.6.co.tit.art.9. quid si de consuetudine. Aut sacramentum non retinetur loco pignoris, ita ꝙ quando petitur sacramenti collatio,nec pecunia exigitur,nec satisfdatio, sed gratis; & sine dilatione exhibetur,& postea non pro sacramento,sed quia talis est consuetudo is qui nititur eam infringere per censuram ecclesiasticam compellitur,& tunc, Aut ecclesia allegat consuetudinem contra laicum, ita quod illud temporale,
3 petitur per ecclesiam à laico ex vi consuetudinis laudabilis, quæ forte talis est,offeratur grossa candela,panis.& vinum in obsequijs mortuorum,vel quòd sacerdos habeat lectū,vel vestes mortui, vel à nubentibus caput bouis,vel aliud certū quid quodcunque sit,& tales consuetudines sunt seruandæ, vt patet s.eo.ad apostolicam.vbi hoc tenent Ber. & Host. & Ioan. And.idem Hostien. hic super verbo consuetudinem.vbi dicit & Io. And. post eum, ꝙ clerici à laicis possunt exigere ea quæ laudabilis consuetudo hactenus introduxit,& si repletionem ventris,vel aliam priuatam vtilitatem respicere videantur.Ad idem in authen.de sanct.epis.§.pro consuetudinibus.col.9. 11. dist.in his argu.16.q.j.statuimus. 12.q.j.duo.de conse. dist. 1. homo Christianus.& in hoc concor.in scriptis suis Tan.Gof. Ioan.& Ber.& quasi omnes doct.secundum Host. in c.ad apostolicam.In hoc etiam concor.frater Ioan.in summa confess. eod.ti.q.34.quid si clerici &c.& Asten.eo.ti.arti.3.ver.si obijciatur.licet Inno.ibi dicat ꝙ hoc tantum pertinet ad officium episcopi,vt si quis velit imitare consuetudines laudabiles..s.sō licitando,vel statuendo,ꝙ nemo aliquid dare pro sepultura vel consiliaribus compellatur nullus tamen cogetur eas seruare,vt s.eo.non satis.in fi.cum suis concor.Et facit pro Innoc. ibi, ꝙ ibi dicitur de hæretica prauitate,quia & tales statutores, sicut hæretici sunt excommunicati.j.de senten.excommu.nouerit Dicit Inno.etiam ibi quòd nunquam potest dici quenquam, cogendum,vt pro spirituali aliquid det,vt puta si consuetudo erat quòd veniens ad pœnitentiam daret vnum denarium,vel simile,non est cogendus ipsum dare.Quia aut dices quòd voluntarie ipsum dat,& sic nunquam est cogendus.aut coactus, & sic eodem modo non est cogendus,quia esset simoniacum. s.eo.suam.& c.cum in ecclesia.& contra ius naturale,quare ꝑ scribi non potuit,& per consequens nec consuetudo erit. s.de consue.c.fi.8.dist. quæ contra,secundum Inno.Sed secundum Host.salua reuerentia tanti patris contrarium potest elici in eo quod leg.& no.s.de censib.ex parte.& ipsemet Innoc.contrarium videtur innuere in seq.q.quid si consuetudo sit quòd nō tempore collationis sacramentorum, sed tempore mortis ali-
6 quid certum detur, † sicut Venetijs in morte soluitur decima
7 mobilium,† in Britannia vero vnde sum oriundus,tertia in opus ecclesiæ vel pauperum dispensanda, vnde cogendi sunt talem consuetudinem obseruare. 11.dist.in his.12.di.illud.& c. ridiculum. & c.cōsuetudo. Quid si tempore collationis sacramentorum consueuit aliquid dari,non cogitur quis talem consuetudinem obseruare,quia species mali est s. eo. audiuimus. & quia nec ante,nec post aliquid dandum est.j.q.3.ca.3. secundum Inn.& melius.s.eod.sicut pro certo.sed quicquid dicat, dic vt s.dictum est secundum Ho.cum quo concor.quasi oēs.
8 doct.secundum eum. † Aut ecclesia allegat consuetudinem cōtra clericum, vt quia clerici à clericis exigunt, aliquod temporale, & tunc, aut exigunt ex statuto,vel consuetudine speciali, aliquod temporale,puta cappam,vel aliud quod spectat ad diuinum cultum,siue fabricam ecclesiæ,& hoc dicit Host.hoc dicimus omnino seruandum.ar.s.de test.officij.& c.fin.& s.de his quæ fi.à ma.parte ca.c.fi. & etiam in hoc casu posset ante receptionem cautio exigi. ar.s.de elect.significasti.s.de præb.significatum. j.q.3.quæsitū.18.di.de eulogijs.18.q.2.hoc tm.& c.seruitiū.& in eo ꝙ le.& no.s.de cē.cto.quasi Deus cum canonico, permutare videatur spūale cū spūali.ar.s.de rerū pmu.c.ad qōnes.fm H.hic & in sum.e.ti.§.qualiter.ver.quid ergo si de consuetudine.idē Io.An.hic & fra.Io.in summa conf.eo.tit.q. 31. quid si consuetudo &c.Aut exigunt aliquod temporale, ad repletionē ventris spectās,vel aliā ꝓpriā vtilitatē petētiū,& tūc. Aut ille clericus à quo petit tale hēt illd quasi de mero lucro, ita ꝙ i eo solidū retinēdo certat d mero lucro,vt si i aliqua ꝓ

uincia

uincia,vel dyocœsi sit consuetudo,ꝙ assistentes episcopo cōsecranti, vel dedicanti,vel ordinanti partem oblationum habeat,& talis consuetudo est seruanda.10.q.3.nec numerus.18 q.2.eleutherius.& c.seruitium.Et idem in mortuarijs,siue sepulturis,& in omnibus quæ inter clericos,de iure,vel de consuetudine diuiduntur.s.de sepul.certificari.de testa. requisisti. & c.fi.& j.de ver.signi.cum inter vos.& c. antepen. secundum Innoc.s.eo.ad apostolicam.ver.item si consuetudo.& Hostiē. & Io.An.hic.Aut ille clericus à quo alij clerici petunt illud tē
5 porale conuertendum in suas proprias vtilitates non habet illud de lucro,sed habet illud soluere de suo proprio, & tunc nō possunt clerici contra clericos talem consuetudinem allegare, siue allegantes sint æquales,vt hic,& s.eo. veniens,siue superiores.s.e.sicut.& c.in tantum. §. fi.& c.cum in ecclesiæ.j.q.4. si quis præbendas.secundum Host. Sed quæ est ratio diuersitatis inter clericos & laicos.respondeo secundum Host.& Ioan. An.post eum triplex,potest reddi ratio. Prima ratio est, quia habita comparatione de clericis ad laicos, & de clericis ad clericos,quod iudicatur priuatæ vtilitatis inter clericos, & clericos,& vbi clerici hoc petunt à clericis iudicandum est publicè inter clericos & laicos.i.vbi clerici hoc petunt à laicis. ar. ff. de iusti.& iur.l.j.& j.dist.ius publicum.quæ fortior est priua-
9 ta,vt patet in eo quod le.& no.de reg.capit.licet.§. illa semper, s.de præbend.c.3.de foro compe.fi diligenti. † Secunda, quia laici nobis oppidò sunt īfesti.2.q.7.laici.& mille modos habēt defraudandi nos& subtrahendi ecclesiæ iura sua.s.de decimis tua nobis.& c.in aliquibus.Vnde non est mirum si ius inueniat vnum modum,per quem aliqua recompensatio habeatur, sicut enim & saluti animarum ipsorum,& ecclesiarum necessitatibus,seu vtilitatibus prouidetur quod & faciendum est s. de decret. cum non sit in homine. Tertia, quia clerici magis sunt subditi & obedientes adinuicem,quam laici clericis. Inde est ꝙ si consuetudo in talibus rationabilis iudicaretur, daretur prælatis, & superioribus materia opprimendi clericos, subditos,& calumnias ingerendi.vt innuitur.s.e.sicut pro certo.& c.veniens.& c.audiuimus.& c.j.q.3. si quis præbendas. quod non est faciendum,vt patet in eo quod le.& no. s. de diuor.quanto.§.penul.

1 *Ordinatus sine titulo,an petet, vt episcopus cui promisit non inquietare sibi prouideat.3.*
2 *Pactum in recipiendo ordines oppositum, ab vtraque parte est simoniacum.*

ISi quis ordinauerit. ¶Si quæris vtrū, simoniacus ab executione ordinum est suspensus,& quorum:vide ꝙ dixi.s.eo.accusatum.di.j.

Super eo.c. ¶Ad declarationem glo.& ita simoniaci Si quæris vtrum si clericus ordinatus sine titulo ad sacros,promisit episcopo, ꝙ eum super hoc non inquietaret,tali renuntiatione non,obstante agere poterit con
1 tra eum,vt sibi prouideat.† Videtur ꝙ non ex quo renūtiauit. 7.q.j.quam periculosum.s.de elect.cum inter. R. seniorem. Contra,quia istud videtur ius publicum quod remitti nō pōt. s.de foro compe.si diligenti.de sen.excommun. contingit. 1. Et beneficio quod nondum habebat,renuntiare non potuit, sicut nec hæreditati nondum delatę.ff.de acquir.hære.l.qui superstitis. Et alimenta pacto alimentandi non tollunt.ff.de trāsa.cum hi.Et hoc verum dicit Bar. Brix.si huiusmodi pactū,
2 vel renunciatio post ordinationem interuenit. † Sed si in ordinatione,vterque simoniacus esset, & deponendus vt hic. ita no.in q.venereali.quæ incipit,esto quòd episcopus ordinet. & idem Io.An.j.de præb.si episcopus. glo.vlti.lib.6. Et nota secundum Ber. ꝙ in isto.c.nihil remittitur,quia nihil adhuc debetur,sed renuntiatur iuri quod in futurum posset acquiri, si præsentetur debito modo.Sic non obst.s.de test.veniens.j. & ff.de calum.l.quinetiam.vbi dicitur ꝙ idem est remittere qd
3 dare,secundum eum.† Idem Inno.dicens quòd hic non committitur directè simonia in ordine,sed in beneficio, vel in cōsecutione ordinis.quia nihil debitum remittitur. Item ordinator ordinare,ordinat' ordinari voluit nullo dato,ideo spālis pœna datur in hoc casu,aliàs dans ordinem simoniacæ directæ ppetuo debet esse suspēsus, & recipiens nō solū abordine simoniacè suscepto,sed ēt ab alijs,hic aūt nō est nisi ab ordine simoniacè suscepto,vt hic.& s.e.p tuas.H.vero dicit,ꝙ hæc decretalis intelligitur in iudicio animæ.q.d.eo ipso, quòd taliter suscepit ordinem sciat seipso iure suspensum,donec &c. quia ecclesia non iudicat de occultis.Et sic loquitur hoc c.de simoniaco occulto aliàs si esset manifestus semper esset suspensus. ar.32. dist.c.præter hoc.& §.verum.& si etiam hac suspensione durante,ante dispensationem obtentam per accusationem vel inquisitionem conuinceretur,& deponeretur.fm id quod le.& no. s.e.de hoc. & de accusatione inquisitionis quantumcunque aliàs pœnitentiam egisset. 33.q.2.admonere.& not.s. de bigamis.quia circa.fm Host.hic qui dicit etiam ꝙ responsio prædicta Ber.& Inno.non valet,quia remissio eius etiam, ꝙ debetur in futurum dare,æquiparatur.ff.de calumn.l.2.& 3. s.eod.per tuas.Et vide quod no.Bar.Brix.in sua q.venereali. q incipit. quidam episcopus consueuit.vbi quærit, vtrum dare pecuniam episcopo qui consueuit simoniacè ordinare, vt de cætero legitime ordinet,sit simoniacè ordinare,vt de cętero legitime ordinet,sit simonia.& dicit ꝙ Tanc.dicit ꝙ sic ex parte accipientes,& non ex parte dantis.

1 *Lex de monachis disponens in materia fauorabili Abbatem comprehendit.*
2 *Lex de monachis disponens in materia odiosa,non comprehendit Abbatem.*
3 *Simonia duplex.*
4 *Simoniae mentalis definitio.*
5 *Simoniae conuentionalis definitio.*
6 *Simonia non committitur solo proposito.*
7 *Vsura restituenda.*
8 *Beneficium simoniacè ademptum,dimittendum.*
9 *Differentiae inter simoniam & vsuram.*
10 *Papa non dispensat de vsura.*
11 *Papa dispensat super simonia.*

IAndato. ¶Ad declarationem glo.secundæ. Si quæris vtrum lex,cōstitutio, seu dispositio facta,seu loquens de monachis,extēdatur, ad Abbatē,distingue.Aut apparet de intentione scribentis,seu statuentis,& illa in omnibus est attendenda.s. de offi.deleg.super eo.Vnde hic fuit intentio vt tam monachi,quā Abbates corrigerentur,& saluarentur, & ideo fit extensio, quia per hoc prouidetur animabus,& nulli præiudicatur, secū
1 dum Host.Aut non apparet,† & tunc aut in materia fauorabili & nulli præiudicabili, & tunc extenditur ad Abbatem, vt
2 hic & j.de priuileg.ex ore.† Aut in odiosis, vel pœnalibus, & tunc secus.vt s.de rescri.sedes.& c.Rodulphus. hoc potest elici ex eo quod no.Host.hic super verbo ad Abbates.& Io. An. post eum & Archid. j.ne cler.vel mo.vt periculosa glo.hoc dicit.libro 6.

Super eo.c. ¶Ad declarationem gl.fi.Si quæris quot sunt species simoniæ, & qualiter describuntur,& quæ ipsarū nocet,& præiudicat,& punitur,&in quo
3 & qualiter differat simonia ab vsura,Distingue. † Aut quæris, de primo.s.quot sunt species simonię.& dic ꝙ duæ,s.mentalis & conuentionalis,mentalis,vt hic & supra eodem tua nos. in fin.conuentionalis.vt s.eo.per totum.& clarius patebit, per infra sequentia.Aut queris de secundo.s.qualiter describuntur
4 & dic quòd mentalis sic describi potest.† Simonia mentalis est studiosa voluntas, siue cupiditas emendi, vel vendendi spiritualia,& adde cum opere subsecuto,si descriptio salua additione,tam pro mentali,quam pro cōuentionali generaliter & indistinctè consueuit dari,fm Io.j.cā,in summa vbi de hoc.& secundum omnes alios:Ego tamen secundum Host.s.e.tua nos glo.sua vlt.traho ipsam ad mentalē, & addo cū opere subsecuto,aliàs sola & nuda voluntas inferior non induceret simoniā j.q.j.qui studet.& c.reperiuntur.& c.eos.& c. si quis neque.& q.3.non solū.ar.s.de biga.nuper.in fi.& c.fi.in fi. Conuentionalis pōt sic probabiliter describi.† Simonia conuentionalis est spiritualium, vel annexorum spiritualibus præcedente pacto, promissionis, conditionis, modi, seruitij,pretium, vel cuiuslibet temporalis receptio, vel donatio.hæc descriptio comprobatur.j.q.2. quam pio. & q. j. si quis neque.supra eod.tua. j. respon. de rerum permu.quæsitum.de pac,c.fi.de ęta.& quali. tuam.vt eccle.benefi.c.vnico. §.pen.& fin.secundum Host.in c. tua nos & Archi.j.q.j.c.2. gl.adde ad huius intelligentiā &c. & Ioann.Andre. s.eodem. nemo. Aut quæris de tertio, quæ simonia nocet, præiudicat, & punitur, & in quo,& qualiter differt ab vsura,& tunc, Aut quæris, de simonia, siue vsura mentali, aut de conuentionali. Si de mentali, † tunc,

aut stat in finibus primi motus, vt quia aliquis proposuit, vel cogitauit emere beneficium per pecuniam, vel dare pecuniam ad vsuram, sed suum propositum, vel cogitatum deliberare nõ firmauit, & talis non nocet, nec punitur, nec quo ad Deum, nec quo ad ecclesiam, quia primi motus non sunt in potestate nostra. 6. dist. testamentum §. sed pensandum. in prin. ff. de penis. l. cogitationis. de pœ. dilt. j. cogitationis. cum ibi not. quod intellige, secundum ea quæ scripsi. s. de eo, qui mit. in pos. causa rei ser. c. j. dist. j. circa medium. ver. Sequitur secundum membrum ibi, in secũdo casu &c. Aut non stat in finibus primi motus, sed transit ad consensum deliberatum, & tunc. Aut non processit ad actum exteriorem promissionis, conditionis, modi, seruitij, precij, vel cuiuslibet temporalis, & tũc nocet, præiudicat, & punitur quo ad Deum, sed per pœnitentiam abolet tur, vt in §. alleg. sed pensandum. ver. sed cum delectari. de pœ. dist. j. omnis iniquitas. Vnde in istis duobus modis prædictis, non est simonia, vel vsura formata, sed peccatum saltem in vltimo modo, vt patet in eo quod le. & no. s. eo. consulere. gl. vlti. per Ber. & Host. Aut processit ad actum exteriorem, & tũc aut simonia, vel vsura est mentalis tantum, aut cõuentionalis. Si mentalis tantum, puta interuentu alicuius temporalis, dati vel remissi, quia remittere, dare est. 8. q. 3. talia. ff. de calumn. l. quin etiam. s. de testi. veniens. j. & s. eo. querelam. per tuas. 3. & c. penul. absque aliqua promissione, conditione, modo, conuentione, vel pacto, & talis simonia vel vsura potest dici realis tunc aut loquimur de vsura, & tunc aut de ea constat, seu constare potest ecclesiæ in foro contentioso, & tunc dic quòd illa habet effectum vsuræ conuentionalis & expressè, & quo ad Deum, & quo ad ecclesiam, ita quod talis vsurarius compellitur ad restitutionem, & nisi restituat cum possit non liberatur à peccato, nec potest Papa super hoc dispensare, quia non tollitur peccatum nisi restituatur ablatum. 14. q. 6. si res. j. de vsur. cum tu. j. de reg. iur. c. peccatum. libr. 6. Cum vsura sit crimen, damnatum, nedum iure canonico, sed etiam diuino in nouo, & veteri testamento, vt le. & no. j. de vsur. c. super eo. Aut de ea non constet ecclesiæ in foro contentioso, sed in penitentiali tantum, & tunc secundum Host. hic non cogitur vsuram restituere. j. de vsu. in ciuitate. quia ecclesia non iudicat de occultis. s. eo. sicut tuis. & c. tua nos. in pœnitentiali vero inducitur
8 vsuram restituere, vt 14. q. 3. cap. j. j. de vsur. c. consuluit. † Aut loquimur de simonia, & tunc aut de simonia, quia prohibita, siue de his quæ sunt simoniaca, quia prohibita, vt vendere, vel emere beneficia ecclesiastica, vel cum quis renunciat ecclesiæ, illa conditione, vel pacto, vt detur nepoti suo, vel alteri, & tunc siue de ea constet ecclesiæ in foro contentioso, siue non, cogitur beneficium simoniacè ademptum resignare, nec pecuniã simoniacè ademptam resignare, nec pecuniam simoniacè acceptam reddere, sed sufficit tali simoniaco per solam pœnitẽtiam suo satisfacere creatori, vt hic. vt no. Ber. s. de offi. deleg. ex parte. j. glo. 2. & sic differunt in vtroque foro. s. contentioso & pœnitentiali, licet Host. dicat hic q differunt in pœnitẽ
9 tiali tantum. † Et est ratio diuersitatis, secundum Host. quia vsura vtraque lege indistinctè damnatur, & semper prohibita est, quia dãnata, nec dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, nec aliquam dispensationem recipit etiam ex dispensatione Papæ. vt patet in eo quod le. & no. in alleg. c. super eo. & cum tu. Sed in acquisitione beneficij ecclesiastici, quod simoniacum est, quia prohibitum Papa potest dispensare. & declarare, sicut placet constitutionem suam, & ex ea dependentia, j. de sent. excommunii. inter alia. Et de hoc per Archi. 14. q. 3. c. 1. glo. & sic nota q sola spes. &c. vbi dicit q non est simile de simonia mentali, & de vsura mentali, quia in simonia mentali & qui dat turpiter dat. & qui recipit turpiter recipit, & iõ ei, qui dat, non est facienda restitutio, sed in vsura mentali accipiens turpiter operatur, sed non dans, & ideo ei facienda est restitutio. Vel secundum Io. An. ratio est quare in vsura aãus obligat ad restitutionem & non in simonia. quia plus est contra bonum charitatis sperare lucrum in mutuo de eo quod tuum est, quam sperare beneficium, propter id quod donaui, vel sperare domum, propter beneficium quod contuli. Ratiõis expressio, qui in mutuo obligatus es etiam ciuiliter ad tantundem restituendum, quæ ratio cessat in donato. Item bonũ charitatis, quæ post Deum incipit à dilectiõe suiipsius plus astringit me ad mutuum, quam ad donum, quia minus lædor ex primo quam ex secundo, æquum est ergo q minus liceat sperare vbi plus astringor & minus lædor. Item in vsura durius interpretamur, vbi læditur vnus tantum. s. decipiens, hic duo. s. dãs & recipiens. Item hic spes pot esse ex parte vtriusque, ibi, ex parte alterius tantum, facit. j. de vsuris. c. fi. secundum Io. And. Aut loquimur de prohibita, quia simonia est damnata, siue de his quæ sunt prohibita, qa simoniaca sunt damnata, qd est idẽ sicut est vendere sacramenta, & breuiter ea quæ in veteri, vel in nouo testamento erant simoniaca, & tunc idem omnino videtur, quod in vsura secundum Host. hic. Ad quod conc. quod no. Inno. & Host. s. eo. tua nos. in fi. vbi dicunt quòd in his quę sunt prohibita, quia simoniaca, vt vendere sacramenta, & gene
7 raliter in his quæ in veteri, vel nouo testamento simoniaca iudicantur, sufficit sola voluntas, i. simonia mentalis habet effectum conuentionalis. In his autem quæ sola constitutione ecclesiæ sunt simoniaca. vt est vendere præbendam, vel emere, sola intentio non inducit simoniam nisi mentalem, quæ p solam pœnitentiam abolebitur. j. e. c. fi. ar. s. de offi. deleg. ex parte, j. vbi idem no. Ber. in glo. 2. & Archi. prima causa. in summa, in glo. adde. f. cum effectu. & eadem causa. q. j. c. 2. in glo. adde, ad huiusmodi intelligentiam. idem Ray. in summa eo. ti. §. item committitur & P. in script. & frater Io. in summa conf. eo. tit.
1 q. 5. Si vsura, vel simonia est conuentionalis, tunc nocet, præiudicat, & punitur, refert tamen quantum ad restitutionem, & potestatem dispensandi, † quia in vsura etiam Papa dispensare
10 non potest, cum vsurario quominus teneatur, restituere si possit, quia non tollitur peccatum &c. vt in iuri. allega. In simonia vero refert inter illa quæ sunt simoniaca, quia prohibita, & in illis idem quod in vsura & in illa, quæ sunt prohibita. quia † si-
11 moniaca & in illis Papa potest dispensare, vt s. cap. proxi. in fi. vbi de hoc per Ber. in glo. fi. & s. eo. de simoniacè. & etiam p Io. j. q. j. ordinationes. & dixi. s. de renun. post translationem. §. rursus. & in ista distinctione inter simoniaca, quia prohibita, & inter prohibita, quia simoniaca, concor. Ber. in d. capi tul. ex parte. j. de offic. deleg. & de pactis. cum pridem glo. 3. & Archid. j. q. j. c. sunt nonnulli. & Asten. lib. 6. hoc tit. arti. j. vbi plene de hoc.

1 *Simonia non committitur Romæ erga beneficia.*
2 *Simoniacum est vendere sacramenta, etiam Romæ.*
3 *Papa simoniam committit.*
4 *Curia malorum meretrix.*
5 *Prælatus potest vires suas committere mediante salario, & quo omnia lucra ei reddantur.*
6 *Iurisdictio episcopalis non potest committi ei, qui lucris perciperet.*
7 *Officium spirituale non debet vendi.*
8 *Officium temporale annexum, spirituali vendere, simoniacum est.*
9 *Officium temporale, an vendere liceat.*
10 *Pro campanarum pulsatione salarium licite recipitur.*
11 *Aquam benedictam portandi officium locari potest.*

¶ Ne prælati vices suas, vel ecclesias sub annuo censu concedant. Rubrica.



Præterea. ¶ Si quæris vtrum in curia Romana committatur simonia, distingue. Aut quæris de his quæ sunt simoniaca, qa prohibita, hoc est ex constitutione canonica, vt vendere, vel emere ecclesiastica beneficia. Aut de his quæ sunt prohibita, quia simoniaca, vt vendere, vel emere sacramenta. In primo casu non committitur, dummodo fiat, principe authorizante, & sciente, vt patet in eo quod le. & no. s. tit. j. c. fi. de concef. præb. proposuit de decimis à nobis. de cõsan. & affi. non debet. Nam talis simonia non ligat promulgatorem. ff. de legi. l. princeps. licet autem simonia in hoc casu, non committatur, ad minus tamen infamia non tollitur. C. de generali aboli. l. 3. sed & species mali & turpe lucrum est, quod est fm apostolum euitandum. s. tit. j. audiuimus. de vi. & hon. cle. cum ab omni. à qua saltem propter exemplum deberet curia præceteris abstinere, vt patet in eo quod le. & not. s. de re iudi. in causis. & de voto magnæ. §. j. fm Host. hic idem Io. An. s. tit. proxi. c. j. sed si non fiat autore principe & sciente, tunc cõmittitur in curia sicut & alibi. Nec obst. si dicatur q lex Iulia, de ambitu cessat in vrbe, vt ff. ad leg. iul. de ambitu. l. vnica. & & no. Io. 82. dist. presbyter. & j. q. 6. sicut is. & responde, vt dixi s. titu. proxim. tua nos. † In secundo casu principali. s. qñ quæritur de his quæ sunt prohibita, quia simoniaca committitur simonia in curia, sicut & alibi, nec posset Papa super hoc dispensare, vt no. Hostien. s. titul. proxim. cap. vlt. Laur. ve
10 &

ro & Archi. 79. di. si quis pecunia, dicunt indistinctè quòd simonia in curia locum non habet, sicut nec ambitus, vt in prædicta l. vnica, & idem Gof. s. tit. proxi. c. j. Tho. vero in summ. arti. 101. arti. vlt. dicebat quòd Papa potest incurrere vitium simoniæ, sicut quilibet alius homo: peccatum enim tanto, in aliqua persona est grauius, quanto maiorem obtinet locum, ad hoc. 40. dist. homo Christianus & ca. si Papa. Quamuis enim 11
res ecclesiæ sint eius, vt principalis dispensatoris, non tamen
3 sunt eius, vt domini possessoris. † 12. q. 2. c. non liceat Papæ. † & ideo si reciperet pro aliqua re spirituali pecuniam de redditibus alicuius ecclesiæ, non careret vitio simoniæ. Et similiter, posset simoniam committere recipiendo pecuniam ab aliquo laico de bonis ecclesiæ, hæc Thom. Et recitat Archi. 13. dist. non decet. & idem no. fra. Io. in summa conf. eo. ti. q. 67. quæritur etiam &c. & frater Asten. tit. de simonia. arti. 2. & artic. 4. q. sed nunquid Papa. Sed præcedens distinctio bene potest, sustineri de iure. Et nota q cum curia producit sentẽtiam poni
4 tur pro meretrice. vnde versus. † Curia ius curat, meretrix! est dicta curia, ad reprehensionem curiarum dicit alter. Curia curarum genitrix, nutrix que malorum, ignotis notos inhonestis equat honestos. quos versus ponit Ioan. And. j. de sta. mon. periculoso. lib. 6. in, nouella.

Super eo. c. ¶ Si quæris vtrum prælatus possit iurisdictionem suam, aut officia, seu iura sua
5 pro aliquo temporali alijs committere, vendere, vel locare, Distingue. † Aut quæritur vtrum possit ea seu vices suas in eis committere alijs, hoc acto, quod totum lucrũ sibi redderetur certo salario eis assignato, & dic q sic. Vnde iurisdictio sic cõmitti potest, ego pro salario tuo cẽtum libras dabo, & tu exerceas iurisdictionem in hos sacerdotes, & tu dabis mihi totum lucrum. 12. q. 2. charitatem. & c. quicunque. fm Ber. hic in glo. 2. & Inno. & Host. & Io. And. hic, & j. cap. proxi. & arc. j. q. 3. in sum. in glo. sua vlt. & Gof. in summa. eod. tit. §. potest autem, & Host. in summa eo. tit. circa prin. ver. item est secundarõ. & idem tenet fra. Io. in summa conf. eo. ti. q. j. & pro hac. s. de of. ord. inter cætera. Aut vtrum ea, seu vices suas in eis possit committere certo pretio alij hoc acto, quod totum lucrum, vel pars erit emptoris, seu illius, cui cõmittitur, & tunc. Aut quæ
6 ris de iurisdictione, aut de alijs officijs, seu iuribus. † Si de iurisdictione tunc, aut de iurisdictione ecclesiastica, qualis est episcopalis iurisdictio in sua dyocœsi, & hoc non est licitum, immo recipiens tali modo officio suo priuatur. i. à clero perpetuo remoueatur, fm Host. & Episcopus conferendi hoc officium potestatem amittat, vt hic, quod intellige, quandiu vixerit. in auth. de capitulis cor. c. item si clericus. alias est vnicum. c. & est. §. fi. col. 10. item etiam ipse Episcopus districtione ecclesiastica precellatur. i. pœna depositionis cum nota infamiæ hæc. n. est districtio canonica simoniaci. j. q. 3. c. fi. fm Host. & Io. An. j. c. proxi. in fi. Nec ob. s. de cle. cũ vinto. de supp. negli. præla. c. 2. de præben. graue. quia hic magis delinquit quã ibi, iõ magis puniendus fm Host. Aut quæris de iurisdictione temporali, & tunc dic, vt sequitur. † Si quæris de alijs officijs, seu iu
7 ribus, tunc. Aut de spiritualibus, & tunc non est licitum immo simoniacum. s. tit. proxi. ad nostram. & per totum. Aut de temporalibus, vt balliuia, gostaldia, & similibus. & tunc refert, fm
8 Inno. Host. & Io. An. † Aut sunt annexa spiritualibus, & talia, nullo modo licet emere, quia simoniacum esset, vt no. s. ti. 1. cõ
9 sulere. Aut nõ sunt † annexa, & tunc salua iurisdictione temporali, & ex ea prouenientibus licet omnia vendere, & in perpetuum & ad tempus, immo & ipsa iurisdictio seu prouentus ex ea vendantur, licet turpe lucrum, & contra legem sit, tamẽ non committitur simonia, cum non vendantur spiritualia, nec annexa spiritualibus, vt 1. q. 3. saluator. & no. s. tit. j. c. tua nos. fm Inno. & Host. idem Ray. & Rod. & Asten. ti. de simonia. arti. 9. ver. ad hoc no. Item obuentiones temporales, non exercẽtibus iurisdictionem vendi possunt. j. eod. querelam. fm Inno. immo etiam exercenti dummodo iurisdictio non vendatur, sed committatur iurisdictio simpliciter, & ex altera parte vendantur fructus, ita q non misceantur contractus. s. de rer. permu. ad quæstiones. Non tamen fructus ex iurisdictione pueniẽtes, nam qui illos emeret, iurisdictionem ineptam nõ relinqueret. arg. 1. q. 3. si quis obiecerit. quod & prohibetur omnino, ne contingat subditos grauari. j. c. proxi. etiam vbi iurisdictio est mere temporalis, vt patet in auth. vt iudic. sine quo-
quo suf. per totum. & duabus constitutionibus sequentib. co. 2. de manu prin. §. j. §. deinde. & §. illud. col. 3. Multo minus igitur prælatio vel aliud ius spirituale vendi debent vt hic. & j. c.
10 pe. & in eo quod leg. & no. s. ti. j. nõ satis, fm Ho. & Io. An. † Et nota q siue clericus, siue laicus bene pot recipere pro pulsatione campanarum salarium, cum pulsare campanas non sit proprium officium ordinis, fm Hug. & Arch. j. q. 3. in summa, gl. sua fina. vbi Arch. ponit totam glo. Inn. hic. & vide quod no. de hac materia. 16. q. q. 2. c. j. & per Host. in summa eo. ti. versi. in sum. & sequentibus. & per Asten. lib. 6. tit. de simo. ar. 6. q. quid de presbytero. & q. seq. † vbi etiam dicit. fm Rod. de presbytero qui vendit officium portandi aquam benedictam per suã parochiam, q si sit consuetudo q tale officium posset retinere, & per se, & aliquem de sua familia & prouentus eius recipere, non est simoniacum si committat illud ad firmam, sicut ecclesiæ dantur ad firmam, aliàs esset simonia large sumendo simoniam, & ad minus turpe lucrum.

1 *Institui nemo potest, in ecclesia Archipresbyteri, sine eius consensu.*



Voniam. ¶ Si quæris vtrũ sacerdos pot exigere, vel recipere pecuniam, vel aliud temporale pro celebrando diuina, Distingue, vt dixi. s. de præsen. significatum. di. 2. & de hoc p Ho. in summa eo. tit. §. qualiter. ver. & sunt hæc. & per fra. Io. in sũma conf. hoc ti. q. 39. vtrum sacerdos. & q. 42. quid si nullum.
1 † Item scias q sine consensu archipresbyteri, vel presbyteri, non potest Episcopus aliquem instituere in ecclesia sua, q dic vt plene no. Hug. 24. di. quando. & Archi. 10. q. j. regenda. gl. 2. & vide Io. ea. causa & q. c. decretum.

1 *Hæres tenetur stare locationi sui prædecessoris.*
2 *Principis successor debet stare eius locationi.*
3 *Successor in pignore debet stare locationi sui authoris.*
4 *Successor singularis, an teneatur stare locationi sui prædecessoris. s. 9.*
5 *Beneficiatus vsufructuario comparatur.*
7 *Canonicus non locat præbendam vltra tempus vitæ suæ.*
8 *Cruce signatorum, locatio manet tuta post eorum mortem.*
10 *Monachus potest conducere beneficia ad mensam monasterij spectantia.*
11 *Monachus non contrahit cum Abbate.*



Verelam. ¶ Ad pleniorem euidentiã huius capituli & gloss. sed pone, quod interim. Si quæris vtrũ successor teneat stare locationi factæ per prædecessorem. Distingue.
1 † Aut est successor vniuersalis, vt hæres, & tunc tenetur stare, quia fictione iuris est eadem persona cum prædecessore. in auth. de iureiur. à moriente præstito. §. j. colla. 5. Aut
2 est successor singularis, & tunc. † Aut quæris de fisco seu principe locatore, & dic quòd successor eius tenetur stare locationibus eius, & recipiet pensiones futuri temporis, vt ff. de iure fis. l. vlt. Et est ratio ibi in tex. s. ne fiscus colono teneretur, qd ei frui non licuisset & quia potentioribus pares esse non possumus. ff. de alien. mu. iudi. causa fac. l. quia potentioribus. Aut
3 quæris de alio locatore, & tunc. † Aut quæritur, de singulari successore habente ius pignoris tantum, & talis tenetur stare, locationi debitoris, quia in obligatione pignoris maxime prætorij, non venit maius ius, seu plus iuris, quam habet debitor, vt ff. de bo. auth. iud. pos. l. in venditione. §. 1. † Aut quæris de alio successore, & tunc, Aut singularis successor habet causam, seu ius in re locata, de voluntate, vel ordinatione prædecessoris, & tunc successor non tenetur stare locationi factæ per prædecessorem, Siue sit successor ex titulo oneroso. vt patet in emptore qui habet cãm de voluntate & ordinatione venditoris, qui nõ tenetur stare locationi factæ per prædecessorem ipsius venditoris, nisi contrariũ actũ sit, vt C. de loca. & cõduc. l. emptione. ff. de loca. & conduc. l. si merces. §. qui fundũ. & de act. emp. & vend. l. Iuli. §. pen. Siue ex tit. lucratiuo. vt patet in legatario. ff. de vsufr. l. arbores. §. j. loca. & condu. l. qui fundũ. de leg. i. l. nihil proponitur. §. fi. sed fallit in dote prælegata. vt ff. de dote præleg. l. 2. §. vlt. q est ibi speciale, vel dic, quod non fallit, vt ibi no. glo. Aut non habet ius seu causam de voluntate, & ordinatione sua, sed præter eam de voluntate tamen, seu ordinatione legis, & tunc refert. Aut prædecessor in locando repræsentabat personam ipsius successoris, & erat dominus, vel qua si rei locatæ habens firmam & solidam ipsius rei administratione, & tunc successor locationi facere p eũ stare tenet, vt patet in tutore locãte rẽ pupilli. ff. de admi. tu. l. si tutel. qa in hoc

 repræsen

repræſentat perſonam ipſius pupilli,& eſt quaſi dominus dum bene adminiſtrat.ff.de fur.l.interdum.§.qui tutelam.& in marito locante rem dotalem.ff.ſolu.matri.l.ſi filio.§.ſi vir in quin
3 quennium.qui eſt dominus ipſius.vt C.de rei vendi.l.doce ancillam.& eam habet pro oneribus matrimonij.C.de iur. dot. l.pro oneribus.quòd quidam in multis calamitatibus opprimitur.C.de impo.lucra.deſcr.l.ſi.lib.10. & in ea repræſentat perſonam vxoris ſpecialiter quantum ad vtilitatem ſuam.vt ff.de iure do.l.proculus.ſo,ma.l.ſi alienam.Aut prædeceſſor, in locãdo non repræſentabat perſonam ipſius ſucceſſoris,nec erat dominus,vel quaſi rei locatæ,nec hẽat firmam,vel ſolidam ipſius
5 rei adminiſtrationem,vt vſufructuarius,† & clericus beneficiatus,qui vſufructuario comparatur.quod dic,vt no. Hoſt.s. de pecu.cle.ſi quis ſane.& ibi dixi.no.etiam Cardi.j. de rebus eccle.no ali. hoc conſultiſsimo.ſuper verbo immobilia. lib.6. & eſt procurator non dominus.s.de dona.fraternitatem.& tũc. †Aut quæris de vſufructuario & conſtat ꝙ locationi illius ꝓ-
6 prietarius ſtare non tenetur.vt ff.de loc.& conduct.l.ſi quis domum.§.hic ſubiungi. Aut de beneficiato,& tunc,aut quæris de miniſtro,ſeu prælato eccleſię locante.Aut de canonico præbẽdario. In primo caſu refert,aut nomine eccleſiæ & ſolenniter & vtiliter facta eſt illa locatio, & tunc ſucceſſor tenebitur ſtare huic contractui locationis,ſecundum Inno.Ber.Hoſtieſ.& Ioan.An.ar.s.de ſolu.c.j.de depo.c.j.10.q.2.hoc ius porrectũ. §.& is creditor.12.q.2. hæc huius placiti.& c.ſine exceptione & c.quicunque ſuffragio.& c.alienationes.vbi hoc tenet Io.in glo.vlti.& Archi.in glo.adde ſic,& locari,quia nec precarium ſinitur obitu concedentis.s.de precario.cap.vlti.Si tamen locator cenſum,vel precium locationis,recipit pro pluribus annis & præmoriatur,dico hæredem eius,ſi quem habet teneri ſuo ſucceſſori pro rata temporis.Si non habet tũc tenetur conductor,qui debuit proſpicere hoc euenire poſſe.argu.§.alle. hic, ſubiungi ſecundum Goſ.Inno.Hoſt.& Archi.in d.glo. ſic, & locari.Aut non nomine eccleſiæ,nec ſolenniter,nec vtiliter facta eſt locatio,& tunc non tenetur ſucceſſor ei ſtare.s.de præca.c.2.& de his quæ fi.à præla.cum vos.ſecundum Ber.Inn.& Hoſt.Aut eſt facta nomine eccleſiæ, ſed non ſolenniter, nec vtiliter,& tunc idem per eadem iura.Aut nomine eccleſiæ, & cum non ſolennitate,ſed inutiliter, & tunc tenet contractus, ſed locus eſt reſtitutioni.s.de re.eccl.non ali. ad noſtram. ſm Inno.Hoſt.& Io.And.Aut non nomine eccleſiæ, ſed perſonæ initus eſt contractus.& tunc non tenetur eccleſia, nec ſucceſſor,ſicut nec hæres vſufructuarij,niſi quantum ad eum peruenit,& imputetur ei ſi qui ſibi alias non prouidit.vt in §. alleg. hic ſubiungt.vbicunque tamen de facto reuocari non poteſt, niſi reddatur pecunia minus enim malum eſt ipſam dare, quã rem amittere.ſic intellige.s.de rebus eccle.non ali. ad audien-
7 tiam.& s.tit.j. querelam, ſecundum Hoſtien. †In ſecundo caſu.ſ.quando quæritur de canonico præbendario,dic quòd talis præbendam ſuam,vltra tempus vitæ ſuæ locare non poteſt vt patet in eo ꝙ leg.& not.in c.alleg.ſi quis ſane.s.de pecu.cle. quamuis.dum viuit nomine ipſius præbendæ agat, & excipiat ſicut legitimus adminiſtrator.s.de prob.ex literis. ſecundum id quod no.s.de reſcrip.edoceri.ſecundum Innoc.& Hoſti.& Io.And.hic.& Hoſt.in ſumma eod.titu.verſi.quid ſi quis prælatus.& ver.ſeq.& fratrem Io.in ſumma conf.eod.tit. q.2. & Aſten.lib.6.titu.de ſimonia.arti.7.q.quid ſi quis prælatus. Et hoc verum niſi contractus ex ſpeciali conceſsione principis
8 defendatur.†vt in cruce ſignatis fructus bñficiorũ ſuorũ vſq; ad triennium,vel quinquennium obligantibus,iuxta tenorem priuilegij ſui,& interim decedentibus, nam vſque ad tempus finitum ratus erit contractus ſi hoc expreſsè in priuilegio cõtinet.j.de inde,c.ad liberandam.s.de voto.c.fin.quia nec eccleſia debet in ſuis contractibus fraudem aliquam adhibere.ſup. de dona.per tuas.in fi. ſm Hoſt.& Io.An.hic.idem Vinc. j. de hæreti.excommunicamus. 1.§.catholici.& Specu.rubri.de hęreticis.ad finem.Et dic quod ſufficit quantum ad ſolennizandum contractum authoritas epiſcopi in beneficijs eorum qui ei ſubſunt ex cauſa rationabili interpoſita,vt patet in eo quod leg.& no.ſupra.de cenſi.præterea.& c.ſignificauit. ſecus ſi ſine cauſa rationabili,vt ibi.& arg.ff.de aut.tut.l.nulla differentia.& forſan conſenſus capituli requirendus eſt.ſupra de his quæ fi. à præla.tua.& c.paſtoralis.quod verum eſt in perpetuis alienationibus vt ibi ſecus in temporalibus niſi vbi agitur de retentione quam epiſcopus facit ſibi.ſupra vt eccle.benefi.c. vnico. in fin.ſecundum Hoſt.qui etiam dicit quod ſi ſine licentia, & authoritate Epi contractus,hmõi ſit initus contractũ ipſum reuocare poterit,vt patet in eo ꝙ le.& no.j.de exceſ.præla.ſicut vnire.ſupra de offi.vic.c.clericos. hoc vbi agitur de eccleſia ad firmam tradenda,ſecus vbi agitur de decimis religioſorum,ꝙ dic,vt leg.& no.ſupra de loc.& conduc.veſtra, & ſupra
9 tit.1.querelam.†Sed quæ eſt ratio diuerſitatis inter ſucceſſorẽ qui habet cauſam ſeu ius de voluntate & ordinatione prædeceſſoris,& ſucceſſorem qui habet præter.ratio eſt,quia in primo caſu potuit prædeceſſor conueniri,cum ſucceſſore, ꝙ ſtaret diſpoſitioni,ſeu locationi ſuæ,quod ſi non fecit ſibi imputet. ff. de reg. iur. l. quod quis. ſecus in ſecundo caſu, & iſta ratio innuitur in l.alle.qui fundum.ff.loc.& conduct.

Super eo.c. ¶Si quæris vtrum religioſis, vel laicis liceat recipere ſuo nomine beneficia eccleſiaſtica ad firmam.dicit Hoſt.& Ioan.And.poſt eum, hic indiſtinctè ꝙ non,vt ſupra,ne cle.vel mo.c.ſecundum inſtituta.de
10 quo per eum in ſumma e.ti.ver.ſed & videtur. † Sed quid dictum eſt de religioſis fallit in caſu,vbi recipiunt ab Abbatibus ſuis prioratus,vel eccleſias ad eorum menſam ſpectantes, qd poſſunt,vt no.ſupra de ſta.mona.c.monachi.glo.hic intelligitur &c.& Guil.de mon.lau.& Gen.extra de exceſ.præla.c.vnico.verſ.quidam etiam.ſuper verbo concedunt ad firmam. in
11 clemen.†ſed talis conceſsio facta per Abbatem ſuo monacho inter quos non poteſt contrahi aliqua obligatio,vt patet in eo quod le.& no.ſupra qui cle.vel vo.inſinuante. non poſsit dici propriæ firma.Item in eo quod dictum eſt de laicis tenent cõtrarium Guil.& Gen.in d.c.c.vnico.ſuper verbo concedunt, ad firmam.quorum opi.credo veram quãdo eccleſiæ propter ipſarum neceſsitatem concedentur eis ad firmam. aliàs dictũ Hoſt.verũ eſt.per c.alle.ſecundum,inſtituta.quod dic, vt dixi ibi & s.de iud.decernimus.ver.aut quæris nũquid poſsint hoc facere nomine alieno.&c.

1 *Docendi licentia non idoneo interdici debet.*
2 *Docendi licentia idoneo permitti debet.*
3 *Iuſta cauſa intelligitur in omni actu.*

¶De magi. & ne aliquid exigatur pro licentia docen. Rubrica.

QVoniam. ¶Si quæris vtrũ volenti, & petenti docendi licentiã poſſit,vel debeat interdici,diſtingue.† Aut non eſt idoneus,& tunc ſic vt hic.in ver.nec docere.à cõtrario ſenſu.& C.de profeſ.qui in vrbe conſtan. do.ex lege mer.co.l.vnica.li.10.& no.Ber.hic in glo.not.ꝙ ne ſcolares contra dictum apoſtoli circunferantur omni vẽto do
2 ctrinæ.ad Ephe.4.c.& 12.diſt.de his.†Aut eſt idoneus,& tunc aut non ſubeſt iuſta cã ſibi interdicendi hmõi licentiam,& tũc non debet ei interdici,vt hic,Aut ſubeſt ei iuſta cã interdicendi,vt quia forte eſſet ibi nimia multitudo magiſtrorũ, vel alia
3 iuſta cã ſubeſt,& tunc põt interdici,ſm Inn.& Hoſt.hic.†Pro quibus facit,ꝙ in quolibet actu iuſta cauſa ſemper intelligitur excepta.ſupra de offi.dele.ex parte.2.ff.de tranſact,l.cum hi.§. in cauſa.in his concord.Aſten.libr.6.tit.de ſimo.artia.8.qõne, nunquid aliud.

1 *Pro docendi licentia nihil exigatur.*
2 *Pro licentia eundi ad ſcholas nihil exigatur.*
3 *Pro licentia percipiendi fructus beneficij in ſcholis docenti, nihil exigatur.*
4 *In prælatura emptorem,quomodo procedendum.*
5 *Argumentum à contrario ſenſu,quando ſit validum.*
6 *Arg.à contrario ſenſu in duobus caſibus non valet.*
7 *Epiſcopus quomodo ſupplet negligentiam inferiorum.*

PRohibeas: ¶Si quæris vtrum pro licentia docendi.vel eundi ad ſcholas, vel fructus præbendæ,ſeu beneficij habendi,& percipiendi obtinenda,poſsit aliquod temporale exigi, recipi, vel promitti. Diſtingue. Aut quæris de primo, ſcilicet de licentia docendi, & tunc, †Aut quæris vtrum pro ea poſſit aliquid exigi, vel promitti, & dic quod non, vt hic, & ſi exigatur committitur crimen concuſsionis. C. quod metus cauſa. ſi per expreſsionem. ff. de concuſſ. lege prima & ſecun 23.quæſtione prima militare,& prima qõne prima,concuſsionis,ſecundum Goffr. hic, & in ſumma eodem titu.§. nunc autem,idem Archidia.37.diſtinctio.de quibuſdam.in glo.hi.debẽ &c.& Hoſt. in ſumma,eodem tit.§.quid iuris. & fra. Io. in ſumma confeſſ.eodem tit.q.5.quid ſi aliquid &c.&Aſten.li. 6.ti.de ſimo.arti.8.q. nunquid aliquid & Raynal. & Laurent.

Aut

Aut vtrum ſi exigatur pro hoc ſymonia committatur, & dic quòd non, quia non emitur vel venditur ſpirituale ſecundum
2 Goſ.Hoſt.& Arch. † Aut quæris de ſecundo.ſ.de licentia eundi ad ſcholas,& tunc ſi pro ea obtinenda detur pecunia epiſcopo,dicunt Hug.& Lau.37.di.de quibuſdam.ꝙ non eſt ſymonia,eſt tamen turpe lucrum.ar.1.q.3. non ſolum.& idem ſentit Ray.quam ſententiam tenet Inn.hic : Et epiſcopus ſecundum Hug.peccat mortaliter cum pretio dato, quod aliàs gratis dare debuit.Alij vero dicunt,quòd eſt ſymonia,quod ſit ſymonia,ſic probant, ipſa licentia ſpiritualis eſt, & ex ſpirituali competit poteſtate,ergo eſt ſymonia, quod patet in eo,quod legi.& no.s.ti.2.c.tua nos.j.reſp.& fi.ſecundum Hoſt.Pro his facit iſtud.c.vbi dicit gratis accepiſtis.& j.eo.ti.quia nonnulli. §.j.ad fi.quod forte verum eſt.dicit Arch.in c.alle.de quibuſdam.ſuper verbo:quia in his.& hoc credo tutius. Sed Guil.in gl.ſuper Ray.eo.ti.credit,quòd ſymonia eſſet ſi propter pecuniam daret licentiam de quinquennio à iure conceſſo.j. eo.ſuper ſpecula.Sed ſi pro alio tempore ab illo quinquennio reciperet pecuniam propter dandam licentiam ſi haberet principaliter reſpectum ad abſoluendum eum ad tempus,vel in perpetuum à ſpirituali officio, quod debet eccleſiæ,eſſet ſymonia. Si autem ad moram in ſtudio faciendam turpe lucrum eſſet,& non ſymonia.In primo caſu datum poteſt repetere qui dedit: quia non eſt in turpitudine cum redimat ius ſuum.argu.s. de ſymo.dilectus.id eſt,quod etiam ſatis poſſet ſuſtineri de iure.
3 † Aut quæris de tertio.ſ.de licentia habendi,& percipiendi fructus præbendæ,ſeu beneficij in ſcholis dato pretio obtenta.& in hoc diſtinguit, Hug.quòd ſi de iure debet clericus eam habere in ſcholis ex parte Epiſcopi committitur ſymonia, non ex parte clerici.ar.1.q.3. quæſitum. Si vero de iure non debet eam habere in ſcholis,ſymonia committitur.s. tit.2.c.nemo. ſecundum Hug.idem Arch.ſuper verbo,quia in his.

Super eo.c. ¶Dicit hic tex.Gratis accepiſtis,ſubaudi prælaturam,gratis date,& habetur ori
4 ginaliter Matth.10.c.† Ex hoc quærit Hoſt.quid ſi prælatura empta fuit,reſpondeo non eſt hic locus arg.à contrario ſenſu, ſicut nec.C.de epiſ.& cler.l.conuenticulã. ſed procedetur contra ipſum,vt no.s.tit.2.c.1.& c.conſulere.& hoc de iure nam de facto ſecus,vt leg.& no.s.tit.j.c.pen.ſecundum Hoſt.& Io.
5 And.† Iuxta hoc ſi quæris vtrum & quando habeat locum argumentum à contrario ſenſu, & quando non,diſtinguit Ber. & Archi.poſt eum.17.q.2.Gonſaldus.ſuper verbo tradidit.qa determinatio poſita in iure,aut refertur ad ius,aut ad factum. Si ad ius valet ar.à contrario ſenſu.21.diſt.c. deniq;.2.q.1. nos in quenquam.56.diſt.presbyterorum.Si ad factum non valet argumentum à contrario ſenſu,& in hoc caſu,quandoq; exprimit cauſam faciendi.1.q.3.ſaluator.18.q.2.nullus. Quandoq; facti qualitatem, vt in c.Gonſaldus.& 50.diſt. ſi qua fœmina. Quandoq; facientis qualitatẽ,quæ ineſt.50.diſt.ſi duo.vel ineſſe ſolet.1.q.1.quos conſtiterit.Quandoq; patientis qualitatem.33.q.2.interfectorum.Quandoq; tollit exaggerationem. 26.q.6.presbyter.31.q.2.Lotharius. Quandoq; tollit dubitationẽ.17.q.1.qui bona.ſecundum Ber.& Hoſt.s.de foro cõpe. ſignificaſti.Et Card.j.de elec.c.generali.gl.vlti.ver. nec habet locum &c.& Arch.in c.cupientes.§.ad hæc. ſuper verbo non ſentit.li.6.dicunt breuius,quod argumentum à contrario ſenſu,validiſsimum eſt,vt ff.de offi.eius cui manda.eſt iuriſdi.l.j.
6 §.huius rei.& de teſti.l.ex eo. † Tamen in duobus caſibus nõ valet.ſ.ſi pareret abſurditatem,vt in legibus,alle.conuenticulam,& hæc & s.de vſur.c.quanto.vbi graues immoderatas ve vſuras,vbi de hoc per Ber.& Hoſ. & ſi ius in contrarium inuenitur.s.de elec.cum in cunctis.§.inferiora.& de æta.& qualit. indecorum.& in hoc concor.Io. And.j.de ſent.excom.ex frequentib.§.nos igitur.ſuper verbo obſeruare. & Guil.de mõ. Lau.extra de vita & hon.cle.c.quoniam.ſuper verbo licet idẽ in cle. & Gen. extra de elec.c.j.ſuper verbo alterius. & de ſta. mon.ne in agro.§.cæterum.ſuper verbo ſeculares.in cle.& in extrauag.Io.22.quæ incipit,execrabilis.ſuper verbo. ſine noua collatione.ſed j.diſt.poteſt eſſe vera excipiẽdo dictos duos caſus à primo membro.§.ſane.

5 Super eo.c. ¶† Hic habes, quòd Epiſcopus ſupplet negligentiam inferiorum in locis congruis inſtituendis.i.in omnibus illis eccleſijs quarum ad hoc ſufficere poterunt facultates.j.eo.c.pen.appellatione non obſtante.Pro cuius euidentia ſi quæris,vtrum inferior ad quẽ primo loco ſpectat inſtitutio poſsit ne Epiſcopus inſtituens appellari, Diſtingue.Aut negligentia in dubium reuocatur,& ſuper hoc litigatur,& tunc poterit appellare, & appellatio facta obſtabit.arg.s.de in integ.reſtit.c.2. vt lite pendente. per totũ, quouſq; fuerit per ſententiam deffinitum,quæ non ſit appellatione ſuſpenſa,nec ſuſpendi poſsit, aliàs ſi lata ſententia prælatus prouideat, & decima die fuerit appellatum, totum retractabitur ac ſi poſt appellationem prouiſum fuiſſet.s.de re iud. quod ad conſultationem.j. de app.non ſolum.lib.6. Aut negligentia ſeu deuolutio poteſtatis non vertitur in dubiũ,nec aliqua cauſa rationabilis opponitur, & tunc facta appellatio non obſtabit,vt hic,& s.de ſup.negli.præla.c.fi.Et eſt ratio,vt no. s.de his quę fi.à ma. parte cap. ex ore.§. nos igitur attendentes &c. Excipe appellationes circa epiſcopatuum electiones emiſſas:vt no.s.de accu.cum dilectus. ſecundum Hoſt.

1 *Magiſter beneficiatus nihil exigat à pauperibus ſcholaſticis.*
2 *Magiſter non beneficiatus exigere poteſt etiam à pauperibus & collectam.*
3 *Sabinus fuit à ſuis ſcholaſticis alimentatus.*
4 *Magiſter diues nihil exigat à ſcholaſticis.*
5 *Magiſter egenus collectam facere poteſt ad ſe alimentandum.*
6 *Henricus Boich legit Pariſiis decretales in lectu.matutina.*
7 *Magiſter an per ſubſtitutum legere poſſit.9.*
8 *Conſuetudo in modo legendi ſeruanda.*
10 *Magiſter idoneus quis dicatur.*
11 *Magiſter debet eſſe ſecularis.*
12 *Monachus an poſſit eſſe magiſter.*
13 *Magiſter non idoneus eſt repellendus.*
14 *Docendi licentiam,an petere magiſter per ſe poſſit.*
15 *Magiſter an eligi poſſit canonicus ſub conditione,vt doceat.*
16 *Beneficia ſine pacto conferri debent.*

QVia nonnulli. ¶Ad declarationem gloſ. Ber.hic ſuper verbo pau-
1 peres.† Si quæris vtrum magiſter legens,& docens poſsit facere & petere collectam, Ber. Diſtinguit hic, quòd ſi eſt ei competens beneficium ab eccleſia conſtitutum poteſt à diuitibus petere collectam, & hoc non prohibetur ex litera iſta,ſed à clericis eiuſdem eccleſiæ, & pauperibus nihil debet petere,ſed gratis docere,quia propter illos conſti-
2 tuitur beneficium, & non propter diuites. † Si vero nullũ beneficium eſt conſtitutum ſuper hoc doctoribus ſicut Bonon. licitè exigunt collectam, quia ſuis ſumptibus hoc facere non coguntur.s.de præſcrip.cum ex officij.12.q.2.charitatem. &
3 c.quicunq;.& in alijs iuribus alleg.hic per Ber.† Vnde & Sabinus à ſuis ſcholaribus alimentatus.ff.de orig. iur.l.2.ad fi.& 3. q.7.c.infames.§.apud vrbem.vbi dicitur,quòd bona dona danda ſunt doctoribus, & hanc opi. Ber.videtur tenere Inn.s.eo. tit.c.1.& Aſten. lib.6.titu. de ſymo.arti.8.vtrum magiſter.& Arch.37.diſt.de quibuſdam.in gl.adde dicit Ray. dicens etiã, quòd ſi peteret collectam à clericis eiuſdẽ eccleſiæ,vel à pauperibus ſymoniam committeret.s.de ſymo.nemo.1.q.3.vendentes.ſecundum Ray.& Goſ.qui hoc no.in ſummis ſuis.eo. tit.Sed Io.in alle.c.de quibuſdam.dicit,quòd poteſt facere collectam cum ei ſua pleniſsimè non ſufficiant. argu.10.q.3. priſcis.& 12.q.1.Epiſcopus eccleſiaſticarum rerũ.Sed Bar. Brix. ibi dixit indiſtinctè, quòd poteſt facere collectã de qua iuuat & procuretur etiam ſi abundet. argu.s. de ſymo. cum ſit Romana.de cenſi.cum apoſtolus.& c. ſopite:cuius opi.commu-
4 niter tenetur de facto in partibus Gallicanis.† Hoſti.vero dicit,quòd vbi magiſter nõ eget, ſed habet vnde poteſt cõgruè ſuſtentari non habita diſtinctione inter pauperes & diuites, vel illos de eccleſia,& alios indiſtinctè nihil petere poteſt hoc excepto, quod gratis debet recipere gratis oblatum.ff.de varijs & extraordi.cog.l.1.§.eſt quædam res ſanctiſsima.aliàs ſi exigeret ſymoniacus eſſet.arg.1.q.1.in templo.1.q.3.non ſo-
5 lum.s.eod.prohibeas.† Si vero egeat,diſtinguendum eſt inter pauperes & diuites, nam & ſi à pauperibus nihil ſumi poſsit, vel debeat,vt patet in eo,quod leg.& not.s.de ſolu.odoardus. de cenſi. licet à diuitibus. tamen eſt doctoris inopia releuãda. arg.s.eo.c.j.in fi.ff.de admi.tu.l.cum plures.§.cum tutor.aliàs incipit in primis de varijs & extraordi.cog.l.1.§. in honorarijs.de dona.l.Aquilius.de origi.iuris.l.2.vlti.col.§.& vt obitũ. C.de neg.geſt.l.ſi patrono.Satis credendum eſt illi in hac materia, qui pro ſuſtentatione ſua nunquam fecit collectam, & qui non pro ſe : ſed pro alijs iſta ſcripſit.ar.31.diſt.nicena.ff.de interro.act.de ætate.§.1.hæc Hoſtiẽ.hic,& de hoc per eum in ſum.eo.tit.§.vtrum à ſcholaribus.ver.dico ſi magiſter.vbi ſatis cõcordat cum eo, quod hic dicit.& Io.And.hic. Sed Guil.

de monte

de monte Lau.extra eo.tit.c.2.super verbo grauari.in clem.di
cit quod si crederem,quod si possent tales de bonis ecclesiæ su
stentari honorificè,nihil deberent petere,sed bene gratis obla
ta recipere.secundum Io.& Host.ar.j.de rescri.statutum.in fi.
lib.6.aliàs audacter petant à prælatis,vel scholaribus,sed obti
nendo ab vno alius liberetur.arg.extra.eo.tit.c.1.in fi.in clem.
Sed Io.18.dist.de eulogijs notat ibi ar. quod magistri non pe
tant collectam à scholaribus,vt libentius veniant ad scholas,
sic.1.q.1.baptizandus.& c.placuit. Quicquid dicatur,opi.Ber.
hic potest sustineri de iure,vnde collecta non petitur p scien
tia ministratà,quia scientia, nec de iure nec de facto potest ven
di.Vnde Prouerb.17. Quid prodest diuitias habere stulto, cũ
sapientiam emere non possit.& 24.c.dicitur.Noli vendere sa
pientiam,& doctrinam,& intelligentiam. nam scientia est do
num dei.quã posuit deus in corde hominis.Exo.31.& Matt.
10.dicitur:Gratis accepistis gratis date.Sed pro pœna,& labo
re in legendo, doctrina vero de iure & de facto, potest vendi.
Vnde Prouer.23. Veritatem eius eme. Quibus in lectura ma
tutinali decretalium Parisijs exhibita sub iugo cõtinuo & fi
deli, non videtur aliquem laborem clericalem posse prima fa
cie comparari, in qua dum per plures annos sudarẽ domino
operante,qui præstare dignetur, quod cedat in remissionem
plenariam meorum peccatorum,scholaribus meis dicere con
sueui, quod erant quidam qui poterant soluere, & soluebant,
quibus regratiabar,licet mihi debitum reputassem cum nec in
redditibus ecclesiasticis, nec temporalibus abundassem, imo
nec nunc habeo aliquod beneficium ecclesiasticũ. & hoc for
te,quia nec sum,nec esse potui de genere prælatorum,nec sum
nec esse volui de genere seruitorum,quorũ plures species esse
possunt: Alij erant qui soluere poterant nec soluebant,quorũ
conscientiæ remittebam. Alij qui nec soluere poterãt,nec sol
uebant quibus plenariè remittebam, quod faciendo non cre
do in aliquo peccauisse.Et de hoc no.frater Io.in sum.confe.
7 eo.tit.q.2.† Et iuxta istam decre.vide quæstionem dominica-
lem Bar.quæ incipit.magister quidam.quam ponit Io.And.j.
de reg.iur.c.qui per alium.in nouella li.6. de magistro qui con
uenit certis scholaribus vno anno legere pro vno certo sala-
rio, & ante finem anni vult substituere æquè bonum, scholari
bus contradicentibus, vtrum possit, ita quod etiam scholari-
bus salarium debeatur, soluebat Bart.quod satis placet in ter-
minis quæstionis se non credere,quod possit salarium petere,
si vellet per alium docere.per §.si vero talis.in l.vna. C.de cad.
tol.facit etiam.ff.de leg.3.l.fideicommissa.in fi.ẽ.de offi.deleg.
c.fi.Et idem dicit in illo,qui promisit librũ scribere, & in Po-
testate qui promisit ciuitatem regere.Dixit tamen Hug.dixis
se fecus in illo,qui promisit domum facere Spec.tit.de sala.in
fi.dicit Odo. concordasse cum Bartholomeo. Refert tamen
pileum distinxisse,an iustam causam habeat,& tunc recedere,
& sustinere potest, an non habeat, & tunc non potest.inducit.
ff.si quis cau.l.fi.ad l.Iul.repe.l.fi. Dicit tamen Spe. quòd leges
quas alle.loquuntur in necessarijs obligationibus,in quibus nõ
est mirum si ex iusta causa substituit.Secus in voluntarijs.alle.
C.de act.& obli.l.sicut.in quibus sola impossibilitas non diffi
cultas obligationem immutat.ff.de verb.oblig.l.continuus.§.
cum ita.facit.j.de offi.deleg.ab arbitris.lib.6.& quod ibi not.
Sed parum placet hæc verba Spe.. quæstionem etiam pilei etiã
non inuenio in doctore verum, sed de vasallo bene stat ipsius
q.83.in qua illud tenet.nõ tamen alle.leges illas quas dicit Spe.
sed alle. C.de decu.l.nullus.li.10.ff.de solu.inter artifices sub-
debat, quod si seruitium vasalli consistebat in solutione pecu
niæ quolibet soluente liberatur.ff.de statu libe.l.stichum.§.fi.
8 † Cy.in prædicta.l.vna.§.ne autem.recitat opi.dicentium, qd
si consuetudo est loci, quod subrogare possit, tunc scholares
illo modo secum contraxisse videntur, idem si esset specialis
consuetudo illius doctoris, quam scholares sciebant.ff.de vsu
& habi.l.plenum.§.æquitij.Si vero non erat consuetudo loci,
9 vel personæ doctoris,tunc.† Aut vult recedere & substituere
propter pecuniarium lucrum alibi captandum,& tunc non po
test,cùm videatur promisisse legere secundum suã industriã,
vt ibi,& in prædicta.l.inter artifices.cum sit impossibile vnius
industriam esse industriam alterius.in auth. de fide instu.§.1.
ff.de condi.indebi.si non sortem.§.libertus. Aut vult recede
re ad officium publicum exercendum,vel ad seruiendum ec-
clesiæ,& tunc potest.C.de epis.& cle.l.quisquis. & l.ad simili-
tudinem.leges tamen illę parum faciunt, quæ loquuntur in il
lo qui mutat statum personæ.Item refert ibi Pet.de Bel.perti.
dixisse.§.illum ne autem.in versi.si vero.non facere ad casum
cum loquatur de dicente,non de docente,ibi.n.dicit tex.libe-
ralibus studijs imbui,quod certum est per alium fieri non pos
se,doctrina vero per alium fundi potest cum eodem profectu
studentium, vnde dicebat cum recedere posse subrogando
alium meliorem vel æquè idoneum. Verum est, quòd casus
istorum doctorum,proponitur non in doctore,qui promisit
certis pro certo & c. vt ponit quæstio, sed in illo qui obligatus
videtur inchoando,& faciendo collectam in studio Bono.pp
statuta studij iuristarum,quæ doctores etiam seruare iurant,
quæstio non esset dubia.hæc Ioan.And.in c.alle.qui per alium.
dicit etiam.ẽ.eod.c.1. secundum Vinc.quod non valet si quis
obligauit se per pœnam ad audiendum certum magistrum.
argu.ff.de va.& extraor.cog.l.1.§.proinde.de condi. & dem.l.
Titio.§.2.de li.ho.exhi.l.2.

Super eo.c.

¶Si quæris quis assumi debeat in magi-
strum,& vtrum sit licitum alicui pro se
petere licentiam docendi in theologia, seu in alia scientia ap-
probata,distingue. Aut quæris de primo.s.quis assumi debeat
in magistrum,& tunc distingue.aut est idoneus,aut non.Si est
10 idoneus † & voco illum idoneum,qui est honestus,& discre-
tus in scientia quam docere intendit, vt ẽ.eo.c.1.2.& 3.Magi
ster.n.primo moribus,deinde facundia illos quos docet præ-
cellere debet,vt C.de profes.& medicis.l.magistros.lib.10.Bo
ni.n.mores omnes diuitias excedunt,vt ff.de tuto.& cu.da.ab
his.l.scire oportet.§.fi.& facit.C.de studijs lib.vrbis Romæ.l.
1.lib.12.Quinimo boni mores sunt scientiæ præponendi.arg.
d.l.magistros.& 38.dist.sedulo.& hoc patet expressè ex ordi-
ne literæ.ẽ.de elec.cum in cunctis.in prin.ibi grauitas morum
& literarum scientia &c. Scientia tamen est necessaria, vt 24.
dist.quando.hoc no.Io.de Fa.& Arch.1.q.3.ex multis. Et istã
idoneitatem nemo potest habere nisi diuina gratia cooperan
te,cum nõ sit aliquis ita summus,nec in cœlo,nec in terra qui
possit aliquid boni operis facere nisi diuina gratia cooperan-
te.vt de conse.dist.4.placuit.vt quicunq;. & c.seq.& per con-
sequens eo existente immunis à peccato.arg.32.q.1.cum re-
nuntiatur.quod dic vt plene no.Guil.de mon.Lau.extra eod.
tit.e.1.glo.not.quòd non est.Et tunc refert,aut talis assumen-
11 dus in magistrum est secularis,aut religiosus.† Si secularis,tũc
potest,& debet assumi in magistrum,nisi sit aliud canonicum,
quod obstat,vt hic quando dicit constituatur idoneus &c.&
12 ẽ.eo.c.1.& ibi dixi,& in iur.ẽ.alle.† Si est religiosus,& maxi-
me monachus videtur,quòd in magistrũ assumi non debeat,
quia non habet officium docentis,sed plangentis.16.q.1.mo-
nachus.& c.sequentibus.Idem secundum Greg.nemo potest
ecclesiasticis officijs simul & monachi regulæ, deseruire.16.
quæst.1.nemo.multominus monachali & magistrali. Item in
vno & eodem officio non debet esse dispar professio. & co-
hærere & coniungi non possunt quibus vita & studia sunt di-
uersa.16.q.7.in noua.Item quia vix bonus monachus bonum
clericum faciet.16.q.1.legi. sed si non facit bonum clericum,
ergo nec bonum magistrum.Sed contra,quia secundũ Hiero.
multo tempore debet discere monachus,quæ postea doceat.
16.q.1.sic viuæ.& c.si clericatus.ar.etiã pro hoc.40.dist. mul-
ti sacerdotes.16.q.1.doctos.& c.sequentibus.solu.secundum
Host.hic & in sum.eo.titu.§.qualis.ver. sed nunquid religio-
sus.& Io.An.& frater Asten.lib.6.tit.de symo.arti.8.& Arch.
in c.alle.monachus.Aut talis ingerit se: & sic est repellendus,
vt in primis concor. Aut à superiore suo mittitur, & ad illo ad
quem pertinet licentiatur, & sic est admittendus:vt 16.q.1.c.
sunt nonnulli.& c.si clericatus.& c.monachos.& c.nos autem.
& c.in parochia.& c.seq.ẽ.de offi.ord.inter cætera.secundum
Host.& Arch.Quod intellige si sit scientia monachis permis
sa,vt theologia,& canones,secus si prohibita,vt leges,physi-
ca,& chirurgia.ẽ.ne cler.vel mo.c.nõ magno.& c.super specu
la.& eod.tit.c.vt periculosa.lib.6.& de homi.c.tua nos.§.nos
13 igitur.de quo per Arch.in d.c.monachus.† Si non est idoneus:
tunc dic quod non debet admitti,vt in iuribus alleg.in prin.&
arg.ẽ.de æta.& quali.cum sit ars.& Matth.15.c. Lucæ. 6.c.37.
dist.§.vlti.vbi dicitur: Si cęcus cœco ducatum præstet ambo
in foueam cadunt.Nam & si ab initio esset idoneus & admis-
sus,& postea fieri non idoneus remoueretur.ar.ff.de excu.tu.
l.sed & reprobari.de mune.& ho.l.vt gradatim.§.sed & repro-
bari.C.de profes.& medi.l.2.lib.10.& hic in ver.nota, qd ibi
quandiu persteterit.Vnde Seneca epistola.9.Qui vtilitatis cã
assumptus est tandiu placebit quandiu vtilis fuerit, ergo for-
tius non debet admitti,quia turpius &c.ẽ.de iureiur.quemad
modum.§.nam si post. Disce ergo bene ne aliàs tanquam mi-
nus idoneus repellaris, & etiam peiora incurras, de quib.38.
dist.c.vlt.ibi qui.n.repellitur viuit, discere atq; agere bona re-
cusat,

cusat,magis diaboli quam Christi membrum esse ostenditur:
14 & potius infidelis quam fidelis esse monstratur. † Aut quæris
de secundo.s.vtrum licitum sit alicui pro se petere licentiam
docendi in theologia,vel in alia scientia approbata, & videtur
quod non ar.8.q.1.in scripturis.& c.si ergo ẽ.de elec.qualiter.
argu.contra in prædicta.c.in scripturis.ver.ecce.Ego dico se-
cũdũ beatum Tho.& Arch. quod noc licitum est,nullã.n.pe-
tit excellentiam dignitatis,quod quidem turpe esset.1.q.6.si-
cut is.sed talis obtinet seu petit solam opportunitatem cõmu
nicandi id quod habet.Vnde petere huiusmodi licentiã quan-
tum in se ad nullam videtur turpitudinẽ pertinere, quia com-
municare alijs scientiam,quam quis habet est laudabile,& ad
charitatem pertinens.secundum illud Sapi.8. Quæ sine fictio
ne didici sine inuidia cõmunico.& 1.Petri.4.c.dicitur: Vnus-
quisq; sicut accepit gratiam in alterutrum illam administran-
tes. Potest tamen turpitudinem continere ratione præsump-
tionis quæ esset, si ille qui nõ esset idoneus ad docendum pe
teret docendi officium.Nam hi probati sunt qui bene docere
possunt 24.q.vlti.c.vlti.in fi.ita no. Arch.18.dist.in sum.super
verbo magistri.& vide quæstionem Io.And.j.de reg.iur.cum
quid prohibetur.lib.6.in nouella.

15 Super eo.c.

¶Ad declarationẽ gl.pen.in fi.† Si quæ-
ris vtrũ aliquis magister possit eligere,
vel eligi in canonicum sub illa conditione,vt doceat,& scho-
las teneat,dicit Ber.quòd nõ imo esset symoniacum,quia oĩs
pactio cessare debet.ẽ.de symo.tua nos. Vacante tamen præ-
benda posset ei istud onus annecti,vt ẽ.de præb.c.significatũ.
& in hoc concor.frater Io.in sum.confes.eo.tit.q.4. vtrũ ali-
quis.& credo quod bene licet Host.hic.& in sum.eod.titu.§.
vtrum scholaribus. ver. quid si eo pacto &c. videatur distin-
guere inter canonicam & præbendam, dicens quod posset, qp
cum receptio in canonicum sit spiritualis sicut & doctrina,
quod posset admitti in canonia talis pactio, sicut & aliàs ad-
mittitur permutatio de spirituali ad spirituale.arg.ẽ.de rerum
permut.c.ad quæstiones. Sed si assignaretur præbenda tali pa-
cto cum ipsa consistat in fructibus & temporalibus intelliga-
tur,vt patet in eo,quod legi.& no.ẽ.de instit.c.2.symoniaca es-
set pactio,nisi in hoc onus esset ei annexum,vt de canonica su
perius & notandum secundum Host.Sed licet beneficiorum
ecclesiasticorum adinuicem propter vtilitatem ipsarum ec-
clesiarum principaliter permutatio, quæ non tam ex partium
conuentione,quam ex superioris autoritate innititur,vt ẽ.de
rerum permu.quæsitum.sit præmissa,non tamen ipsorum be
neficiorum ad alia spiritualia.Vnde non credo quod possit fie
ri permutatio alicuius beneficij, vt beneficij ad decimas, vel
ad aliud spirituale,cum non reperiatur iure cautum.argu.2.q.
5.consuluisti.ẽ.de transla. Episcopi vel electi inter corporalia.
§.sed neq;.in fi.Ex quibus iuribus potest colligi argu.tale non
est ita,quia non est iure cautum,vt not.Gen.in extrauag.Ioã.
22.quæ incipit, antiquæ.super verbo statutum.cum iurib.ibi
alle.imo quòd hoc fieri non possit expressè innuitur.j. de re-
rum permu.c.vnico.ibi:sua beneficia.lib.6.† Et quia beneficia
16 siue canonicatus sine omni pacto conditione, vel modo con-
ferri debent.ẽ.de pac.c.vlti.& no. Ber.ẽ.de elec.cum inter R.
seniorem.gl.sed nonne.& de offi.deleg.ex parte.1.de quo dic
vt dixi.ẽ.de transac.c.super eo.

1 *Studentes in scientia prohibita non percipiunt fructus beneficiorum.*
2 *Studentes theologiæ,percipiunt fructus beneficiales quinquennio.*
3 *Studentes legibus, vel canonibus, de licentia superioris percipiunt fructus beneficiales quandiu sunt in scholis.*
4 *Studentes sine licentia superioris nullos percipiunt fructus.*
5 *Studentes percipiunt magnos fructus,et non distributiones quotidianas.*
6 *Scholasticus qualis esse debeat.*
7 *Doctor ex nouem,& 10.priuilegia habet.*

Vper specula.

¶Si quæris vtrum & vs-
que ad quòd tempus do-
centes, vel studentes in scholis debeant percipere
fructus beneficiorum suorum, & quos,& qualiter
1 intelligatur quis esse in scholis,Distingue. † Aut docẽt vel stu
dent in scientijs simpliciter,& omnino prohibitis,vel proba-
tis non simpliciter sed respectu studentium, & tales non de-
beni percipere fructus beneficiorum suorum ratione talis stu
dij,quòd dic vt dixi.ẽ.de cler.non resi.c.ruæ. Aut student vel
docent in scientijs omnino permissis, & tunc, aut quæris de
primo.s.vtrum & vsq; ad quòd tempus debeant percipere fru
ctus,& tunc.aut quæris de docentibus vel studentibus in scia
seu facultate theologiæ,aut de docentibus in alijs scientijs seu
facultatibus approbatis. In primo casu, aut quæris vtrum &
vsq; ad quòd tempus percipere debeãt fructus autoritate seu
priuilegio huius.c.aut vtrum & vsq; ad quòd tempus de iure
communi.Si authoritate vel priuilegij huius capituli, & tunc
dicit Hosti.hic,quòd docentes debent integrè percipere sine
præfinitione temporis,semper.n.expedit quod doceant, nisi
2 ex causa à prælato,& capitulo reuocent.† Sed studentes debẽt
integrè percipere fructus per 5.annos tantum,quia non expe
dit,quòd semper audiant,præfinitur ergo eius tempus quin-
quennij,vt si infra illud tempus non profecerint desistant om
nino, ne ecclesiæ inanis sumptibus vexentur. arg.ff.de inoffi.
testa.l.1.ad fi. & in eadem meta positum est studium audien-
tium ius ciuile, vt in prohœmio.ff.l.vnica.§.pro responsis.ibi
& in 6.anni.&c. Sed Ber.hic in gl.nunquid determinatio illa.
dicit quòd neque docentes habent vltra. 5. annos authoritate
huius cõstitutionis,cuius opi. communiter tenetur de facto,
saltem in studio Parisijs, vbi etiam docentes non perciperẽt.
vltra.5.annos,nisi aliàs munirentur priuilegio speciali. Et per
hoc fortiter facit,quòd causa huius constitutionis fuit,vt oc-
curratur raritati magistrorum statuendorum per singulas ec
clesias metropolitanas,vt patet in ver.statuentes,quod nõ fie
ret si authoritate propria docentes in schols studij generalis,
perciperent perpetuo quandiu docerent fructus beneficiorũ
suorum. Cum in hoc & in collectis,& alijs maius commodũ,
& maiorem honorem percepturi essent, quam si per singulas
metropolitanas,vbi non vigerent studium generale docerẽt.
Priuilegium autẽ huius capituli principaliter consistit in duo
bus.Primo in hoc quòd propria voluntate absq; aliqua licen-
tia prælati proprij accedere possunt,dummodo sint aliàs doci
biles,humiles, & idonei ad scholas theologiæ,& ibi docendo.
vel studendo percipere integrè per 5.annos,fructus beneficio
rum suorum,& hoc tenet Host.in sum.eo.ti.§.vlti.circa prin.
ver.aliàs autem.quòd probant verba hic in tex.de licentia se-
dis apo.&c. Vnde licentiam datam,à iure vel principi ab infe
riore peti non oportet.arg.ff.de condi.insti.l. quæ sub condi-
tione.§.vlti.arg.j.de hære.quicunq;.§.vlti.j. de priuile. in his.
Secundo, in hoc quòd tollit consuetudinem, vel statutum in
contrarium,& quòd beneficium huius.c.eis cõpetit.non ob.
aliqua contraria consuetudine vel statuto.Si quæris & ad quòd
tempus percipere debeant fructus beneficiorum de iure com
muni,tunc dic vt sequitur, de docentibus seu studentibus, in
alijs scientijs seu facultatibus approbatis. Si quæritur de do-
centibus vel studentibus, in alijs scientijs approbatis: puta in
3 legibus vel canonibus, tunc. † Aut sunt in scholis de licentia
prælatorum suorum,qui talem scientiam dare possunt, de quo
dixi.ẽ.de cle.non resi.c.inter quatuor.vel superiorum suorum
si malitiosè licentiã dare differant vel recusent.ar.ẽ.de iure pa.
nullus.& notat Host.in sum.eo.tit.§.vlti.in princ.& frater Io.
in sum.confes.eo.tit.q.9. Et tunc de iure communi percipiũt
fructus beneficiorum suorum quandiu sunt in scholis, vt 37.
dist.de quibusdã.vbi hoc tenet Archi.& vbi scripserunt Hug.
& Lau. quòd vbi ecclesia sufficiens est, is qui est in scholis de
iure communi debet percipere fructus suos sicut & præsen-
tes. Nam non minus seruit ecclesiæ quasi ipsi.arg. C.de aduo.
diuer.iud.l.aduocati.ad idem.j.de priui.c.cum de diuersis.lib.
6.vbi idem tenet Archi.& qui secundum hoc dicit intelligen-
dum,& corrigendum,quòd no.in sum.eo.tit.§.vlti.vbi dice-
bat hoc esse verum in studentibus in theologia. secus in alijs
scientijs.& idem no.frater Io.in sum.confes.eo.tit.q.9.in fin.
hoc etiam patere potest.ẽ.de cle.non resi.tuę.vbi dicit quibus
gratia studiorum est indultum &c.Vbi tamen Ioã.tenet con-
trarium dicti Archi.dicens, quòd sola licentia quam dat Epi-
scopus resistendi in studio non sufficit nisi esset studium pri-
uilegiatum, nec est indulgentia superflua, quia hoc confert qp
propter non residentiam non priuabitur,& est simile quòd ip
se no.ẽ.eo.de elec.cum in cunctis.ver.cum vero. Sed dictum
Archid.verius videtur, nam superflua esset nisi haberet sum-
ptus, & necessaria in scholis, cum sine ipsis nequeat studium
4 exercere. † Aut sunt in scholis sine licentia ipsorũ prælatorũ
suorum, siue qua nullus debet regulariter adire studium, vt ẽ.
de cle.non resi.relatum. vt no.Hosti.in d.§.vlti.& de cler.non
resi.c.2.& tunc non habet fructus.ar.de conse.dis.5.non opor
5 tet.† Aut quæris de secundo.s.quos fructus percipere non de-
beant,& tunc dic quòd grossos,nõ autem quotidianas distri-
butiones

butiones, quæ tantum residentibus dari consueuerunt. ℣. de præb. licet secundum Ber. & Hosti. hic. & in sum. eo. tit. §. vlti. circa medium. idem Archi. j. de priui. cum de diuersis. li. 6. per
6 hoc facit, quòd leg. & no. j. de cle. non resi. c. 1. lib. 6. † Aut quæris de tertio. s. qualiter intelligatur, quis esse in scholis, & tunc dic aliquem esse in scholis, & si aliqnando diuertat causa eundi ad curiam Romanam vel alibi, animo tamen statim redeundi, nam tunc nec diuertisse videtur. de pœn. dist. 1. diuortium. Item studentes intellige non tantum morantes in scholis, sed scientiæ operam dantes, & illi soli habent priuilegium huius. c. ar. 16. q. 1. generaliter. C. de episco. & cler. l. generaliter. C. de testa. milit. l. pen. & huius sententiæ fuit Gof. hic & Archi. 37. dist. de quibusdam. & de priui. cum de diuersis. gl. intelligo & c. lib. 6. idē Card. in salutatione sexti libri. super verbo Bononiæ.
7 † Et decem quæ requiruntur in doctore, & decē nomina, quę habet, & decem priuilegia quibus gaudet. vide per Gen. extra de magistris. c. 2. super verbo honorem. in cle. Ad ista priuilegia & multa alia beneficia consequenda hortor te scholarem, vt addiscas sequens dictum apostoli. 1. ad Timo. 4. c. & recitatur. 36. dist. c. qui ecclesiasticis. §. hinc etiam. Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ, nec te labor terreat. Vnde Hiero. ad Rusticum secunda epistola, inolescente paulatim consuetudine, quòd primum cogebaris velle incipiens, & delectabit te labor tuus. ad idem Paulus ad Hebre. 12. c. & recitatur. 49. dist. c. 2. remissas manus, & dissoluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris, vt non claudicans quis erret, magis autē sanetur. Ad idem Apoca. 3. c. & recitatur in d. c. 2. §. lippus collirio. inunge oculos tuos, & videas, collirio quippe oculos tuos, vt videamus iniungimus, cum ad cognoscendam veri luminis claritatem intellectus nostri, aciem medicamine boni operis adiuuamus.

1 *Seruitutes reales præscribuntur.*
2 *Seruitutes personales, an præscribantur.*

¶ De Iudæis Sarracenis, & eorum seruis. Rub.

PRæsenti. ¶ Istud. c. in prima, & secunda parte loquitur de mācipio Christiano, in tertia vero parte loquitur de non baptizato & baptizari volente secundum Hosti. & ad declarationem gl. ar. quòd ex tempore. Si quæris vtrum, & quando ex tempore seruitutes acquirantur, seu præ
1 scribantur, Distingue. † Aut quæris de seruitutibus realibus. i. quæ rebus insunt, & illę regulariter possunt præscribi, vt ff. si seruitus ven. l. si quis diuturno. & per totum, de aqua plu. arcē. l. 1. §. sicut. C. de serui. & aqua. l. 1. & 2. & per totum. 18. q. 2. ser
2 uitium. ℣. de præscri. ad aures. & c. de quarta. & per totū. † Aut quæris de seruitutibus personalibus. i. quæ personis insunt, & tunc. Aut nulla fides fieri potest de libertate originali, & tunc potest talis seruitus præscribi per 30. annos. C. de agri. & cēsi. l. cum satis. lib. 11. Aut de libertate originali fides sufficiens fieri potest, & tunc contra talem libertatem nunquam præscribetur, licet contra seruitutem possit præscribi, vt C. de longi temp. præscrip. quæ pro liber. non aduersus libertatem opponitur in rubro & nigro. l. 2. & 3. secundum Host. j. c. proxi. super verbo diutius. vbi ponit duo vltima membra.

1 *Infidelis ad fidem conuersus non perdit possessiones suas.*
2 *Baptismo vnius ius alterius non tollendum.*
3 *Ingressus religionis non priuat hæreditate.*

IVdæi. ij. ¶ Si quæris vtrū infidelesad fidē conuersi à suis possessionibus excludan
1 tur, Distingue. † Aut quæris vtrum excludantur à possessionibus in quibus ante conuersionem habebant ius, & dic quòd nō, vt hic in ver. si qui pręterea. Aut vtrū excludantur ab illis possessionibus in quibus nō habebant ius & dic quòd sic via iuris. vt patet ex eo quòd no. Io. 26. di. deinde opponitur. gl. videtur ergo. & Inno. ℣. de diuor. gaudemus.
2 gl. vlti. † Vbi alij dicunt dicentes, q̄ per vnius baptismum nō debet alij ius suum tolli. Et per istud. c. dicunt quidam si conuerterētur serui ad fidem suis peculijs per dominos suos etiā fideles priuari non possent, & hoc in fauorem fidei, vt patet hic. sed arg. contra. 23. q. 8. dispar. secundum Arch. qui hoc no. 54. dist. fraternitate. super verbo percipiant. Credo tamen eos peculio priuari posse hoc casu, cum serui nihil possidere vel habere possint cum sint alterius, & in potestate seu possessione alterius, vt ff. de reg. iur. l. quòd ab alio. net. & l. filiusfami. Et qui ab alio possidetur aliquid possidere non potest. ff. de acq. pos. l. quicquid. & l. qui vniuersas. §. itē quòd à mari. & l. possessio. §. qui aliena. de vsuca. l. nunquam. §. seruus. & de ver. obli. l. stipulatio ista. §. hæc quoq; stipulatio. arg. ff. de adul. l. sic euenit. Et pro hoc facit, quòd dictum est quòd per vnius baptismum alij ius suum tolli nō debet. & ad hoc quòd dicitur in isto ver. si qui pręterea. concor. C. de epis. & cleri. l. deo nobis. §. 1. & in
3 aut. de san. epis. §. nullam vero licentiam. colla. 9. † vbi habes q̄ si quis religionem ingrediatur non propter hoc à sua excludi tur hæreditate excepta feudali, vt in li. feu. de vasal. qui arma bellicą deposuit. c. j. ti de feu. contro. fuerit. c. si de feudo. §. qui clericus. de beneficio fra. & qualiter fra. c. vnico. colla. 9. secun Host. hic. Henricus.

1 *Armorum appellatione an fustes & lapides contineantur. 3.*
2 *Priuati non deferant arma, sed cultellum.*
4 *Arma ministrans ad inuadendum est homicida.*
5 *Arma ministrans ad tutelam excusatur.*
6 *Excommunicatus potest iterum excommunicari.*
7 *Suspensus potest iterum suspendi.*
8 *Effectus excommunicationis iustæ. 10. 13.*
9 *Peccatum pondere suo ad aliud trahit.*
11 *Effectus iustæ excommunicationis.*
12 *Effectus iniustæ excommunicationis.*

ITa quorundam. ¶ Ad declarationē gl. 2. † Si quæris vtrū
1 appellatione armorum, fustes, & lapides contineantur. Ber. & Host. dicunt, quòd sic. vt ff. de ver. sig. l. armorum appellatio. quòd verum secundum quosdam vbi agitur de delicto iam perpetrato, secus vbi delictum nullum est adhuc perpetratum. & hoc dicunt arg. eorum quæ no. Accur.
2 C. de fabri. in rub. in fi. lib. 11. † Vbi dicit quòd priuatis non licet facere, vendere, emere, vel transferre arma, sed habent cultellos paruos, vt in aut. de armis. colla. 6. & multo magis fustes & lapides, licet & arma dicātur, vt in l. alle. armorum. & in hoc concor. Accur. in d. aut. de armis. §. sancimus. Sed cōtra distinctionem istam in secundo membro facit extra de sta. mō. c. ne in agro. §. quia vero. versi. præfate quoq;. in cle. cum ibi no. per doc. nec ob. gl. alleg. quia loquuntur sine lege. in auth. de tri. &
3 se. §. cōsideremus. coll. 3. † Vnde posset dici, quòd appellatione armorum fustes, & lapides continentur, nisi de mente statuentis seu loquentis posset virisimiliter contrarium apparere, ad quem primo recurrendum est. ff. de leg. 3. l. non aliter. ℣. de offi. dele. ex parte, 2. & c. super quæstionum. §. intentionis, & in eo, quòd no. Io. And. & Gen. in d. ver. præfate. Vel dic & clarius, quòd si apparet de mente disponētis, loquentis, vel statuentis, illa est sequenda, vt dictū est. Si vero non apparet, tunc aut lex, vel statutum loquitur, seu statuit de & super fabricando, sue habendo, vel non fabricando, seu non habendo arma, & tunc fustes & lapides non continentur appellatione armorum, quia quis potest fabricare, & habere fustes, & lapides, licet non possit fabricare, seu habere arma, vt in glo. ℣. alle. Aut lex vel statutum loquitur seu statuit de & super vtendo, vel non vtendo armis, seu applicando, vel non applicando arma ad vsum illicitum, & tunc appellatione armorum fustes & lapides continentur, vt in l. alle. armorum. & instit. de publi. iudic. §. item. l. Cornelia. & ita loquitur Ber. hic. s. in casu vbi tractatur de applicādo arma ad vsum illicitum. s. sarracenorum. & vide quod no. Spe. hoc ti. in fi. vbi dicit, quod docentes sarracenos ignorantes arma facere, capite puniuntur. C. de penis. l. fi. & de malefi. & Matth. l. fi.

Super eo. c. ¶ Ad declarationem gl. arg. clericū & c. Si quæris vtrum clericus qui pugnantib. arma ministrat secuto postea exinde homicidio cēseri debeat homicida, distingue. Aut ministrat, & scit quod petuntur ad inuasionem, & ad impugnationem, aut ad tutelam & defensionem, aut nescit ad quid petuntur, credit tamen quod tantū
4 ad tutelam & defensionem. † In primo casu credo veram gl. Ber. hic si quod est homicidium. ar. 50. dist. si quis viduam. 51. dist. qui in aliquo. 23. q. vlt. c. vlt. & j. de homici. sicut dignum. §. illi etiam. & §. hi quoq;. In secundo casu non est homicida: imo meretur. arg. in eo, quod legi. & no. j. de sen. excom. quan
5 tæ. † In tertio casu dicit Host. hic considerandam qualitatem personarum & armorum, & an diligenter ministrans inquisiuerit de causa petitionis, & secundum hoc arbitrabitur bonus pœnitentiarius siue iudex, & habebit accusatam negligentiā, ac probabilem ignorantiam excusatam, vt patet. 37. dist. c. fin. & in

& in eo, quod leg. & no. ℣. ne cle. vel mo. c. clericis. & c. sententiam. & j. de homic. sicut dignum. §. fi. & c. significasti. 1. & 2. & de cleri. excom. minist. apostolicæ. Host.

Super eo c. ¶ Ad euidentiam gl. vlti. Si quæris vtrū excōmunicatus possit amplius, seu plu-
ries excommunicari pro eadem causa, vel alijs causis ab eodē iudice vel diuersis, & quis sit effectus primæ sententiæ iustæ,
5 vel iniustæ, & quis secundæ, Distingue. † Aut quæris de primo. s. vtrum possit iterum & pluries excōmunicari. & dic quòd sic. secundum Ber. & Ho. hic & in hoc concor. Lau. Vin. Tan. Gof. Phil. & Io. idem Ray. in sum. sua tit. de sen. excom. §. 32. Item quæris. & Ber. j. de sen. excom. c. officij. gl. 1. & Inn. ibi in gl. fi. & Host. in sum. de sen. excom. §. quis sit effectus. sub. §. illud etiā. & j. de crimi. sal. c. dura. §. adijcientes. & beatus Tho. & Pet. in scriptis suis. & frater Io. in sum. confes. eo. tit. de sent. excom. q. 80. item quæro & c. & Asten. lib. 7. tit. quis potest excommunicari. ad fi. & est expressum hic. & 3. q. 4. engeltrudā. vbi de hoc. & j. q̄ me. cau. c. vnico. lib. 6. vbi hoc. tenet Cardi. Guil. & Io. An. extra de sen. excom. c. 2. in cle. vbi hoc idem tenet Guil. de mon. Lau. & Gen. idem Arch. j. de sen. excom. c. si ciuitas. gl. 1. lib. arg. ad hoc. 11. q. 3. excellentissimus. 12. q. 2. de viro. cum alijs concor. hic alle. in gl. Et idem quo ad hoc in interdicto. vt si ex. vna causa latum sit etiam ex alia causa ferri possit: vt ℣. de postu. præla. c. 1. in parte decisa. ver. quod si episcopatus. vbi hoc tenet Tan. idem Guil. in c. alle. si ciuitas. gl. j. Vnde & semel bannitus iterum banniri potest, vt no. Spe. titu.
7 de accu. ad fi. & Io. An. hic. † Idem in suspensione, vt semel suspensus possit amplius suspendi, vt no. Asten. post Host. lib. 7. tit. de interdicto, & suspōsione. arti. 7. in fi. q. vtrum possit. Aut quæris de secundo. s. quis sit effectus primæ sentētiæ iustæ, vel iniustæ, & quis secundæ, & tunc dic secūdum prædictos doc.
8 & secundum etiam Arch. 24. q. 3. c. notandū. glo. 1. † quod duo sunt effectus excommunicationis. Primus est cijciendi extra ecclesiam, & quantum ad istum, semel exclusus amplius excludi non potest, quia nihil ad nos de his qui foris sunt. 2. q. 1. multi. 24. q. 1. c. 1. & 2. & 3. & ℣. de iudicijs cum non ab homine. & qui semel extra ecclesiam positus est amplius extra poni non potest. 11. q. 3. omnis Christianus. ad idem. ff. de verb. obli. qui bis. Item secundus effectus est detinendi extra ecclesiam, & vt tradatur sathanæ. 11. q. 3. audi. & amplius ligetur peccato vel contumacia exigente. vt §. vt lite non conte. c. fi. Et quantum ad istum effectum, semel traditus & ligatus, iterum traditur, & iterum ligatur. Sicut & per diuersa peccata. hoc idem con-
9 tingit, quia secundum Greg. † cum peccatum per pœnitentiā non deletur, mox pōdere suo ad aliud trahit. Ideoq; si quis ex pluribus causis, puta decem sit excommunicatus, licet à nouē sit absolutus, adhuc decimo vinculo, quod remanet adeo ligatus est sathanæ & astrictus, quod quousq; decimum vinculū fuerit solutum ingrediendi ecclesiam potestatem nō habet. qd̄ dic vt leg. & no. ℣. de offi. ordi. ex parte. & j. de sent. excom. cū
10 pro causa & c. officij. † Item secundum Hos. posset dici, quod primæ sentētiæ iustæ, & nominatim prolatæ triplex effectus. Primus, quod excommunicatus quantuncunq; occultè peccauerit per ecclesiam ostenditur, & publicè declaratur fuisse separatus à deo & sathanæ traditus, & ab eo vinculatus, quando peccatum mortale commisit propter quod tantum non propter alienum excommunicatio ferri debet. 24. q. 3. si habes. vn de proprie excommunicatio à deo nō separat, sed peccatum. Isa. 59. Iniquitates nostræ diuiserunt inter nos, & deum nostrum. Secundus vero qui & ex hoc sequitur est, vt à communione ecclesiæ omnino separetur, vt in c. alle. engeltrudam. & j. de sen. excom. si quem. Et quantum ad hæc duo siue eorum sufficientem effectum, semel excommunicatus amplius excommunicari non potest. Tertius, vt ab omnibus catholicis semper sic exclusus reputetur, & teneatur donec p suū presbyterum secūdum formam ecclesiæ fuerit absolutus, vt probatur quòd le. & no. j. de sen. excom. cum desideres. §. 1. & cū
11 nobis. 2. & c. nuper. §. pen. & fi. † Effectus verò secundæ sententiæ est, vt ex secunda causa iterum de nouo à deo separatus, & à diabolo magis ligatus, & à fidelibus magis euitandus esse ex nouo superuenienti vinculo seu delicto ostendatur, & declaretur. Et idem intelligas de tertia, tertio, & de quarta, quarto, & sic de singulis quantum ad hanc iterationem quotiens opus
12 est excommunicatus excommunicari potest. arg. ff. de eden. l. veluti. §. 1. † Iniustæ verò sententiæ vnus est effectus, tantum, scilicet, vt talis tam à se quam ab alijs tanquam à deo separatus, & vere excommunicatus reputetur, donec per suum iudi
13 cem aliud decernatur, licet à deo separatus nō sit. † Quicquid autem. ℣. dicitur effectus iustæ excommunicationis est, vt per ipsam anima ligetur, & à deo & triumphante ecclesia separetur, & tradetur sathanæ. 11. q. 3. audi. ad idem primæ ad Cor. 5. c. & 45. distin. c. secūdum illud. Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu iam iudicaui eum qui sic operatus est in nomine domini nostri Iesu Christi tradere huiusmodi hominem sathanæ in interitum carnis, vt spiritus eius saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. Vbi autem est certum, quòd nulla est sententia nullus est effectus, vt patet in eo, quòd le. & no. j. de excef. præla. cum ad quorundam. & c. dilectus. ℣. de of. deleg. cum contingat. de app. c. dilectis. in fi. & j. de sent. excō. solet. lib. 6. secundum Host.

1 *Iudæi nouas sinagogas non constituant.*
2 *Rector remotus an patrono inuito restituatur.*

1 COnsuluit. ¶ Supra, eo. Iudæi. in primo, & hic † habes quòd Iudæi non possunt de nouo constituere sinagogas: sed bene possunt antiquas reficere vel reædificare, quod quidam doctor meus credebat, verum si aliquid de prestinis ædificijs remansisset, aliàs si nihil remansisset secus, pro quo. C. de ędifi. priua. l. si is contra quem. iuncto eo quod no. insti. de rerum diui. §. ex diuerso. C. de rei vend. l. domum. ff. de rei vendi. l. in fundo. de noui ope. nun. l. 1. §. si quis ædificium. & de lega. 1. l. si ita le-
2 gatum. §. vlt. † Host. hic dicit quòd hoc. c. cum concor. facit ad q. qua quæritur, vtrum Episcopus rectorem alicuius ecclesiæ, quem ab ea sententialiter remouit, possit postea ad eam restituere patrono inuito, & dicit finaliter, q̄ non: ar. 21. q. 2. si quis iam translatus. ℣. de offi. Arch. ad hæc. §. fi. & de iure pa. postulasti. de quo dic vt dixi. ℣. de renun. c. ex transmissa.

1 *Iudæorum filij intra annos discretionis parentibus inuitis non baptizentur.*
2 *Iudæorum filij post annos discretionis inuitis parentibus baptizari possunt.*
3 *Iudæorum principum potestas magna.*
4 *Apostatarum filij eis inuitis baptizantur.*
5 *Differentia inter filiorum Iudæorum & apostatarum.*

SIcut Iudæi. ¶ Si quæris vtrum pueri Iudæorum, & aliorum infidelium seu apostatarum, inuitis parentibus sint baptizandi, Distingue. Aut quæris primo de filijs Iudæorum, & aliorum infidelium, & tunc refert secundum beatum Tho. in
1 sum. artic. 12. † Aut filij sunt infra annos discretionis, & tales
2 paruulos non licet eorum parentibus inuitis baptizare. † Aut postquam ad annos discretionis peruenint, & tales possunt fidem suscipere inuitis eorum parentibus, nam ipiritussanctī vocatio omnia vincula soluit. 19. q. 2. duæ. vt no. Arch. 54. dist. mancipia. gl. pen. Consuetudo. n. siue vsus ecclesiæ maximam habet authoritatem, & semper in omnibus est æmulanda. Hic autem ecclesiæ vsus nūquam habuit, quòd Iudæorum filij inuitis parentibus baptizarentur, & est huius ratio etiā duplex. Vna propter periculum fidei, quia baptismus ante vsum rōnis de facili ad persuasionem parentum peruerteretur. Secunda, quia filius ante annos discretionis secundum naturalem iustitiam debet esse sub cura parentum. Idem per omnia dicit beatus Tho. in quadam quæstione de quolibet. idem frater Io. in sum. confes. isto tit. q. 4. vtrum pueri. quorum opin. credo verā quo ad illos, qui ad annos discretionis peruenint, nam tales si proclamant se velle fieri Christianos debēt de manibus illorum eripi. ar. hic. & hoc no. Ber. & Host. ℣. de conuer. infide. c. 2. gl. fi. & concor. in hoc Arch. 45. dist. qui sincera. gl. 2. pro quo eadem dist. de Iudæis. ibi cui. n. vult deus miseretur, & quem vult indurat. Sed quo ad paruulos, dicit Arch. ibi sic. adulti nō debent nisi consenserint baptizari, nec etiam paruuli per illos qui non sunt domini eorum, sed si veri nominis serui sunt Iudæi, sicut & sunt, sicut credo, vt Gen. 9. Maledictus seruus Canaam seruus sit fratrum suorum, vt 24. q. 3. Sed qui pro persecutoribus. 23. q. 8. dispar. j. eo. & si Iudæos. † Credo quòd prin
3 cipes quorū sunt serui Iudæi possunt eis auferre filios paruulos absq; omni iniuria, cum illi insimul non habeant potestatē tanquā serui, vt patet in eo, quòd legi. & no. 32. q. 3. c. vno. insti. de patria pote. §. 1. Et sicut ijdem principes possint eosdem paruulos tanquam sua alijs dare vel vendere in seruitutem inuitis parentibus, ita possunt eos auferre ad baptizandum, & in hoc merentur, dum tamen hoc non faciant propter compellendos hoc modo parentes ad fidem, sed propter saluandos pueros

pueros per fidei sacramentum, ad cuius perceptionem suffi-
cit, quod non veniat objicere contrariæ voluntati. secundum
Rodo. & Arch. ibi. Quod fauore fidei credo tenendum, licet
alij contradicant per id quod no. 28. q. 1. Iudæorum. vbi Io. te
net quod paruuli inuitis parentibus non baptizentur, cuius ra
tionem ibi vide, cuius dictum potest intelligi verum de alijs
quam principibus, vel alijs superioribus volentibus inuitis pa
4 rentibus paruulos baptizare. † Aut quæris de filijs apostatarũ
.i. à fide recedentium. 2. q. 7. non potest. & de talibus videtur
Io. tenere de conse. dist. 4. si baptizata. gl. 3 & bene vt credo, ꝙ
sunt baptizandi etiam dum sunt pueri inuito patre. ar. de con-
sec. dist. 4. pleriq; in fi. & 28. q. 1. c. Iudæorum. Et potest esse ra
tio duplex. prima, quia omnes baptizati licet sint hæretici, seu
apostatæ, velint nolint subsunt foro, potestati, & iurisdictioni
sanctæ matris ecclesiæ, vt patet. ẏ. de hæreti. per totum. & de
apostat. per totum, ergo pueri sui, qui infra discretionis annos
in sua potestate existunt vsquequo labuntur in hæresim per
regulam, quæ est in vel sub potestate alterius, est vnà cum om
nibus de sua potestate siue cura, vt ff. de adop. l. 2. §. fi. & l. si pa
terfami. de ca. di. liberos. & insti. de adop. circa prin. & ar. eorũ
5 quæ no. Arch. 16. q. 1. & temporis qualitas gl. pen. † Vbi no. ꝙ
si ecclesia habens aliàs ecclesias sibi subiectas subijciatur alte-
ri, illę etiam subijciuntur sibi: secus de Iudæis & alijs non ba-
ptizatis. 2. q. 1. multi. & s. de diuor. gaudemus in prin. Secunda,
quia efficiuntur sui iuris, vt ẏ. de hæreti. c. quicunque. §. vlt. lib.
6. quare contradictio parentum qui nõ habent tales paruulos
in potestate vel cura, nõ potest nec debet impedire eorum ba-
ptismum: secus in Iudeis, & eorum filijs. & de hoc vide quod
no. Arch. 45. dist. qui sincera. gl. 2. vbi concor.

1 *Sarracenis deferre merces tempore belli prohibitum.*
2 *Sarracenis deferre merces non prohibitas tempore pacis licet.*
3 *Sarracenis deferre merces prohibitas non licet. 5.*
4 *Redemptionis necessitas à pœna excusat.*

Significauit. ¶ Ad declarationem huius. c. & sequentis, & glo. 1. Ber. hic,
Si quæris vtrum & quãdo sunt excommunicati qui
merces deferunt sarracenis, distingue. Aut eas defe-
runt tempore guerrę, siue sint treuge, siue non, quia aliud pax.
s. de treuga & pa. c. 1. & 2. quòd dic vt no. Host. ibi. & in sum.
1 eo. tit. §. quid sit treuga. & §. quid sit pax. † Et tũc credo quòd
omnes merces sunt prohibitę deferri, & quòd deferẽtes sunt
ipso facto excommunicati, vt no. Host. hic super verbo mer-
ces prohibitas. per c. ẏ. proxi. vbi etiam dicit super verbo mer
cimonium. quòd hæc opi. multos ligat. & ideo declaratio Pa-
pæ necessaria est. Et pro ista opi. multum faciunt verba illius
constitutionis specialiter ibi, mercimonia consimilia, vel alia
subsidia &c. Ergo nõ solum intelligitur hoc de armis, vel alijs
antiquitus prohibitis in c. ita quorundam. sed generaliter de
omnibus. & hoc idem tenet hic Inn. in 1. gl. ibi nam & si dire-
ctè cõtra Christianos &c. licet alij intelligant hoc de reb. phi
2 bitis tantum. Aut eas deferunt tempore pacis, & tunc. † Aut
deferunt merces non prohibitas, id est alia quam arma, ferrũ,
& ligamina galearum, & hoc nõ est prohibitum, nec propter
hoc sunt excommunicati. ar. ẏ. c. proxi. à contrario secundum
Host. hic idem Inn. & Io. And. ẏ. c. proxi. quod videtur place-
re Gof. diceṅti, quòd in tempore guerræ est prohibitio, etiam
3 in mercibus non prohibitis. † Aut deferunt merces prohibi-
tas. i. ferrum, arma, & ligamina galearum, de quibus. s. eo. ita
quorundam, & tũc sunt excommunicati, vt ibi, & hic
in ver. dummodo &c. Aut causa redemptionis captiuorũ,
& tunc Ber. hic in 1. glo. credit quòd hoc non potest fieri sine
pœna excommunicationis, nisi primo authoritas Papæ requi
ratur, ne aliquid fraudis fiat. pro hoc. ẏ. eo. ad liberandam. idem
Gof. & Asten. lib. 7. titu. 2. ver. 25. & quanuis hoc portantibus
tutius sit. ar. ẏ. de cle. excom. mini. illud. secũdum Host. Tamẽ
contrarium est verius & æquius, secundum Inn. & Host. pro
quibus benefacit. C. de sacrosan. eccl. l. sancimus. s. de pign. c. j.
ad idem. ẏ. eo. 1. respon. ibi causa lucrãdi ad idem. Nam & alia
mercimonia sine causa & sine metu canonis portari possunt,
4 dum tamen non sit guerra, vt ẏ. c. proxi. † Vnde necessitas re-
demptionis à pœna canonis excusat. arg. s. de obserua. ieiu. c.
consilium. §. fi. cum suis concor. 11. q. 3. quoniam multos. ẏ. de
sen. excom. inter alia. §. fi. secundum Host. & Io. And. hic ante
factum facit. c. consuluit cum Ber. maxime, quia sarraceni vi-
dentes has merces hac de causa posse portari, aliam redẽptio-
nem non vellent, portantes etiam haberent hoc. velamen pa
ratum, & sic hoc tenderet ad noxam post factum. tenet tamẽ
5 Inn. & Hosti. quòd necessitas redemptionis illos excuset à Pa
pa. & hoc teneas. † Et præmissa intellige, siue deferant per se,
siue per alios, vt hic, in versi. sicut nec illi & ẏ. c. proxi. quia qui
per alium facit &c. ẏ. de sent. excom. mulieres. 46. dist. sicut nõ
suo. ff. de admini. tuto. ita autem. §. gessisse. ẏ. de regu. iur. c. qui
per alium. lib. 6.

1 *Corpus Christi, an in stomachum sumentis descendat, & incorporetur.*
2 *Miracula decem in corpore Christi.*

T si Iudæos. ¶ † Dicit hic Ber. in gl. crede
bant, ꝙ corpus Christi non
descendit in stomachum, nec incorporatur. de cõse.
dist. 2. tribus gradibus. Nam ipse panis cibus est ani
mæ. di. ea. credere idem Host. in sum. eo. ti. §. in quibus. ad fin.
& in hoc concor. Io. in d. c. trib. glo. sed nec species &c. dicens
quòd certum est, quòd species quãcito dentibus teritur, tam
cito in cœlum rapitur. Et ad hoc concor. quòd ipse no. eadem
di. c. non iste panis. gl. 1. & concor. Hug. in c. alleg. non iste. di-
cens quòd tandiu corpus Christi sit in sumẽte, donec species
in ore sapor eius sentitur, cum vero non sentitur, quòd fit ex
quo transglutitur, & statim definit esse sacramentum & cor-
pus Christi prout recitat Arch. ibi in glo. pen. Idem tenet Io.
2 And. s. de cele. mis. cum Marthæ. §. quæsuisti. † Vbi enumerat
decem miracula in corpore Christi, quibus rationes deficiũt,
inter quæ dicit vnum esse miraculum, quòd sumptum statim
rapitur in cœlum: incontaminatus. n. exiuit de virginis corpo
re, & incorruptus de monumento clauso. Sed Hug. de sancto
Victore, dicit quòd quandiu manent illę species, sub illis est
Christus integer: vnde si intrant vẽtrem sub illis manet quan-
diu sint, sicut sub ipsa specie est in pixide. Et in hoc concor.
Pet. dicens, quod non vadit in corpus vt illud nutriat, sicut ce
teri cibi materiales, vt in d. c. non iste intrat. tamen est sub spe
cie sacramentali quandiu illa durat. Et ideo dicit. c. si quis per
ebrietatem. de consec. dist. 2. quod potest euomi. secundũ Pet.
& hoc etiam tenent theologi, vt no. Arch. ibi: & in c. alle. non
iste. qui in hoc concor. in hoc etiam concord. Guil. de monte
Laur. & Gen. extra de reli. & vene. sanctorum. c. vnico. 3. col.
ver. dedit igitur. ad fi. super verbo ad ventrem. in clem. dicen-
tes, quod descendit ad stomachum quandiu sunt species pa-
nis, & vini: & sic intelligunt. c. alleg. tribus. & ea. dist. qui come-
derit. dicentes, quòd ista glo. Ber. est falsa. & sic cum theologis
securius est sentire.

1 *Ablata non reperto domino, pauperibus eroganda.*
2 *Ablata in detrimentum terræ sanctæ, ei restituenda.*
3 *Ablata quomodo vero domino restituenda. 5.*
4 *Ea possumus, quæ commodè possumus.*
6 *Ablata per quem debeant restitui. 8.*
7 *Malè acquisita in bonum expendi debent.*
9 *Excommunicati lucra pauperibus eroganda.*

Vm sit. ¶ Ad euidentiam gl. fi. Si quæris vtrũ
debeat pauperibus restitui, vel erogã-
ri, quòd iniustè est extortum, & per quẽ, distingue.
Aut quæris de primo. s. vtrum debeat pauperib. resti
1 tui vel erogari: & tunc. † Aut nescitur à quibus est extor-
tum, vel bene scitur, sed non reperiuntur, & tunc sic vt hic &
ẏ. de vsur. cum tu. 1. respon. ibi, vel his non superstitibus pau-
peribus erogare &c. secundum Hosti. hic & ibi. Et ita posset
intelligi. ẏ. eo. c. proxi. §. 1. & in hoc concor. Ray. in sum. ti. de
vsuris. §. 16. sed pone, quòd Christianus. & etiam gl. ibi dicen-
tes, quod nescitur vbi sit persona cui sit restitutio facienda,
nec etiam speratur de facili posse sciri, tunc detur pauperibus
cum authoritate ecclesiæ, vt in d. cum tu. vbi idem no. Ber. sui
per verbo per pœnam. & Host. post eum. & Asten. lib. 3. tit. de
vsur. art. 6. q. cui est vsura. in fi. Idem beatus Tho. in sum. q. 78.
arti. 4. arg. 3. & Hosti. in sum. tit. de vsuris. §. quæ pœna. ver. est
autem. & seq. etiam frater Io. in sum. confes. ti. de rap. rubricel
la. de bellis. q. 33. quid si sciatur. Aut scitur qui sunt & reperiun
tur, & tunc. † Aut est acquisitum in detrimentum terræ san-
ctæ, & tunc debet erogari in subsidium terræ sanctæ: vt ẏ. c.
proxi. §. fi. Aut non sed aliàs, & tunc. Aut illi à quibus est extor
tum non habent actionem æuius repetendi, & tunc debet &
3 potest pauperib. erogari. 14. q. 5. non sane. §. sunt aliæ. † Aut ha
bent actionem seu ius repetendi: & tunc non de debet paupe-
ribus

ribus erogari, sed illis à quibus extortum est vel eorum hære-
dibus, vt patet. s. de iureiur. sicut. & ẏ. eod. tit. c. ætate. de deci.
tua nobis. s. de censi. procurationes. §. vlti. de immuni. ecc. c. qa
pleriq; & in d. c. cũ tu. ibi: his à quib. extorserint &c. de homi.
sicut dignum. §. eos insuper. vbi de hoc. 14. q. 6. c. 1. secundum
Host. quia ita distinguit in effectu hic. Sed circa istud vltimũ
membrum sub distinguit. quia aut res restituenda non potest
aliquo mõ restitui, vel mitti fideliter, & securæ ei cui restitui
seu mitti debet, & tunc detur pauperibus cum authoritate ec
clesiæ. arg. 2. q. 6. anteriorum. & melius in c. alle. cum tu. secun-
dum Ray. & gl. super Ray. & Hosti. Tho. & fratrem Io. vbi s.
Aut potest ei restitui seu mitti fideliter & securæ, & tũc. Aut
hoc commodè potest fieri pensatis circunstantijs, puta quan-
tate rei debitè, quæ forte est magna remotione loci qui forte
parum distat, expensè quæ fierent promittendo, quæ essent
modicè, & paupertate illius cui est restitutio facienda, & tunc
ei debet restitui, & non pauperibus erogari. ita intellige vlti-
mum membrum Hosti. s. cum iuri. alle. ibi. Aut hoc commo
dè fieri non potest pensatis circunstantijs. s. quantitate rei de-
bitè, quæ est forte modica remotione loci, qui forte longè di
stat, & diuitijs illius cui facienda est restitutio, quia tam mo-
dica posset esse rei restituendæ summa & tantæ expensæ, quę
fierent in mittendo, & tam diues illi cui faciẽda est restitutio,
quod nullo modo deberet velle pro re tam modica proximũ
tantum grauare, & tunc non oportet quod mittatur ei. sed cũ
authoritate ecclesiæ poterit pauperibus erogari: vnde in talib.
ad arbitrium boni viri, recurrendum est, qui habet considera-
re circunstantias prædictas secundum gl. super Ray. & fratrẽ
Io. in sum. confes. vbi. s. & Asten. in d. q. cui est. cum quib. satis
4 concor. Tho. & vltra tit. 6. §. si vero deest. pro quib. facit. † quia
illa possumus, quæ commodè possumus. ff. de verbo. sign. l. ne-
pos proculo. 22. q. 2. faciat homo. pro hoc etiam. ff. de iudic. l.
sed & si susceperit. §. 1. Addunt tamen Tho. & frater Ioan. &
Asten. vbi s. quod si res esset magni valoris, & nõ potest com
modè illi transmitti, debet deponi in aliquo loco tuto, & do-
5 mino significari. † Et quod dictum est de restitutione facien-
da hæredibus, gl. super Ray. d. tit. de rap. rubricella. de bellis. §.
44. forma restituendi &c. & frater Io. in sum. confes. eo. tit. &
ea. rubricella de bellis. q. 84. generaliter quæro &c. intelligunt
esse verum quando defunctus tempore quo viuebat non or-
dinauit sibi restituendum distribuit per executores suos, aliàs
si hoc mandauit vel spiritualiter vel generaliter, vt quia man-
dauit in testamento distribui per executores quicquid ad ip-
sum spectabat de mobilibus, & debitis, tunc facienda est resti
tutio executoribus eius pro hoc. ff. de leg. 1. l. si à pluribus. de
ali. leg. l. alio. cum concor. ibi alle. & quod no. Guil. in Spe. ti. de
testa. §. nunc vero aliqua. versic. illud etiam quæritur, & seq. &
de hoc etiam no. ipse Io. in sum. confes. ti. de rapto. q. 18. quan
do illi, & seq. & adde quod no. Ber. & Hostien. s. de decimis. ex
transmissa. & Io. & Archi. 1. q. 1. non est putanda. & quod dicã.
6 ẏ. de pœnit. & remis. cum ex eo. † Aut quæris de secundo. s. per
quẽ debeat restitui, vel erogari, & tunc videtur quòd per epi-
scopum. Nam secundum Host. hic iste est vnus de casibus ad
episcopum spiritualiter pertinentibus. s. restitutio substracto
rum siue male ablatorum, vt patet hic, vbi dicit secundũ pru-
dentiam dyocesani Episcopi &c. C. de epis. & cler. l. nulli lice-
re. C. communia de succes. aut. omnes vero peregrini, quæ su-
mitur ex lege Federici hac ædictali. aliàs incipit, ad dedecus
& decorem. sub ti. de votis feudorum. colla 10. in aut. de ec. ti.
§. sinautem pro redemptione. colla. 9. s. de testa. tua nobis. & c.
Ioannes. Et est ratio per simplices sacerdotes imbursaretur. se
cundum Host. hic, & in c. alleg. cum tu. & ẏ. de pœ. & re. §. vl. i.
ad fi. sub. §. sed quæ forma. Ad idem facit Nume. 5. post princ.
vbi de restitutione tractando dicit si non fuit qui recipiat da-
bunt deo, & erit sacerdotis. Sed Arch. in hoc contra. ẏ. de test.
c. religiosus. super verbo libere. libr. 6. dicens quod & ipse qui
male accepit posset si vellet illud restituere, non obstante con
tradictione Episcopi, vt est planus text. in d. c. cum tu. §. 1. ibi,
pauperibus errogare. Ad hoc etiam facit quod le. & no. in d. c.
sicut dignum. §. eos. in fi. à contrario sensu. 14. q. 5. c. 1. & c. seq.
& c. vlti. iuxta fi. 24. q. 1. fi quis romipetas. Et etiam executo-
res ipsius, qui in testamento suo mandauit per eos expendi ali
quid pro male ablatis poterunt hoc facere, non obstante con-
tradictione dyocesani episcopi dicẽtis, quod hoc pertinet ad
eum. vt plene colligitur in d. c. tua nobis. & in d. c. religiosus.
Et huius sententiæ sunt Io. Vin. & Ber. hic. & Inn. s. de immu.
eccle. quia pleriq;. glo. 1. iuxta fi. ver. si autem illicitas negotia-
7 tiones &c. † Ad hoc etiam facit quod scriptum est, quæ in ma-
lum acquisisti in bonum expende. hoc not. 1. q. 1. non est pu-
tanda. in gl. fi opponatur. Et si obijciatur de auctoritatib. quæ
prohibent elemosynas fieri de illicite acquisitis, dic quod in-
telliguntur, id est, non debet quis ab initio male acquirere
hac intentione, vt inde elemosynam faciat, & ista expo-
sitio probatur aperte in d. capit. non est. vt ibi not. Hug. Non
obstat etiam istud. c. quia loquitur de Iudęo, non Christiano,
cuius actus, & dispensatio merito habetur suspecta circa pau-
8 peres Christianos, quæ suspitio cessat in fideli Christiano. † Itẽ
si bene aduertatur hæc decretalis non dicit, quod Episcopus
sua manu, vel eius auctoritate ista incerta debeant dispensari.
& sic non ob. Vnde non dubito, quod Episcopus quo ad erro-
gandum non habet se intromittere nisi in defectum, nam vbi
certa persona deputata est à testatore, illa debet exequi, vt in
iuribus s. alle. & 12. q. 2. de laicis. hæc Arch. in d. c. religiosus. &
14. q. 5. nõ sanè. super verbo reddenda. vbi de hoc plene. & per
Asten. tit. de vsuris. arti. 6. q. cuius auctoritate. Sed Io. Andr. in
in d. c. religiosus, in nouella dicit quod vtraq; opinio æquitatẽ
habet. nam ex quo debet incerta obligatus est ad illa restituen
da, si restituit prout disponit decretalis, cum tu. illa pauperib.
erogando non apparet quare non debeat esse absolutus, nõ di
co à peccato sed ab onere satisfactionis saltem in his in quib.
transit dominium. Sed opinio. contrario Hosti. habet æquita-
tatem, quia facile esset cuiq; vitare restitutionis onus dicendo
se soluisse. Et si dicas nõ credetur ei nisi probet absurdũ esset,
quod cum dabit denarium faciat fieri instrumentum. Itẽ do-
cet experientia, quod pauper recipiens decẽ solidos in instru-
mento confitebitur recepisse decem libras, qua de causa & p
rationes Host. æqua videtur ordinatio Episcoporum, qui com
muniter per sua statuta sibi reseruant in certis non solum ab-
solutionem peccati, sed etiam ipsorum dispensationem secun
dum Io. Andr. cuius dictum credo verum. Sed de rigore iuris
& circunscripto statuto opinionem prædictam Guili. credo
veram. Item finem huius. c. intelligit Gof. Et Io. And. post eũ,
cum iudæus vel paganus grauat eum à quo recepit vltra debi-
tum extorquendo, tunc. n. illi facienda est restitutio, sed si ipse
receperit, quod ille soluere debet, sed ex officij labore salarium
percipit quale forte perciperet Christianus, puta centum flo-
renos in anno, tale salarium tenetur restituere erogando pau
peribus, sed non restituitur soluenti, qui plus reprehenditur,
9 quàm extorquens secundum eos. † Et est hic in fi. & ẏ. c. prox.
ar. quòd quicquid lucratur excommunicatus in mercimonijs
est pauperibus erogandum. nam sine communione & partici-
patione Christianorum hoc lucrum non contingit, quæ est ei
potius quam alijs interdicta sit, vt patet. ẏ. de cle. excom. mi. il
lud. secundum Hosti. ẏ. c. proxi. & Io. An. de hoc etiam per eũ
in sum. eo. de pœ. & remis. §. fi. post eum. sub. §. quid de his qui
excommunicati. & vtrum possit contrahere, vide quod dixi.
s. de dolo & contu. veritatis.

1 *Infidelis an Christianum mancipium habeat.*
2 *Christianus an infidelem mancipium habeat.*
3 *Solidus, & aureus, idem significant.*

Vlli Iudæo. ¶ Si quæris vtrum iudæus vel
paganus possit seruum Chri-
stianum emere, vel habere, vel e contra Christianus
1 seruum iudæum vel paganum, distingue. † Aut quę-
ris de primo. s. vtrum iudæus vel paganus possit seruum Chri
stianum emere, vel habere, & tunc dic plenè, quòd no. glo. 54.
dist. c. generalis. §. hoc tunc. quæ fuit glo. Lau. & dic idem per
omnia in seruis paganorum, quod in seruis iudęorum secun
dum Lau. Io. & Archi. ibi. Nã hodie pagani ferè omnes iudai-
zant, discernendo cibos, & alios ritus exercendo, secundum
Lau. & Arch. ibi, licet Hug. contra. † Aut quæris de secundo. s.
vtrum e contra Christianus possit emere vel habere seruum
iudæum, vel paganum, & tunc dic vt no. glo. & Arch. 54. dist.
mancipia. dicentes, quòd Christianus potest emere iudæum
mancipium, non tamen cum illo moretur. 28. q. 1. sæpe. & cap.
nullus. s. eo. & si iudæos. vbi dicitur, ꝙ iudæi sunt serui Chri-
stianorum. Dicit tamen Arch. ibi in gl. pen. quòd si iudæus il-
le voluerit baptizari, nõ debet nec potest eum dominus ꝙ hi-
bere, nam spiritussancti vocatio omnia vincula soluit. 19. q. 2.
duæ. post baptismum, tamen remanebit, seruus domini. nam
seruitus de iure diuino est introducta. Gen. 9. Maledictus Ca-
naan &c. 24. q. 3. c. cum ergo. §. sed qui. & est per ius gentium
approbata. 1. dist. iusgentium, & iure confirmata. 12. q. 2. a. c. il
lo si quos de seruis vsq; ad. c. ecclesiarum seruos. secundum

Ray

Ray.& Gof.& Arch.Idem Hoſ.in ſum.eo.ti.ſub rubri.de ſer
uis iudæorum,& ſarra.in fi.vbi etiam de iſta materia per eum.
3 † Et no,quòd ſolidus & aureus idem ſignificant.ſecundũ Vin.
Gof. & Io,An.hic.& idem Accur. C.de ſeruis fugi.l,quicun-
que.per l.ſi mulier.ff.de mi.inſtituta. de pœna temere litigan.
in fi.C.de ſpor.l.omnibus.de fal.mo.l.ſi quis munerum.Vnde
lex vna lex dicit 20. ſolidos dandos, ne libertas præſtita reuo-
cetur.ff.de ma.teſta.cum ex falſis. alia dicit aureos.ff.de inoff.
teſtam.l,Papinia.§.vlti,Item ſciendum eſt, quòd 72.aurei fa-
ciunt libram. C.de ſuſcep. & archa.l. quotiens. lib,10. ſecun-
dum Ioan.And.

1 *Hæreticus quis ſit.*
2 *Dubius in fide,quomodo hæreticus dicatur.*
3 *Fides, opinio,& ſcientia differunt.*
4 *Io.Baptiſta,an dubitauerit de aliquo fidei articulo.*
5 *Dubitatio multiplex.*
6 *Fidei in tenui articulo,quis de hæreſi conuincitur.*
7 *Probatio leuis inducit ſuſpitionem hæreticam.*
8 *Probatio leuis non ſufficit ad condemnandum de hæreſi.*

¶De hæreticis. Rubrica.

DVbius in fide. ¶Si quæris vtrum du-
bius in fide hæreticus ſit
cenſendus,& quia ſex modis ſumitur hęreticus,
ſecundum Gof.& Hoſt.in ſummis ſuis,eo.tit.in
1 princ.† Hic tamen ſumo hæreticum pro illo qui
de articulis fidei,vel ſacramentis eccleſiæ,aliter ſentit quã Ro
ma.Vnde ſecundum Alex.Anglicum,in ſecundò ſummæ ſuę.
& Aſten.lib.2.hoc tit.arti.1.ratio fidei primo & principaliter
eſt circa articulos fidei,& per oppoſitum hæreſis.Secundo,fi-
des extenditur ad illa,quæ docet ſacra ſcriptura,circa mores,
vt quòd fornicatio eſt peccatum mortale,& per oppoſitũ hę-
reſis. Tertio,fies extenditur ad hiſtorias in Biblia contentas:
2 ꝙ per oppoſitum hæreſis,diſtingue. † Aut quæris de illa dubi
tatione,quę ſit pertinaciter,& animo deliberato,& cum qua-
dam complacentia, & talis eſt hæretica, vt hic.& 19.diſt.nulli
fas.Aut de illa quæ fit indeliberatè ex quodam ſcrupulo con-
ſcientiæ,& talis eſt potius pœna quam culpa,& debilitas pro-
priè aliàs primæ imaginationis quam peccatũ. & licet ſit abij-
cienda,tamen non eſt hæretica.ſ.de ſymo. per tuas, 2.& hic
dicitur ad Roma.14.Infirmum autẽ in fide aſſumite.& Matt.
9.credo adiuua incredulitatem meã:tales.n.ſcrupuloſi,vt fre-
quentius hæſitant contra voluntatem ſuam.Vnde ſi bene re-
ſiſtant talibus motibus, & ſe firment in fide,potius merentur
quam peccent, ad inſtar ſtimulorum carnis.6.diſt.ſed penſan-
dum.& c.teſtamentum.ita not.Guil.de mon.Lau.& Gen.ex-
tra.eo.tit.c.vnico.ſuper verbo firmiter.in cle.Io.An.hic.& ad
hoc ſatis concor.quod no.Io.24.q.1.quæ dignior domus.glo.
fi.& Io.& Arch.17.diſt.nec licuit.gl.1.dicentes, quòd ille non
eſt hæreticus, qui ſuum errorem non defendit, imo paratus
eſt corrigi.& intellige rationem. 24.q.1. hæc eſt fides. & q.3.
3 dicit Apoſtolus. † Et nota quòd fides differt ad opinione &
ſcientia:Nam ſcientia habet apertam cognitionem,opinio du
bitationem, ſed fides medium tenet, quia dubitationem non
recipit, nec apertam cognitionẽ habet, vt patet.ſ.de ſum.tri.
& fide ca.c.firmiter.eo.tit.c.fideli.lib.6.& extra,eo.tit.c.fidei.
in cle.vbi hoc no.Guil.de mon.Lau.ſuper verbo inhærentes.
& de elect.ne Romani.glo.in eiſdem.in clem.Ex quibus con-
cluditur,quòd cum fides non recipiat dubitationem, quòd in
fide dubius eſt infidelis,vt hic.Non ergo plus ſapere,ꝗ opor-
tet ſapere,ſed ſapere ad ſobrietatem.ad Roma.12.c.& 44.diſt.
ſit rector.ad fi.quod tamen intellige,vt dicitur eſt.ſ.& de hac
4 materia not.Aſten.lib.2.titu.de fidei articulis.† Vbi inter alia
quærit, vtrum Io.Baptiſta, dubitauit de aliquo articulo fidei,
cum dixit Matthæ.11.tu es qui venturus es &c.reſpondet,ꝙ
ipſe non dubitauit quin eſſet homo,& deus.cum dixerit Io.j.
Ego vidi & teſtimoniũ perhibui, quia hic eſt filius dei, & qui
eſſet paſſurus pro genere humano, cum de eo dixerit: Ecce
agnus Dei:ecce qui tollit peccata mundi.Sed vt quidam dicũt,
neſciebat vtrum eſſet ad inferos in propria perſona decenſu-
rus:cui ſententiæ videtur conſentire Grego.in quadã Home.
ſuper illud Matth.11.Tu es qui venturus es &c. Quibuſdam
vero hoc non placet,cum Chriſti deſcenſus ſit vnus de articu
lis,& veriſimiliter ſit in beato Io.reuelatus. cum Chriſtus de
eo dicat.Inter natos mulierum non &c.ideo verbum Grego
rij,exponunt dubitauit.i.ad modum dubitantis ſe habuit.ſ.ra
5 tione interrogationis. † Vel diſtinguunt,quòd multiplex eſt
dubitatio,vna infidelitatis,quæ fuit in iudæis, & alia tarditatis
quæ fuit duobus diſcipulis euntibus in Emaus. tertia tardita-
tis fidei qua quis non tantum confidit quantũ oportet,& hæc
dicitur dubitatio puſillanimitatis.Matt.14.modicę fidei qua-
re dubitaſti.Et iſtæ duæ fuerunt in quibuſdam diſcipulis.quar
ta eſt pietatis & admirationis:& hæc fuit in Ioanne. Et huius
ſententiæ fuit Ambro.ſuper Lucam dicens, quòd non quæſi-
uit ex dubitatione vel ignorantia ſed ex pietate. Chriſoſto-
mus autem ſuper Matth.Omel.36.dicit,ꝙ non quæſiuit,quia
ignoraret,ſed vt per Chriſtum eius diſcipulis ſatisfieret. Vn-
de Chriſtus ad beati Ioannis intẽtionem & diſcipulorum in-
ſtructionem reſpiciens eis reſpondet oſtendens operũ ſigna.
Super eo.c. ¶In gl.2. Si quæris vtrũ in tenui articu-
lo fidei,vel ex leui argumẽto poſſit de hę
6 reſi quis conuinci, diſtingue. † Aut quæris de primo.ſ.vtrum
in tenui articulo fidei poſſit de hæreſi, quis conuinci.& dic ꝙ
ſic,vt hic, & ita intellige glo.iſtam, & eſt ratio, quia omnes &
ſinguli articuli fidei ſunt neceſſarij ad ſalutem, ſine quibus nõ
eſt ſalus.Vnde Iacob.2.ſcribitur. Qui totam legem obſerua-
uerit, offendit autem in vno, omnium factus eſt reus quo ad
vitam æternam.de pœ.diſt.5.fratres.j.de pœn. & remiſ.quòd
quidam.& de reg.iur.c.defleat. vbi de hoc. Aut quæris de ſe-
cundo.ſ.vtrum en leui argumento.i.ex leui probatione poſſit
7 de hæreſi quis conuinci,& tunc. † Aut quæris vtrũ leuis pro-
batio ſufficiat ad ſuſpitionem,& dic quòd ſic,vt C.de hæreti.
l.2.in fi.vbi dicitur quòd ſatis aduerſus eos ſanctionib.debent
ſuccumbere,qui vel ex leui argumento à iudice catholicæ re-
8 ligionis, & tramite detecti fuerunt deuiare. † Aut vtrum le-
uis probatio ſufficiat ad condemnationem, & dic quòd non,
vt ſ.de præſump.c.literas.§.nos vero.vt no. Guil.j.eo.filij.ſu-
per verbo ſuſpectè.lib.6.vbi etiam dicit,quòd lex alleg.2.po-
teſt ita intelligi, quòd illud verbum leui argumento &c.deter
minat illud verbum deuiare, & non illud detecti fuerunt. vel
leue argumentum vocat ibi,quo ad probationem quando ſci-
licet, renuit iurare.dicens hoc eſſe peccatum.j.eo.excommu
nicamus.§.pen.& in hoc concordat Ioan.And.in d.c.literas.&
c.filium.in nouella.

1 *Correctio iudiciaria,ad prælatum pertinet.*
2 *Correctio euangelica ad omnes Chriſtianum ſpectat.*

QVi alios. ¶Quantum tangit verificationem
gl.Bern.hic. Si quæris ad quem ſpe-
ctat corripere aliũ de peccato,diſtingue,† Aut quæ
1 ris de correctione iudiciaria,& illa ad ſolum prælatũ
2 pertinet,vt 23.q.4.duo iſta.& c.ita plane.† Aut de euangelica,
& de illa ſpectat ad omnes.j.eod.cum ex iniuncto.§.licet.22.
q.5.hoc videtur.23.q.4.ipſa pietas.93. diſt.dyaconi.2.q.7.qua
propter.quod dic vt no.ſ.de cog.ſpi.tua.de teſti.in omni. Sed
& omnes tenentur impedire peccatum committendum, vt
hic.& arg.ff.de pactis.l.ſi vnus.§.pacta.ſecundum Hoſtien.&
Io.And.poſt eum. De qua materia vide plenius per Hoſtien-
ſem.ſ.de iudi.nouit. & ibi dixi per Cardinalem.j.de religioſis
domibus.c.vnico.lib.6.

1 *Epiſcopus teſtari non poteſt de rebus eccleſiaſticis.*
2 *Epiſcopus teſtatur & contrahit de patrimonialibus.*
3 *Excommunicari an teſtari poſſit.*
4 *Accuſatio finitur more criminoſi.6. Fallit in quibuſdam caſib.*
5 *Per duellio quid ſit.*
6 *Inquiſitio non ſit poſt mortem rei, niſi in criminibus exceptis.*
8 *Denuntiatio morte rei extinguitur.*
9 *Ciuiliter agi poteſt in hæredes defuncti.*

SI quis epiſcopus. ¶Si queris vtrum epi
ſcopus poſſit aliquid
dare vel relinquere alijs ſua eccleſia prætermiſſa, di-
1 ſtingue.† Aut quæris de rebus de quibus teſtari ſeu
alias ordinare non poteſt, & tunc non poteſt.quod dic vt legi.
& no.ſ.de teſta.c.1.& c.cum in officijs.& c.tua nos.& dixi.ſ.
de pecu.cle.c. vlti. Aut de patrimonialibus vel alijs de quibus
poteſt teſtari ſeu aliàs ordinare,& tunc. Aut quæris vtrũ poſ-
ſit dare vel relinquere non catholicis, puta hæreticis, iudæis,
vel paganis, & tunc.Aut cauſa pietatis in extrema neceſſitate
conſtitutis,nec fame pereant, & dic ꝙ ſic.arg.86.diſt. non ſa-
tis.& c.paſce.vt no.Ala.Tan.Ber.& Hoſt.& Io.An.j.c.proxi.
Aut aliàs,& tunc dic quòd non etiam ſi ſint conſanguinei ſui:
vt hic,vt ſ.eo.c.proxi.& c.excõicamus.§.credentes. & cõtra-
rium faciens eſt excõicatus, vt hic ſm Ala.Lau.Ber.Innoc.&
Hoſt

Hoſt.non ergo ſepelietur,& ſi ſepultus eſt exhumabiť. ſm qď
legi.& not.ſ.de ſepul.ſacris.ſm Hoſt.Quod verũ ſm Io. An.
ſi ſciebat eos non catholicos, alias non eſſet excõicatus niſi
2 ignorantia eſſet craſſa & ſupina.arg.ſ.de conſti.c.2.lib.6.† Aut
quæris vtrum poſſit dare vel relinquere catholicas, & talibus,
poteſt dare inter viuos,& relinquere in vltima voluntate, ſiue
ſint conſanguinei ſiue extranei, etiã obmiſſa eccleſia cui præ-
erat ſm Inno.& Hoſt.& Io.An. Et idem quod dictum eſt de
Epiſcopo intellige de presbyteris & alijs clericis:vt j.c. prox.
imo & de quocunq; catholico laico: qa ſic indiſtinctè loquiť.
24.q.2.ſane profertur ibi.Itẽ multi Epiſcopi ſm literam de ip
ſis ſtatuerunt &c.licet Accur.C. de iude.l.1.dicat ꝙ licet vni-
uerſitati Iudæorum legari non poſſit vt ibi,ſingulis tamen fit:
& idem laico legante videtur tenere Hoſt.in ſum.ti.de Iudęis
3 §.& in quibus.verſi.ſed nũquid ſingulis.& malè vt credo. † Et
ſi quæratur de excommunicato herede inſtituto ab extraneo
tria tempora conſideranda ſunt.ſ.inſtitutionis, mortis teſta-
toris,& aditionis hæreditatis: vt ſi ſit excommunicatus tem-
pore inſtitutionis,vel mortis,vel aditionis,inſtitutio ꝓ nihilo
habeať:ſed non oberit excõicatio medij tẽporis.ff. de hæredi.
inſtitue.l.alienũ.§.in extraneis.Quod dic plene per Hoſtien.in
ſumma de teſta.§.quis ſit effectus ſub.§.vtrum autem quis. &
per Aſten.lib.7.tit.de dam.excommu.arti.1.ver. ad maiorem.
Super eo.c. ¶In gl.vlti.Si quæris de quibus crimini
bus poſſit agi poſt mortem, diſtingue:
4 Aut quæris vtrum poſſit agi criminaliter,aut ciuiliter.†Si cri-
minaliter tunc aut per viam accuſationis:& tũc dic regulariter
ꝙ non:quia crimina morte extinguuntur.23.diſti.quorũdam.
24.q.2.c.1.C.ſi reus vel ac.mor.fuerit.l.2. Sed fallit in caſibus.
Primò in crimine læſæ maieſtatis in quo etiam poſt mortẽ in-
choari poteſt accuſatio ſiue inquiſitio:vt cõuicto mortuo me
5 moria eius damnetur.C.ad l.Iulia.ma.l.pe.& fi.†ꝙ cum reſtrin
gantur ad crimen perduellionis.i. illius qui fuit hoſtili animo
aduerſus rempublicam vel principem animatus.ff.ad le.Iulia.
maie.l.fi.Quidam tamen volunt idem dicere de illo qui eccle
ſiam violauit.C.de his qui ad eccle.confu.l.2.Et in le.Iulia re-
petundarum.& in quibuſdam alijs quæ adæquantur ad l.Iuliã,
maieſt.ff.de accu.l.antepen. Et idẽ dicũt in apoſtata.C. de apo
ſta.l.4. ſed expreſſum eſt ꝙ quinquennio poſt mortem lapſo
6 clauditur crimẽ iſtud.C.de apoſt.l.2.†Secundus caſus eſt in cri
mine hæreſis.24.q.1.ſane profertur.j.de ſenten.excomm.à no
bis.2.nam ſi in præcedenti primo caſu hoc obſeruatur,multo
fortius & hoc ſecundo erit obſeruandum.arg.j.eo.vergentis.
§.1.& C.eo.l.manichæos.Tertius caſus eſt in epiſcopo qui hæ
reticos ſibi hæredes inſtituit. vt hic, & idem videtur dicendũ
in quocunq; clerico:vt j.c.proxi.imo & in quocunq; catholi-
co:qa ſic indiſtinctè loquitur.c.alleg.ſanè profertur circa me-
dium ibi. Item multi epiſcopi congregati ſm literam de Epi-
ſcopis ſtatuerunt:ſed alia litera dicit de Epiſcopis ſtatuerũt: &
illa omnino concordat cum iſto cap.Quartus caſus eſt genera
lis in quolibet notorio peccatore.88.diſtinctione. neq;. 23. q.
5.placuit.In his tamen vltimis caſibus non confiſcãtur bona:
ſed ad hoc quæritur tantum de crimine ne pro tali fiat omni-
no:& ne eccleſiaſticam recipiat ſepulturam, quod & in quibuſ
dam alijs caſibus accidit:de quibus ſupra,de ſepulturis.ex par-
te.ſm Hoſt.q iſtos caſus not.hic,& in ſum.de accu.§.quis ac-
cuſari.& in hoc ſatis concor.Io.in c.alleg..quorundam.& me-
lius.24.q.2.in ſum.vnde Hoſt.hic aſſumpſit gl. ſuam & Spec.
rubrica de accu.vlti.col.ver.item quòd reus mortuus eſt. Vbi
ponit crimen peculatus.ff.ad l.Iul.pecu.l. fi. Et ſi quis mortem
ſibi conſtituit,quod intellige vt habetur.ff.de his qui mor.ſibi
7 conſci.l.3. & C.ſi reus vel ac.mor.fuerit.l. defunctis.†Aut per
viam inquiſitionis,& tunc videtur idem dicẽdum quod in via
accuſationis:per hoc quod dicit Hoſt.ſ.in verſ.ſed fallit ibi ſi-
ue inquiſitio &c.& quia fama habetur loco accuſatoris: vt ſ.
de accu.c.qualiter.2.verſi.non tanquam circa prin.& no.Hoſt.
ibi & Ber.& Inno.& Hoſti.ſ.de offi.ordi. ca.1. & maximè in
enormibus.vt eo.tit.inquiſitionis.in prin.item in criminibus.
ſ.numeratis non poſſet etiam per viam inquiſitionis nedum
accuſationis procedi poſt mortem:multotiens propter defe-
ctum accuſatorum remanerent crimina impunita, quod eſſet
inconueniens,& contra vtilitatem publicam.ff. ad l. aquil.l.ita
vulneratus.ff.de fideiuſ.l.ſi à reo.§.id quod vulgò.j.de ſenten.
8 excom.vt famæ.†Aut per viam denunciationis & tunc vide-
tur indiſtinctè ꝙ non poſſit agi poſt mortem per ea quæ not.
Guiliel.j.eo.filij.gl.1.lib.6.vbi not.ꝙ in crimine hæreſis is qui
vult demonſtrare peccatum defuncti,non admittetur denun-
ciatione:& imo oportet vt ſe inſcribat & obliget ad talionem,
& ſic ſecundum hoc admittetur per viam accuſationis dunta-
xat.C.eo.tit.l.manichæos.verſi.nam ſi.C.ad l.Iul.ma.le. ſi quis
alieni.ibi,ſi alijs maniſeſtis.&c.& ſupponetur ei pœna cui ſup-
poneretur ille ſi viueret:& huius ſententiæ fuerunt Lau.& Io.
in c.alleg.ſane in gl.ſed qualiter.ibi videas.& quod no.gl.ſed vi
detur vbi dicũt ꝙ vbi quis poſt mortem impeditur, ſi quis eũ
voluerit defendere admittetur:& Guiliel.in d.ca.filij. ergo ita
eſt in caſu hæreſis qui eſt ſummè priuilegiatus:multo magis in
9 alijs criminibus ſupradictis.† Si quæris vtrum poſſit agi ciuili
ter poſt mortẽ delinquẽtis, cõtra hęredes eius de criminibus
ſaltem notorijs per confeſſionem,vel alio modo, dic ꝙ ſic, &
coguntur hæredes ſatisfacere Pro defuncto; vt patet in eo qď
legitur & no.ſ.de ſepult.parrochiano.in fi.quod dic vt ibi dixi
j.de rapto.c.2.de vſuris.cum tu.& c.tua nos. Sed quæ eſt ratio
quare in criminibus.ſ.enumeratis poteſt procedi poſt mortẽ
ꝑ viã accuſationis vel inquiſitionis,ſed nõ ꝑ viã denũciationis
rõ;qa denũciatio tẽdit ad emendationẽ vitæ, & pœnitentiam
peragendã.& eſt neceſſaria præcedẽs monitio; vt legiť & nota
tur.ſ. de accuſatio.c.2. &.c.cũ dilectus.2.& capit. qualiter.2.§.
ad corrigẽdos.& de ſim.licet Hel.q in iã mort. cadere nõ poſ-
ſunt.C.de ſacroſ. ecc.l.1.in authen.de nup.§.diſponat.collec.4.

1 *Papa an nouos fidei articulos faciat.*
2 *Articuli fidei tripliciter finiuntur.*
3 *Vita æterna quæ ſit.*

CVm Chriſtus. ¶Per literam hic de ce
tero notabant. Ala. &
1 Vin.hic † ꝙ Papa facere poterat nouos articulos
fidei,quod fatebãtur verum ſm vnam acceptio-
nem articuli,id eſt tale quod credi oporteat cum
prius non ſic oporteret. Sed cum dicitur articu-
lus,id eſt quod neceſſario credi debet, & credi debuit non fa-
cit nouum articulum:quia quod modo eſt articulus, ſemper
2 fuit & erit articulus† ſicut ſtrictè ſumiť expreſſe in ſimbolo
apoſtolorũ.& hos ſm eos ſcire fideles expreſsè tenent, Alle-
gãt canones de cõſe.diſt.4. ante viginti.& c.baptiſando & c.1.
Largius ſumitur cum cõprehẽdit cũ præmiſſis diffinitiones
factas ꝑ Romanos pontifices, vel cõſilia,quale eſt tres ꝑſonas
eſſe coæquales,& alia multa de qbus habeť.15.diſt.ca.1.2. & 3.
& de cõſe.di.4.c.pe. & vlti. Et iſta ſm eos neceſſe eſt credere
implicite,explicite nõ niſi prælatos qui legẽ ſcrutabiliter ſci-
re tenentur.38.diſt.omnes.23.diſt.qui Epiſcopus. De quibus
remittit hic.Ioan.Andr.ad ea quæ ipſe not.ſ.de ſum.tri.ſuper
gl.rubricæ.Largiſſimè verò ſumitur articulus ſecũdum quòd
reſpicit omnem veram ſententiam circa fidem etiam nõdum
diffinitam. Et in hac acceptione licet dubitare de articulo fi-
dei.ſ.nondum diffinito,ſicut de iam diffinitis licuit ante diffi-
nitionem allegant.24.q.1.dicit Apoſtolus.Vnde ponitur exẽ-
plum in viſione diuina, per nouam cõſtitutionem Benedicti,
quæ incipit,Benedictus Deus.Specu.not. talia articularia fidei
delegato.§.nunc breuiter.verſi.2.contra hæc.not.Ioan.Andr.
3 hic.†Et ad tex.iſtum concor.Io.17.hæc eſt vita æterna vt co-
gnoſcant te verum Deum & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.
& Ioan.14.Creditis in Deum & in me credite.

1 *Poteſtas ſecularis tranſmiſſibilis ad ſucceſſorem deuoluitur.*
2 *Poteſtas ſecularis non tranſmiſſibilis, non deuoluitur ad ſuc-
ceſſorem.*
3 *Papa mortuo an eius poteſtas ad cardinales deuoluitur.*
4 *Deletio Papæ facta Epiſcopo, eo mortuo deuoluitur ad eius ſuc-
ceſſorem, & non ad capitulum.*
5 *Prælatus debet iipſemet viſitare eccleſias ſuæ prælaturæ.*
6 *Poteſtas data pluribus, vno deficiente ad alios deuoluitur.*
7 *Sede vacante capituli non confert ordines.*
8 *Sede vacante iuriſdictio neceſſaria ad capitulum deuoluitur.*
9 *Sede vacante an ad capitulum deuoluatur iuriſdictio volũtaria.*
10 *Sede vacante quæ ſunt de gratia,non tranſeunt ad capitnlum.*
11 *Sede vacante an capitulnm agat,& defendat.*
12 *Sede vacante an capitulum alienet.*
13 *Sede vacante adminiſtratio Epiſcopatus ad capitulum tranſit.*
14 *Abbate vocato, an eius poteſtas ad conuentum deuoluatur.*
15 *Prælatura ſeculari vacante ad quem ſit eius deuolutio.* 17.
16 *Clerici bona hæreditaria ad legitimum hæredem,& eccleſiaſti-
ca deuoluuntur ad eccleſiam.*
18 *Epiſcopus abſoluit ſuper hæreſi.*
19 *Hæretici pęna de iure diuino,ciuili, & conſuetudinario,eſt viui
crematio.*

20 *Hæretici pęna de iure canonico eſt quadruplex.*
21 *Degradatus an ſtatim curiæ ſeculari tradendus.*
22 *Accuſator hæreſeos deficiens, per pęnitentiam non euitat talionis pęnam.*
23 *Iuramentum, quomodo ſubeundum.*
24 *Exempti, qualiter ſubſunt Epiſcopis in crimine hæreſis. 25.*
25 *Dignitas non moritur, ſed perſona.*

AD abolendam. ¶ Ad euidentiam gloſſæ ſecundæ, Bernardum & Innocētium hic, Si quæris vtrū aliquo mortuo, vtrum ad alium & ad quem poteſtas ipſius deuoluatur, diſtingue. Aut quæris de poteſtate ſeculari, aut de poteſtate eccleſiaſtica. Si de ſeculari
1 tunc† Aut de perpetua & tranſmiſsibili ad hæredes, & illa tranſit regulariter ad heredem ſeu ſucceſſorem. s. pe iureiurando. capit. quanto. de voto. capitu. licet. j. de ſupplenda negligentia prælatorum. grandi. in principio libri. 6. Vnde domino noſtro Ieſu Chriſto Dei viui filio & heredi. ad Galatheas. 4. capit. & ad Hebręos. 1. capi. data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Matthei vltimo capit. neq; enim pater iudicat quēquam ſed omne iudicium dedit filio. Ioann. 5. cap. & ipſe eſt qui conſtitutus eſt à Deo iudex viuorum & mortuorum. Actuum.
2 10. cap. †Aut de temporali. ſ. ad vitam & non tranſmiſsibili ad heredes: & tunc ſecus, vt ſunt imperium. s. de elec. venerabilē. in zn. & regna, quæ de iure communi non deferuntur per ſucceſsionem. 8. q. 1. moyſes. quo dic vt not. Guil. in dicto capit. grandi licet in aliquibus regnis ſecus ſit de cōſuetudine: vt ibi, Vnde vacante imperio ſeu regno in quo non habet locum ſucceſsio ſuperiorem in temporalibus non, habente poteſtas deuoluitur ad Papam: & in regno ſuperiorem habente ad ipſum ſuperiorem: quod dic vt leg. & nota. s. de elec. inter vniuerſas. in fi. & de foro competē. licet ex ſuſcepto. & ibi dixi. Si de poteſtate eccleſiaſtica in qua nō habet locum ſucceſsio: vt in c. al leg. Moyſes. & ea. cauſa. & j. eo. apoſtolica. & s. de filij. presby.
3 ca. præſentium. & c. ex tranſmiſſa. tunc† Aut quæris de poteſtate Papæ. aut de poteſtate inferiorum prælatorum. Si de poteſtate Papæ, dic ꝙ illa non deuoluitur ad cardinales niſi quatenus cauetur. j. de elec. vbi maius. §. hi autem. lib. 6. iuncto. ca. ne Romani. §. irritum. & §. eo tamen prouiſo. extra. eo. tit. in cle. pro hoc. j. de ſciſma. capi. vnico. §. omnem. verſ. à qua lib. 6. vbi idem tenet. Io. And. ſuper verbo ſede vacante. licet Hoſt. aliter not. j. de pe. & remiſ. cum ex eo & malè de hoc etiā per Hugo. & Ioan. & alios. 79. diſtinc. nullus. 2. Si de poteſtate aliorum
4 prælatorum tunc. † Aut quæris de his quæ prælatus habebat & ſibi competebant non nomine, & ratione prælatura, ſed alio iure extrinſeco & ſpeciali, puta ex iure ſeu ex delegatione Papæ vel alterius, vt quia Epiſcopo. vel Abbati, vel decano commiſſa eſt cauſa per Papam, vel Archiepiſcopum, & tunc non deuoluitur ad capitulum, vel conuentum, ſed ad ſucceſſorem in dignitate. s. de offi. delēga. quoniam Abbas. & ſtatim plenius dicam in diſtinctione finali. Aut de his quæ prælatus habebat & ſibi competebant iure & ratione prælaturæ. & hoc ipſo qđ
5 erat Epiſcopus vel Abbas: & tūc. † Aut eſt datus viſitator à Papa cui procuratio, ſeu adminiſtratio eccleſię eſt commiſſa, iuxta cap. is qui procuratio. j. de elec. lib. 6. & tunc nulla poteſtas ad capitulum deuoluitur. imo ille viſitator omnia faciet, vt le. & nota. ibi. & per Io. And. eo. tit. c. quia ſæpe. ſuper verbo reſeruari. Et idē quo ad hoc in omnibus prælatis eti. inferioribus,
6 ſecundum Guil. in c. alleg. is cui. glo. 1. Aut non eſt datus viſitator: & tunc† Aut quæris de his quæ prælatus habebat ſeu exercebat non per ſe ſolum: ſed ſimul cum alio, vel alijs: & tunc non ad ſubditos, vel ad ſuperiorem, ſed ad ſocios eiuſdem collegij deuoluetur poteſtas: vt patet. 65. diſt. ſi forte. 63. diſt. metropolitano. arg. C. quando non pe. par. l. 2. ſm Inno. & Hoſtiē. hic, & Archi. 24. diſt. presbyteri. gl. adde dicas ꝙ cum Epiſcopus & c. Et eſt ratio, quia quo ad illud actum habet aliud collegium ſpeciale quod debet derogari iuri communi. j. de re. iur. generi per ſpeciem, lib. 6. ſed fallit in caſu hæreſis, quod dic vt legi. & not. extra, de hære. c. multorum. in clem. Aut de his quę habebat ſeu exercebat per ſe ſolum: & tunc, aut quæris de poteſtate Epiſcoporum, & ſuperiorū: aut de poteſtate inferiorū ꝓlatorū. Si de poteſtate Epiſcoporū: & ſuperiorū, tunc, aut de poteſtate oridinis ſeu cōcernēte ea quæ ſunt ordinis, aut de poteſtate iuriſdictionis ſeu cōcernente ea quę ſunt iuriſdictionis: aut de poteſtate adminiſtrationis ſeu concernente ea quæ ſunt ad
7 miniſtrationis. †Si de poteſtate ordinis, dic ꝙ non deuoluitur, ad aliquem etiam ad capitulum ſuum. Vnde capitulum eccleſiæ metropolitanæ ſede Archiepiſcopali vacante non poſſet Epiſcopos ſuffraganeos conſecrare: quia nec habet ordinem epiſcopalem. s. de conſe. eccle. vel. al. c. aqua. cum ibi not. Si de poteſtate iuriſdictionis: tunc, aut iuriſdictionis conſiſtentis in his quæ ſunt de iuſtitia, & in quorum exercitio vel expeditione non præiudicatur prælato futuro: aut iuriſdictionis conſiſtentis in his quæ ſunt de gratia, & in quorum exercitio vel expeditione præiudicatur prælato futuro. Si iuriſdictionis conſiſtentis in iuſtitia non præiudiciali prælato: tunc aut in iuſticia neceſſaria. vt excommunicare. abſoluere, & ius reddere. ff. de mu. & ho. l. munerū. §. iudicandi. j. de re iudic. cum æterni. li. 6. & in pſalmo, Rectè iudicate filij hominum: iudex. n. iuſtitiam denegans conueniri poteſt & impeti. 23. q. 2. Dominus. vbi de hoc. & q. 5. adminiſtratorum. 2. q. 7. qui bene. C. de appel. ſi appellationem. in auth. vt differen. iudices. §. penul. & in col. 9. Et hodie iudex ſecularis qui clericis vel perſonis eccleſiaſticis iuſtitiam denegauerit tertio requiſitus, iuriſdictionem amittit: vt in lib. feu. conſtitutione frederici quę incipit, ad decus & ad decorem. alias incipit, in hac edictali. in §. ſtatuimus. in fi. to-
8 tius libri eſt: aut in iuſtitia voluntaria. †Si in iuſtitia neceſſaria: tunc dic ꝙ deuoluitur ſede vacante ad capitulum. vt plene legi. & no. s. de ma. & obe. his quæ. & c. cum olim. & hic. & j. de maio. & obed. c. vnico. & de inſt. c. 1. lib. 6. Vnde capitulum eccleſiæ metropolitanæ pōt ſede vacante conſecrationem ſuffraganeorum committere alteri epiſcopo faciendā: vt no. Compoſt. s. de elect. ſuffraganeis. quæ commiſsio iuriſdictionis eſt: vt patet ibi. Itē capitulum eccleſiæ cathedralis Epiſcopo mortuo, vel capto ab hoſtibus, electum in decanum, vel præpoſitum cathedralis eccleſiæ confirmare poteſt: vt no. Hoſti. in d. c. cum olim. & Guiliel. & Io. An. j. de ſup. negli. pręlat. c. ſi Epiſcopus. li. 6. Quod verum etiam ſi illa competant Archiepiſcopis vel Epiſcopis ex delegatione generali à ſede apoſtolica: vt hic in fine. & j. de præben. c. ſi. li. 6. de ſta. reg. c. vnico. §. & quoniam. eo. li. Secus ſi ex ſpirituali: vt eſt dictum ſm Card. in pręd. dicto. c. vnico. gl. 1. j. de maio. & obe. de hoc tamen dic vt ſtatim dicam in diſtinctione fi. †Si in iuſtitia voluntaria, vt viſitā
9 re: tunc non fit deuolutio ad capitulum. vt not. Card. j. de ſup. negli. præla. c. eccleſiæ. gl. vlti. lib. 6. Nam capitulum eſt conſeruator bonorum epiſcopatus. 12. q. 2. charitatem. & c. illud. & adminiſtrat in temporalibus, & in ſpiritualibus ſede vacante: vt in c. ſi epiſcopus. de ſupp. negli. pręla. lib. 6. non tamen de iure eſt viſitator, ſed ille qui eſt delegatus à Papa. 61. diſt. obitū. de hoc etiam no. Archi. in d. c. ſi Epiſcopus. vbi non eligit, videtur tñ plus accedere contrariæ opinioni, quia iſte nō eſt actus per quem præiudicetur Epiſcopo ſicut bñficiorum collatio, & alienatio ꝑſonarū & rerum, de qbus j. de ma. & obe. c. vnico. lib. 6. 71. diſt. fraternitatē. & 12. q. 2. ſi qua de rebus. Tu potes dicere op. Card. verā in gñali viſitatione ciuitatis & dyocęſis. opi. verò contrariā in ſpeciali viſitatione vel inquiſitione contra certas perſonas vel loca, vt no. Io. An. extra, de hęre. ca. multorum. gl. hęc litera. in fi. in cle. & in hoc conor. Card. in d. c. eccleſię. in fi. Et ſi bene conſideretur hęc viſitatio ſpecialis, eſt neceſſaria nō voluntaria. cum delicta ſibi per famā vel alias legitimè delata quilibet iudex competens corrigere teneatur, s. de offi. ordi. c. 1. & c. irrefragabili. de ſtatu reg. cum ad monaſterium. §. ſi. de accuſ. qualiter & qñ. 2. pen. aliàs mortaliter peccat cum tacendo conſentire videatur. 43. diſt. ſit rector. ibi paſtorē. n. & c. 83. diſt. error. ideo excōicari poteſt. 1. q. 1. quicqd. vbi hoc no. Io. ſuper verbo excommunicationi, & deponi 49.
10 diſt. c. ſi. in fi. 81. diſt. dictū. 1. q. 1. ecce cum honoris. †Si de poteſtate iuriſdictionis conſiſtentis in his quę ſunt de gratia, & in quorum exercitio vel expeditione pręiudicatur pręlato futuro, vt ſunt collatio beneficiorum & alienatio perſonarum & eccleſię, dic ꝙ non tranſit ad capitulum, vt patet de collatione beneficiorum. s. ne ſede vacante. cap. illa. cum modificatione tamen de qna. j. ne ſede vacan. c. vnico. lib. 6. De alienatione ꝑſonarū, patet. 24. diſt. presbyteri. 71. diſt. fraternitatē. vbi concor. Lau. & Io. & ꝙ no. Arch. ibi in gl. adde ſcripſit Vin. & Gardi. & Archi. in d. c. vnico. dę maio. & obe. li. 6. & Archi. in c. alle. eccleſię. gl. pen. & Ber. & Hoſt. in c. alle. cū olim. s. de maiori. & obe. licet Cardi. in alienatione ꝑſonę notet cōtra & malè. j. c eele. ſi Abbatē. l. 6. Sequit̄ de poteſtate adminiſtrationis, & tūc, aut quo ad agendum, & defendēdū, aut quo ad alienandū, aut
6 gantibus clericis. † Sed mulier nullo modo, cum sit virile officium. 23. dist. mulier. nisi sit abbatissa, vel priorissa, quæ secreto in claustro, vel capitulo, vel choro, potest docere suas monachas, & etiam conuersas, & eis prædicare, non autem in ecclesia ascendendo pulpitum, & faciendo sermonem, ad populum. secundum Archid. ibi. Si de clericis refert, aut quæris de prælatis ecclesiæ, aut alijs clericis. Si de prælatis ecclesiæ, tunc.
6 † Aut quæris de Papa, & tunc planum est, quòd ille prædicare potest vbique. 19. dist. in memoriam, & cuilibet committere. ſ. de offi. deleg. quoniam apostolica. sed eius commissarij subdelegare non possunt, vt ibi. Aut de inferioribus, & tunc. Aut quæris vtrum possint prædicare, aut vtrũ possint disputare.
7 Si prædicare, tunc, aut quæris de Episcopis, & tunc. † Aut quæris vtrum possint ipsi Episcopi prædicare vbique in propria persona, & dic quòd sic, nisi per alios Episcopos in proprijs dyocœsibus expressè prohibeantur, quia per vniuersum orbẽ quantum ad hoc priuilegium habent. Matth. vlti. vbi dicitur. Euntes in mundum vniuersum prædicare euangeliũ &c. 21. dist. in nouo. & hic. Aut vtrum possint alijs auctoritatem dare, & dic quòd non, nisi in proprijs dyocœsibus. 16. q. 7. nul-
8 lus omnino. † Aut quæris de inferiorib. prælatis, & tunc. Aut quæris an possint ipsi prædicare. & dic quòd sic, subditis sibi commissis, etiam si non fuerint nisi dyaconi tantum, vt 16. q. 1. adijcimus. Aut alijs committere, & tunc, aut approbatis & notis, puta magistris in theologia, vel aliàs per episcopum approbato, & tunc potest sacerdos curatus, vel alius prælatus habens curam quo ad suas oues casualiter, & in transitu hanc licentiam dare. arg. ſ. de offic. ordi. cum ab ecclesiarum. Et ideo sacerdotes quotidie committunt istis prædicatoribus, & minoribus, & similib. qui habent potestatem, & priuilegium generale prædicandi, aliàs autem nõ liceret in publico. j. eo. excommunicamus. 1. §. quia vero. vbi hoc no. Inno. in gl. no. ergo & Host. post eum. ibi & Inn. ſ. de cler. peregri. tua. idem in c. alleg. adijcimus glo. 1. & Archi. ibi in gl. adde. sed contra extra &c. & Guil. de mon. Lau. & Gemin. extra de priuilegijs. c. 1. super verbo licentia speciali. in clem. & de sepul. super cathedram. §. in ecclesijs. super verbo mandaret. per Guilielmum,
9 & super verbo obtenta. per Geminiũ. † Aut quæris de alijs clericis non prælatis, nec habentibus curas, & tales prædicare non possunt, nisi mittantur ab his qui hoc facere possunt, vt est dictum ad Roma. 10. c. & 23. q. 4. displiceat. & hic in versi. nam secundum. & j. c. prox. §. quia vero. Nec ob. 92. dist. in sancta. vbi dicitur, quòd dyaconus prædicat, quia hoc intelligitur ex delegatione, vel prædicatione, appellat ibi lectionem euangelicam legere secundum Io. ibi. Item non obstat. 19. dist. ſm ecclesiæ. circa medium. ibi, adeo autem non quæritur, quis vel qualis prædicet, sed quæ prædicet &c. quia loquitur secundum antiqua tempora. Vel dic, non quæritur quis. ſ. episcopus, vel alius ad hoc auctoritatem, & potestatem habens, vel ibi loquitur de secreta prædicatione, non per modum prædicationis, sed per viam monitionis quam quilibet potest facere etiam
10 monachus. 16. q. 1. c. 1. & c. iuxta. † Si quæris vtrum possint disputare, subdistingue, quia Aut quæris vtrum possint disputare cũ infidelibus seu inimicis fidei, & tunc dic vt ſ. dist. proxi. secundum Tho. in quo satis concor. Guil. de mon. Lau. in d. c. super cathedram. dicens, quòd cum talib. disputare non licet, maxime de secretis fidei. 23. q. 3. cum quib. nisi forte tales nimis prouocent magistros in theologia, vel alios doctores fidei, quia tunc debent prudenter per aliqua verba eos transire, & eludere, aliàs tunc nihil respondere non esset vtile propter audientes, qui crederent forte, quod homo non haberet, quid eis responderet. 43. dist. in mandatis in fine. Aut cum fideli b. & inter fideles, & tunc. Aut quæris de episcopis, & alijs prælatis, curam habentibus, vel de magistris in theologia, & tunc. Aut publicè concitando turbam, & credo, quòd non licet. ar. j. eo. c. proxi. §. quia vero. Aut in scholis, & causa exercitij, & de alijs quam de principalibus articulis fidei. & credo quòd licet vt dixi. ſ. distin. proxi. Aut de alijs clericis, & illis non credo licere per præmissa.

1 *Contumatia in alia quam hæresis causa commissa, an reddat suspectum de hæresi.*
2 *Excommunicationem per annum sustinens hæreticus iudicatur.*
3 *Contumax in causa hæresis, an hæreticus sit censendus.*
4 *Negligens in se purgando, an de hæresi condemnandus.*
5 *Gradus quatuor per quos ad condemnationem hæreseos peruenitur.*
6 *Deficiens in purgatione, vt hæreticus condemnandus.*
7 *Relapsus de hæresi condemnandus.*
8 *Crucis prædicatio ad solum Papam pertinet.*
9 *Bona rebellis ecclesiæ, potest diocesanus exponere occupanti.*
10 *Ecclesia brachium seculare inuocet.*
11 *Hæreticis credentes sunt hæretici.*
12 *Excommunicatus an sit intestabilis. 14. 16.*
13 *Excommunicatio est medicina.*
15 *Vsurarius non testatur. 15.*
17 *Instrumẽtum ab excommunicato confectũ, an validum. 19. 21.*
18 *Anathematicis non credendum.*
20 *Officialis minus donans eligitur alijs deficientibus.*
22 *Hæreticum quis absoluit.*
23 *Pœnitentia an ab hæretico recipiatur.*

Excõicamus. ¶ Si quæris pp lo j. §. qui aũt. quam contumaciam, quis hæreticus, seu suspectus de hæresi est censendus, & vt hæreticus puniendus, Distingue, aut quæris de contumacia cõmissa aliàs, seu in alia cã quã in cã hæresis, aut de cõ-
1 tumatia cõmissa in cã hæresis. † Si aliàs seu in alia causa, tunc. Aut de cõtumacia cõmissa, ante oẽm excõicationẽ, & illa quãtũcunq; vera, notoria, seu magna nõ reddit aliquẽ hæreticum, vel de hæresi suspectũ, vt hic, & j. eo. cũ contumacia. li. 6. à contrario. Aut de cõtumacia cõmissa post excõicationẽ, & intelligo in

go non petendo absolutionem, & tunc, Aut est contumacia annalis, & tunc licet non reddat excommunicatum sic contumacem, hæreticum reddit tamen eum de hæresi suspectum, vt j. de pœnis. c. grauem. secundum Host. hic super verbo ex tunc dicentem quòd est suspectus de hæresi, & hac de causa j. certum tempus secundum quod indicenti videtur, potest ei in dici purgatio, quam sibi indictam si præstare neglexerit, ob talem negligentiam contumax, poterit iterum excommunica-
2 ri, tin qua excommunicatione si postea per annum steterit poterit velut hæreticus indicari, vt hic, idem no. Host. j. de pur. ca. inter solicitudines. & Guil. j. eo. c. accusatus. in princ. super verbo exorta. lib. 6. Aut non est annalis, & talis non reddit, quẽ hæreticum, nec de hæresi suspectum. ar. hic in ver. ita ꝙ si per
3 annum. & j. eo. c. contumacia. lib. 6. à contrario sensu. † Si de contumacia commissa in causa, seu negotio hæresis, tunc, Aut est quis citatus expressè, vt. ſ. de fide veniat responsorus, & tũc si postea pro eo quod parere subterfugit. Aut contumaciter se absentat, excommunicationis vinculo fuerit innodatus, & eã per annum sustinuerit, vt hæreticus condemnatur. Ante vero annum hæreticus non censetur, sed solum suspectus, quod dic vt le, & no. j. eo. cum contumacia. lib. 6. ad hoc enim vt locũ habeat illa decre. requiritur ꝙ hoc expressum sit in citatione, vt. ſ. de fide veniat responsurus, vt no. Ioan. And. ibi. Aut nõ est citatus expressè, vt de fideveniat responsurus, vel est, & ad diẽ citationis comparens postea in processu causæ, vel negocio cõtumaciter se absentat, & tunc. Aut quæris vtrum est suspectus de hæresi, & dic ꝙ sic, vt hic in princ. ibi sola suspicione. qui. n. iudicium subterfugit præsumitur habere malam causam, & de iustitia sua diffusus. ſ. de præsumptio. nullus, Aut vtrum censendus est hæreticus, & tunc refert secundum Host. hic, super verbo condemnẽtur, aut ecclesia suspecto de hæresi purgationem inducit, non tamen assignat terminum ad purgationem faciendam indictam, non indicit purgationem, sed ad purgandum terminum assignat, aut vtrunque facit, quia indicit purgationem, & ad ipsam præstandam & faciendum terminũ assignat. In primo casu non potest dici contumax. arg. no. ſ. de offi. ord. irrefragabili. §. excessus. nam terminus ad purgandũ, debet esse peremptorius. ſ. de re iudi. quod ad cõsultationem. de cohabi. cle. & muli. c, penul. In secundo casu idem: nam terminum assignando ad purgandum, siue ad purgationem præstandam, non per hoc videtur indixisse purgationem, vnde si alterum tantum istorum interueniat, nunquam potest dici, ꝙ in non purgando contumax sit, ita ꝙ si non venerit, & hac de causa excommunicetur, & postea per annum expectetur, & in eadem contumacia permaneat, debeat velut hæreticus iudicari. Si enim terminus assignetur tantum, non potest dici, quòd assignetur ad purgationem iudicatam, sed indicendam. j. de purg. ca. c. fi. respectu cuius indicendæ, non potest esse contumax. nec in mora, cum non sit in rerum natura. ff. de iure codi. l. quidam referunt. ſ. de consti. cum accessissent. Item si sit in-
4 dicta purgatio termino non assignato non põt dici contumax. ar. §. alle. excessus. † In tertio casu refert. aut fuit negligens in se purgando, & tunc habet locum. §. istæ. ſ. quòd si talis contumax per annum excommunicatione perstiterit, & tunc velut hæreticus condemnetur, nisi citatus reputans se grauatum à tali mandato, ex iusta causa expressa duxerit appellandum. ſ. de re iudic. quod ad consultationem. de app. præterea. 2, & eo. tit. ca. cordi. li. 6. secundum Host. hic qui etiam not. hic quatuor gradus per quos secundum istum §. ad condemnationem crimi-
5 nis hæreseos peruenitur. † Primus est suspicio notabilis, Secundus, quod propter hanc suspicionem indicatur purgatio declarata & bene formata, quamuis absenti & contumaci, ad quam præstandam assignet iterum ei diem peremptorium. Tertius, quod si negligat se purgare in termino, propter hoc feratur in ipsum excommunicatio. Quartus, ꝙ si hac de causa ligatus in sententia per annum pertinaciter permanserit, sequitur hæc condemnatio, nec contumax audietur appellans. 2. q. 6. §. sunt, quorum. aliàs casum appetit, qui istis gradibus in tali casu post
6 positus, per abrupta quæret assensum. ar. 48. dist. c. fi. † Aut non fuit negligens in se purgando, sed se purgare tentauit, in purgatione tamen defecit, & tunc non est locus excommunicationi, nec per consequens annali expectationi, sed incontinenti potest tanquam conuictus de hæresi condemnari. sic potest intelligi. ſ. eodem ad abolendam. §. laicus. & j. eodem. §. adijcimus. & de pur. ca. c. inter solicitudines. in fin. & c. cum. P. secũ-
7 dum Host. super verbo ex tunc. † Aut non fuit negligens in se purgando, sed ipsam purgationem præstitit, & post ipsam præstitam vel abiurationem factam, in hæresim eandem recidit, & tunc seculari iudicio sine vlla penitus audientia relinquatur ſ. eod. ad abolendam. §. illud quoq;. secundum Host. idem in illo qui in vnam hæresis speciem vel sectam commilit. Aut in vno fidei articulo, seu ecclesiæ sacramento errauit, & postmodum hæresim simpliciter, vel generaliter abiurauit. nã si postmodum etiam in aliam hæresis speciem vel sectam, aut aliud sacramentum, siue articulum committat, debet, vt relapsus in hæresim iudicari, infra eo. accusatus. in prin. § eum vero.

Super eo. c. §. si vero. ¶ Si quæris, quis pôt p dicare, vel mandare p-
8 dicari crucem, contra infideles, seu excommunicatos, ac rebelles, aut bona eorum exponere occupanti. Distingue. † Aut quæris de primo. ſ. quis possit mandare prædicari, vel prædicare crucem, & dic quòd solus Papa, & nullus inferior, nisi de licentia speciali ipsius. secundum Host. qui ita intelligit istum. §. sicut. & Io. And. post eum. nec peralium potest votum ipsius redimi. ſ. de voto. quòd super his. & c. seq. & hoc tribus rationibus. Prima est, quia nemo potest crucis receptæ vinculum soluere nisi solus Papa, vel is cui committit. vt ibi. ergo nec inducere, seu ligare. ar. in eo quod leg. & no. j. de reg. iur. ca. j. Secunda, quia ad solum Papam pertinet propriè & principaliter de fide respondere & per consequens eius accessoria expedire. 24. q. j, quoties. j. & no. ſ. eo. ad abolendam. & j. de regu. iur. cum principale. Tertia est, quantitas indulgentiæ, de qua sequi
9 tur. j. §. proxim. quam nullus potest dare, nisi Papa. † Aut quæris de secũdo. ſ. qui possit bona talium exponere occupanti, & tunc Host. dicit hic & Ioan. And. post eum, quòd sine prædicatione crucis posset dyocœsanus bona excommunicati subditi, & rebellis, & per annum expectati exponere, vt patet in eo, quod le. & no. j. de homi. pro humani. in fi. ver. sic etiam. cum suis concord. li. 6. quod sic probat. Potest enim personam exponere, etiam clerici incorrigibilis, nedum in crimine hæresis vt ſ. eod. ca. j. respon. & c. ad abolendam. sed etiam in quolibet, crimine. ſ. de iudi. cum non ab homine. & j. de verb. signi. ca. nouimus. Et si hoc potest de persona clerici, multo fortius, de persona laici, vt patet in eo quod leg. & no. ſ. de fo. compe. significasti. Et si hoc potest dici de persona laici, multo fortius & de rebus. ar. C. de sacro. sanct. eccle. l. iancimus. j. 12. q. 2. præcipimus. & in eo quod leg. & no. ſ. de do. inter virum & vx. ꝙ vestras. qui fil. sint leg. per venerabilem. 1. respon. ſ. de decimis
10 ex parte. 3. † Generaliter enim non solum contra res, sed etiam contra personas potest ecclesia inuocare, auxiliũ secularis brachij, vt patet in eo quod le. & no. j. de homi. postu. & de cle. excom. mini. c. 2. ſm Host. & Io. And.

Super eo. c. §. credentes. ¶ Hic habes qd credentes, receptatores, & fautores hæreticorum sunt ipso iure excommuni cati, & si per annum in tali excommunicatione contumaciter perstiterint, efficiuntur intestabiles, nec valent instrumenta,
11 confecta per ipsos, † hodie vero credentes erroribus hæreticorum hæretici sunt, vt j. eod. c. pen. §. credentes. secus de receptatoribus & fautoribus. vt j. eod. accusatus. §. fi. vero. lib. 6. secundum Cardi, Gui. & Ioan And. ibi, super verbo, hæreticus. & Hostien. & Ioannem Andr. in d. §. credentes. Et quæ sit differentia inter tales, vide per Guil. j. eod. quicunque, super verbo credentes. cum duabus glo. seq. Sed si quæris vtrum idem sit in excommunicato maiori excommunicatione. ſ. quòd sit intestabilis, & quod instrumẽta per eum confecta nullius sint
12 momenti. Distingue. † Aut quæris de primo. ſ. vtrum sit intestabilis, & in hoc articulo sunt opi. contrariæ, nam Inno. tenet j. de sent. excommuni. cum voluntate. glo. nota. elemosynas, in fin. quòd potest testari, & ad hoc facit, quod ipse no. ſ. de dolo & contu. veritatis. pro quo etiam facit quòd excommunicatus donare potest vt in d. c. cum voluntate. ergo & legare. Nã legatum, quod in testamento relinquitur, donatio est à testatore facta, vt ff. de leg. 2, l. legatum, & insti. de leg. §, circa, & hæc opi. multum firmatur per istum. §. Nam si istud specialiter statuitur hic in excommunicatis propter hæresim, & demũ post annum, tacite relinquitur contrarium esse in alijs ob aliàs causas excommunicatis. 25. distinctio. qualis. ſ. de præsump. nonne. maxime cum excommunicati non perdant bona, nec per eam sunt perdituri. Item etiam infamis testari potest, vt C. de secun. nup. l. j. hoc idem tenet præterquam in casu huius. §. Pe. de Samp. Abb. & Guil. j. de excep. pia. super verbo excludun tur lib. 6, & Ioan. And. j. de sent. excommu. decernimus. eo. li. Et hanc quæstionem plenissime disputat ibi in nouella, dicẽs inter alia, quòd Iaco. de Bel. plene disputans hanc quæstionem. in aut. de sanct. episc. §. omnibus. coll. 9. hanc partem tenet certis

tis rationibus vltra supradictas. Prima quòd testari potest quicunque qui non est expressè prohibitus. ff. de testa. l. si quæramus. cum edictum testandi sit prohibitorium, vt ibi, sed excommunicatus non est de expressè prohibitis. insti. qui. testa. fa. non pos. §. fi. Secunda rō, quia regula datur quòd testari pōt, omnis qui retinet libertatem, familiam, ciuitatem, & bona, nec est expressè prohibitus. ff. de leg. 3. l. j §. quibus. de pœnis. l. qui dam. Tertia, quia licet forma testandi sit de iure ciuili, tamen voluntas & potestas testandi sunt de iure naturali vel gentium C. de testa l. testandi. ff. de iusti. & iur. l. j. §. ius naturale. sed iura naturalia sunt immutabilia. 6. distinctio. §. his ita. instit. de iure
17 natu. §. sed naturalia. Et ista quæ voluntate & consensu confirmantur, ex quo de consensu apparet non facile impediuntur. ē. de spon. c. 1. & c. cum apud. Vnde valet matrimonium ab excommunicato contractum. ē. de eo qui duxit in ma. significasti. Item valet professio ab eo facta, & ordinario de ipso facta, quo ad impressionem caracteris, patet vtrunque. j. de sentēt.
18 excommunic. cum illorum. quare ergo non valebit testamentum. Quarta, quæ multum vrget est, excommunicatio ab homine lata est pœna contumaciæ. j. de senten. excom. sacro. Itō, quandoque est iniusta & tamen ligat. eo. tit. de sent. excommu. c. venerabilibus. §. si vero. lib. 6. de nulla, non dico, quia indubitatum est testamentum valere si appareat excommunicatiōis sententiam fuisse nullam, quia verum est illum nō excommunicatum. ē. de offic. deleg. cum contingat. facit. ff. de iniu. rup. & irri. testa. l. si quis filio. §. hi autem. Modo absurdum esset & durum propter contumaciam & eius pœnam, quem prohiberi à testando, facit de consti. ex literis. & quod ibi no. in glo. dicit enim. in fi. & secundum leges contumacia, & eius pœna nō prohibent ab actibus ciuilibus. C. de mo. mulc. l. 1. de req. reis. l. fi. idem & fortius vbi nulla culpa interuenit, quia excommu-
19 nicatio fuit iniusta. † Item excommunicatio est medicina potiu
33 tius quam pœna, vt in c. cum medicinalis. j. de sentē. excommunic. lib. 6. Et si dicatur pœna tamen temporalis non est perpetua. vt leg. & no. 10. q. 1. quia sacerdotes 27. q. 1. de viduis. j. ē. de coha. cle. & mulie. c. clericos. † Item si loquamur de excom
34 municatione iuris quæ est pœna criminis de qua ponuntur, p Ioan. And. 114. casus. j. de sen. excommu. c. eos. li. 6. si pondere, qualitates illorum casuum iudicabis graue, quòd illæ culpæ reddant, quem intestabilem. v. g. vide casum illum. j. de ele. vbi maius. §. nulli. ex quibus concludit valere testamentum excōmunicati, nisi vbi expressè vitiatur, vt hic, aliàs quasi omnia testamenta annullarentur cum curiosus super aliquo casuum pdictorum falsas, vel forte veras probationes, quam sepius inueniret. Item sepe de absolutionibus vere factis non potest haberi probatio, & postea respondet ad contraria, vt ibi videre poteris. Sed Hostien. tenet contra. hic & in d. c. pia. & Gar. & Card. infra de vsuris. c. quamquam. li. 6. & dominus Stephanus prouincialis in sua disputatione per §. generalem. in authen. vt cum de appellatio. cog. colla. 8. & Asten. lib. 7. ti. de damnis excommunicationis. artic. j. ver. non potest etiam testari, & per illud. c. pia. in prin. ibi. & excommunicati dum à communibus
35 actibus excluduntur generaliter loquens. & per dictum capit. quanquam. † Nam si vsurarius testari non potest, vt ibi dicitur multo fortius nec excommunicatus qui est penitus extra ecclesiam, & separatus à communione ecclesiæ sacrosanctæ, oē enim beneficium ex legibus descendens ei denegatur. in auth. de priuileg. dotis hæretic. mulieribus non præstand. §. antepe. colla. 8. de hoc in Specu. tit. de instru. edi. §. compendiosæ. cir
36 ca princ. ver. quid de excommunicato. † Posset dici probabiliter primam opin. veram in illo qui ignorat se excommunicatum, vel scit, sed ante mortem apparet pœnitens & contritus, tum quia testamentum fit regulariter ad prouidēdum animæ & pro tanto est fauorabile. ē. de testa. tua nobis. & per totum. C. de sacrosanct. eccle. l. j. Tum quia licet Accur. insti. de capi. dimi. §. minor. æquiparet excommunicatum illi, cui aquæ & igni interdictum est, loco cuius succedit deportatio. ff. de pœnis. l. 2. §. j. tamen Ber. ē. de app. pastoralis. in fin. æquiparat eum releuato, & verius qui relegatus testari potest. ff. de testa. l. eius qui ver. sed relegati. Tum quia in casu. ſ. quando tractatur, de commodo animi posit cum excommunicato participari. vt 11. q. 3. antecessor. j. de sent. excommu. c. responso. & cap. cum voluntate. tum quia in morte testamentum sumit vires, vt le. & no. ff. ad l. falc. l. in quantitate. C. de dona. inter virum & vxorem. l. donationes. Secundam vero opinionem in illo qui scit, se excommunicatum, & moritur impenitens & non contritus, & absolutione debita non petita, talis enim, vt hæreticus moritur quantum ad meritum vitæ æternæ, & ideo testamentum suum, & alia facta sua cum eo merito sunt damnata. ar. ē. eod. fraternitatis. & hic cum dicit, sed cum auctore damnaretur. & c. & ei denegatur sepultura. 23. q. 5. placuit. Nec obstat si non stetit in excommunicatione per annum, vt hic, quia actus & dispositiones morientium non possunt esse in pendenti, sicut & viuentium. vt ff. communia præd. l. vlt. & quia in eo statu in quo moritur iudicandus est. C. de ser. expor. l. moueor. j. de sen. excommu. à nobis. 2. & quia præsumitur in eodem statu, velle perseuerare si viuerer. ar. eo. de dona. inter virum & vxo. l. donationes. ē. de bap. maiores. ē. eo. ti. c. si quis Episcopus. &
17 eo. tit. c. filij. lib. 6. † Aut quæris de secundo. ſ. vtrum instrumenta per eum confecta nullius sint momenti, & videtur quòd nō per istum. §. vbi dicitur de excommunicato, quòd si satisfacere contempserit intra annum, & tunc instrumenta, per ipsum confecta non valent, ergo à contrario prius. i. intra annum confecta valebunt, licet excommunicatus, & hoc tenet Inno. dūmodo non sit sententialiter & publicè damnatus. & in d. c. pia
18 glo. fi. & Ioan. And. in d. c. decernimus. glo. fin. Alij contra pro quibus optimè. 2. q. 3. nullus, ibi nullis anathematicorum suscipiatur, nec à quoquam credanrur quæ ab eis dicuntur, vel conscribuntur. j. de sent. excommunica. cap. nouerint. Alij, vt Hostien. dicunt quòd quandiu eius excommunicatio est occulta, valet instrumentum ab eo confectum, vel si sit manifesta, & non potest probari. ar. ff. de offi. præto. l. Barbarius. 3. q. 7. §. tria C. de testa. l. j. ē. de re iudica. ad probandum. & in d. c. pia. sup. verbo si vero. Secus si sit notoria. ē. de excep. exceptionem. ē. de cohabit. cler. & muli. ca. vestra. sicut enim ibi notorius concubinarius suspensus est quo ad se & quo ad alios, ita notoriè excommunicatus tabellio, & ita no. Specu. ti. de instru. edi. §. restat videre. ver. quid si instrumentum. † Circa quod posset sic
19 probabiliter distingui. Aut quæris de instrumentis confectis, ante excommunicationem, & dic quòd illa valent non obstante excommunicatione superueniente, sic potest intelligi, quod no. in auth. de tabel. §. vt tamen. coll. 4. & per Inno. ē. eo. fraternitatis. ar. l. Barbarius. & ff. de itine. actuq; priua. l. nec enim. C. de administra. tuto. l. sancimus. j. de reg. iur. c. factum legitimè lib. 6. & quia aliàs puniretur ille ad cuius commodum fuerunt confecta instrumenta illius odio contra legem. C. de inoffici. testa. si quis in suo. vt no. Gen. in extrauag. Ioan. 22. quæ incipit dierum. §. nullus ei. super verbo firmitatem. Aut de confectis post excommunicationem & ea durante, & tunc, Aut nō erat sententialiter & publice cōdemnatus, & tunc idem secundum Inn. pro quo facit, quia quandiu toleratur per ecclesiam, potest suum officium exercere. ar. hic à contrario. & 8. q. 4. nōne. ē. de re iudi. ad probandum à contrario cum his quæ ibi scripsi. Aut erat publicè condemnatus, & tunc. Aut ille ad cuius cōmodum fiebat instrumentum non poterat tunc habere copiā alterius tabellionis idonei, & tūc potes tenere prædictam opi.
20 Inno. & Io. An. cum materia probationum non debeat angustari. C. de hæreti. l. quoniam. in fi. † Nam ad officia, seu munera publica alijs deficientibus minus idonei ab initio eliguntur. ff. de decu. l. generaliter: §. spurios: ē. de religion. domin. inter quatuor. ergo fortiori ratione iam habitis vti possunt. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. patre furioso. ē. de iureiuran. quemadmodum. Item necessitas excusat participantes cum excommuni
21 catis, vt le. & no. j. de sen. excommu. si veræ. † Aut poterat habere copiam tabellionis alterius, & tunc potes tenere opi. Hostien. & Specu. & caueat sibi ille ad cuius commodum instrumentum est confectum, quia talem elegit ff. de mi. l. cum mandato. in fin. Et vide quod no. Inno. in d. c. pia glo. pe. glo. & Spe. tit. de instru. edi. §. instrumentum. ver. quid si testis. & Io. And. in c. alle. decernimus. in nouella dicentes quòd si testis inscriptus in instrumento est excommunicatus, instrumentum nihilominus valet, dummodo instrumentum aliàs non sit suspectum, quia tunc non daretur ei fides per testem, nunc excommunicatum. Si autem est absolutus bene dat fidem instrumēto per suum testimonium, licet tempore, quo fuit inscriptus excommunicatus fuisset.

Super eo. c. §. sane. ¶ Ad declarationem glos. hic reseruat in fine. Si quæris vtrum Episcopus dyocœsanus posit reconciliare, seu absoluere eum, qui incidit in hæresim iam damnatam. Distin
22 gue. † Aut quæris vtrum posit eum absoluere à sententia canonis, & dic quòd sic, vt ē. eod. ad abolendam. §. 1. secundum Ber. & Hostie. hic, Aut à sententia oris Papæ quam ter in anno profert, & ab illa nullus inferior à Papa absoluere poterit, ē. de maiori. & obed. cum inferior. Ex quo sequitur quod nullus potest ad plenum reconciliare hæreticum sine domini Papæ li-

cētia speciali, quod est nota dignum. Nisi dicas, quòd hæc sententia lata ab ore Papæ canō est generalis, à quo & inferior potest absoluere. j. de sen. excommu. nuper. §. in secundo. fin Host. & Io. And. post eum. & hoc vltimum videtur verius per ea quæ no. Lau. & Io. 24. q. j. maiores glo. vlt. & Guil. & Ioann. And. post eum. j. eodem. c. vt officium. in prin. §. si vero. super verbo, impendatis. li. 6. vbi dicunt indistinctè quòd episcopus dyocœsanus, siue eius superior absoluit eū qui incidit in hæresim iam damnatam. vt 23. q. 4. ipsa pietas. Et ad hoc bene facit,
23 dictus. §. si vero. † Et vtrum liceat recipere Eucharistiam, vel pœnitentiam ab hæretico. vide per Io. de pe. di. j. potestatis. vbi dicit quòd non, sed cōtrarium no. 32. di. c. ad hæc. & de hoc plene per Inno. ē. eo. fraternitatis. in magna gl. ver. in sacramentis vero. &c.

1 *Forma degradationis.*
2 *Reconciliationis forma.*
3 *Carceris pœna circa degradatos, & reconciliatos mitigatur.*
4 *Hæreseos causa vbi & coram quo agitetur. 6.*
5 *Criminosus conuenitur, vbi inuenitur.*

EXcommunicamus ij Si quæris, quæ sit forma degradandi condemnatos de hæresi, aut reconciliandi pœnitentes. Et vtrum pœna carceris, circa eos
1 potest mitigari, & quis prælatus, vel inquisitor possit procedere contra eos. Distingue. † Aut quæris de primo, & tunc dic vt leg. & no. j. de pœnis. degradatio. lib. 6. Aut de secundo. scilicet de forma reconciliationis, & tunc vide quod no. Ray. in summa eodem titu. §. vni redeuntes. & c. & frater Ioā. in sum-
2 ma confes. eodem ti. q. 14. qualiter hæretici, † dicentes, quod redeuntes ab hæresi debent recipi hoc modo, quòd ad arbitrium episcopi religionis abiurent errorem, & promittant, & firment, etiam per scripturam quòd tenebunt firmiter ad mādatum ecclesiæ fidem catholicam, & hoc faciant publicè, vel priuatè secundum quod crimen fuerit publicum, vel priuatum. 1. q. 7. quoties. de consecra. distinctio. 2. ego Berengarius. ē. eodem ad abolendam. de hoc etiam per Host. in summa. eodem. titu. §. quando & qualiter. & plenius per Gui. j. eodem. vt commissi. glo. ista reclusio. lib. 6. Quod intellige, quando sunt verè pœnitentes, secus si sint fictè conuersi. quod dic, vt legi. & no. ē. de præsump. literas. in fin. vbi Ioan. And. alle. Tullium secundo de officijs dicentem. Omnia ficta sceleriter tanquā, flosculi decidunt, nec simulatum quicquam potest esse diutur-
3 num. Aut quæris de tertio. ſ. † vtrum pena carceris circa eos poterit mitigari, vel mutari. & dic quod sic. prout in d. cap. vt cōmissi. le. & no. Aut quæris de quarto. ſ. quis prælatus, vel inqui
4 sitor possit procedere contra eos, & tunc. † Aut hæreticus reperitur in loco vbi deliquit forsan adorādo, vel demonizando, & tunc prælatus, seu inquisitor illius loci potest procedere cōtra eum. Aut non reperitur qui à se transtulit alibi, & tūc, Aut constat de ipsius perfidia, & sunt contra eum solemnia edicta proposita, & tunc poterit contra eum procedere ad diffinitiuam. ē. de do. & contu. c. veritatis. Aut non constat, & tunc locum habet decretalis cum contumacia. j. eo. lib. 6. vt no. Guili. in d. cap. vt commissi. super verbo procedendi. De prælato vel
5 to, vel inquisitore loci qui se transtulit, an possit cognoscere Io. And. ibi dicit quòd sic, quia vbi inuenitur quis, conuenitur de crimine. C. vbi de crimi. agi. opor. l. j. & sic inquisitores ambo poterunt cognoscere, nam vbicunque sit male credens ibi peccat. Et inducit quod post Ia. de Ra. & Pe. no. Cy. C. de summa
6 Trini. l. 1. in fin. † dixit enim Ia. hæreticum alienigenam per aurel. iudicem puniendum, etiam si iudex proprius illum repetat, quia ex quo hæreticus est, omni loco delinquit. C. de hære. l. Arriani. Petr. contra quòd remittendus est ad locum, vbi hæresim exercuit. & vbi magis notoria sunt eius delicta per legem. ff. de accu. si cui. §. fi.

¶ De schismaticis. Rubrica.

1 *Ordinati à schismaticis caracterem recipiunt.*
2 *Ordinatus à schismatico, an recipiat ordinis exequutioueni habitu.*
3 *Schismaticus non confert ordinis exequutionem actu.*
4 *Schismaticos quis dispensare possit.*
5 *Fructus bonus de radice infecta non exit.*
6 *Acquisita ecclesiæ per schismaticum, an retractanda.*
7 *Schismatici quibus pœnis puniendi.*

VOd autem. ¶ Si quæris vtrum ordinationes factæ ab hæreticis, vel schismaticis sint irritæ ipso iure, vel qualiter, & quis cum à talibus ordinatus poterit dispensare, Distingue & intellige hæreticos, vel schismaticos siue receperint ordinem episcopalem in ecclesia & postmodum lapsi sint in hæresim, vel schisma, siue in hæresi vel schismate fuerint ordinati, aliàs tamen in forma ecclesiæ. Aut quæris de primo scilicet vtrum tales ordinationes sint irritæ, & tunc. Aut quæris vtrum tales ordinationes sint irritæ quo ad characterem & susceptiōem characteris, & dic indistin-
1 ctè quod non, † immo ordinati à talibus in forma ecclesiæ characterem recipiunt. 22. distincti. c. præter. §. verum. & §. ad hoc vbi habes quod sacramenta recepta à talibus quo ad essentiā vera sunt, & hoc tenet Ioan. 9. q. 1. in summa. & Innoc. ē. titul. proximo fraternitatis. glo. fin. ver. in sacramentis vero, &c. & Host. post eum, & Inno. hic, in gloss. quo ad executionem. in princ. & Host. post eum. idem tenet Host. in summa hoc titu. §. quid iuris circa princ. ver. nedum autem. & tit. de tempo. ordi. §. & à quo. ver. dicas. ergo vbi de hoc. Aut quæris vtrum
2 tales ordinationes sint irritæ, quo ad executionē, & tunc. † Aut quæris vtrum ordinati à talibus recipiāt executionem ordinis in habitu, & dicit Inn. hic, in glo. quo ad executionem. versic. nos dicimus. quod sic, dicens etiam quod propter nullum peccatum, quod fit in ordinatore, vel ordinato impeditur quo minus recipiat ordinatus executionem in habitu, licet exequi nō debeat ordinator, vel ordinatus ordinem suum, quia ligatam habet executionem nexibus iuris, quod censet tali crimine irretitum fore irregularem. Sicut apparet in homicida, qui in ordinatione sua recipit ordinis executionem. & etiam dat, sed tamen ligata est per constitutionem quæ dicit homicidam irregularem. ē. de temp. ordi. cap. vlt. & ita per dictam constitutionem ligata est executio eius, ita quod per nullam pœnitentiam potest sine peccato celebrare, nisi secum per Papam fuerit dispensatum. Sed tamen confert ordinis executionem dignis, & recipit vt exequatur, quando erit dignus, secundum In noc. idem Host. idem Archi. per omnia. à ver. nos dicimus, vsque huc. 50. distinct. de his. 2. glo. fin. & de hoc no. 56. distinctio. c. apostolica. glo. fin. aliquis. in fi. † Aut quæris vtrum tales hæretici, vel schismatici conferant executionem actu, & ante-
3 quam cum ordinatis ab eis fuerit dispensatum, & dic quòd nō, & hoc siue scienter siue ignoranter fuerint ordinati. vt hic, & j. c. proxi. & 9. q. j. ordinationes, secundum Ber. & Host. hic su
4 per verbo irritas, & Host. in d. §. & à quo ver. dicas ergo. † Aut quæris de secundo scilicet quis cum talibus poterit dispensare, & tunc refert, vtrum quæris de episcopatu adipiscendo, & tunc solus Papa dispensat, vt ē. de elect. c. quia diligentia. secundum Host. j. c. proxi. glo. fin. & in summa. eodem tit. §. quid iuris. ver. ego distinguo. Idem Io. And. j. cap. proxi. Vel de monasterio exempto, & tunc idem ar. ē. de consuetu. c. cum venerabilis. & de renunc. c. pen. & fi. secundum Host. & Io. And. Vel de alio beneficio siue ordine, & tunc, Aut quæris vtrum ipse, hæreticus, vel schismaticus conuersus ad vnitatem ecclesiæ, & receptus in ordine, seu in honore suo cum ordinario à se dispēsare possit, & dic quod non. ar. prima. q. 5. præsentium. secundum Ber. j. cap. proxi. glo. fi. & Innoc. & Host. & Ioan. And. ibi, aut alius, & tunc refert vtrum scienter receperit quis ordinē, à schismatico, vel hæretico, vel excommunicato, & tunc solus Papa dispensat. vel ignoranter. & tunc, Aut ignoranter ignorantia supina, & tunc idem. ſ. q̄ nullus citra Papam poterit dispensare. Aut ignoranter ignorantia probabili, & tunc proprius episcopus non delinquens poterit dispensare, vt probatur. ē. de ordi. ab episcopo. c. j. §. fi. & c. 2. delinquens. autem non poterit vt est dictum secundum Host. ibi, & Ioan. An. post eum. Et satis concor. quod ipse Host. notat in d. ver. ego distinguo, & frater Io. in summa confes. hoc tit. q. 7. licet Inno. hic. in gl. pen. in fi. & ē. de ord. ab Episcopo qui renuntiauit Epi. c. j. intelligat illud. cap. 2. eodem titu. quando ignorantia erat supina. aliàs si probabilis ordinatio est irrita, nec esset opus dispensatione. argum. j. q. j. c. si quis à simoniacis. 9. q. j. ordinationes. & j. de cler. excommun. minist. apostolicē. Sed prius dictum credo verius, & hoc tenent Ber. & Host. in dictis. c. j. & 2. & Arc. 6. q. j. in summa super verbo rata haberi. in princ. & hoc satis probatur per illud c. 1. in fin. vbi cum illo qui ordinatur ignorāter ignorantia supina non potest episcopos dispensare, ergo illud c. 2. ibi sequens non potest intelligi de illo, qui est in supina ignorantia. Nec obstant. c. alleg. in contrarium, vt patet in eis, quia ibi ignorantia probabilis excusat & prodest, quantum ad

hoc

hoc vt non oporteat adire Papam, & quòd epiſcopus valeat di
ſpenſare,& vide quatuor caſus in quibus Papa non conſueuit,
diſpenſare,per Hoſtien.in d.§. & à quo.ver.dicas igitur, & di
xi s.de renunc.poſt tranſlationem.§.ruſus. Et idem quod di-
ctum eſt de ordinatis ab iſtis hæreticis,vel ſimoniacis, intelli-
git Inno.hic ſuper verbo ordinatis.de ordinatis ab ordinatis,
ab eis in infinitum.nam cum non habeant executionem eam,
alijs dare non poſſunt.j.q.7.Daibertum.licet ipſe Inno.dicat in
glo.pe.in fin.quòd hoc dicitur hic non extenditur niſi ad ordi
natos à præcilis nominatim.q.d.Hoſt.hæc pena non tranſit ad
5 aliam perſonam,ſicut nec excommunicatio.† contradicit ta-
men lex dicens quod ſi per plures manus ambulauerint idem
iuris erit.ff.de mi.l.in cauſæ.j.§.fi.& l ſe.& l.ſed vbi.& quod di
cit.c.q. de radice infecta bonus fructus exire non poreſt.j. q.j.
fertur.ſm Hoſt.& fortius contradicit hic tex.in prin. quando
dicit.& ab ordinatis ab eis &c.

Super eo. c. ¶ Ad declarationem glo.fi. Si quæris v-
trum acquiſita eccleſiæ per ſchiſmaticū
6 vel intruſum debeant caſſari vel retractari. †Ber.hic & s. de e-
lect.nihil eſt. in fi.dicit indiſtinctè quòd nón.immo penes ec-
cleſiam remanebit,nec tenebitur commodum, cum incom-
modo compenſare,quia quod in fauorem alicuius introductū
eſt non debet in eius læſionem retorqueri.C.de legibus.l. qd'
fauore. & ff.de mino.l.ſi iudex. Idem Hoſt.in ſumma eodē ti
tu.§.quid iuris.in prin.idem innuit Inno.hic in fin. & Archi.
92.diſtinctio.ſi quis epiſcopus vacans,quod verum ſecundum
Hoſt.& Io. And.ſi cum diuerſis perſonis contractum ſit & in
contractu vnius eſt lucrum,& in contractu alterius damnum.
Si autem cum eadem perſona diuerſos cōtractus iniuit, talem
inconſtantiam merito recuſaret iudex.argum.ff. de procur.l.
in cauſæ.debet enim tunc commodum cum incommodo cō-
penſari.ff.de neg.geſt.l.ſi negotia.ar.C.de repud.l.vnica.ff.pro
ſocio.l.ſi fuerint.§.fin.& l.ſeq.Et hoc verū eſt vbi contractus
ſunt connexi.ſecus ſi ſeparati.ff.de mi.l.etiam ſi.§.1.& l. quod
ſi minor.§.reſtitutio. Et quibus pœnis ſchiſmatici puniantur
vide per Ho.in ſum.e.ti.§.qua pœna.

FRaternitati. ¶ Ad declarationem primę
glo. Ber. hic. Si quæris vtrū
& quando prælatus dicatur cum ſuo ſubdito tacitè
diſpenſare, diſtingue, vt dixi ſupra de fil. presbyte.
cap. veniens.

¶ De apoſtatis & reiterantibus baptiſma. Rubri

1 *Apoſtaſiæ diffinitio.*
2 *Apoſtaſiæ diuiſio.*
3 *Apoſtaſiæ pęnæ.*
4 *Conſuetudo irrationabilis reprobatur.*
5 *Apoſtata religionis,an ſit excommunicatus.*
6 *Monachus habitum,vbique deferat.*
7 *Monachus non deferat habitum coopertum.*

PRæterea. ¶Si quæris quid ſit apoſtaſia,
quot ſunt ſpecies apoſtaſiæ, &
quæ ſunt earum pœnæ,Diſtingue.Aut quæris, de
1 primo.ſ. quid ſit apoſtaſia,†& dic quod eſt temera
rius à ſtatu fidei,vel obedientiæ, vel religionis re-
ceſſus, quam quis profeſſus eſt ſe tenere ſecundum Goffr. &
2 Hoſt.in ſummis ſuis. eodem tit. † Aut quæris de ſecundo, ſci
licet quot ſunt ſpecies apoſtaſiæ, & dic quod tres, ſecundum
Ber.Inno.& Hoſt.& Ioan. And.hic,& Gof.in ſumma eodem
tit.& Tho.in ſumma eo.tit.§.quot ſunt ſpecies.ſ.perfidiæ,ino
bedientiæ & irregularitatis.Perfidiæ.ſ.quando quis recedit à fi
de.2.q. 7.non poteſt.de quibus poſſet intelligi illud Iob.24.ip
ſi fuerunt rebelles lumini neſcierunt vias eius,nec reuerſi ſunt
per ſemitas illius. Inobedientiæ.ſ.quando quis ſponte tranſgre
ditur præceptum prælati ſui,vel ſacris canonibus non obedit,
3.q.4. alieni. s.de maio.& obed.cap.ſi quis.& c. illud.Quod ve
rum quando credit obediendum eſſe & rebellat per ſuperbiā.
ſi enim credit non eſſe obediendum prælato in aliquo etiam li
cito,hæreticus, & ſchiſmaticus eſt. 19.diſtinctio. nulli fas. Si
autem renuit obedire,ideo quia credit quòd præceptum ſit cō
tra Deum,neceſſe habet conſcientiam ſuam ſequi,quod dic,vt
plene no.s.de temp.ord. ad aures.2.Irregularitatis.ſ. quando,
quis ab ordine ſuo,ſiue ſtatu ſumptæ religionis, cui profeſſus
eſt recedit,vt hic, & j.eod.cap.fi.& no.s.de ten.or.c.ex parte.
Hoc autem fit multis modis,tondendo tonſuram, accipiendo
vxorem cum ſit in ſacris.abijciendo religionis veſtem vel cle-
ricalem, redeundo ad ſeculum.s.de vita & ho.cle.ca. ex literis.
j.de ſen.excom. cap.in audientia &.cap. perpendimus. 10.q.3.
cap.1.2.&.3.17.q.1.omnes feminę.Et quod dictum eſt de cle-
ricis ſecularibus, intellige de conſtitutis in ſacris, vt hic.&.j.
eo.cap.tue.Nam conſtitutus in minoribus non dicitur apoſta
tare:ſed clericatum relinquere, vt no. Gof.in ſum.huius tit.§.
circa.& Ray.in ſum.huius ti.ver.quid ſi aliquis & Gof.in ſum
ma huius ti.§.qualiter.ver. quid ſi clericus. & Ber.Inno.Hoſt.
& Io.an.j.eo. cap.tue.dicebat etiam. Boa.de cle.non reſi.c.fra-
ternitati.q clericus primæ tonſuræ verbo renuntiare non po-
teſt ſine licentia Epiſcopi:ſed facto ſic.Item præter prædictos
modos poteſt generaliter dici apoſtata quicunq; recedit a Deo
mortaliter peccando ſecundum illud Eccl. 10. Initium ſuper-
bię hominis apoſtatare à Deo, quoniam à Deo qui illum fecit
3 receſsit cor eius:vt hic notat. Aſten.eo.tit.† Aut quæris de ſe-
cundo.ſ. quæ ſunt earum pœnæ: & dic quod apoſtata perfidiæ
punitur,& deſtituitur vt hęreticus,& per cōſequens excom-
municatus eſt vt.s.de here.cap.1.&.cap.firmiſsime. &.cap.ex-
communicamus. 1.&.2.Apoſtata inobedientiæ infamis effici-
tur durante apoſtaſia, & ab accuſatione & teſtimonio repelli-
tur,excomunicatur, & deponitur,& etiam iudici ſeculari ali-
quando traditur.3.q.4. ſi quis à ſuo.11.q.3.ſi autem nobis. &.
cap.abſit.s.de iudi.cum non ab homine. Apoſtata autem irre-
gularitatis ſiue religionis eaſdem pœnas patitur.16.q.1. legi.l.
diſtin.ca.vlti.&.21.q.4.ſine ornatu.&.ca.Epi.&.c.præcipimus.
Et clericus admonitus ſi ſe non correxerit deponendus eſt:vt
vbi.& caret priuilegio clericali:vt hic in fin.ſecundum Hoſt.&
Inn.hic & concordant Goſ. & Ray. in ſummis ſuis. eo.tit.&
frater Io.in ſum. confeſ.eo.tit.q.2.&.3.Alia notata hic per In-
no.& Hoſt.ſ.quando clericus faciens contra ſtatum ordinis cle
ricalis amittat priuilegium clericale tractaui.s. de vita & ho.
cle.cap.ex literis.di.vlt.vbi vide.Hoc addito quod dicit Innoc.
hic in fi. quod ſecundum diſtinctionem hic poſitam per eum
clericus erit de foro ſeculari vel clericali niſi contradicat con-
ſuetudo quę iuriſdictionem tribuit.C.de eman.lib.l.1.& no.s.
de foro compet.capitu.cum contingat. Quod verū ſecundum
Hoſt.ſi ſit conſuetudo quæ facit pro foro eccleſiaſtico, puta
vult quod etiam ducens viduam omni priuilegio gaudeat cle-
licali tam perſonali quam reali.Secus ſi eſſet cōtra eccleſiam,vt
ſi etiam conſtitutum in ſacris vel in minoribus clericaliter vi-
uentem & obedientem poteſtati ſubiaceret ſeculari.hanc.n.di
cit non valere.Et eſt ratio diuerſitatis,quia talis cōſuetudo eſt
irrationabilis & odioſa eſſet,prima vero quæ pro eccleſia facit
eſt rationabilis,vt patet ex eo quod leg.& nota.s.de cōſue. c.1.
&.cap.cum inter vos.de iudi.ca.clerici. de foro compe.c.cum
4 ſit genera.e.c.ſi diligenti &.c. ſignificaſti.† Conſuetudo autem
rationabilis approbatur,& irrationabilis reprobatur, vt le.&
s.de conſue.cap.fin.fauores etiam ampliantur:& odia reſtrin-
guntur.s.de conceſ. præben. conſtitutus. ſecundum Hoſti.ad
idem.j.regu.iur.c.odia.lib.6. Exemplum tamē quod ponit de
cōſuetudine,quę vult q bigamus ſit de foro eccleſię,& gaude-
at priuilegio clericali reprobarur.j. de biga.c.vnico.in fin.li.6.

5 **Super eo.c.** Hic eſt ar. † q omnis apoſtata religionis
eſt excommunicatus, ad idem.13.diſ.ſi
quis ex clericis.& infamis.6.q.1.infames. quod non concedit
Io.in dicto.c.ſi quis ex clericis.cuius op.poteſt intelligi vera in
clero ſeculari.& ita poteſt intelligi.j. eo.cap. tue. & quod not.
Bernar.ibi in glo.2.& Inno.& Hoſti.poſt eum.nam in regula-
ri ſecus.vt.j.ne cle.vel mo.c.vt periculoſa.lib.6.ſecundum Ar
chid.in dicto ca.ſi quis ex clericis.&.18.q.2. Abbates.& Ioan.
And.j.eo.tuæ.& in hoc concordat Hoſtien.in ſumma.eo.tit.
§.qualiter puniatur.verſi.ſed nunquid talis.& frater Io.in ſum.
confeſ.eo.tit.q.10. Et nota q illud.cap.vt periculoſa.habet lo
cum etiā in Epiſcopo religioſo, quod dic vt not.Guil.de mō-
6 te lau.extra de cenſi.c.2.ſuper verbo conſumunt.in cle.† Item
nota q archydiaconus in dicto.cap.vt periculoſa.ſuper verbo
dimittat, q habitus adeo connexus oſsibus monachorum q
in quocunq; loco conſiſtentes ſiue in lectulo quieſcentes con
ſtanter eo vti debent, vt habentur.20.q.1.vidua.ad ho.cle.ca.
clerici.in fin.23.diſ.ſancti monialis.vbi dicitur quod eo habitu
ſemper vti debet:Sed non videtur qd illud ſemper ſit ita ama-
re intelligendum vt prima facie ſonare videtur.21.quæſtio.4.
ſine ornatu.ibi extra domos &c.dic quod illud loquitur in cle
ricis ſecularibus qui non ſunt ita aſtricti ſicut monachi ſm
eum.Sed Ioan.an.ibi in nouella non putat de mente quod mo
nachus in cella ſua dimittens habitum, vel dum balneū intrat,
in occulto,vel iacens ſine habitu ligetur illa cōſtitutione, alias
pauci inuenirentur non ligati.Sed quando exhibet ſe conſpe-
ctibus

ctibus hominum ſine habitu in habitu laicali.vel clerici ſecu-
laris ſine iuſta cauſa tūc ligatur. Ad hoc facit principium illius.
cap.q vult ipſorum vagationibus prouidere,ſm eum quod vi
tur benignius & etiam verius per tex.illius. cap.ibi temere ha
bitū ſuę religionis dimittat.& ibi temerarius violator &c.quę
verba ſunt ciuili modo intelligenda.ff.de ſer.l.ſi cui.pro hoc ea
quæ ſcripſi.s. de cle.non reſid.cap.ex parte.Item ſcias q ſcapu
lari ſub cappa,vel albis vel ſacris veſtibus, abſcondi poteſt. Itē
& ſi abſcondatur ſub manica vel rundello non fit contra illud.
cap.vt nō.Gen.ibi, & extra de ſtatu regu.ca.ne in agro.in prin.
ſuper verbo ſcapulare.in cle.Scias etiam q monachus exeūdo
clauſtrum ſine licentia Abbatis habitu tamen non dimiſſo nō
eſt eoipſo excommunicatus.s.ne cle.vel mona.cap.2.&.fin.&
notat Io.an.in.d.c.ne in agro.§. quia vero.ſuper verbo,ipſo fa-
7 cto.† Et vide quod ipſe no.j.de regu.iur.cap.certum eſt,in no
uella.li.6.in queſtione,de monacho qui defert habitum mona
chalem coopertum habitu clericali, dicēs quod religioſus qui
iuſtam cauſam tranſformationis ſui habitus non allegat indu-
bitanter eſt apoſtata quod videtur approbatū.de vita & hone.
cler.cap.quoniam.in cle.vbi de hoc.& quia tali habitu non vte
retur in clauſtro,vt in extrauag.ne cle. vel mo.grauis.quam ho
die non habemus: licet ipſius mens habeatur in parte.in.capi.
alleg.vt periculoſa.& hoc idem tenet Io.And.s.de vita & ho-
ne.clerico.capitul. Deus qui.

1 *Baptiſmum ſcienter reiterantium pœna, vltimum ſupplicium de iure ciuili in baptizato.*
2 *Baptiſmum ſcienter reiterantium in cathecumeno pęna, exilium de iure ciuili.*
3 *Baptiſma reiterantium pęna de iure canonico depoſitio, excommunicatio.*
4 *Batiſma ignoranter reiterans excuſatur.*
5 *Baptizatus aliquis ſit,ſi dubitetur debet ſub conditione baptizati.*
6 *Sacramento reiterato fit iniuria triplex.*

EX literarum. ¶ Si quæris quæ ſit pœ-
na reiterantium baptiſ-
mum, diſtingue, aut conſtat vtriq; tam baptizāti
quam baptizato ipſum fuiſſe alias baptiſatum,aut
nō cōſtat vtriſq; ſed alteri tm̄.Aut neutri conſtat:
1 ſed eſt dubium in primo caſu.† Aut quæris ſecun-
dum leges,& tunc Aut non eſt epiſcopus, & tunc dic q cum
reiteratio baptiſmi ſit quædam ſpecies hęreſis imponitur reo
aptizanti & rebaptizato qui ſcienter fecerunt pœna vltimi ſup
plicij, vt. C.ne ſanctum bap.reite.l.2.1.pœna mortis.nam vlti
mum ſupplicium mortem interpretamur.ff. de pœnis.l. vlti-
mum.C.ad.l.cor.de adulte.l.1.Aut eſt epiſcopus,& talis à ſacer
dotio ſpoliatur & deponitur vt.C. ne ſanctū bap.l.1. ſed Azo
dicit quod per hoc non excuſabitur à pœna notatis, imo gra-
uiori pœna afficiendus eſt,cum in officio ſibi deputato pecca
uerit in quo plurimi honoris ſibi extiterat collatum.C.de.epi
ſcop. & cler.l. presbyteri. ff. de capti.& poſtli.reuer. l.3.§. in
bello.arg.s.de hære. cap. excommunicamus.1.§.ſi.vero cleri-
cus: ſed contra hoc facit.s.de iud. at ſi clerici. per quam dicas
ſufficere pœnam depoſitionis ſecundum Hoſt.in ſum. eo.tit.
2 §.vl.& hæc vera quando perfecte baptizatus erat.† Si aūt erat
cathecuminus,vel catheticus,ſeu miniſtris orthodoxorū ini-
tiatus, & poſtea ſecundum morem hęreticorum rebaptiſatus
ſeu baptiſatus fuerit imponitur baptiſanti & baptiſato pœna
3 exilij & decem librarum auri,vt.C.ne ſanctum bap.l.vlt.† Aut
quæris ſecundum canones, & tunc clerici deponēdi ſunt.ar.de
conſe.diſt.4.eos.&.c.qui bis laici vero excōmunicandi & pœ-
na & grauiori plectendi,vt ibi,nec poſſunt ordinari.51.diſ.qui
in aliquo.1.q.7.qui in qualibet.niſi cum eis diſpenſetur, & hoc
ſi factum eſt publicum, ſi vero occultum poterit promoueri
ſine diſpenſatione,peracta tamen penitentia ſecundum Berna.
& Hoſ.hic.Item no.q rebaptiſans eſt irregularis vt hic. ſic &
rebaptiſatus ſcienter, vt in cap.alle.qui in aliquo ſm Arch.ibi,
ſuper verbo rebaptiſati.& idem non.de conſe.diſt.4.qui bis.in
4 gl.1.†In ſecundo caſu quando non conſtat vtriq; ſed alteri tan-
tum,tunc ſciens punitur, vt.s.ignorans vero ſaltem probabili-
ter debet excuſari.C.de tabula.l.generali,libro.10.j.de conſtit.
cap.vt animarum.in fi.lib.6.ac vbi ignorantia eſſet craſſa & ſu-
pina puniri deberet arbitrariè.ar.s.de offi.dele.de cauſis in fin.
5 † In tertio caſu.ſ.quādo vtriq; eſt dubium debet baptizari ſub
conditione.ſi alias non fuit baptizatus, quod dic vt plene le.&
not.s.de bap.cap.2.ſecundum Hoſt.& Io.Andr.Et quod dici-
tur hic iniuriam fieri ſacramento per reiterationem huiuſmo-
di,intellige quantum ad intentionem reiterantium & ſciēter,
non quantum ad veritatem ſm Goſ.hic, & in ſum.eo.titu.§.
vlti.& Archi.1.q.1. quod quidem ſuper verbo fiat iniuria. Vn
de in tali reiteratione character nō recipitur, nec imprimitur.
68.di.quòd ergo cōſecratus.vt notat Io..ibi, & Io. Andre.hic,
& Hoſt.in.d.§. vlt.& vide quod ipſe Arch. no.in.d. cap.qui in
6 aliquo.ſuper verbo,rebaptiſati.†Et nota q tribus modis fit in
iuria ſacramento per reiterationem, vt hic,& quando in aliam
formam quam conſtitutum eſt confertur. Item quando extra
eccleſiam ſecundum Vin.& Io.an.hic.& cum glo.vlt. Ber.hic
quæ tractat vtrum ingreſſus religionis tollat irregularitatem.
concor.Hoſtien.hic & Archidiaco.19.quæſtio.vlt.capitu.fi.&
quod irregularitatem quæ prouenit ex delicto non tollat, pa-
tet.s.de ſimo.cap.ex tuæ.ſecundum Io.an.ibi.

Super eo.c. ¶ Ad declarationem glo.ar. quod æta-
ti &c. Si quæris vtrum, & quando ętati
minori debeat ſubueniri, vide quod dicam infra de delic.pue.
capitulo.1.

1 *Fidem accipientes coactione conditionali ſeruari eam debent.*
2 *Character non imprimitur per coactionem abſolutam.*

QVidam ſicut accepimus. In gl. Sicut
1 .n.†No.Ber.quòd illi qui conditionali coactione
coacti fidem ſuſceperunt eam ſeruare coguntur,
vt hic, &.46.diſtinct.capitu.2.&.2.& capitu.de
2 iudeis.&.23.q.5.ad fidē.†Secus ſi coactio fuerit abſoluta, quia
tunc nullus character imprimitur,vt.s.de bap.maiores. vt no-
tat Io.in cap. alle. de iudeis.

1 *Carceris effractor capite punitur de iure ciuili.*
2 *Carceris effractor ſecundum canonicum quomodo ponitur.*
3 *Carcer duplex de iure canonico.*

ANobis. ¶Si quæris quæ ſit pæna effractoris
1 carceris,diſtingue. † Aut ſecundum
leges,& tunc pœna eſt capitalis, et.ff.de effract.
carce.l.1.etiam ſi alias innocens fuerit.ff. de cuſt.
reo.l.pen.ſecundum Hoſt.& Io.an. Quod intelli
ge de carcere publico,ſecus de priuato,vt.ff.ex quibus.cau.ma
io.l.ſuccuritur.ſecundum Hoſt. qui notat.j.de ſen. excom. vt
2 fame.& Io.An.ibi poſt eum.† Aut ſecundum canones,& tūc
contra incarceratum qui carcerem frangit, & quotidie peiora
committit eſt procedendum,vt legi.& no.s.de iudi. cum non
ab homine.ſecundum Hoſt.hic. Et adde quod not.de hac ma
teria per eum in ſum.de accu.§.qualiter procedatur in accuſa-
3 tione.ſub.§.reo exhibilo.† Gof.dicit quod hic habes. quod ec
cleſia habet publicum carcerem. &.s.de depo.grauis.quo vti-
tur ad cuſtodiam & ad pœnā.j.de pœnis.quamuis.lib.6.& ha-
bet tormēta.5.q.5.illi qui.4.q.3.ſi ea rei mutilatione.5.q.6.dela
tori mucronem per quam decapitat.16.q.2.viſis.ad fi.quod in
tellige de ſeparatione à Chriſto qui eſt caput.2.q.7. quia ergo
quæ mors eſt. qui fil.ſint legi.per venerabilem.in fin.de his in
cler.de hære.cap.1.Io.an.quod dictum eſt de mutilatione, in-
tellige vt no.Io.in.d. cap.delatori.ſ.quòd ibi docet quid facere
debeat iudex ſecularis.

1 *Apoſtatam an abbas reconciliet.*
2 *Apoſtatam ordines recipientem & miniſtrantem quis diſpenſet.*
3 *Hypocriſis duos defectus continet.*
4 *Hypocriſis quale peccatum ſit.*
5 *Hypocrita magis vanus quam malus.*

COnſultationi. ¶†Si quæris vtrum abbas
apoſtatam redire voluntē
reconciliare ſeu recipere teneatur.Diſtingue vt di-
xi.s.de reg.cap.vlti. & de hoc not. Hoſt.in ſum.eo.
tit.§.qualiter. ver.licet etiam.& frater Io.in ſum.confeſ.eo.ti.
2 q.11.vtrum Abbas &c.† Item ſi quæris vtrum religioſus apo
ſtata in apoſtaſia ordinem recipiens poſſit in eo miniſtrare, &
quis cum eo valeat diſpenſare. Diſtingue vt dixi.s.de tempo.
ord.ex parte,& de hypochriſi & vtrum ſemper ſit peccatum,
mortale notat plene Aſten.lib.2.tit.de hyporiſi.q.6.vtrum hy
pocriſis &c. †Vbi dicit poſt Tho.quòd in hypocriſi ſunt duo
3 .ſ.defectus ſanctitatis,& ſimulatio eius,ſi ergo hypocrita dica
tur ille cuius intentio fertur ad vtrunq;.ſ. vt non curet ſancti-
taetm habere, ſed tantum ſanctus apparere ſic ſumi ſolet in ſa-
cra

cra scriptura, sic est peccatũ mortale. & sic dicitur Iob.13. Non
4 veniet in conspectu eius omnis hypocrita. † Si autem dicatur
hypocrita illi qui intendit sanctitate simulare à qua deficit per
peccatum, tunc licet sit in peccato mortali ex quo priuatur san
ctitate vitę, non tamen ipsa simulatio est semper ei peccatum
mortale. Hoc autem discernẽdum ex fine qui si repugnat cha
ritati Dei vel proximi erit peccatum mortale, vt cum simulat
sanctitatem vt disseminet falsam doctrinam, vel cõsequatur in
dignus dignitatem ecclesiasticam, vel quæcunq; alia tempora
lia bona in quibus cõstituit finem. Si vero finis intentus non re
pugnet charitati, est peccatũ veniale, vt cum quis in ipsa fictio
5 ne delectatur. de quo dicitur. 4. Ethi. † quod magis videtur va
nus quam malus. eadem enim ratio est de mendacio & simula
tione. Contingit autem quandoq; quod aliquis simulat perfe
ctionem sanctitatis quæ est de necessitate salutis, & talis simu
latio non est peccatum mortale, nec semper est cum peccato
mortali. hæc Tho. Si autem aliquis simulet sanctitatem ad Dei
honorem, & proximorum ędificationem tantum, non peccat
sed meretur si sit in charitate, vt cum aliquis religio sus maio
rem religionem ostendit coram secularibus, quam coram fra
tribus suis, vt magis ędificentur.

¶ De infantibus & languidis expositis. Rubrica.

1 *Infans expositus patre scientię efficitur sui iuris.*
2 *Infantem expositum patre ignorante eum ipse repetere potest.*
3 *Infantis expositi recuperati, an pater expensas soluet.*
4 *Languidus expositus cuius fiet.*
5 *Filius per denegationem alimentorum non fit suis iuris.*
6 *Patri infideli & extraneo fideli egentibus cui magis subuenien dum.* 8.10.
7 *Charitatis gradus.*
9 *Parentes omnibus præferendi.*

Si à patre. ¶ Super prima glos. Si quæris
vtrũ qui tacet consentire videa
tur, Distingue vt dixi, supra de præsum. nonne.
& ad declarationem ꝗm gloss. Si quæris vtrum ra
tihabitatio retrotrahatur, & mandato compare
tur, Distingue vt dicam. j. de sen. excõ. mulieres.

Super eo.c. ¶ Ad euidentiam glo. de istis. Si quæris
vtrum & quando filij liberti. vel serui in
fantes, vel languidi expositi, seu quibus alimẽta denegãtur per
parentes, patronos, vel dominos propter hoc sui iuris vel in
genui, vel liberi efficiantur. & quid iuris, Distingue. Aut quæ
ris primo de infantibus. s. septennibus vel minoribus septen
nio, vt. C de iure delib. l. si infanti. ś. de despon. impube. cap. lite
1 ras. &. capit. accessit. & tunc † Aut infans exponitur sciente pa
tre, domino, vel patrono, vel eo ignorante, sed postea ratum
habente, & tunc filius sui iuris, libertus, ingenuus, & seruus, co
lonus, seu ascriptitius liber efficitur, vt, C. e. l. 2. &. fi. Et multo
magis si ipsemet ipsum exposuit, quo casu videtur quod pater
tanquam homicida capitalem sententiam pati debet. ar. expres
sum. ff. de lib. agn. l. necare. 86. di. pasce. 87. di. si expositus. Et ad
hoc designandum collocatur iste tractatus inter præcedẽtes
titulum & sequentem secundum Host. hic & in sum. eo. titu. §.
quid iuris. Vnde dicuntur filij sanguinolenti. C. eo. tit. in rub.
& de patribus qui filios dis. l. 2. Fallit vbi eum exponit necessi
tate compulsum, vt quia nõ potest ipsum alias adiuuare. C. eo.
t. j. Et hoc innuitur hic in prin. quando dicit relegato pietatis
2 officio. † Aut infans exponitur ab extraneo patre patrono vel
domino ignorante, nec ratum habente vel inuito, & tunc di
cunt Hug. & Host. hic & Hostien. in. d. §. quid iuris. quòd post
contestationem plublicè factam in ecclesia, auditur intra decẽ
dies, quibus elapsis, si quis eum repetere vellet, tãquam homi
cida tenetur, & distringitur ecclesiastica seueritate, & sic intel
ligunt. cap. si expositus. 87. dis. & fiet contestatio in epistola cõ
tinente vt quicunq; habet ius in tali puero exeat, & probet, &
recuperet, & in loco publico ponetur. ar. 5. q. s. quidam. in fine.
&. ff. de institutio. l. sed & si pupillus. §. de quo palam. & seq. Et
post talem contestationem habitam elapsis decem diebus ne
mo auditur, nisi iusta causa absentię vel ignorantię excusetur
secundum tenorem decr. ś. qui matri. accusa. pos. c. vlti. Nam
& si iusto impedimento detinetur restituẽdus videtur ex clau
sula generali. ff. ex quib. cau. ma. l. 1. & currunt hi decem dies à
tẽpore scientiæ, & sunt continui postea. ar. ś. de conces. præb.
qui diuersitatem. de sup. neg. præla. licet. & hoc innuit. cap. alle.
si expositus. ibi calumniator extiterit. Sed si nulla contestatio
facta fuit, vel etiam fuit facta sed pater vel dominus ignorauit
in nullo præiudicatur ei, multo minus si eo non inuito expona
tur & ideo repetit infantem, sed restituit expensas cum distin
3 ctione tamen. † Quia aut expensæ huiusmodi factæ sunt per su
rem, & tales non restituuntur, vt. C. eo. titu. l. 1. aut per aliũ, &
tunc Aut expensę factæ sunt circa eruditionem, & illę distin
cte repetuntur, vt in dicta. l. prima. Aut circa alumenta. & tunc
si expendens voluit tantum de suo expendere, non repetuntur
nisi in casu vbi expositus nollet ducere filiam alimentantis in
vxorem, vt. C. de nuptia. l. patrem. si autem hoc facit animo
humanitatis & pietatis. s. ne periret repetuntur. argum. ff. de re
ligio. & sump. fune. l. & si quis. §. interdum secundum. Hostie.
hic & in dicto. §. quid iuris. sed Ioan. in. d. cap. si expositus glo.
penul. dicit quòd huiusmodi expensę non repetuntur nisi in
duobus casibus. s. cum protestatur, vt. ff. de negot. ges. l. nesen
4 nius. & in casu. l. alleg. patrem. † Aut quæris de languidis cuiusc
cunq; ętatis expositis, & tunc. Aut pater, patronus, vel domi
nus eum exposuit non necessitate compulsus, vt quia poterat
de suo eum iuuare in totum. vel si non poterat eum in totũ ad
iuuare saltem poterat eum in xenodochio mittere & non fe
cit, & tunc cuiuscũque etatis sit efficitur sui iuris & ingenius
. C. de lati. lib.. toll. l. vnica. §. sed scimus. & hic & in. §. quod &
de prædictis. aut eum exposuit necessitate compulsus, vt quia
xenodochion non inuenit nec ipsum alias iuuare potest, & tũc
poterit eum repetere quandocunq;, vt. C. eo. l. 1. & hoc innui
tur hic quando dicit alimenta impie denegari. Aut quæris qs
alimenta eis denegantur, & tunc, aut quæris de liberto vel ser
uo, tunc: Aut est languidus, & tunc eripitur in libertatẽ. vt hic
in ver. vel si alicui eorum. s. libertorum vel seruorum languido
rum. & in aut. de nup. §. si vero ab initio putabat. ver. & multo
potius. coll. 4. Aut non non est languidus sed sanus, & tunc do
minus vel patronus qui ei alimenta denegat pro derelicto vi
detur eum habere, & ideo occupanti conceditur. ff. pro derelic
to. l. fi. & in dicto. §. si vero ab initio ver. & multo potius. coll.
4. de iure patro. l. diuus. §. fi. & de bonis liber. l. si patronus non
aluerit. secundum Azo. in summa huius tit. Vin. Inno. & Ho
stien. hic. Sed Gof. quem sequitur Egidius hic & in summa hu
ius ti. contradicit dicens, quod hæc decre. æquiparat hos tres ca
sus. s. cum infans exponitur, & cum languidus cuiuscunq; eta
tis, & cum alicui ex his alimenta negantur. Priorem opinionẽ
quam credo veriorem intellige nisi dominum nota paupertas
excuset. ar. ff. de libe. agno. l. si quis ali. §. alimenta. &. l. pe. Dum
modo dominus faciat quod potest, vt si ipsum ponat in aliquo
5 xenodcchio vt in. §. allegato. sed scimus. † Si de filio tunc licet
per expositionem soluatur patria potestas, vt. ś. not. non tamen
si denegentur ei alimenta, & est ratio quare, secus est in filijs
quã in libertis vel seruis, quia iura sanguinis quæ sunt inter pa
trem & filium cum naturalia sint, ciuilis ratio perimere nõ po
test. ff. de cap. dimi. l. tutelas. insti. de leg. agn. tu. §. fi. & quia alijs
remedijs locus est ad cognoscendum patrem. quod dic vt ple
ne no. ś. de conuer. infide. cap. 2. §. fin. secundum Host. qui quo
ad filiũ corrigit quod notauit in sum. eo. §. qd iuris. Et de ista
materia notat Asten. post Hostien. libro. 8. titu. de filijs. art. 3.
quæstio. quid iuris.

Super eo c. ¶ In glo. idem iuris. Si quæris nunquid
si religiosus alicuius monasterij aliquid
acquirat monasterio suo, vel cui. Distingue vt dixi. ś. de regula
ribus. cap. vlt. dist. 1. &. j. de priui. cap. cum olim. 2.

6 Super eo.c. ¶ Istud. cap. † facit ad illam quæstionem
pater tuus carnalis infidelis, & extraneus
fidelis æquatiter egẽt, nec sufficit vterque cui subuenies. Hug.
dicit patrem esse præferendum, quia scriptum est. Honora pa
trem tuum & matrem tuam, vt sis longęuus super terrã. Exo.
20. cap. Vnde in patre carnali est specialis ratio reuerentiæ. s. ra
tio generationis. Ecclesia. 7. Honora patem tuum & gemitus
matris tuæ ne obliuiscaris. memento quoniã nisi per illos non
fuisses & retribue illis quomodo & illi tibi. & ar. 30. dis. capi. 1.
vbi Ioan. dicit quod patrem qualiscũq; sit debemus præpone
re extraneo ẽt sancto, in his, quæ spectant ad opus misericor
dię in prouidendo ei in necessarijs, nisi alter magis egeat, quia
tunc potius tenemur extraneo subuenire, vt 85. distinct. pa
sce. Sed contra hoc dicit Ambrosi. in canticis super verbũ. Or
7 dinauit in me dominus charitatem. ait enim. † Multorum cha
ritas est inordinata. quidam. n. id quod est primum, ponũt ter
tium, vel quartum, primo enim diligendus est Deus, secundo
parentes, deinde filij, postea domestici, qui si boni sunt malis
filijs proponendi sunt. Sed hæc auctoritas intelligenda est de
affectu dilectionis, non de nutrimenti exhibitione Magi
se

debemus diligere extraneos bonos quam propinquos malos:
licet proprinquis magis teneamur subuenire in necessarijs. Vn
de Dionisi. 4. c. de diuinis nominibus dicit, ꝙ bonũ oĩbus est
amabile. & philosophus. 8. ethicorũ dicit, ꝙ amicitia perfecta
8 est quæ est p.p virtutẽ. † Sunt talẽ qui dicũt in hoc casu extra
neum præponendum: quia scriptum est De sudet elemosina
in manu tua donec inuenias iustum cui des. Eccl. 12. &. 86. dis.
non satis. vbi etiam de hoc per Io. &. 52. di. quiescamus. Host.
vero in summa de tempo. ord. §. hæc cui. sub. §. septima regula.
ver. quid si pater alias iuratur. vnde procedit hæc dubitatio iu
ris positiui, cum exhibitio nutrimenti sit de iure naturali pri
męuo communi omnibus animalibus, secundum quòd non
est quærendum quis fidelis sit, quis infidelis: quia nec hæc ani
malia discernere scirent, ergo quo iure patrem cognosco eo
dem subueniendum iudico, & in præmisso casu ipsum omni
bus præfero. Nam & si animalia sensu & ratione careant. ff. si
quadru. paupe. fecis. di. l. 1. §. 1. videmus tamen ipsa ipsius iuris
peritia centeri. insti. de iure naturali. §. 1. ff. de iust. & iure. l. 1. §.
pen. 1. di. ius naturale. C. de bonis quæ li. l. cũ nõ solũ. §. 1. Vbi
autem inde est quòd secũdum ius canonicum quòd iuri natu
rali innititur magis quam rigori, filij illegitimi nutriũtur. ś. de
eo qui duxit in matri. cum haberet in fin. Nec obstat authori
tas prædicta, de sudet elemosina &c. quia non est intelligẽda in
casu præmisso. s. patre egente, sed generaliter inter alios quãdo
quæritur cui iustius subueniẽdum est. Nam & si omnibus mi
sericordia debeatur, iusto amplius, vt in. c. non satis. circa prin.
Præterea si pater malus sit, magis videtur ei subueniendũ: quia
si moriatur periculum animæ imminet. si viuat sperandum est
de dei misericordia, qui non vult mortem peccatoris, &
qui non venit vocare iustos sed peccatores. secundum Ho
stiensis. qui ita notat in. d. versicu. quid si pater. Et eandem
opinionem tenet Goffred. in summa de tempora. ordin. §. sed
pone quod pater tuus. ver. si pater. & hæc fuit opi. Ray. titu. de
hospitalitate ordi. §. 2. Et in his concordat beatus. Tho. in sum
9 ma. q. 31. artic. 3. dicens quod nullius benefactoris beneficium
tantum est sicut parentum: † ideo parentes in recompensandis
beneficijs sunt omnibus alijs præferendi, nisi necessitas ex alia
parte præponderet, vel aliqua alia conditio puta communis vti
litas ecclesiæ, vel reipublicæ. Vnde etiam in extrema necessita
te magis essent filij deferendi quam parentes, vt dicit beatus
Tho. ibidem arti. 4. In hoc etiam concor. Pe. super tertio sen
tentiarum. di. 29. & frater Io. in sum. confes. tit. de hospitalitate
ordi. q. 7. pone qd pater tuus &c. de hoc ẽt notat Spec. rubrica,
10 qui filij sint le. versi. quid si pater. † Si quæris ergo vtrum magis
tenearis patri infideli quam extraneo fideli, Distingue breui
ter. Aut effectu dilectionis & dic quod sic, & ita intellige autho
ritatem prædictam Ambrosij. quod domestici boni sunt ma
lis filijs præponẽdi. &. 30 di. ca. 1. Aut necessariorũ exhibitio
ne, & tunc Aut extraneus fidelis magis indiget, & tunc magis
teneris illi, vt in. cap. pasce. aut equaliter, & tunc magis patri, vt
in. cap. non satis, & in hoc satis concor. Asten. lib. 2. tit. de chari
tate, articu. 4. de hoc tangit Io. An. ś. de iudeis. cum sit.

¶ De homicidio voluntario vel causali. Rubri.

1 *Homicida corrigibilis perpetuo deponitur.*
2 *Homicida incorrigibilis seculari potestati traditur.*



Si quis per industriam. ¶ Ad eui
dentiam
huius. cap. & gl. Ber. & Inn. hic, Si quæris vtrum
homicida voluntarius gaudere debet immuni
tate ecclesiæ, vide quod dixi. ś. de immunita. ec
cle. capi. ecclesiæ. distin. 1. circa medium.

Super eo.c. ¶ Quantum facit ad intellectum huius
cap. si quæris qualiter homicida volunta
1 rius euelli debeat ab altari. Distingue. † Aut est corrigibilis, &
tunc euellitur ab altari. s. ab officio & beneficio altaris ipsum
perpetuo deponendo, vt hic. &. 50. di. si quis viduã. &. j. eo. sic
ut dignum. §. clericos. quod dic vt notat. Bern. ibi, in gl. nota.
quod homicida. † Aut est incorrigibilis, & tunc ꝗdum est de
ponendus, vt est dictum, sed etiam tradendus potestati secula
ri vt moriatur, vt patet in eo quod le. & no. ś. de iud. cum non
ab homine. secundum Host. qui dicit hanc traditionem debe
re fieri, vt le. & no. j. de ver. sig. nouimus. & melius. j. de pœ
nis degradatio. li. 6. Inn. vero dicit hic quod hoc. cap. potest in
telligi de altari veteris testamenti quod non erat eius authori
tatis cuius sunt nostra altaria, sed prior intellect' magis placet.
secundum Host. Abbas vero dicit quod Petr. de samp. intelli-
gebat plane. c. sicut verba sonant, vt. s. per insidias alij occidens
immunitate non gaudeat, dicens quod hoc non est mutatum,
ergo stare non prohibetur. C. de testamen. sancimus. sed cer
tum est quod tempore huius legis Exodi. non emanauerunt
iura positiua quæ dederunt immunitatem ecclesiæ, & sic de il
la non videtur intelligi posse, quod hic dicitur secundũ Ioan-
nem Andream.

1 *Faciei hominis character imponi potest.*
2 *Dominicus dies non est abstinentiæ impunæ.*
3 *Occidere licet in necessitate ineuitabili.* 5.16.
4 *Occidere melius est, quam occidi.*
6 *Aggressorem impune occidere licet.* 18.
7 *Homicida mori tradendus iure diuino.*
8 *Homicida ad mortem condemnandus de iure ciuili.*
9 *Homicida mori præcipitur iure canonum.*
10 *Iniustè condemnans reum, mortaliter peccat.*
11 *Homicida vt iustæ morti tradatur, tria requiruntur.*
12 *Iudex ecclesiasticus non condemnat ad mortem.*
13 *Homicida irregularitatem incurrit.*
14 *Clericis nullo modo occidere licet.*
15 *Laici in bello iusto impune occiduntur.*
17 *Furem nocturnum occidere licet.*
19 *Occidere an liceat pro alio defendendo.* 21.
20 *Petrus abscindendo Marci auriculam non peccauit.*
22 *Occidere an liceat pro conseruatione bonorum suorum.*
23 *Occidere non licet pro rebus proximi seruandis.*
34 *Decalogi præcepti non occides, interpretatio.*

Nterfecisti. ¶ Ad euidentiam gloss. 2.
Si quæris vtrum facies ho
1 minis posit vel debeat maculari, Distingue. † Aut
sine causa & dic qd non, vt. C. de pœnis. l. si quis
in metallum. Aut ex causa & authoritate iudicia
li, & dic quod sic. puta si in pœnã malefici character aliquis im
primatur j. de cri. fal. capitu. 3. in fine.

Super eo.c. ¶ Ad euidentiam pleniorem gloss. hoc
prohibetur. Si quæris, quando & cui sit li
citum armis vti. Distingue vt dixi. ś. de vita & honest. cle. ca.
clerici arma.

Super eo.c. § in tertia. ¶ Si quæris qui sunt
dies abstinentię, & quã
non, Distingue, Aut quæris de alijs diebus à die dominico. &
2 illi sunt vel esse possunt dies abstinẽtiæ: vt hic. † Aut de die do
minico, & ille non est dies abstinẽtię. de confecr. dist. 4. ne quis
studiosè contrarium asserat suspectus est de fide. 26. quæstio.
vlt. sacerdotes. & si pro pœnitentia à sacerdote accepta sine ali
qua necessitate hoc fecerit pro quadã religione sicut manichę
us anathema sit. 30. distinctio. c. finali. secundum Hostiensem.

Super eo.c. § si autem ¶ Si quæris vtrum
& quãdo liceat alicui
secundum legem alium impune occidere, vel etiam mutilare.
3 † Aut quæris de occidente vel mutilante in necessitate ineuita
bili tali. s. quod quia mortem iuiustè sibi inferendam, alias infe
rendam, alias inferentem aliter vitare non valet suum occidit
vel mutilat inuasorem, vt quia sic inangulatus erat vel sic ar
ctatus quòd fugere non poterat, nec per clamorem vel alias se
iuuare. & tali licet etiã clerico impune & sine peccato aliquo
4 occidere vel etiam mutilare tam lege diuina dicente. † Melius
est occidere quam occidi. Quod probatur sic. quilibet magis
tenetur ad id qd ordo charitatis magis exigit. & requirit, sed
ordo charitatis exigit quod magis debeã diligere vitam meã
temporalem quam vitam temporalem alterius, secundũ san
ctos & philosophos dicentes, quòd diligibilia ad alterum men
5 surantur ex diligibilibus ad se. † Item vniusquisq; magis tene
tur sib ipsi quam proximo supposito recto ordine rationis,
sed defendens se contra iniustè inuadentem etiam si occidat
dum tameu principaliter occisionem eius non intendat, sed
suam saluationem propriam & cum debito moderamine, esto
quod sequatur mors inuasoris, nihil facit cõtra rectum ordinẽ
rationis, nec contra iustitiam, nec contra charitatem proximi
cum secundum ordinem charitatis plus teneatur diligere se
ipsum. quare &c. tam naturali quam ciuili. ar. ff. de iusti. & iure.
l. vt vim. & est expressum. ff. ad l. aqui. l. scientiam. §. qui cum
aliter. Vnde de iure naturali est iusta defensio suiipsius & ex
parte naturæ inferioris in qua conuenit cum brutis. Nã & om
nia animalia hoc faciunt. ff. si quadru. paupe. fecis. di. l. 1. §. cum
arietes.

arietes,& ex parte naturæ superioris quæ est ratio, vt dictum
est,quam canonica, vt hic, &.j.eo.significasti.2. & etiam sine
pœna irregularitatis.50.di.qa te,& est casus extra e.si furiosus.
in cle.& ita intelligo istud.capit.in.§.seq. si presbyter. Et licet
Ber.in glo.fi.credat quòd presbyter diaconus vel subdiaconus
faciens id de quo loquitur hic sit irregularis. Hostien. tamen
intelligit quòd in nullo imputatur ei ex quo aliud facere non
potuit,vt patet.j.eo.significasti.2.§.fin.Nam tale homicidium
simile est casuali, quòd non impedit etiam promouendũ.j.eo.
lator.& hoc tenebat dominus clemens Papa.4.secundum Ho
stien. Nec ob.j.eo.suscepimus.quia hic defendebat personam
& res,ibi res tantum,quod patet,quia hic dicit te tuaq;,non.n.
dicit te vel tua.secundum Host.ibi, idem Guil.de mon.la.in.d.
cap.si furiosus.glo.1.extra eo.in cle.& Io.23.q.3.in summa. su
per verbo fugiens.& Archi.ibi. Et intellige quod in tali neces
sitate licet alium interficere, in tãtum quod si aliquis vult me
interficere,possum eum præuenire, nec teneor eum expecta-
re quòd me primo percutiat,ar.C.ad.l.corne.de sicca.l.2.† vbi
6 dicitur quod qui aggressorem vel quemcunq; alium in dubio
vitę discrimine positus occiderit nullam ob id factum calum-
niam metuere debet.&.l.4.vbi dicitur. quod si latrocinantem
peremisti dubium nõ est eum qui inferẽdæ cedis voluntatem
præcesserit iure cessum videri,vt notant Laur. Tã.Philosophi.
Gof.Ber.Inn.Host.& Io.An.j.cap.proxi.& Arch.50.di.de his
gl.fi.vbi etiam dicit quòd sufficit terror armorum.ff. de vi &
vi ar.l.1.§.idem labeo.&.l.3.§.qui armati.idem Gu.de monte
lau. & Gen.in.di.capit.b furiosus.gl.fin.de quo dicam.j.eo.si-
gnificasti.secunda distinctio.2.glos.fin.Et idẽ si inuasus posset
fugere sed in fugiendo posset sibi verisimiliter mortis pericu
lum imminere secundum Gen.ibi.Et ita posset intelligi quod
dicitur de latrone insidiante itineribus quem licet cuilibet oc
cidere authoritate propria.C. quando licet vnicuiq;.sine iudi-
ce se vindi.l.1.&.2.23.q.3.fortitudo.&.cap.se.&.q.5. cum hõ.
17.q.4.sicut vbi hoc notat gl.& in his satis concor. Ray.in su.
e.ti.§.3.licet.Hu.50.dis.c.ex penitentibus.§.si autem notaue-
rit.quod mortaliter peccat tam clericus quam laicus qui ob de
fensionem sui vel rerum suarum aliquem propria auhoritate
interficit cum potius deberet mortem incurrere quam infer-
re homicidiũ.ar.32.q.5.ita ne. cuius opinio est nimis dura se-
cundum gl.super Ray.in.§.5.Aut quæris de occidente vel mu
tilante non tali necessitate ineuitabili seu euitabili,& tunc Aut
iustitiam debite exercẽdo seu execetionem iustitiæ debitæ fa
ciendo vt iudice vel ministro aut alias in primo casu.Aut quæ-
ris vtrum hoc licet laicis vel clericis.si laicis. † Aut secundum
7 legem diuinam & dic quòd sic,dicente domino Moysi. Male-
ficos non patiaris viuere super terram. Exod.22. cap. &.23.q.
4.cap.si illis.§.sed obijcitur. Deute.32. Ego occidam & ego vi
uere faciam.† Aut secum legem ciuilem. & dic quod sic, vt in
8 auth.de man.prin.§.ꝙ sic.vt in auth.de man.prin.§.quod si de
linquẽtes.ver.homicidia. col.4.ff. &.C.ad.l.iul.maies.ad.l.cor-
nel.de sicca.ad.l.pompo.de parrc.ff.de pœnis capitalium.§. fa-
mosos.& per totum decimum librum.ff.noui,per totum pri-
brum codicis.Aut secundum legem canonicam,& tunc.† Aut
9 secundum legem canonicam crimina punientem, vel puniri do
centem,& dic similiter quòd sic.23.ca.quæsitum.&.cap.illud.
&.q.5.de occidendis.capi.miles.capi.cum homo.c.qui malos.
c.homicidas. cap. sunt quædam.c.rex debet.c.si homicidium.
c.cũ homo. &.§.sed obijcitur.& per totum.j.ne cle.vel mo.c.
Episcopus.& de homici.c.prælatis.libr.6.Adeo quod etiã prin
ceps qui legem condidit cuius authoritate homines sunt tra-
diti morti non per hoc fit irregularis, cum per hoc incertam
personam non animaduertit,nec in constitutionem suam ho-
mines incidere voluerit cum eam promulgauerit, sed tantum
propter bonum & licitum hoc fecerit scilicet. vt homines à
maleficijs deterreret.vt not.Ioan.in dicto.c.vlti.in glos.sed nũ
quid.&.23.q.vlti.pessimã.glo.penul.& vlti.& pro hoc ea. cau
sa &.q.de occidentis.ver.absit hoc idẽ Archid.ea.causa.quæst.
5.c.officia. Cum quibus concordat Hostien.j.de sagittatis.ca.
vnico. vbi dicit quod Papa non potest canonicam irregularita
tem incurrere. ar.in eo quod legi. & not.s.de conces.preben.
proposui. qui alijs super hoc medetur, vt patet in eo qđ not,
j.eo.sicut dignũ.§.fin.&.c.postulasti.Sed nec magister qui do-
cet vel respondet in genere qualiter homcidæ, vel fures sunt
puniendi,ex hoc irregularitatem incurrit,quia multa licent in
genere quæ in specie non licerent,pro hoc.ff.de pactis.l.si vnus
10 §.illud,s.de offi.ordi.si sacerdos.cum ibi not.† Et notabiliter
dixi.s. iustitiam debite exercendo, secus si indebite & iniu-
ste, vel in facto vel precepto iniusto iudicis,vel eius qui facien
di vel præcipiendi authoritatem non habet, vel in consilio in-
iusto assessoris,vel in defensione iniusta,quia quodlibet istorũ
esset illicitũ & mortale,vt hic, &.50.dist.si quis viduã.vbi hoc
notat Archidi.in glos.1. & Goff.in sum . eodem titu.§. vnum
11 aũt.Et Ray.in summa sua. † In hoc concordat frater Asten.de
quinto præcepto in princip. dicens.quod ad hoc vt occisio sit
iusta tria requiruntur,iustus ordo,iusta causa,iustus animus,&
si desit aliquod trium prædictorũ occisio est iniusta, deest aũt
iusta causa cũ aliquis sine merito occiditur. Deest ordo iustus
cum occidens non est legis minister,& idem si est, sed occidit
iuris ordine nõ seruato.Deest iustus animus cum iudex occi-
dit libidine vindictæ, non amore iusticiæ.quod dic vt le.& no.
11.q.3.c. inter verba.§. si ergo.23.q.4.ca.vlt.& eadem causa.q.
5.miles . Aut secundum legem canonicam irregularitatis pœ-
nam vel maculam inducentem.& dic quod non,immo hoc fa
ciens irregularis est. irregularitas enim contrahitur sine culpa
etiam ex merito, vt in iudice iustè occidente.50.dist.cap.1.&
12 notat Ioan.An.in ca.alle.si furiosus.gl.penul.† Si quæris vtrum
hoc licet clericis clericaliter viuentibus iurisdictionem tempo
ralem habentibus, tunc dic quod non nec secundum legem di
uinam dicente domino Petro.Math.26.& Ioan.18.Conuertẽ
gladium tuum in vaginam tuam &c. & transumptiuè legitur.
23.q.8.in summa.Nec secundum legem canonicam.s. ne cleri.
vel mo.sententiam sanguinis.eo.titul,cap,episcopus.lib.6.licet
secus ꝯm legem naturalẽ vel ciuilẽ per iura.s,alle. Potest tamẽ
iudex ecclesiasticus præcipere iudici seculari quod puniat ma
leficos secundum leges & iura,vt notant Hug.Lau.Ioã.& Ar-
chidi.15.q.6.auctoritatem . & etiam dicere sicut dicit domi-
nus Moysi Exod.22.Maleficos non patieris viuere super ter-
ram & hoc assertiue notat Lau.50.dis.si quis viduã.prout reci
tat.Archid.in dicto.c.auctoritatem. glo.fin.In secundo casu.s.
13 vbi quis occidit alias quam iustitiam exequendo, tunc † Aut
quæris vtrum posit facere sine pœna irregularitatis, & dic ꝙ
non,immo incurrit irregularitatem etiam si hoc faciat pro re-
bus suis,vel personis aliorum saluandis.vt not. Inno.& Hosti.
j.cap.proxi.& Hostien.& Io.An.j.eo.suscepimus.&.c.Petrus.
& Spec.de leg.§.iuxta.circa.10.colum.ver.illud.in fi.ibi.secus
si faciat.&c. & Ioan.And.in dicto cap.si furiosus.& Inno.j.de
sente.excom. cap.si vero.prima glo. quid si nõ ob sui.ver.quid
si quis &c.vel etiam si hoc faciat in bello licito.15.q.1. ca.vlti.
vt notat Archidia.51..dist.si quis post acceptum.gl.penul. Aut
14 sine alia pœna seu peccato,& tunc† Aut quæris de clericis, &
tunc illi nõ possunt manu propria interficere sine peccato, cũ
sint inhabiles ad pugnandũ ꝑ prædictam auctoritatem. Con-
uerte gladium tuum &c.quia ministris veteris testamenti au-
ctoritas occidẽdi erat commissa, ministris vero noui testamẽ
ti non etiam pro subsidio terræ sanctæ.s. de voto ex multa.§.
de clericis.licet possint bello tali interesse,& subditos hortari
ad pugnandum.& hoc voluit Gratianus.23.q.vlti.c.quicunq;.
§.his ita.&.c.vt pridem.vt notat Hostien. in dict.c.ex multa.
& Archid.36.distin.capitu.vltim.Et dic quod non possunt oc
cidere vel mutilare etiam pro rebus suis saluandis, vt notant.
Lau.Vin.Ber.& Hostien.j.eo.suscepimus.glo.i.& Ioan.fauen.
23,quæstio.1.in summa.& Archidia.3.q.8.in summa.glo.adde
sub & sua & se & se.& glo.23.q.3.in sum.super verbo fugiens
& Mel.& Lau.& Archid.ibi,& Guil.de monte lau.in dicto.c.
si furiosus. Sed nec pro personis aliorum saluandis secundum
Lau.& Archidia in summa.alleg. & secundum Hostiens.infra
de clementi.percus.capitul.præsentium.glo.1.&de hoc notat
glossa.23. quæstione. 8.in summa. ver. alii dicunt quod om-
nia &c.ibi non pro alijs &c. Quod intelligo de clericis be-
neficiatis & Dei officio dedicatis qui sunt electi ad ministe-
riũ altaris in quo repræsentatur passio Christi qui cum percu
teretur non percutiebat vt dicitur prima Petri.2.Ministri au-
tem debent suum dominum imitari.Ecclesi.10.secundum iu
dicẽ populi sic,& ministet eius. Nec obstat Act. 5.cap.23.q.8.
Occidit.vbi dicitur quod Petrus geminum fecit homicidium
quia hoc non fecit propria auctoritate,sed diuina reuelatione
15 de aliis forte secus vt sequitur.Aut de laicis,& tunc.† Aut in
iusto bello & dic quod possunt impune & sine peccato vt.
ff.de religio.& sump. fun.l.minime.C. vnde vi.l.1.23.q.2.do-
minus &.q.4.fortitudo.& notãt Ber.& Host.j.eo.suscepimus.
glo.1.Et est rõ,quia qui peccat nõ peccat legis auctoritate. 24.
q.4.qui peccat.talis.n.qui percutiunt vel occidunt,vel occide-
re volunt in bello iusto non reprobo quo ad culpam nisi sit ibi
corrupta intentio , vel talis persona cum armis cui non li-
ceat arma deferre,vt clericus vel religiosus,vt notat Hostien.
in summa, eo titul.§. qua pœna.ver.quid ergo si quis.& gloss.
super

super Raynald. eodem titulo.§.7. quid si plures . & frater
Ioann.in summa eodem titulo. quæstio .31. quid si plures. Et
quid sit iustum bellum,dic per Innocen.& Hostiens.supra, de
resti.spolia.capitu.olim causam.& de iureiurand. sicut per Ho
stien.in summ.de treuga & pace.§.quid sit iustum bellum , &
infrà de homicidio.pro humani.libro.6.Aut aliàs,quàm in iu-
sto bello, & tunc dicunt , quidam quod non possunt aliquem
occidere,vel mutilare etiam pro personis aliorum,vel pro re-
bus suis temporalibus saluandis,& tuendis, sine peccato . Alij
dicunt quod non possunt pro rebus suis proprijs temporali-
bus saluandis,per ea quæ notat Innocentis in dicto capitul. si
verò.1.glossa.quid si non ob sui.versicul.quid si pro rebus &c.
sed bene possunt pro personis aliorum , etiam extraneorum
tuendis:quia etiam socij iniuria propulsanda est. 23. quæstio.
4.fortitudo.& capitu.non inferenda . vbi de hoc per Ioann.in
gloss.1. & per Archidyaco. & per ea , quæ leg.& nota.infra.de
senten.excommu.quantæ.& eod.titul.dilecto . libr.6.& quæ
notat Innocen.in dicta glos.in princip. Alij econtra , scilicet,
quod alijs , extraneis tuendis non possunt, prout recitat
Innocen.in dicta gloss.fin.ver.alij dicunt . sed bene pro rebus
proprijs,per ea quæ notat Bernar.infra.eod.suscepimus.glos.
16 1.ver.laicus verò &c.†Ego vero Henricus credo saluo iudicio
meliori,quod aliquis potest sine peccato mutilare,vel occide-
re inuadentem alium iniustè,& occidere volentem,in casu vbi
vitam ipsius inuasi aliter saluare non potest:dummodo ad sal-
uationem inuasi principaliter, & non ad mortem inuadentis,
intendat per præmissa.Item potest hoc confirmari sic. primo
lege diuina , qua quis tenetur proximum suum diligere sicut
seipsum Deutero.6.Lucæ.10.capitu.& Matthæi.19.& 22.Ad
Roma.13.18.quæstio.4.capitu.penultim.& de pœniten.disti.
2.capitu. Charitas.2. circa medium . Sed pro seipso saluando
vbi aliàs,mortem euitare non potest, potest mutilare vel occi
dere suum inuasorem , vt dictum est in principi. ergo & pro
proximo saluando.Item in Psalmo.81. dicitur. Eripite paupe
rem,& egenum de manu peccatoris liberate. Et Salomon Ec
clesiast.4. Eripe eum , qui ducitur ad mortem. & recitatur in
dict.capitu.non inferẽda.23.quæstio.3.hoc idem dicitur Pro-
uerbiorum.24.Erue eos,qui ducuntur ad mortem,& qui tra-
huntur ad interitum liberare ne cesses. & sic quod dominus
imperat necesse est fieri:& nisi fiat pœnam habet.14.quæstio.
1.quod præcipitur.ergo si fiat,legitimè fit,nec pœnam mere-
tur.C.ad legem Iul.de adulte. leg.gracchus. maximè cum ali-
quo præcepto vel concesso:& omnia sine , quibus infra de re-
gulis iur.capitu.cum quid.libr.6. & quæ verisimiliter possunt
sequi ad illud infrà de homicidio. is qui mandat.libro sexto.
Item remoto amore proximi remouetur amor Dei.1. Ioann.
3.si quis dixerit, quia diligo Deum,& fratrem suum odit men
dax est . Et sic inimicum Dei & hominis , vt saluet amicum
Dei,& hominis occidere potest.Item ecclesiast.4.dicitur.Vs-
que ad mortem certa pro iustitia & Deus expugnabit inimi-
cos tuos pro te.sed pro inuaso est iustitia:ergo & c.Item Exo-
di.2. capitu. dicitur . quod sanctus Moyses etiam antequam
constitutus esset iudex super populum Aegyptium iniurian-
tem Israelitæ, & eum percutientem iniustè percussit ponens,
17 eum sub sabulo. †Item Exodi . 22. & infra capitu. proxim.in
princip. dicitur , quod si fur nocturnus perfodiens inuentus
fuerit,occidi potest. Et est ratio.dicit Hostien.infra.capitulo.
proxim.quia præsumi potest quod ad occidendum venerit.Et
sic intelligam generaliter,quod nedum per illum cuius domũ
perfodit,sed etiam per quemlibet alium occidi potest:ex quo
lex non distinguit.ff.de publico.de precio. infra de priuilega.
quia circa.Item lege ciuili & canonica dicente,quod is qui cũ
telo ambulauit necandi hominis causa . sicut, & is qui homi-
nem occidit pœna homicidij tenetur.ff.ad legem Corneli.de-
sicar.l.diuus.C.ad legem Corne.de sicar.leg.is qui cum telo.&
de pœniten.distinct.1.si quis cum telo.Modo iura dicũt quod
vbi non potest,quis habere copiam iudicis,regulariter potest
facere ea quæ faceret seu deberet facere iudex.ff.de his quæ in
fraudem credi.leg.ait prætor.§.si debitorem.ad legem Iuli. de
adulte.leg.capite quinto.& potest se authoritate propria vin-
dicare.C.qñ liceat vnicuiq; sine iudic. se vin.l.1.& 2. Item qui
potest occidere per se,põt occidere ꝑ alium,vt in d.l.gracchus
18 infra de regul.iur.capitu.potest quis.lib.6.† sed inuasus potest
suum mutilare vel occidere inuasorem:vt supra in primo mẽ-
bro:ergo & per alium de mandato suo vel ipsius nomine ip-
so hoc postea ratum habente.Item talis si occidat talem inua-
sorem clericum:non est excommunicatus, imo meretur per.
capitu.alleg.fortitudo non inferenda:vt not.Inno.infra de sen
ten.excommu.si verò.1.glo.quid si non obtui.& Ioann.And.
post eum . si ergo meretur in hoc non peccat, sed licitum est,
19 quod facit.23.quæsti.4.qui peccat.C.de adulr.gracchus.† Item
iste qui stat pro tali inuaso stat in iusto bello.C.ad l. Iulia. de vi
public.leg.quoniam multa facinora.pro hoc quod not. Iac. de
ra.in d.§.si debitorem.dicens, quod si amicus meus deiectus,
est violenter de fundo,& qui potest de iure incõtinenti suum
expellere inuasorem non tamen est ad hoc potens, possum eũ
expellere incontinenti nedum de mandato suo : sed etiam sine
mandato:quia quod gestum est pro rato est habendum,ita in-
telligit.ff.de vi & vi argum.l.cum fundum de neg.gest.l. Pom
ponius scribit.Et secundum istam rationem scilicet vltimam,
videtur,quòd si inuasus nollet se defendere,sed vt martyr for
tè mori,quòd posset alius mutilare vel occidere inuasorem:
sed contrarium verius videtur per præmissa : & quia interest
hominis hominem beneficio affic.ff.de seruis expor.l.seruus
ea lege.in fine. & quia in facto seu causa sanguinis, alter alte-
rum etiam inuitum defendere potest.ff.de appell. leg. non
tantum.& hoc satis patet in passione domini nostri Iesu Chri
sti.cuius omnis actio nostra est instructio.2.quæstio.1. Deus
omnipotens,quem volentem mori pro nobis Petrus, cum ar
mis defendit , Malcum seruum principis sacerdotum muti-
lando amputando scilicet auriculam eius dextram Ioan.18. ca
pitu.& Matth.26.Marci.14.Lucę.22.24.quęstio. 1. si Petrus.
20 23.quæstio.3.pro membris†in quo non reperio quod peccaue
rit,cum hoc fecerit quasi ad nutum domini prædicentis, Lucę
22.Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter & peram : &
qui non habet vendat tunicam suam, & emat gladium. Et ibi
quando discipuli interrogauerunt eum. domine si percutimus
in gladio,& ipse tacuit,per quod videtur tacite consentire in-
fra de reg.iur.qui tacet.lib.6.Pro quo facit.quod notat Spe.tit.
delegato.§.iuxta propositionis.in 2. colum.versi.nunquid er-
go be.Petrus &c.licet dominus ei vt ministro ecclesiæ præce
perit, ꝙ de cæteto gladium materialẽ cõuerteret in vaginam:
& spirituali gladio tantũ vteretur.23.q.8.in summa.quæ ratio
vna cũ præmissis fortiter cogit ad dicẽdũ idem esse hoc casu
21 in clericis non bñficiatis,quod in laicis.† Nec obst.si dicas, ma
gis teneor de debito charitatis diligere vitã gratiæ in ꝓximo,
quã vitam corporalem in me ꝯm sanctos lib. de gradu charita
tis,& plus teneor euitare damnationẽ perpetuã animæ ipsius:
ꝙ mortẽ meã corporalẽ ꝯm eos. Sed verisimiliter debeo cre-
dere,ꝙ si interficiã inuasorem iniustè, ꝙ damnabit perpetuo
cũ moriat in actu peccati:ergo &c.qa concedo maiorẽ. Ad mi
norẽ dico ꝙ nec sum certus ꝙ ipse dãnabit, cum alterationes
præcedentes mortẽ & exitũ animę à corpore necessario fiãt in
tꝑe,in quo tempore quantũcunq; breui potest pœnitere,& ꝑ
consequens saluari : nec essem certus ꝙ si interficeret me,ego
essem saluatus:possem.n.habere alia peccata licet ea nõ sciam.
in psal.Delicta quis intelligit, & Apostolus. 1. Ad Corinth.4.
Nihil mihi cõscius sum:sed in hoc non iustificatus sum.& Ec
cles.9.c.Nescit homo vtrum amore an odio dignus sit . & ea-
dem obiectio & solutio potest fieri ad mẽbrum illud de occi-
22 dente ad defensionem alterius iniusti inuasi.† Itẽ credo ꝙ pro
rebus proprijs saluandis , quas aliàs,non potest saluare,potest
quis mutilare vel occidere inuasorem.ar.j.c.proxi.vbi dicitur
quod occisio furis nocturni non reputatur homicidiũ , quod
verum ꝯm Host.ibi:quo ad peccatũ vel quo ad pœnam legis,
vbi capi vel deprehendi non potest per ea quæ notat Bern.j.e.
suscepimus.gl ibi.laicus verò &c.& Lau.& Vin. & Hosti.sibi
Item quis res suas quibus sustentari & alimentari debet , quis
sibi aufert,vitã sibi auferre vr.ar.ff.de libe.agno.l.vetare vide-
tur.j.e.sicut dignũ,distin.5.Quod posset intelligi verum cum
tali modificatione quam ponit frater Io.in summa confes.hoc
titu.quæstione.12. circa medium, scilicet quod si aliquis pro
rebus temporalibus conseruandis præter intentionem vulne-
rat,vel occidit non est peccatum:quia casus fortuiti præcaueri
non possunt.Sed hoc ex proposito facere non licet : quia vita
proximi præferenda est rebus fortunæ,nisi ex talium ablatio-
ne quis poneretur in extrema necessitate. Item talis fouet iu-
stum bellũ:vt.s.de resti.spolia.olim causam cũ ibi no.ergo &c.
23 Sed pro rebus proximi saluandis nõ credo ꝙ liceret per dictã.
l.quoniam multa:ibi enim quando dicit & alterutri parti cau-
sam malorum præbuit &c. per quod innuitur , quod illi qui
erant pro parte possidentis & inuasi, occidẽdo peccauerũt, sal
uo hoc quod dicitur.j.c.proximo de fure & latrone. Aliàs au-
tem,quam in præmissis casibus hominẽ occidere nõ licet au-
thoritate legis,si tamen occidatur de facto,vtrũ debeat impu
tari,dicam.j.eo.sicut dignum.dist.5.Item nota,ꝙ illud prçce-

34 ptum decalogi,† Non occides.de quo Exod,20.intelligitur de homine non de prælatis, vel animalibus, nullus enim peccat ex eo quod vtitur aliqua re à quo ad hoc ad quod est adeo ordinata. Ex ordinatione autem Dei plante ordinantur ad vsum animaliu,m,& animalia ad vsum hominum, quod non potest fieri sine mortificatione eorum.Dicitur enim. Genes.1. Ecce dedi vobis omnem herbam, & vniuersa ligna vt sint vobis in escam,Et Genes.9.Omne quod mouetur, & viuit erit vobis in cibum. Nec obstat, quod occidenti bouem ,vel ouem, alterius statuitur pœna. Exodi.22.quia talis peccat, non quia bouem occidit,sed quia homini in re sua damnum facit : vnde non continetur sub peccato homicidij, sed furti, vel rapinæ, vel damni iniuria dati.

1 *Furem, & latronem an occidere liceat de iure diuino.*
2 *Furem & latronem an occidere liceat de iure veteri.*
3 *Furem nocturnum an occideri liceat de iure veteri.*
4 *Fur in quo differat à latrone.*

SI perfodiens ¶ Si quæris vtrum, & quando fur,vel latro potest licitè
1 occidi.Distingue.† Aut quæris de lege diuina: & tũc habet locum quòd dicitur Exodi. 22. & hic vbi distinguitur inter furem nocturnum, & latronem diurnum vt primus possit occidi, secundus non. Aut de lege seculari vel
2 ciuili, & tunc. † Aut de rigore legis duodecim tabularum,& tunc habet locum quod dicitur hic.ver.& in antiquis &c.& ff. ad.l.Aquil.l.itaq;.§.1.scilicet,quòd fur nocturnus potest occidi cum clamore indistinctè siue defendat siue non : quia præsumitur,quòd ad occidendum venerit secundum Hostiẽ.sed
3 latro diurnus tunc demum si telo se defendat, † Aut queris de æquitate scripta secundum responsa prudẽtum, quæ lege duodecim tabularum interpretantur & corriguntur, & tunc potest fur nocturnus occidi,si non possit capi sine læsione siue periculo,aliàs non potest sicut nec latro diurnus. ff. ad l. Cornel.de sicar.l.furem.& ita de rigore loquitur lex duodecim,tabularum,vt in l.allegat.itaque,responsa autem prudentum de æquitate , vt in d.l. furem.Et ita de æquitate quæ præualet.C. de iud.l.placuit,nulla est inter furẽ diurnum,& nocturnũ differentia secundum Ioan.de sauen.& glo.& Archidiac. 23. quæstio.5.cum homo ab homine.& in hoc fat is concordat.Bern. infrà,eodem.suscepimus.super verbo detinere.& Iaco.Petru. de sampsona & Cyn.C.ad legem Corne.de sicar.l.si vt allegas. vbi dicunt , quod distinctio nocturni & diurni respicit magis frequentiam,quam iuris ministerium.frequentius enim contingit,quod de die quis cognoscitur , quam de nocte : sed vbi cognitus est de nocte:eadem est ratio.Item,vbi incognitus est de die eadem est ratio:nam totum hoc statuitur vt occurratur periculo rerum,& si occurri potest per cognitionem non est habenda distinctio temporis cum vbi est eadem ratio, ibi idẽ ius. Vnde si diurnum video recedere,ita q; non posset eõsuli contra eum,licitum est mihi eum interficere , pro quo facit,quod not.ff.de ver.oblig.l.si seruum.§.1.secundum eos ver
4 fus.† Tempore nocturno fur aufert,latro diurno . Quandoque tamen vnum pro alio ponitur,vt patet infrà.eod.suscepimus.Hæc lex Exodi facit,pro statutis , quæ duplicant pœnas, maleficiorum de nocte commissorum, quod si fiant de sero attribuantur nocti. facit hæc litera , quæ post solis occasum vocat furem nocturnum,ad hoc de treug.& pace.c. 1. in princip. Item tenebrositas attribuitur nocti,& lux diei, patet vtrunq; off,dele.consuluit.ad finem.C.de custo.reorũ.l.1.in ad.partem contrariam inducuntur omnia iura,quæ volunt in pœnalibus fieri benignam interpretationem infra,de regu. iur,in pœnis. lib.6.& cap.cum sunt.& in capit.in obscuris.solutio. Guidoni de suza in suis quæstionibus statutorum placet secunda pars, aliquibus placet prima.Ioann.Andr.hic putat primo, considerandum si in loco signum campanæ , vel aliud designans hanc diuisionem:alias putat venire in arbitratu, an tenebrositas faciat,attribui nocti,an potius claritas diei,in dubio partem mitiorem elegit,per iura alleg.

1 *Partum formatum occidens homicida est.*
2 *Partus , informis conceptionem impediens , qua pœna puniatur. 4.*
3 *Abortum veneno procurans capite plectendus.*
5 *Partus qui dubitatur an formatus sit,conceptionem impediens quomodo puniatur.*

SI aliquis. ¶ Si quæris vtrum partum interficiens,vel conceptionem ipsius impediens reputari debeat homicida. Distingue, aut puerperium iam formatum erat, & anima infusa:
1 aut est dubium.† In primo casu,verus reputatur homicida,vn de nec talis de cætero promoueri potest tanquam irregularis. 2.quæstio.5.consuluisti.32.quæstio.2. quod verò non formatum à contrario & capitu. sequenti , Moyses, vbi notatur de
2 creatione animæ infrà.eodem,sicut ex literarum.† In secundo casu,scilicet vbi non erat formatum , nec anima infusa in corpore.56.distinct.nasci, non est irregularis,nec reputat homicida verus,quantum ad irregularitatem: vt in in d. capitul. quod verò. sed interpretatiuus , scilicet vt pro homicida habeatur, quantum ad pœnitentia.25.distinct.capitu.vnum.§.criminis sicut aliàs.ff.de liber.agnoscen.l. necare. 86. distinct. pasce.55. distinct.si quis abscideritt.& supra.titu. proxim. capitu. vnico. Ideo dicit lex , quod si puerperium informatum erat,tenetur percutiens.leg.Aquilia,tanquam de rupto,non tanquam de occiso.ff.ad.l.Aquil.l.quintus mutius.Sicut etiam dicitur de oliua immatura collecta, vt eod.titu.l.si seruus seruum.§.si oliuã. Ideò in hoc casu mulier, quæ sibi vim intulit,vt abortiret nõ afficitur vltimò supplicio, sed in exilium ponitur.ff. ad leg. Cornel.de sicar.leg.si mulier.Si autem formatum esset,vltimo supplicio afficeretur.ff.de pœnis.leg.si quis aliquid.§.quid abortionis,secundum Bernard.& Hostien.hic.& infra,eo.sicut. & Hostiens.in summa eodem. titu.§. 1.in fin. & in eadem distinctione concordant Goffred.& Ioann.Andr.hic.& Rayna. in summa eodem. titu. §.6. quid si aliquis. & frater Ioanne.in
3 summ. confes.hoc titu. quæstio. 19.quid si aliquis. † Et idem dicunt de illo qui dat mulieri & de muliere, quæ accipit venenum,vt faciat abortum : Et de illo vel illa, qui vel quæ dat vel accipit venenũ,vel simile ne fiat generatio vel conceptio : idẽ Albertus super.4.senten.distinct.31.& Thom. idem Goffr.in summa.eod.titu.§.quæritur de his.& Inno.infra.eod.ex litera
4 rum.† sic tam secundum legem,quam canones, vbi puerperiũ non est formatum non imponitur tanta pœna , sicut pro homicidio secundum Hostien.infra; eo. sicut irregularitas enim non cõtrahitur nisi actu homo interficiatur iam animatus, vt in capitu.allega.quod verò. & infra eo. sicut ex literarum. secundum Bernar.hic:idem Vincen.Laurẽ.& Alanus hic . Licet contrarium huius videatur notare Ioann.51.distinctio.si quis post acceptum.gloss.2.23.quæstio.vltim.capitu. vltim. glossa. 1.& de pœniten. distinct. 1.periculosæ.gloss.& irregulares.vbi notat quòd si quis interfuit bello,vel sumpsit arma vt occidat, & per eum non stat quo minus occidat,licet non occiderit nõ admittitur ad clerum , tanq; voluntarius homicida,cuius opinio reprobatur.infrà.eod,sicut ex literarum vt notat Archidi, 15.quæstio. 1. capitul. vltim. glo. argumen.optim. ad quæstionem &c.& 17.quæstio.1.capitu.qui bona. §. si ergo in magna glo.8.colum.versi.in pœnis autem spiritualibus. ibi similiter pœna irregularitatis &c. & in dicto capitulo , periculosæ. Et per hoc dicas , quod si volens hominem interficere inueniat eum mortuum , & nihilominus caput sibi amputet, non est irregularis,quod dic plene per Archid. in dicto capit. vlti. glo.argum.optim.vbi hoc tenet.idem tenet Gen.extra.eod.capitu. vnico. super versic.occidat. in clemen.& per eadem iura notat Archidiaco.17.quæstio.4.omnis.glo.adde tamen secun
5 dum Lauren:quòd ratihabitio non inducit irregularitatem.& Hostien.in summa eod.titu.§.qua pœna.versicu. quid ergo.de quo tangam infra.cap.proxi.† In tertio casu,scilicet quãdo dubitatur vtrum abortiuus fuit mortuus ex illa percussione,vel vtrum fuit animatus necne,tunc dicit glos. super Raynald. in dicto.§.6.quod si probabiliter dubitat,vel credit in hoc dubio à ministerio,vel à promotione se debet abstinere,ne periculosè committat quamdiu fuerit in hoc dubio . Si autem leuem vel temerariam habet opinionem,deponat eam si potest,& sic poterit ministrare & promoueri aliàs,non.idem frater . Ioann.in summa confess.hoc titu.quæstio.30.quid si dubitatur, cũ quibus concordat Ioan.And.in dicto.c.sicut ex literarum.per ca. ad audientiam.& ca.significastis.infrà eodem.

1 *Occidens iustum tria peccata committit.*
2 *Occidere Christianum est maius peccatum,quam paganum;4.*
3 *Occidere paganum est maius damnum,quam Christianum.*
5 *Matri occidenti infantem paganum,maior iniungitur pœnitentia,quam si Christianum opprimeret.*
6 *Consensus quadruplex.*
7 *Agentes & consentientes an pari pœna puniantur.9.11.*

§ Peccantibus

8 *Peccantibus qui consentiunt rei censentur.*
10 *Malefactorem comitans eadem pœna plectitur.*
12 *Raptores tenentur rapta restituere.*
13 *Raptores plures,an teneãtur quilibet insolidum, vel pro parte.*
14 *Rapinæ cooperatores ad quid teneantur. 17. 19.*
15 *Mandatores,& receptores raptorum,ad quid teneantur.*
16 *Rapinæ cooperatio quot modis fiat.*
18 *Rapinæ cooperator strenuior in plus tenetur.*
20 *Rapinæ participantes ad quid teneantur.22.24.27.29.*
21 *Negotium alterius gerens expensas recipit.*
23 *Raptoris vxor, quomodo se gerat erga viri rapinam.*
25 *Emptor malefidei rei raptæ debet rem restituere, sine recuperatione precij,nec expensarum.*
26 *Emptor bonæ fidei rei raptæ rem restituit,sed precium et expensas repetit.*
28 *Præda in iusto bello,est capientis .*
30 *Emptor prædæ bellicæ an illum restituere teneatur.32.*
31 *Ignorantia affectata punitur.*
33 *Ex raptoribus pluribus vno soluente alij liberantur quo ad dãnum,& interesse.*
34 *Ex pluribus raptoribus vno soluente alij non liberantur à quadrupli pœna,imo omnes insolidum tenentur.*
35 *Ex pluribus raptoribus vno liberato à spoliato, an alij liberati censeantur.*
36 *Ex pluribus raptoribus vno restituente ablata, an alij liberati sint.*
37 *Spoliatus recuperans ablata an cedat actiones satisfacienti contra alios raptores.*
38 *Homicidiorum species.39.*
40 *Detractor est homicida .*
41 *Homicida qua pœna puniatur.42.44.*
45 *Homicidium quot modis committatur.43.*
46 *Homicidam quis dispenset.47.*
48 *Irregularis est de iure positiuo.*
49 *Præsentia in duellis capitalibus,an irregularem faciat.*

SIcut dignum. §.illi autem . ¶ Hic est argum.quòd maius peccatũ est occidere iustum seu sanctum , quã iniustum seu
1 paganum,† quia occidens iustum & sanctum,committit tria peccata,scilicet homicidij,& sacrilegij. argu. huius literę,quando dicit sanctum,& irreuerentiæ. argu.hic quando dicit reuerendum. Quod quidem peccatum irreuerentiæ grue est:vt ff.de re milit.l.milites.§.irreuerens pro hoc 23. quæstio.5.si non licet.melius.50.distinct.c.de his clericis.1.ibi, saltem paganum occiderit.vbi diminutio coniunctionis hoc in nuit,prout ibi notat Hugo.Et hoc expresse tenet beatus Th. articul.6.argum.2.quadruplici ratione : Primò,quia agit contra eum & nocet ei quam plus debet diligere,& ita magis agit contra charitatem.Secundo,quia iniuriam infert ei,qui est magis dignus:& ita magis contra iustitiam agit. Tertiò, quia priuat communitatem maiori bono. Quartò, quia Deum contemnit:secundum illud Lucæ.10. Qui vos spernit me spernit. 21.dist.in nouo.& 8.quæstio.1.qui vos spernit idem tenet Io. in summa confes.eod.ti.q.18.vtrum grauius &c.& hanc opinionem Thom.ponit Archidia.24.q.ca.si habes.glo. adde idẽ Ioan.de sauen.Sed in contrarium facit illud.cap.si habes.ad finem.vbi habes quòd maius damnum est,si vna anima per peccatum infœlicitatis pereat,quam si innumerabilium martyrũ corpora interficiantur.vbi de hoc per Ioan.in gl.5.circa quod
2 distingue.† Aut quæris quod est maius peccatum , & dic quod occidere sanctum vel Christianum, quem magis teneor dili-
3 gere,quam peccatorem vel paganum:vt est dictum.† Aut quæris quod est maius damnum,& dic quod ocidere peccatorem, vel paganum,quam sanctum vel christianum: de morte enim pagani vel peccatoris maius damnum cõtingit,cum moriatur nedum in corpore,sed etiam in anima : & maius damnum est in morte vnius animæ quam mille corporum, vt in d.ca.si habes.& 22.quæstio.5.ille.Et ideo ad cautelam maior pœnitentia imponitur pro pagano , quam pro christiano , quandoque scilicet cum puer occiditur de cuius baptismo,& conuersione
4 magis speratur quam de conuersione adulti, † Si ergo vterque est adultus qui occiditur magis peccatur in christiano , quam in pagano:& maior pœnitentia est iniungenda pro christiano quam pro pagano,vt in prædicto.cap.de his. Si vterq; est puer similiter plus peccatur in occisione christiani,sed propter magius damnum maior imponitur pœnitentia pro pagano , quam pro christiano . primi Regum.2.ca.& in psal.173. & recitatur. 49.distinct.cap.2.§.hinc & enim.vbi dicitur pedes sanctorum
5 suorum seruabit,& impij in tenebris cõticescẽt. † Si infantem tunc dic quod maior pœnitentia iniungenda est matri quę opprimit filium paganum,quam si opprimat christianum . Sed nonne eadem ratio est de pagano adulto,nõ, quia in ipsa morte potuit conteri , & quia magis speratur de conuersione paruuli quam adulti:quia iam tanto tempore noluit conuerti,secundum Hugo.& Archidi. qui ita notant à ver. circa quod citra.de conse.distin.4.rebaptisare.vbi etiam de hoc per Ioann.

Super eo.c. §.illi etiam. ¶ Hic habes, quòd agentes & consentientes pari pœna puniuntur. de quo per Bern.& Hostien.supra de offi. deleg.capitu. 1.
6 circa quod distingue.vt ibi per eos addendo aliqua † quia quadruplex est consensus scilicet negligentiæ,consilij, cooperatio
7 nis,& authoritatis.† Aut ergo quæris de primo scilicet consensu negligentiæ,& eo casu minus peccat consentiens,quam faciens,nisi fortè negligentia nimis crassa fuerit:vt in prælato vt 1.quæst.1.quicquid inuisibi.& 83.distin.consentire.& c.nihil & in iudice infrà de senten.excomm.quantæ.secundum.Bern. & Host.ibi:ibidem Archi.83.distinc.error.super verbo fouere. Aut de secundo scilicet de consensu consilij,& eo casu minus punitur conscientiens,quam faciens, plus tamen quam negligens.86.distinct.tanta. secundum Bernald.& Hostiens. ibi. quod cap.facit cõtra,nisi dicas quod propter senectutem , vel alias cum faciente fuerit dispensatum secundum Ioann.Andr. ibi.Et hoc verum:vbi faciens aliàs erat facturus, aliàs par pœna est,sic intellige.ff. de furt.l. qui seruo. & hic infra de pœnis fœlicis.in princ.lib.6.& in clem.eodem.tit.si quis suadente.in princ.Et idem in mandato.ff.mãdati.l.2.infrà de sent.excom. mulieres.secundum Hostien.& Ioan.Andr.& ita intellige qd
8 fait apostolus ad Roma. 1. † Digni sunt morte non solum qui peccata faciunt,sed etiã qui facientibus consentiunt. In tertio casu scilicet cooperationis.dicunt Berna.& Hostien. ibi. quòd æqualiter peccant facientes & consentientes vt ibi.ad idem.ff. ad l.Cornel.de sicar.l. 3.§.item qui actor.ad.l.Pompe.de parrici.l.vtrum.ad l.Iul.pecu.l.sacrilegij.§.is autem.& C.ad Iul.ma. l.quisquis.Sed contra hoc membrum facit expresse. C.de nili agge.non rumpen.l.vnica.vbi ille qui præstat opem delicto nõ punitur eadem pœna cum illo qui facit:sed minori.& ff.de furtis.l.is qui opem . in hoc articulo refert Albertus de Gandino in li.6.sub rubrica.de homicidijs.quod in quæstione facti Bononiæ not.Dy.& quidam alij doctores consulendo distinxerunt . † Aut ille qui opem tulit præstando ministerium suum
9 dedit causam mortis,& tunc tenetur ipse vt homicida , & eadem pœna:vt.ff.ad l.Cornel.de sica.l.nihil interest. Aut præstando opem non dedit causam mortis , & tunc punitur minori pœna : vt in le.allega.is qui opem.& secundum istam distinctionem intelligunt prædicta iura.sed contra istud vltimũ membrum facit dicta lex sacrilegij.§.is autem.secundum vnã
10 literam.& lex allega.is cuius ope.in princip.† Item qui comitatur malefactorem eadem pœna punitur:vt.C.de raptu virgi.l. vnica.§.pœnas.& tamen iste non præstat causam:nisi dicamus quod ille qui est cum malefactore,vt violentibus,cum impedire obstaret,dicatur causam delicto præstare per ea,quæ lege & not.ff.vi bono rapto.l.2.§.ex hac:& hoc quãdo malefactor non erat alias delictum perpetraturus , alias minus puniretur: vt hic: & ita potes intelligere dictam legem. C. de nili agge.
11 non rumpendis.† In quarto casu,id est authoritatis seu defensionis magis peccat consentiens defendendo,& authoritatem præstando,quam faciens,& magis puniendus est.24. quæstio. tertio,qui aliorum.& 11.quæstio.3.quæ consentit. secundum Berna.ibi. Quod verum secũdum Hostien.ibi in grauioribus, puta hæresi,& similibus:si in ciuilibus siue minoribus criminibus habet locum par pœna , vt ibi in textu, qui esset aliàs contra,cum illi sint principales fautores , & tamen pari pœna puniuntur.ad hoc.ff.de recepta.l.1.& 2.C.de his qui latro.occul.l.1.& ff.de incen.rui.nau.l.q; naufragium. §. non tantum. Et no.q; Gof.qui posuit hanc materiam.ff.de simo.non satis. omisso eo, quod hic dicitur de consilio ponebant pro quarto casu consensum ratihabitionis.scilicet, quod suo nomine gestũ est,allegans supra,de restitu.spoliat.cum ad sedem in fine. facit infra , de senten.excomu. cum quis. in fin.libro. 6. secundum Ioan. Andr. in c.1. de offi.deleg.

Super eo.c. §. eos insuper . ¶ Ad euidentiã glossa. Innoc.hic in glo.solummodo.Si quæris vtrum & quantum restituere teneãtur raptores,& occupãtes

qui sequuntur raptores ad prædam faciendam: vel qui inducũt
ipsos tyrannos ad rapiendum, & hoc consilio, adulatione, vel
detractione, vel simili causa: & generaliter qui sunt ad restitu-
tionem obligati. Distingue. Aut queris de ipsis raptoribus, aut
de illis qui non rapuerunt sed occupauerunt, seu rapinæ consi
lium vel auxilium dederunt. Aut de illis qui neutrum fecerũt;
sed de rebus raptis vel occupatis aliquid post ea receperunt
12 † Si de raptoribus, dic quod illi tenentur ad omnia rapta, &
occupata per eos, & etiam per alios, etiam si de rapina nihil ha
berent. ff. de institu. vi bon. rapto. per totum. ff. de vi & vi arg,
l. 1. in principi. de §. illud. & §. quod autem ait. & per totum. C.
vnde vi, le. si quando. & per totum. 3, quæstio. 1. ca. Deus. §. pa
tet. & per totum. & supra, quod metus causa, capitu. vltim. vbi
de hoc. & hoc notat Inno. hic in versicul. sed si consiliarius: ibi
nec etiam illum qui rapinam fecit etiam si de rapina nihil ha-
13 beret. † Quod intellige siue sit vnus solus principalis raptor, si-
ue sint plures raptores quasi pares, quorum nullus inducit aliũ
ad rapiendum, nec erat aliquis dominus alterius, sed quilibet
per se: quia si tales vadunt in simul, quasi sit vnus exercitus,
quilibet tenetur insolidum. Et est ratio: quia in tali casu qui-
libet iuuat alios & facit eos fortiores, & omnes sunt coopera-
tores. argumen. ff. ad legem Aquil. l. item mela. §. sed si plures.
& l. ita vulneratus. in fin. quod metus causa. l. si cum. §. final. de
furtis. l. vulgaris. §. penulti. arborum furtim cesa. le. si plures. &
C. de condictio. furti. l. 1. & supra eodem. §. 1. Alias si non iue-
rũt simul, sed quilibet per se separatim faciebat damnum, qui-
libet tenetur pro eo quod fecit, ita distinguit. Raynald. titu. de
raptoribus, rubricella de bellis. §. 21. sed quid si principalis. Et
concordat Hostiens. in summa de peniten. & remis. §. quibus,
& qualiter. versicul. quid si nequter, & frater Ioann. in dicta ru-
bricella, de bellis. quæstio. 66. vbi dicit quod illud quod dictum
est, quod vbi vadunt insimul quilibet tenetur insolidum quan
do vnus sine alio non auderet, vel non posset damnum facere
alijs, quilibet tenetur pro parte damni, quod intulit: & idem
14 glos. super Raynaldus. in d. §. 21. † Si quæris de illis, qui non ra-
puerunt: sed occupauerunt tunc. Aut nõ fuerunt culpabiles in
aliquo in occupationibus quas alij fecerunt, licet fortè simul
concurrerant in occupationibus faciẽdis, & tũc solum modo
occupata à se restituere tenentur secundum Innocentium hic
in principio. Et potes ponere exemplum de illis qui post vio-
lentiam vel rapinam illatam in loco venerunt ad locum depo-
pulatum hominibus, vel quia sunt interfecti, vel quia fugierũt
& bona ibi existentia occuparũt, vel de illis gartionibus seu
mulieribus, q vel quæ inermes simul cũ raptoribꝰ venerũt, &
tempore violentiæ aliqua occupauerunt. Aut fuerunt culpabi
les in occupationibus, quas alij fecerunt: vt quia sequentes vel
associantes raptores præstiterunt auxilium, consilium, adula-
tionem, vel aliam similem causam: & tunc, Aut sequentes siue
associantes raptores sciunt, vel credunt eos propter eorum se-
quelam siue corporale auxilium, consilium, vel adulationem,
vel aliam similem causam ad se adhibitam rapinam fecisse,
quam aliàs non essent facturi: & tunc tenetur quilibet talis in-
solidum, id est de toto damno. argument. 83. distinctio error,
& capitul. facientis. 2. quæstio. 1. notum. 17. quæstio. 4. omnes
infra de senten. excomm. quantæ. Aut sciunt vel probabiliter
credunt quod propter suam sequelam auxilium, consilium,
adulationem, vel detractionem non plus fecerunt ipsi rapto-
res, quam alias essent facturi, & tales tenentur de his, quæ inde
habuerunt, vel expenderunt, & etiam de omni damno, quod
ipsi vel aliqui de familia sua fecerunt directè vel occasionali-
ter. argumen. ad hæc duo membra immediatè præcedentia, su
pra de ætate. & qualit. tuam de re iudic. cum id est, & §. infra de
senten. excommu. inter alia. 11. quæstio. 3. quoniam multos. &
hic secundum Raynald. in d. rubricella de bellis. §. 20. qui se-
quuntur. vbi ponit hæc duo membra. idem Hostiens. in sum-
ma, titu. de pẽni. & remis. §. quibus & qualiter. ver. sed nunqd
hi. vbi de hoc plene per eum & beatus Thom. in summa. 62.
articulo, 7. & frater Ioann. in dicta rubricella. de bellis. quæsti.
64. quæro ergo &c. Aut sciunt, vel credunt, quod raptores vel
tyranni sine sequela consilio, auxilio, adulatione, vel detractio
20 ne seu causa simili, damnum fecissent, sed non tantum: & tunc
tenentur ad id quod probabiliter sciunt vel credunt eos plus,
fecisse vel rapuisse, secundum Hostiens. ibi: & hic, & fratrem
15 Ioan. in d. quæstio. quæro ergo. † Et idem quod dictum est de
culpabilibus, qui tenentur insolidum, multo fortius intelligas
de his qui defendunt ipsos in errore suo, & recipiunt eos in ca
stris suis. Item & de illis quorum nomine fit rapina si ipsi prii-
mo mandauerint, vel nomine suo factum, ratum habuerint,

11. quæstio. 3. qui consentit. & duobus capitu. sequentibus su
pra, de restitu. spolia. cum ad sedem. in fin. secundum Raynald,
& glos. super Raynald. & Thom. & fratrem Ioanne. vbi supra,
Item omnis ille, qui dat causam totius damni id est, sine quo
non fieret illud damnum, tenetur insolidum, alias non, vt præ
missum est. † Et quia multis modis quis cooperatur rapi-
næ vel furto, & directè, & indirectè ponit de hoc versus.
frater Ioanne. in d. quæstio. quæro, & frater Asten. lib. 1. tit. 33.
de furtis. articu. 5. Iussio, cõsilium, consensus, palpo, recursus,
17 Participans, mutus, non obstans, non manifestans. † Iussio hic
principaliter ad restitutionem totius tenetur, quando proba-
biliter credit ex sua iussione secutam rei ablationem, vel no-
mine suo factam ratum habuerit. secundum Raynald. & glos,
& Thom. & fratrem Ioann. Consilium, intellige quando ex
hoc sequitur ablatio vel damnum probabiliter secutum credi
tur: tunc tenetur insolidum: alias non tenetur. secundum Ala-
num, Thc, & gl. super Raynald. idem Inno. in princ. versic. si au
tem in his &c. Consensus, & intellige de consensu cooperatio
nis, talis si tantum cooperatur quod sine eo damnum illud nõ
posset fieri, tenetur insolidum: sin autem sine eo fieret, resti-
tuat quantum nocuit siue per se siue per familiam suam vel p
suos: aut quantum de rebus illis habuit vel expendit, hoc di-
cunt Raynald. & Thom. & Innocen. & Hostiẽ. Collige etiam
ex hoc, quod si plures damnum faciunt, & tamen vnus sine
18 alio vel plures sine isto fecissent, quod tenetur soluere pro ra-
ta, id est pro portione sua, hoc est quantum contingit eum de
damno vniuerso si non poteſt distingui damnum, quod ipse
intulit ab eo quod alij intulerunt. † In hoc tamen æstimatio ha
benda est, vt qui maiorem timorem incussit in plus teneatur:
& in hoc concordant Raynald. & glo. super Raynald. d. titu. §.
21. & Inno. hic in ver. sed quid si multi. & versicu. alij tamen
in hoc casu. & Hostie. post eum. & frater Ioann. in d. quæstio.
quæro ergo. Sin autẽ vadit cum raptoribus vel furibus, & nõ
cooperatur eis ad aliquod damnum faciendum, nõ videtur te
neri in aliquo si nihil recepit de illis rebus ablatis. Caueat ta-
men conscientiæ suæ in hoc: quia si paratus erat defendere, si
forsan illi spoliandi res suas ab illis prædonibus defendere vo-
luissent, & propter suam præsentiam & sociorum eius non au
debant resistere spoliantibus, vel domos suas incendentibus,
nõ potest liber esse à restitutione. Imo etiam, si aliqui non ani
mo lædendi vel etiam defendendi lædentes vadunt cum alijs,
sed animo pacificandi tantum non excusantur, nisi significent
hoc aduersarijs: quia alias si aduersarij probabiliter dimittunt
timore eorum, quod suas res non defendant, culpabiles sunt
ac si iuuarent. secundum Innocen. in versicu. si autem iuit, &
19 se. Hostien. & fratrem Ioann. in dicta quæstio. quæro ergo. †
Palpo, id est adulator laudans, scilicet raptorem, quasi strenu-
num, hic si ex hoc secutum est damnum tenetur insolidum.
alias non secundum Alanum & Thom. & glos. super Raynal.
vbi supra idem per oppositum intelligas de detractore, vel vi
tuperatore. Recursus vel receptans, id est quando quis est rece
ptor latronum vel prædonum, & tuetur eos ne cogantur re-
stituere, vel dolo malo celat rem raptam vel furtam, ita quod
ex hoc impeditur restitutio, talis tenetur insolidum secundũ
Thom. & glos. super Raynald. & fratrem Ioan. Participans. sci
licet in crimine latrocinij, furti, vel rapinæ, sociando se talibus
ad spoliandum, hic non tenetur nisi quãtum ad eum peruenit
vel quantum nocet casualiter vel occasionaliter, si sine tali asso
ciatione fuisset rapina facta, vel furtum, alias si non fuisset te-
netur insolidum: vt est dictum: vel participans in re accepta:
hic illud solum tenetur restituere, & hoc si scienter emit vel
recepit, secus si ignoranter, vt statim sequitur. Mutus, id est qui
videt furtum fieri, & dolosè tacet, cum sine periculo suo solo,
verbo posset impedire, & non facit, similiter non tenetur resti
tuere nisi ex officio ad hoc teneatur vt reclamet. Non obstãs,
id est qui facto posset resistere sine suo periculo, & non facit,
non tenetur, nisi ex officio suo teneatur obstare & non faciat.
& ex dissimulatione sua latrones inualescant, sicut sunt princi
pes qui ex officio tenentur iustitiam conseruare. hęc Th. gl. &
20 frater Io. & frater Asten. vbi. s. † Si quæris de illis qui nec ra-
puerunt nec occupauerunt per se, vel aliàs nec iuuerũt nec in
aliquo consenserunt, sed de bonis raptis, vel occupatis aliquid
postea acceperunt, seu ad eos peruenerunt: tũc Aut ea recepe
runt ignoranter & consumpserunt anteq̃ intelligerẽt rei veri-
tatem, & tunc non tenentur restituere. C. de rei ven. l. certũ. ff.
de vsuris. l. qui sit. §. fin, & duabus. l. sequẽ. secundum Hostiens.
in d. §. quibus. versi. quid de his. & fratrem Ioan. in d. quæstio.
quæro ergo. Aut receperunt scienter, vel etiam ignorãter, sed
antequam

antequam consumpsissent intellexerunt veritatem: tunc, aut
ea receperunt dono, seu alio titulo lucratiuo: aut emptione se
alio titulo oneroso. Si dono vel alio titulo lucratiuo. tunc Aut 25
tales non agunt causam spoliatorum mouendo, & inducendo
pro posse ipsum raptorem ad restitutionem faciendam, & tũc
tenentur præcise ad restitutionem secundum Raynaldum. in
dic. §. 21. & Hostiens. in dicto versicul. quid de his. & fratrem
Ioan. in dicta rubricella. de bellis quæstio. 67. argumen. ff. si cer
tum peta. l. si & me & Titium. de condi. indebi. l. nam natura.
Aut agunt causam spoliatorum mouendo, & inducendo pro
posse ipsum raptorem ad restitutionem faciendam, vt puta
vxor & cæteri familiares, qui inde comedunt, bibunt, & in-
duunt, vel alios vsus necessarios expendunt, & qui ipsum mo-
21 uent, vt est dictum: & tunc non tenẽtur. † Nam qui negocium
alterius gerit, vtiliter licitè recipit expensas: & hoc siue secu
ta fuerit vtilitas siue non. argumen. 11. quæsti. 3. quoniam mul
tos infrà de senten. excommu. inter alia. & c. cum voluntate su
pra de accusationibus. ex parte. ff. de nego. gestis. l. Pomponius
22 2. & l. sed an vltro. † Vnde & fratres prædicatorum, qui vadunt
ad raptores, vt eos inducant ad pœnitentiam, & restitutionẽ
faciendam, siue hoc faciant in generali prædicatione, siue in
speciali excusantur, si comedant apud illos: & hoc verum si
spes probabilis fit de correctioue illius, & si propter eorum
expensas non subtrahatur ei facultas restituẽdi vel in toto, vel
in magna parte, argum. 2. quæstio. 6. anteriorum. §. illud, hæc
Raynald. & frater Ioann. Et hoc verum secundum glos. su-
per Raynald. & frater Ioannẽ de his quæ comedunt eo tempo
re quo circa talium correctionem laborant, non autem credũt
quod vxor & familia possint viuere totum annum de rebus ra
ptis, pro vna monitione vel duabus: sed quãdiu instant conti
nuè horis oportunis pro restitutione facienda tamdiu licet
vti rapina: sed si nulla sit spes correctionis, tunc secundum
Raynaldum & Hostie. vbi supra, & fratrem Ioannem. 3. quæ-
stio. 68. quod ergo &c. vxor & familia, si sit aliqua, de iusto vi
uant de illis. si non quærant victum ab amicis vel consangui-
neis vel aliis personis honestis, vel quærãt victum proprijs ma
nibus seu hostiatim. & nullo modo comedant de rapina. Si ve-
rò vxor nihil inuenit, nec ab amicis nec aliũde, vel maritus ita
crudelis est, quod non permittit eam comedere nisi de rebus
23 raptis? tunc secundum eos habet triplex remedium. Primò,
quod viuat de dote vel sponsalicio. Secundum, quod denun-
ciet talibus, qui maritum compescant vel etiam Episcopo.
2. quæstione. 1. si peccauerit. 22. quæstione. 5. hoc videtur. Ter
tium est, quod vbi aliud facere non potest ex quo ita arctata
est, poterit inde comedere, nec tenetur: quia tempore necesi
tatis tantæ etiam à furto excusaretur in totum, licet si pericu
lum mortis non imminеat aliquod peccatum committeretur,
& ideo pœnitentia adiungeretur. sic intellige infrà de furtis. si
quis propter necessitas enim legem non habet. de consecra. di
stinctio. prima sicut. 2. quæstione. 5. discipulos. Semper tamen
tutius est quod talis rem restituat, si potest: & ad cautelam bo-
num est pœnitentiam agere. argumen. supra de homicidio. c.
2. 5. distinctio. ad eius verò, proponat etiam in animo, quòd
quam cito poterit illud reddet. glos. tamen super Raynaldum
dicit, quod quamuis vxor de rapta in specie, de boue, vel oue
rapta, vel fœtu eius etiam nato vel concepto apud raptorem
nisi casu vltimæ necessitatis comedere nullo modo debeat, ta
men de re empta, & de re rapta poterit comedere, etiam sine
casu vltimæ necessitatis, tamen cum proposito restituendi.
Sed frater Vorilon in summa, sua dicit, quod, non tenetur re-
stituere nisi ipse raptor sit non soluendo. pro quo facit. ff. de
furtis. l. qui vas. §. vltimo. vbi dicitur quod res empta de pecu-
nia furtiua non est furtiua, cum vendens voluntariè rem tra-
dendo dominium ipsius transtulerit. institutio. de rerum diui.
§. per traditionem. Item licet glos. super Raynald. dicat quod
non licet vxori vti rebus permixtis cum rapina taliter, quod
non possunt discerni ab eà. Frater vorilon tamẽ contra dicõs,
quod non solum vxor licitè potest vti huiusmodi rebus per
mixtis, sed etiam quicunque alij quibus vir de suo daret, nisi
per hoc fieret non soluendo, pro hoc facit. ff. de solutionibus.
le. si alienii. primum tamen tutius est animæ. argumentum. ff.
de rei vendica. l. si frumentum. in principi. & institu. de rerum
24 diui. §. quod si frumentum. † Sequitur de illis qui ea receperunt
titulo emptionis, vel alio oneroso, & tunc refert secundum
Raynaldum, in §. 22. & Hostien. in dicto. §. quibus. versi. quid
de his &c. Aut sciebant rapinam esse, aut probabiliter crede
bant, aut sciebant vel credebant de iusto esse, vel de hoc nihil

cogitabant, scilicet vtrum esset rapina vel non, & quod dico
de rapina idem intellige de furto in primis duobus casibus, re
fert. † Aut emit quis mala fide, id est vt sibi acquireret, & tunc
tenetur indistinctè ad restitutionem, nec liberatur alienando
rem in alterum, vel etiam si rei pareat morte, vel alio casu si-
mili, vel si sibi violenter auferatur, vel furtiuè subtrahatur, vel
quomodcunque amittatur, quo minus teneatur restituere pre
cium, sed quod plus valuit à tempore quo emit, vel plus ven-
didit quã emerit, & quicquid ex re habuit vel habere potuit,
nullas expensas deducendo, nec precium quod dedit repeten-
do, quia talis cõtrectando alienam rem furtum committit, &
semper in mora est. ff. de condict. furti. leg. si pro fure. §. condi
tio. & l. in re furtiua. §. 1. commodati. l. si vt certo. §. sed inter-
dum. C. de rei vendicatio. leg. certum. Et quod dictum est de
primo emptore intellige de secundo, & millesimo, si p tot ma
nus transiret res talis cum mala fide, vt dictum est de primo
emptore. ff. de minoribus. leg. sed vbi. de peritio. hæredita. leg.
sed & si, lege com. §. siue autem. Et quod dictum est quod fur
vel raptor non deducit expensas suas nec operas, intelligit fra
ter Ioann. ibi in foro iudiciali, in foro autem pœnitentiali nõ,
credo hunc rigorem esse seruandum, iniquum enim esset ali-
quem locupletari cum damno alterius postquam ei plene sa-
26 tisfactum esset de damno illato. † Aut quis emit bona fide, id
est voluntate restituendi quasi gerens vtiliter negocium illius
cui fuerat res ablata, quam ipse videbat perire, vel in talem ca-
sum deuenire, quod nunquam posset postea recuperari, vel si
posset non sine magna difficultate, & dicunt tunc Raynaldus
in dicto. §. quibus. versicul. quid si quis. & frater Ioann. 3. quę-
stio. 73. quod de emptore &c. quod potest à spoliato petere il
lud quòd dedit pro ipsa re bona fide, & etiam quicquid expen-
dit postea ad cõseruationem, illius rei, etiam si res illa sine cul-
pa sua postea pereat, vel amittatur. nisi fortè cum illa re lucra-
tus esset aliquid vnde posset facere dictas expensas. Et breui-
ter quicquid sibi adest ex illa re vt pensio, merces, fructus, vel
simile, illa tenetur restituere. & quicquid sibi abest vt precium
& moderate expensę potest repetere vel cum eo quod ex ip-
sa re sibi aduenit vsque ad concurrentem quantitatem com-
pensare, & est ratio huius, quia vtiliter gesit negocium illius
spoliati, vt in simili casu supra dictum est. Nota etiam ibidem
quod licet in iudicio animæ credatur tali emptori de conscien
tia sua, in iudicio tũ contentioso non crederetur ei nisi publi
cè hoc protestaretur. argumen. ff. de nego. gestis. l. nesennius.
C. de furtis. leg. secunda supra vt ecclesi. bene. capitu. vnico. si
autem iste bonę fidei emptor postquam emerat ad restituen-
dum vt dictum est, fecit inquiri diligenter & non potuit in-
ueniri cuius esset res illa, Dicit Raynald. ibidem hoc consulo,
quod qcquid res illa valet vltra id quod isti emptori debetur,
cum authoritate ecclesiæ erogetur in pias causas pro anima
illius cuius res fuit: & cõsulo quod hoc publicè fiat vt euitetur
omnis suspicio, & sic erit liberatus, qa etiam in hoc gesit vti
liter negotium illius. ad hoc decima secunda questione secun
da. quicunque. circa finem. idem Hostien. Et quod dicit Ray-
naldus consulo, quod erogetur &c. credo quod non solum sit
consilium sed necessitas, & in hoc concordant Hostien. & fra
ter Ioannes, qui dicunt quod fieri debet, hoc tamen si pauper
esset vt dicunt, sibi relinqui posset à prælato sicut alij pauperi.
27 † In tertio casu, quando emptores sciunt venditorem ex iu-
sto bello habuisse prædam, certum est, quod licitè possunt
28 emere, nec tenentur ad restitutionem † cum eo casu præda sit
capienti, vt probatur primo distinctio. iusgentium. 23. quæ-
stio. 7. si de rebus. secundum Raynaldus Hostiens. & fratrem
29 Ioannem. † In quarto casu, scilicet quando nesciebant esse de
iusto bello, sed credebant, non tamen ita erat, refert. Aut pro
babiliter, nam & omnes vicini, vel maior pars, vel ad minus,
sapientes ita credebant, & tunc emptor non tenetur restituere
durãte bona fide, sed si postea sciat rẽ esse de rapina debet resti
tuere, & si per sententiã iudicis restituat poterit à venditore
etiã inuito precium repetere duodecim. quæstione 2. vultera
ne. Si verò sine iudicio, tunc nihilominus in foro pœniten-
tiali tenebitur sibi venditor ad interesse, sed in iudicio conten
tioso non potest cogi ad hoc. ad hoc. ff. de euictione. si rem
supra emptione, & venditione. capitulo, si venditori. secun-
dum eos. Aut improbabiliter, vt quia temere credebant vel
ignorabant ignorantia crassa & supina, vel propter fatuam sim
plicitatem, nihil super hoc cogitabant, & tunc tenentur ad re
stitutionem a. r. j. de clerico excõicato, deposito, vel interdicto
ministrãte. apostolicæ. & dicit crassa & supina ignorãtia, quan
do communiter alij vicini omnes vel maior pars etiã paucio-

res, sed sapientiores dicebant, & credebant, quod res esset de præda & bello iniusto. ff. de verborum significa. latæ culpæ, vel quando ecclesia publicè hoc prohibebat: & tales publicè excommunicabat. 12. q. 2. quæ ab humanis supra de ordi. ab Episcopo. capitu. 1. in fi, & c. 2. secundum eosdem Raynal. & Ho
30 stien. & fratrem Ioannem. † Et ad hoc vt scias plenius hanc diuersitatem discernere, distingue cum Augustino in raptore à quo isti emunt: quia aut ille qui bellum mouebat erat dominus: & tunc dic vt dicam infra de cleric. pugnan. in duello, aut erat subditus qui mouet bellum pro domino sibi mandante: & tunc, Aut scit iustum bellum, & tunc non tenetur restituere, Aut scit iniustum, & tunc tenetur restituere. quia plus debuit timere Deum quam hominem. Aut probabiliter dubitat, & tunc non tenetur sed excusatur propter bonum obedientiæ: licet dominus peccet contra Deum malè præcipiendo. 23. quæstione. 1. quid culpatur, secundum eos. Quod verum secundũ Host. in ver. quod si probabiliter si inquisiuit quantũ potuit, &
31 peritiores consuluit, & semper dubius remansit, † alias affectator ignorantiæ sicut non expers scientiæ punietur, supra de clandestin. despon. cum inhibitio. §. si quis verò. Nec excusatur propter metum amittendi feudum, vel incurrendi damnum aliud temporale. 32. quæstio. 5. ita ne, licet metus in parte culpam attenuet quo ad pœnitentiã iniungendam supra, q̃ met. cau. facis. Et cum ad bellum requiratur authoritas iuris & iudicis, potest dici, quòd si iudex erraverit ad pugnantis, con scientiam recurratur, quo casu potest habere locum distinctio dicta in foro pœnitentiali: secus in contentioso vbi error aperte detegeretur suo tempore secundum Hostien. idem frater. Ioan. in d. q. 73. & in his concordat frater Asten. libr. 1. tit. de septimo præcepto. articul. 6. & seq. vbi tractat de ista mate-
32 ria & de materia distinctionis sequentis. † Sed contra præmissa videtur, quod non liceat debitum repetere. Matthæi. 5. Et qui voluerunt tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. ad idem Lucæ. 6. Qui aufert quę tua sunt ne repetas: & qui aufert tibi testamentum & tunicam noli prohibere. Respondeo hoc non licet sub iudice infideli. 1. Corinth. 6. Audet aliquis vestrum habens negocium adversus alium iudicari apud iniquos. glossa. 1. infideles qui sunt qui fidelibus quocunque modo possunt: sub fideli autem iudice potest quis repetere. vel illud maximè pertinebat ad ecclesiam primitiuam: vel illud propter vitandum scandalum, quod dic vt not Asten. libr. 1. titul. de præceptis euangelicis. articul. 5. vbi etiam dicit quod quamuis liceat repetere sua in iudicio: non tamen expedit omnibus: primo propter honestatem. Pro uerb. 20. Honor est homini qui se separat à contentione. secundo propter pacis conservationem. Chrysostomus: Omne iudicium irritatio cordis est: tertio propter multorum peccatorum vitationem. 1. Corinth. 6. Et transsumptiuè legitur. 14. quæstio. 1. in summa. iam omnino delictum est in vobis quod iudicium habetis inter vos. Chrysostomus. Difficile est rem dimittere: sed difficilius est de iudicio sine peccato exire. quare propter aduocatorum malignitatem. psalm. Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua.

Super eo. c. & eo. §. ¶ Si quæris vtrum de pluribus raptoribus, vel alijs qui tenentur insolidum, vno satisfaciente vel liberato de toto dãno rapinę alij liberantur: & vtrum is qui suum recuperat debeat cedere actiones suas satisfacienti contra alios. Distingue. Aut quæris de primo, scilicet vtrum vno satisfaciente vel liberato, alij liberentur: & tũc, Aut quæris vtrum liberentur quantum ad spoliatum seu damnum passum, & respectu ipsius tantum: aut vtrum liberentur etiam quantum ad satis-
37 factionem, seu liberatum, & respectu ipsius. In primo casu refert, aut quæritur de liberato per satisfactionem per eum spoliato seu damnum passo, legitimè factam: aut per absolutionem seu remissionem per spoliatum liberaliter si
33 bi factam. in primo casu refert. † Aut quæris vtrum alij liberentur quo ad damnum vel interesse: & tũc si vnus satisfecerit insolidum siue sit principalis siue alius, cæteri omnes liberentur. argumen. ff. de eo per quem factum est. l. prima. §. si plures. ff. de regulis iuris. l. bona fides infra de regulis iuris. c. bona fides libro sexto. secundum Raynaldus, titu. de raptoribus, rubricella, de bellis. §. 21. idem Beatus Thomas in summa quæstio. 62. articulo. 7. & frater Ioannes in summa confess. titul. de raptoribus, rubricella, de bellis quæstio. 65. sed quid si &c, & Hostien. in summa titul. de pœni. & remis. §. quibus & qualiter. versic. sed quid si vnus &c. Et vt dicit gloss. super Raynald. interesse hic comprehendit & expensas & incommoda quæ incurrit quis occasione damni sibi illati. pro hoc facit quod legi. & nota. C. de senten. quæ pro eo quod interest profe. l. vnica.
34 † Aut quæris quo ad pœnam quadrupli, & tunc licet vnus satisfecerit de vno quadruplo, nihilominus adhuc potest insolidum quilibet conueniri, cum sit pœna. ff. de iurisdictione omnium iudicum. l. si quis id quod. §. vltim. & l. sequenti, ad legem Aquiliam. l. item mela. §. sed si plures. 12. quæstio. 2. cum deuotissimam. secundum eos. Vnde consulo quod de hac pœna quilibet humiliter misericordiam & remissionem petat: maximè cum illa detur pro iniuria: vt in capitul. illo, cum deuotissimã. secundum Hostiens. & fratrem Ioannem. Licet gloss. supra Raynaldus. & Thomas articulo. 3. dicant, quod consilium est bonum, non tamen necessarium, quia huiusmodi pœnæ non debentur, nisi tunc demum cum fuerint adiudicatæ. Et ad præmissa facit quod notat Hostiens. supra, quod metus causã. capitulo, secundo vbi dat doctrinam, quod vno soluente alij obligati liberentur, quando petit actor quod sibi abest, & eis adest, vel quando pœna pro priuato commodo est inducta: secus si petitur, quod eis non adest, vel cum pœna pro publico, commodo est inducta, vel est pura pœna, de quo vide ibi per
35 eum, & per Ioannem Andream in dicto capitul. bona fides. † Si quæris de liberato per absolutionem, remissionẽ, seu quittationem per spoliatum liberaliter sibi factam. tunc refert secundum Innocentium hic in versicu. imo plus videtur. & sequenti. Aut spoliatus dimittit seu remittit raptori liberaliter, & tunc credit consiliatorem liberatum, quia liberatus est ille qui primo & principaliter tenebatur, & qui res habuerat, aut remittit consiliario, seu consiliarius absolutus est per ipsum spoliatum, & tunc non credit liberatos alios ad quos res peruenerunt, nisi expresse intellexerit eos liberare, neque etiam illum qui rapinam fecerit etiam, si de rapina nihil habuerit, qa naturaliter & etiam de iure diuino conueniens est, quod subla to principali tollatur accessorium, sed non econuerso supra de constitutio. transl. to. C. de vsuris. l. eos infra de regulis iuris. capitu. accessorium. libro. sexto. Et quod dicit Innocentius de consiliario, idem intelligo de adulatore, detractore, seu quolibet alio à principali raptore ad quem res non peruenit, cum sit eadem ratio. argumen. ff. ad legem Aquiliam. l. illud. de fonte. l. vna. extra de officio vicarij. capitul. vnico. in clementinis. & in hoc concordat frater Ioannes in dicta rubricella. quæstione.
36 65. sed quid si principalis &c. † Si quæris vtrum vno liberato alij liberentur etiam quãtum ad satisfacientem seu liberatum, tũc refert inter illos qui sunt principales in facto, vel ad quos peruenit aliquid de rapina, & alios consiliarios ad quos nihil peruenit de rapina. Nam primi tenentur restituere saltem id, quod ad eos peruenit illi satisfacienti seu liberato, secundi verò ad quos nihil peruenit non. & hoc videtur notare Innocentius hic in versicul. imo plus dicimus &c. dicens quod etiam si liberaliter liberetur principalis raptor, non propter hoc liberatur, consiliarius quin debeat restituere, si quid ad eum peruenit de rapina, nisi alius pro eo satisfecisset. nam hoc casu in consilio animæ dicendum est consiliario, quod satisfaciat illi principali, qui pro eo satisfecit non offenso cui iam satisfactum est, secus autem fieret in iudicio. Et in hoc satis concordat Thomas in summa, articulo septimo dicens, quod principaliter tenetur restituere, qui est principalis in facto principaliter quidem præcipiens, secũdario autem exequens & consequenter alij per ordinẽ. Et si principalis soluit alij sunt liberati, scilicet qui fuerunt ab eo ad damnũ faciẽdum inducti, si alius restituit illi qui sunt principales in facto, & ad quos res peruenit tenentur illi restituere. cum Innocentio & Thoma concordat fraten Ioannes in dicta quæstione sexagesima quinta. ¶ † Sequitur de secundo principali, scilicet vtrum is qui suum recuperat, debeat cedere actiones suas satisfacienti contra alios qui damnum dederunt, & tunc dicit Ray. q̃ si c in iudicio aĩæ, q̃ uis in iudicio contentioso nõ teneat, nisi fortè, is qui satisfacit insolidum principalis esset, vt. sic nõ ab vno insolidũ, sed à pluribus ꝓ partibus exigat. In foro aũt cõtentioso non videt qua fronte is qui ꝓ propriam punitur contumaciam, possit petere cessionem. ff. de administra. tuto. l. si plures. 2. de tutela. & rõni. distra. l. 1. §. nunc tractemus. hæc Raynal. Sed quod dicit de cession e faciendain in iudicio animæ, non vt fructuosum multũ, cum nec ex tali cessione agi possit, nisi velis intelligere qd̃ de volũtate cõfitẽtis publicet, sed nec ex hoc in foro cõtẽtioso agi poterit obstãtibus legibus proximè alleg. Dicas ergo secundum Host. in dicto. §. quibus & qualiter. ver, sed nũquid is, quod siue cessio facta sit, siue non, alij qui nihil soluerunt ad reuelãdum illum qui insolidum satisfecit, pro suis partibus

sunt efficaciter inducendi: nam soluẽs vtiliter gessit negociũ, eorum: ergo tenentur habere ratum quod fecit, & eis satisfacere. argu. ff. de nego. gest. l. cum pecuniam. & l. soluendo. & l. Pomponius. in fin. & l. seq.

Super eo. c. in glo. ¶ Nota quod voluntas. Si quæris vtrum & in quibus voluntas reputatur pro facto, Distingue vt dixi supra, de eo qui mit. in pos. causã rei fer. c. 1.

Super. eo. c. in glo. non dimittitur.

¶ Si quæris vtrum dimittatur peccatum antequam restituatur ablatum. Distingue vt dicam infrà de vsuris. c. cum tu.

Super eo. c. in glo. vel alias inanis.

¶ Si quæris vtrum ille qui tenetur ad pecuniam seu aliquod pecuniarium, & non potest soluere debeat luere in corpore. Distingue vt dixi supra de dolo & contumacia. cap. finem litibus distinctione. 2.

Super eo. c. § eos. ¶ Glossa nota. quòd homici- 43
dium. Si quæris ad euidentiam huius materię, quot sunt species homicidij: & qua pœna puniatur, & quis cum homicida valeat dispensare. Distingue.
38 † Aut quæris de primo. scilicet quot sunt species, & dic quod duæ principales, nam aliud est spirituale: aliud corporale. Spirituale est quo quis spiritualiter, & quadam iuris fictione occiditur: quod fit quinque modis. scilicet odiendo, detrahendo, malè consulendo, nocendo, victum subtrahendo. De primo habes. 1. Iuoann. 3. capitulo. & 6. quæstione. 1. capitul. summa
39 iniquitas. omnis q detrahit fratri suo homicida est: & omnis homicida non habet partem in regno Christi. Item de primis quatuor habes de pœniten. Distinctio. 1. homicidiorum. omnis iniquitas noli putare. & capitul. homicidiũ. & de quinto habes. 86. distinctio. pasce. Et istos quinque modos ponit Raynaldus in summa. eod. titulo. §. 2. & 3. & quodlibet istorum est mortale, vt in iuribus alleg. & notat Archidiacon. qui
40 in præmissis concordat. 23. quæstione 5. cum homo. glo. † Sed Goffred. & Hostien. in summis suis. §. 2. ponunt. octo modos: quia subdiuidunt nocumentum in iniquitatẽ, oppressionem, & iniustitiam, quod in idem recidit. Corporale homicidium est, quo homo corporaliter occiditur: & hoc committitur dupliciter. s. lingua, vel facto. Lingua tribus modis scilicet præcepto, cõsilio, defensione, vt 50. Distinctio si quis viduam. de pœniten. Distinctio. 1. periculosæ. secundum Raynald. & Goffred. Et potest poni exemplum de defensione, vt cum aduocatus, defendit reum in causa criminali vbi accusator si non probauerit tenetur ad talionem. ff. de accusa. libellorum. 2. quęstio. 8. capitul. quisquis. capitu. qui crimen. & capit. libellorum. C. de accusa. l. penulti. & vltimo. & supra de accusa. super his. Item si quis vadat ad occidendum, & tu eum scienter associas, nõ tamen ad hoc eum inducis, sed ex animo retrahis, cum tamen nolit acquiescere tibi timens, tamen de eo nihilominus eum associas cum voluntatę defendendi eum: si qs insequeretur eum, & si per te associatus committit homici- 45
dium, homicida es argument. supra. eod. §. illi qui. nec poteris promoueri. Sic intellige quod defensione committitur homicidium infrà. titul. 2. capitu. Henricus. secundum Hostien. & Asten. libr. 6. titul. de modestia ordin. articulo. 8. quæstio. quid si quis vadat. Facto fit homicidium quatuor modis secundum Raynaldum & Goffre. scilicet iustitia, necessitate, casu, & voluntate. Iustitia, vt cum iudex vel minister reum iustè cõdemnatum occidit. 33. quæstione. 5. sunt quædam. capitul. rex debet. & capitu. cum homo. & per totum. de alijs modis statim
41 sequitur. † Aut quæris de secundo. scilicet qua pœna puniatur, & tunc refert ꝓm Ray. hoc tit. §. 4. & ꝓm Goff. in §. pœna. & Host. in §. qua pœna. & fratrem Ioannẽ in summa confes. hoc titulo. q. 21. quæ sit pœna. Aut quæris quæ est pœna homicidij spiritualis, & dic quod pœnitentia. pro hoc 2. quæstio. 3. §. hinc colligitur. Aut quæris quæ est pœna homicidij corporaliter: & tunc, Aut quæris de Papa, & dic quod ille non potest irregularitatem canonicam incurrere, argumen. eorum quæ leguntur & notantur supra. de concess. præben. proposuit, vt notat Hostien. infra, de sagittar c. vnico. Aut de alijs: & tunc refert. Vnde ponit Host. hic versus. L, ingua, cõsilio, ꝓcepto, per-
42 dis & actu, velle necesse casu duo bis distingue suprema. † Ad quorum euidentiam est notandum, quod homicidium duobus modis committitur: lingua, scilicet & consilio, vt potest videri in assessore & quouis exhortatore, præcepto vt in iudice & in vtroque istorum casuum homicida sit irregularis; vt hic. & supra. eodem. §. qui verò. & in capitul. allega. si quis viduam. & infrà de pœnis, quod in dubijs. & hoc est, quod dicit primus versus. Lingua, consilio, præcepto, hoc est, si tu committas lingua, id est consilio, vel præcepto perdis executionem ordinis iam suscepti, nec potes ad superiores promoueri supra de temporal. ordin. capitul. final. quod intelligo etiam si occasione mali consilij vel præcepti ipsemet cui consulitur vel præcipitur occidatur: vt dicam infrà eodem de cætero. Actu verò committitur tribus modis. scilicet voluntate necessitate: vel casu. & hoc est quod dicit finis primi versus, & principium secundi versus ibi. Et actu, velle, necesse, casu, id est actu cõmittitur, voluntate, vel necessitate, vel casu, & subaudi in vtroque perdis. sed cum distinctione: quia in necessario & casuali distinguitur: & hoc est, quod dicit finis secundi versus, duo bis, distingue suprema: duo suprema sunt necessitas, & casus, qui distinguũtur: sed supremum, scilicet casus bis distinguitur: vt infrà patebit. hi omnes modi tanguntur infrà de clericis pugnan. in duello. capitul. secundo secundum Hostien. † Si actu voluntario quis committit homicidium, in- 43
distinctè irregularis fit, & non solum non debet promoueri, sed in perpetuum debet deponi, siue facto committat homicidium siue præcepto, siue consilio: vt hic: & in capitul. allega. si quis viduam. & lingua sine adhortatione supra eodem. §. qui verò, infrà de pœnis, quod in dubijs. de peniten. Distinctio. 1. periculosę. etiam si paganũ interficiat vel sarracenum. 50. Distin. clericũ. & c. de his clericis. ꝓm Berna. & Host. hic & Host. in summa eod. tit. §. qua pœna. & Gof. in summa. eo. ti. §. pœna. Et est ratio triplex. Prima quia Deus noluit quod Dauid, quia sanguinem effuderat ædificaret domum: sed Salomon eius filius, vt habetur. 3. Regum. 7. Secunda, quia ordines referũtur ad eucharistiæ sacramentum, quod est sacramentum pacis factę nobis per effusionem sanguinis Christi: homicidium verò maximè contrariatur paci: & homicida magis conformatur occidentibus Christum quam ipsi Christo occiso, cui debent omnes ministri prædicti sacramenti conformari. Tertia, propter detestationem & horrorem effusionis sanguinis, propter quod etiam dominus Noe & filijs eius prohibuit, ne ederent carnes cum sanguine. Genes. 9. Et dic quod intelligitur aliquis consilium, vel mandatum, vel factum dedisse in morte alicuius, q̃ suasit illud vel rogauit vel mãdauit, vel alias consuluit ostendendo vtilitatem quæ ex homicidio sequeretur: vt hic: & notant Innocentius & Hostien. infra eodem. ad audientiam. & Specul. titul. de legato. §. iuxta. versicul. sed quæritur, quando occasione. vbi de ista materia plene per eos. idem Archidiaco. infra. de pœnis. capitul. fœlicis. super verbo consilium. libro sexto. † Item etiam ratihabitione committitur ho- 44
micidium, scilicet quando quis habet ratum homicidium nomine suo commissum. argumen. supra de simo. si cut tuis. ff. de vi & vi armata. l. 1. §. quotiens. 1. q. 4. quia præsulatus. vt notant Ioannes & Archi. 50. Distinctio si quis viduam. & Goff. infra de excess. prælatorum. ex literis. & Archi. 17. quæstio. 4. capitul. omnes in gloss. adde tamen secundũ Lauren. & c. quod dic vt ibi. † Si necessitate: tunc. Aut necessitas illa fuit euitabilis; & tunc est irregularis, ita quod ad superiores ordines non potest promoueri, nec in susceptis toleratur nisi dispensatiuè. 50. Distinctio. de his clericis secundum Bernar. & Hosti. hic. Aut fuit omnino ineuitabilis, & tunc est triplex opinio. Prima Hugo. quod talis est irregularis, & in nullo casu promouetur. in qua concordare videtur Guilel. naso, & Tancr. & etiam Innocentius infra. c. proximo. & capit. ad audientiam. in fin. & cap. significasti. 2. in fine. Secunda Ioann. 50. Distinctio de his. prima. & 2. & Goffred. in summa. eod. tit. & j. eo. lator. & Bernard. hic qui assumpsit istam gloss. suam totam à Ioan. in c. alle. de his. & j. eo. dilecti. & c. exhibita. qui dicunt, quo ad suscipiẽdos talis est irregularis, sed dispensabilis, sed in susceptis licitè ministrat quæ videbatur placere: Gratiano. 15. quæstio. 1. in fine. Tertia Bartholomei Brixien. in c. allleg. de his. 1. & in quæstione dominicali quæ incipit, aliquis repellẽdo violentiã. s. q̃ in nullo imputat, nec quo ad peccatum, nec quo ad irregularitatẽ, ita q̃ sine aliqua dispensatione põt in ordine suscepto ministrare, vt in c. alle. qa te. 50. Dist. vbi de hoc p Arch. in gl. pe. & ad superiores promoueri. Et hãc opinionem tenet Host. in d. §. qua pœna. ver. si verò quis facto. ibi verius credo & c. s. eo. c. 2. & hæc quæ est hodie approbata. extra eod. c. vnico. in clementi. quod dic vt ibi per Ioannem Andreæ. super verbo, nullam. Si casu quis committat homicidium, tunc, Aut dabat operam rei licitę, aut illicitę. si licitę: tunc, Aut adhibuit diligentiã quam debuit & potuit, & talę in nullo imputat ei ac si non fe-

cisset,nec quo ad peccatum,nec quo ad irregularitatē ſm oēs,
23,quæstio.5.c.de occidendis.j.eo.ex literis.2.& c.significasti
& c.Ioannes,& c.fin.j.de iureiu.§.fina. cum concordantijs ibi
alleg.ſm Bernar.& Hostiē.hic,& j.eo.lator, cum quibus satis
concordat Innocentius ibi;& Host.in dicto.§. qua pœna.ad fi
nem versi.sed verius &c.idem Hugo Lauren.Archi.50. Dist.
clerico.& Arch. 17.q.1.qui bona.§.si ergo.in magna gl.nisi ob
graue scandalum aliud dicatur: vel propter grauem infamiam
purgatio indicatur.j.eodem.ex litteris.1.Aut non adhibuit di
ligentiam quam potuit & debuit,& tunc imputatur ei quo ad
peccatum,& quo ad ordines suscipiendos ad quos non promo
uetur,& quo ad susceptos in quibus ministrare non potest. ff.
ad legem Aquiliam,qui occidit.§.penul.50.distinct.sæpe.j.eo
dem c.proximo.& c.ad audientiā secundum Bern. & Hostiē.
hic.& s.de testi.c.sicut nobis.& Hugo.& Laurent.& Archidi.
in d.c.clerico,Si dabat operam rei illicitæ,tunc siue adhibuit di
ligētiam,siue nō,semper imputatur ei, & quo ad peccatum &
quo ad suscipiendos, & quo ad susceptos, vt 50. distinction.
clerico.& capitul.si quis voluntate.& j.eod. continebatur. &
c.dilectus.secundum Bern.& Host.hic,& in dicto capi. sicut
nobis.& Ray.in summa eod.titu.§.3. & Goffr. in summa eo.
tit.§.casu,& §.vbi autem.& Host.in summa eo.tit.§. qua pœ-
na.ver.si vero facto. &c. idem frater Io.in summa confess.eo.
titu.quæst.19,quid iuris &c.& frater Asten.lib.6.titu. de mo-
destia ordinandi.artic.6.idem Hugo,Laurentius,& Archidia,
in dicto ca. clerico.& Archid. in dicto c.qui bona.§.si ergo. in
46 magna gloss. 17.q. 4.† Aut quæris de tertio principali,scilicet
quis cum homicida valeat dispensare,& tunc, Aut quæris de
dispensatione,id est absolutione à peccato in foro pœniten-
tiali,& illam potest facere Episcopus,& non inferior,vt notat
Gulielm.de monte lau. extra de sepul.super cathedram.super
verbo,iure concessam.in clem.& de hoc dicam j. de pœnis. c.
Deus qui.Aut de dispensatione ab vel Episcopo super irregu-
laritate,& tunc,Aut cum homicida voluntario,& tunc quam-
uis Papa non de facili dispenset cum tali, vnde ad difficulta-
tem hāc referendum est quod legitur. 50. Distinctio. miror.
tamen dispensare posset si vellet, cum & lex diuina hanc sibi
non prohibeat dispensationem:vt patet in eo quod notat, s. de
concess.præben.proposuit.imo potius concedat sicut patet in
Phinees nepote,Aaron,cui post commissum abeo ex zelo Dei
duplex homicidium,dicit dominus Numeri.25.Ecce do ei pa
cem fœderis mei, & erit tam ipsi quam semini illius pactum
sacerdotij sempiternum,quamuis illud etiam & spirituale fue-
rit & speciale,sicut & quædam alia. 23.quæstio.8.capi.occidit,
vnde posset idem Papa facere,sed non inferior.argu.s.de trāsl-
la.Episco.ca.2.secundum Hostiens.hic & Iohannem Andreæ
47 post eū.ad idem exemplum.†Pauli,secundum eum,nec mirū
si cum tali posit dispensare cum irregularitas & eius pœna sit
de iure positiuo & canonico,vt notat Innocētius.s. de renun.
nisi cum pridem.§.personæ quoque irregularitas.glossa,irregu
laritas personæ &c.infrà eod.ad audientiam.in fin.de cleri.ex-
commu.mi.si celebrat gloss.quidam super hoc versicul,in su-
spensis.& Hostien.post.eum ibi.& infrà.eod.postulasti.& Spe
cul.titu.de legato.§.iuxta propositionis.in princip. & versicul.
Papa autem.& §.nunc breuiter.versicu.5.& Archidiacon 56.
Distinctio.Apostolica.in magna glo.& 16.quæstio.7. omnes
super verbo,tenetur.& infrà,de senten.excomm. is qui super
verbo,de iur.libro sexto,& Guilie. de monte Lau.& Gem.ex
tra.eodem.ca,vnico. in clementi. super quo Papa potest libere
dispensare:quod dic vt leg.& notatur supra de conces.præben.
proposuit. Et quod cum tali homicida posit Papa dispensare
notat Hostiensis infrà de cleric.pugnand.in duello.capitu.vni.
48 & Archidiacon. in capitu.allegat. occidit. † Aut cum homi-
cida ex necessitate euitabili, quia si ineuitabilis non eget di-
spensatione:vt est dictum, & tunc Papa potent solum dispen-
sare.50.Distinctio.de his clericis.Aut cū homicida casuali qui
dabat operam rei illicite vel etiam licite:sed non adhibuit dili-
gentiam,quam potuit & debuit.& dicunt Bernardus. & Ho-
stien.quod cum tali solus Papa habet dispensare,vt 50.distinct.
clericos.& infra,eod. tua nos,quod verum quo ad ordines sa-
cros vt ad eos promoueatur vel in eis valeat ministrare:infra,
de clerici.pugnan.in duello.cap.2. vel quo ad beneficium cum
cura,vt ibi notat Hostien. sed quo ad beneficium simplex vel
quo ad minores ordines poterit Episcopus dispensare, vt ibi
notat Hostien.idem notat Hostien.infra.eod,capitul.contine
batur,& capitul.ad audientiam, & etiam Ioannes Andreæ ibi
post eum.& quo ad beneficium vide quod notat Innocentius
supra,de conces.præben.cum nostris. & Compos. de electio.
quod sicut.vide etiam quod notat Hostiens. in summa eodem
titul.§.vltimo.& frater Ioannes in summa confesion. hoc ti-
tul.quæstio.62.circa finem,quæro &c.& de ista materia notat
frater Asten.lib.6.titu.de modestia ordinandi.per totum.

Super eo.§. Per istum.§.& §.illi,etiam supra. eod. vi-
detur quod sola præsentia in duellis capi-
talibus,vel similibus faciat quem irregularem si mors inde se-
49 quatur:circa quod distingue. †Aut clericus venit ad associan-
dum,& honorem faciendum alteri de pugnatoribus,& mor-
tem aduersarij sitit quātum potest, & gerit in animo quòd for
san si auderet nedum animo, imò etiam facto faueret eidem,
& tunc videtur quod sit irregularis per istos.§.Aut non,sed so
lam & nudam sui præsentiam ibi facit, & talis præsentia non
facit quem irregularem,licet alias peccet qui interest vt legit.
& not.supra ne cleri.vel monach.cap.sententiam. Item notat
Guiliel.de monte Lau.extra statu regularium.cap. ne in agro.
§.porro. super verbo. interesse in clemen. & in hoc satis con-
cordat Gem.ibi dicens quod p sententiā corporalem in duel-
lis vel alijs actibus illicitis non inducitur irregularitas, vt not.
in d.capit.sententiam.& idem in hoc Specul.titul.delegatis.§.
iuxta ppositionis.versic.item litigiosus. ibi, licet clericus non
debeat &c. & frater .Asten.libr.6.titu.de modestia ordinandi.
quæstio.sed nunquid sit quis irregularis,& pro hoc facit quod
not.Host.infra.eo.dilectus.j.super verbo,voluntate &c.

PResbyterum. Ad euidentiam glossæ vl-
timæ.hic Innocentius hic
¶ Si quæris vtrum omnis macula vel quæ tollitur
in baptismo.Distingue vt dixi supra de diuor. gau-
demus.distinctio vltima.

1 *Inuasus debet fugere potiusquam homicidium committere.*
2 *Inuasus si fugere non potest sine periculo, quid agere debeat.*
4.6.
2 *Fuga est vituperosa.*
5 *Clerico licet sua armis defendere.*

SVscepimus. Super glossa,quia tutius.&c. ¶ Si quæris vtrum inuasus
personaliter, seu timēs inuadi teneatur fugere cum
posit vt à pœna homicidij sit immunis, alias quod
homicidium sequens ei debeat imputari.Distingue, addendo
1 ad ea quæ dixi supra eod.titu.cap.2.dist.fi. † Aut quæris in ca-
su huius decretalis, vel alio simili arbitrario considerato,
puta si inuadendus claudendo hostia. domus, vel se infra
illam vel turrim fortè in claudendo potest inuasionem &
periculum vitare: & dic quod sic,ad instar Domini qui fugit
in Aegyptum cum ab Herode ad interficiendum quæreretur.
2 Matt.2.c.& 23.quæstio.3.c.1.ita potest intelligi ista glo.† Aut
in casu in quo fugienti in fugiendo potest periculum immi-
nere, quod frequenter potest euenire, quia fugiendo cadere
posset,& sic per insequentē interfici,vel ob cursum illius velo
ciorem retro interfici, & tunc secus. vnde absit dicere quod
tanto periculose exponere teneatur.ff.si quis caut.l.2.§.penul.
& supra. vt lite non contesta.l. accedens.2.Nam alias qualitas
temporis & loci non patiuntur plenius deliberandi consilium
3 ff.de exercito.l.1.depositi.l.1.§. merito † Potissime autem
præmissa verò possunt dici vbi secundum personæ qualita-
tem fuga esset alicui vituperosa. argumen. ff. ex quibus causis
maior.l.in ea.& de manu.vindic.l.iuxta. nam & alias conserua
tio honoris præfertur vtilitati rerum.ff. si quis omis. cau. te-
stamen.l.Iulianus.& constabit de verisimili causa timoris non
potenti mortem vitare per iuramentum suum, tamen de sua
conscientia & periculo agatur sine alterius præiudicio,puta de
promotione ad ordines infra.eod.significasti.1. j.de sent. ex-
commu.si verò.2.alias secus vt si contendat de beneficio cum
4 alio. † Vnde dicas hoc arbitrarie considerandum Gem. qui
ita notat, extra eodem capitulo, vnico. glossa. in clementina.
& idem ibi Guilielmùs de monte Laud. in hac vltima quæ-
stione.Et pro intellectu huius capi.vide quod notat Archidia.
23.q.8.in summa.glos.adde hoc cap.&c. dicens quod Lauren.
& Vincen.notant hic,ꝙ quāuis hostis fortior sit,& sine armis
impetat & spoliat, non est dicendum ob res suas transitorias
clericum armis se tueri debere & interficere spoliatorem: &
in hoc cōcordant Host. & Iohannes An. hic &.j.eo.Petrus.&
Spec. titu.de lega.§.iuxta.circa.10.colum.ver.illud etiam in fi.
ibi secus si faciat &c. Nec obstat.s.e.c.2.§. si autē.quia ibi non
5 dicit,te vel tua,imo dicit,te tanquam.†Sed contra quod etiam
clerico

clerico sua tantum liceat armis defendere.j.de senten.excom.
dilecto.lib.6.solutio,illud verum inuocando brachium secula-
re, vt ibi.&.j.eo.postulasti. non tamen in propria persona se-
cundum Hostien.& Iohannem And. Vel dic secundum quos
dam quod isti inferiores de quibus loquitur ista decretalis, iter
perfectionis arripuerant,& vim sibi illatam repellere non lice
bat,quare repellendo in culpa fuerunt:secundum Ala. & Vin-
cen.hic & Host.hic Gof.sequi videtur,dicens quod istud locū
habet in monachis qui viam perfectionis assumpserāt.& ideo
post tunicam etiam pallium dimittere debuerunt: vt hic dicit.
& est simile.11.quæsti.1. aliud.61.4.quæstio.1quod debetur.
23.quæstio.4.c.1.& ideo puniuntur secūdum Goffredum hic
4 & Iohannem, Vincentium & Goffred.j.e.tua. † Vel potest di
ci qđ isti monachi excesserūt fines licite peni.difensionis dist.
1.segnando fures,& de tinendo cū res suas saluas haberent, &
aliud possent liberare à furibus, ſm Lauren. & Goffr.& Ber-
nar.Tu dic cum Hostien.hic,quod ipsa captio & ligatio dum-
modo posset fieri sicut & potuit sine homicidio & graui effu-
sione sanguinis satis licita fuit. argu. 14.q.6.si res.s.eod.c.2. de
raptoribus in archiepiscopatu. & est expressum.j.eo. tua nos.
§.ad vltimum,secundum Hostien.Idem Ioannes Andreæ post
eum. Vnde quod dicit ista decre. voluerunt vsque &c. di-
cunt Innocentius & Hostien.& licite.idem Archidia.in dicta
summa.glos.allega.vbi poste. apponit glos.Innocen.j.eodem.
capi.2.a versic.illo,si autem aliquis suaderet. vsq; ad versic.fa-
cto &c.& eandem glos. ponit frater Ioan.in summma confes.
eo.titu,quæstio.8.&.9.

1 *Occasionem damni dans in re illicita damnum dedisse videtur.*
2 *Occasionem damni dans in relicita diligentiam edhibendo, dam*
num non dedisse videtur.
3 *Occasionem damni in relicita proxime diligentiam non adhiben-*
do, damnum dedisse videtur.
4 *Occasionem damni dans in relicita remote diligentiam non ad-*
hib endo damnum non dedisse videtur.
5 *Aegrotum vertens vt citius moriatur,irregularis fit.*
6 *Consulens aggressionem vsque mors sequitur fit irregularis.*

DE cætero. ¶Si quæris vtrum qui occasionē
damni dat,damnum dedisse vide
1 tur,Distin.†Aut quis dat operam rei illicitæ, & tūc
sic,vt hic.&.s.de testi.sicut nobis.vbi hoc tenet Ber
nar.in gl,quod arg.quod qui occasionem.& Host.post eum. p
hoc.ff. ad.l. Aquil.l. item Mel.§.1.ad.l.Corne. de sicar,l. nihil.
j.de iniuran.cap.vlti.§.fi.&.50.Distin.qtum.dicit quod verum
de occasione propinqua & ordinata ad illud daminum secus
videtur in remota & nō ordinata.ad illud.ff.de furtis.l.verum.
2.&.l.qui iniurie.ad quod notat Ber.j.c.Petrus.glo.fi.Ad idem
facit quod notat Hostien. ibi: in glos.suo fi.dicens per illud.ca.
quod si quis rixam incipiat,,& in ipsa percutiatur vel vulnere-
tur, vel alias male tractetur propter quod amici ipsius & con-
sanguinei sui indignati aliquem etiam præter cōsciētiā suam
occidant,vel debilitent,irregularis erit,quia culpa sua precedit
etsum,vt patet in eo quod legitur.e.ex no.j.eo.significasti.s.e.
præsbyterum. ad idem.ff.si quadru. pauper. fecisse. dica.l. 1.§.
cum arietes.C.de adulter.l.quoniam Alexandum.ad.l.Iul.de vi
publi.l.quoniam multa facinora.¦Caueat ergo clericus qđ non
sit litigiosus.45. Distinctio.cap.1.&.c.ecclesiæ.&.c.sequen. &
per totum.alias autem si occasio esset remota vel etiam propin
qua & iusta ac præter conscientiam suam iuste occideretur,
non esset irregularis.23.quæstio.5. cum homo.&.c.de occidē
dis.secundum Hostien,& Iohannem Andreæ. post eum.& vi
de quod notat Ioannes. 23. quæstio. vlti.ca.si quatuor homi-
nes.glos.2.Aut dat operam rei licite,& tunc † Aut adhibet di-
2 ligentiam quam potest & debet, & tunc non videtur dedisse
damnum nec tenetur de his quæ inde sequuntur.23. quæstio.
5.de occidendis.secundum Bernar.& Hostien.in.d.c.sicut no
bis.ad idem.ff.ad.l.aquil.l.si putator.in fin.insti.ad.l.Aquiliam.
§.item si putator. 2.responso. Aut non adhibet diligentiam
3 quam potest,& tunc † Aut dat occasionem damni proximam
& talis damnum dedisse videtur,vt.ff.ad.l.aquiilam.l. qui occi
dit.§.in hac.&.l.si putator.in principio,& in dicto,§.item si pu
4 tator,1.responsio. † Aut dat remotam & talis non videtur de-
disse damnum, vt.ff.locati & condu.l. qui domum habebat,
&.j.eo.exhibita,secundum Bernard.& Hosti.hic.nec enim fa
ber qui fecit cultellū ex eo solo quod fecit eum,est in culpa si
cum ipso homicidium committatur secundum Hosti. Nec
obstant.s.eo.presbyterum.&.ff.ad.l.Corne. de siccar.l.si quis
necandi. quæ loquitur in causa remota secundum Berna.quia
ibi non est omnino causa remota,imo propinqua & inherens
& idem iuris est &c.argu.ff.de rei vendi.l.quæ religiosis.secun
dum Hostien.Et per iura.s.in primo membro allega.satis con
firmatur illud quod dicit,Spe,ti.de lega.§.iuxta,propositionis,
5 versi.qd si aliquis infirmū &c.& versi,quid si cū velles &c.†ꝙ
si quis infirmum vertit vel transuertit in aliud latus vt citius
moriatnr irregularis est, & etiam qui consu it si ex hoc mors
fuerit citius subsecuta. Si autē citius nō moriatur,ex hac cau-
sa non est irregularis,licet alias penitere debeat ex peccato. Itē
si cum velles hominem liberare à morte iniusta. retraho te à
proposito liberandi, irregularis sum.50.dist.si quis viduam. &
de peni.distinct.1.periculose.secundum Specu.ibi, confirma-
& concordat.Asten.tit.de modestia ordinandi. Et confirma-
tur per hoc quod notat Ioannes Andre,j.eodem, is qui man-
dat.iib.6.in nouella,vbi quærit an mandans aliquem verberari
expresse inhibens ne occidatur vel mutiletur irregularis effici
tur,si mandatarius non occidat vel mutilet,sed occidatur,quæ
quæstio in consulente alias in occidente tractatur per Innocē
tium.j.c.proximo.versi.sed si consulet.& per Hosti.ibi,& per
Specu.de lega.§.iuxta.versicu. quid si aliquis consulat. dicens
quod quicqui ibi dicant rationes quæ sunt in dicto.c. is qui in
fi.ibi,cum mandando in culpa fuerit,& hoc euenire posse de-
buerit cogitare,concludunt contra mandantem quòd sit irre-
gularis,& ita credit.¦Et fortius de illo de quo loquitur qui plus
peccabat scilicet homicidium consulendo quod iste non facie
6 bat,imo fieri prohibebat.† Imo & per illud.c.is qui videtur ir
regularis consulens aggresionem si ex illa sequatur mors,vel
mutilatio secundum eum.pro quo facit optime.C.ad.l.Iuliam
vi publi.vel priua.l. quoniam multa facinora. cum ibi nota.de
materia huius capi.vide quod notat Archidiaconus in dicto
capit.sepe.50.distin.&.1.questio.1. hi quoscunq; glo.fina.vbi
remittit ad ea quæ leguntur & not.per Bernardum & Hostie.
hic,& in dicto capit.sicut nobis.

1 *Clericus in causa criminali aduocatus an sit irregularis.*
2 *Consilia quatuor pro clerico aduocato vt in causa criminali ad*
irregularitatem vitandam. 3.5.
4 *Proximum debemus magis defendere,quam bona propria.*

AD euidentiam. ¶Si quæris quando ali-
quis accusatur capitali-
ter,& clericus eum defendit,ita quod accusator pœ
na talionis punitur,vtrum talis clericus sit irregula-
1 ris,distingue,† Aut ex facto,vel verbo clerici aduocati non est
mors insecuta, sed quia accusator nihil penitus probauit, &
conuincitur falsos testes produxisse, vel alias ipsius calumnia
& malitia detegitur,& tunc non est irregularis ex quo nihil po
test ei imputari. argum.s. de re iudicata, cum i.& a.§. penulti.
Aut constat quod reus erat culpabilis, sed aduocatus per suas
falsas probationes seu allegationes ipsum absolui obtinuit,vel
alias directe & sine protestatione vel cōtra protestationem ve
niēdo calumniam accusatoris arguit propter quod fuit deca-
pitatus,& hic est omnino irregularis,& ita potest intelligi opi
nio.Hug.quem secutus est Ioan.& quasi omnes moderni, qui
scripsit,quod in causa sanguinis non debet esse clericus aduo-
catus etiam pro reo,& sic intellexit.50.distinct. aliquantos.In
dubio vero videtur talis adducatus suæ cōsciētiæ relinquen-
2 dus:j.eodem,petitio.secundum Hostien.†qui etiam ne huius
modi clericus fiat irregularis quatuor consilia dat hic.Primum
& principalius quòd fingat, & quòd comminetur se velle reū
defendere,vt accusator ab accusatione retrahatur.Secundum,
quod laboret per amicos,& parentes accusatoris, & per viros
religiosos offerendo etiam purgationem & ostendendo rei
innocentiam,& timorem pœnæ talionis modis omnibus qui
bus poterit quod accusator citra vinculum inscriptionis desi
stat,quod potest facere,vt.s.de accusatio.licet.§.fi.Si hæc non
prosint dat tertium consilium,vt.s.quando primo veniet co-
ram iudice protestetur quod non intendit aliquid dicere, vel
proponere, vel facere, per quod accusator periculum mortis,
vel detruncationē membrorū incurrat,sed innocentiam tan-
tum rei ostendere.Vnde & si libellus offerat sine inscriptione
petat quod inscribatur, licet forsan posset excipiendo propo-
nere quod tali libello non esset respondendum.Sed & si iudex
ex officio hic suppleat,vel aliter corrigatur, vel offeratur libel
lus aptus,potest dicere aduocatus,ego de pœna talionis vel de
inscriptione non intromitto me, alia autem narrata in libello
dico non esse vera,& condemnationem fieri non debere, su-
pradictam

pradictam protestationē sæpe repetat, & caueat ne contra ipsam aliquid dicat, vel faciat ne videatur ei renūciare. arg. in eo quod legitur & notatur. ř. de consti. cum. m. Quartum quod si contingat reum absolui, quòd per se & per amicos, & per clientulum laboret quod pena sanguinis remittatur, vel in exilium vel carcerem per perpetuum mittatur, secundum Hostiēsem
3 qui multum diffuse tractat istam materiam hic. † Sed glo. in ca. allegato, aliquantos. 51. distinct, & Archidyaco. ibi videntur tenere opinionem Hugonis. ſ. quo † talis indistincte sit irregularis. hoc idem tenet Specula. titu. de legato. §. iuxta propositionis. in. 2. col. verſ. ſi. n. criminalis est. q. & in tit. de aduocato §. 1. verſi. in causa autē criminali dicit quod tutius est abstinere: & hoc. ſ. ꝙ tutius est abstinere credo verū. Verūtā ſupradicta di
4 stinctio Host. potest probabiliter sustineri de iure, † tū quia iure naturali, diuino, & humano, magis tenetur quis ad conseruationem proximi sui, quàm ad conseruationem rerum suarum, vt patet de iure naturali. 1. distincto. in prin. 50. distin. pōderet. ř. de constitu. cum omnes. Patet de iure. diuino quo quis tenetur diligere proximum suum sicut seipsum. Lucæ. 10. capitu. & Math. 19. & de pœnitentia distinctio. 2. capitu. charitas. 2. circa medium. Patet etiam de iure humano, in eo quod legitur & notatur. ff. de appellationibus, non tantum. de liberali causa. l. 1. &. 2. ř. e. suscepimus. j. de sententia excōmunicationis. quāte. eo. tit. cap. dilecto. lib. 6. Et quia personę sunt rebus præferēdæ, vt. C. de sacrosanctis ecclesijs. l. sancimus. in fin. in authent. vt cum de appellatio. cogno. §. quia vero. 12. quæstio. 1. præcipimus. Et tamen res suas potest aliquis conseruare, & tueri coram iudice seculari cū protestatione, vt. j. de homicidis postulasti, & eodem titu. capi. prælatis. lib. 6. ergo multo magis proximum † tum etiam quia Hostie. hic, & Ioannes Andre. post eū tradit duas regulas. Prima est quod in dubio nec magister, nec iudex debet aliquem iudicare irregularem. de pœnitentia. distinctio. 1. §. pœnæ. ff. de pœnis. l. interpretationem. melius. j. de sententia excommunicationis. is qui in ecclesia. 1. respon. lib. 6. cum ibi notatis. Secunda est quòd in dubio vnusquisque debet se irregularē reputare, vt patet in eo quod legitur & not. ř. de, simoni. Mattheus, vel ad minus vbi nō infamatus est suæ conscientiæ relinquendus, vt patet in eo quod nota. j. capit. 2. &. capitu. petitio.

1 *Homicidium solo actu committitur.*
2 *Homicidium sola voluntate non committitur.*
3 *Homicidium an voluntate cum alterius actu committatur.*

Dilectus. ¶ Ad euidentiam gloss. qui tamen solus &c. quæ fuit glos. Vincentij. alias Innocen. † Si quæris vtrum solo actu, vel fo
1 la volūtate irregularitas inducat, Distingue. Aut quæris vtrum solo actu inducatur. & dic vt notat Bern. hic post Vincen. quorum glos., approbat Archid. 50. distinct. hi qui arbo. glo. 1. &. 17. q. 1. qui bona. §. ſi ergo. in magna glo. circa fin. & Hostien. hic, qui concordat cum Ber. hoc addito quod illud quod dicitur in fi. huius gloſſ. ſ. quod promouendus solo actu redditur irregularis, verum est secundum ipsum Hostien. nisi necessitas accuſet. ř. eo. c. 2. vel casus fortuitus. j. eo. significasti. 1. &. c. Ioannes, & cap. fi. Quod intellige de necessitate ineuitabili. extra eo. capit. vnico, in clemen. quod dic vt dixi plenius. ř. eo. cap. 2. & capit. sicut dignum. Aut quæris
2 vtrum sola voluntate inducatur, & tunc † Aut sola voluntate sine actu homicidij vel mutilationis volētis vel alterius, & dic quòd non, quia lex promotionis in facto consistit, vt. 15. q. 1. c.
3 fin. † Aut sola voluntate volentis cum actu homicidij vel mutilationis alterius quàm volentis, & tunc dic Hostie. hic, ꝙ hic est expressum argumen. quod voluntate sola, & si alius occidat committitur homicidium, vt no. ř. c. proxi. &. c. sicut dignum. Quod tamen intellige vt dixi ibi in distinctione vltima. Et de hoc notat gloſſ. 23. quæstio. vltim. capit. vltim. gloſſ. 1. in fi. dicens quòd ad hoc vt quis censeatur homicida sufficit quod sumpserit arma, licet non occiderit ipse sed alius. argum. j. de cleri. percuſ. cap. continentia. & Innocen. j. eo. significasti. gloſ. antepenul. & Hostien. post eum.

1 *Scandalo cessante, cessat & effectus.*
2 *Scandalum si remoueatur per purgationem, ipsa est indicenda.*
3 *Scandalum si non remoueatur per purgationem ipsa non est indicenda.*

Ex literis j. ¶ Bernar. hic in gl. fi. dicit ꝙ vbi est graue scandalū non in-
1 ducitur purgatio, nec ꝑ ipsam remouetur, vt hic patet idem notat Bernar. j. eo. Petrus gloſ. idem † Hostien. hic addens quòd si propter antiquitatem temporis, vel qa pacificatū est, vel alio modo cessaret scandalū, cessare posset & effectus, vt. ř. de voto. c. magne. ad fin. ff. de adimen. legatis. l. 3. §. fi. Hostiensis, idem Ioannes Andr. Di-
2 stingue ergo. † Aut per purgationē indictam, & præstitam potest verisimiliter scandalum remoueri, & tunc indicitur purgatio propter scandalum. ita intellige dictum Hostiensis. & quod notat Bernardus. hic in fine. in verſic. non est contra &c. quia purgatio ad vtrunq; refertur, ſubaudi & ad infamiam & ad ſcā
3 dalum. † aut non, & tunc habet locum quod dictum est. ř. in principio, quia nihil est cum scandalo faciendum, vt. ř. de renunciatio. nisi cum pridem. §. pro graui quoq; scandalo. j. de noui ope. nunci. cum ex iniuncto. in hoc concordat Io. Andr. hic.

1 *Clerico accusato non diffamato creditur sine purgatione quo ad eius innocentiam.*
2 *Clerico reo diffamato asserenti aliquid, non creditur ad sui defensionem.*

Significasti. ¶ Super gloſſ. sed qualiter. verſ. & super hoc &c. Si quæras vtrū soli iuramento istius clerici asserentis se ignorasse vitiū equi, stari debeat sine compurgatoribus, distin
1 gue. † Aut non laborat infamia contra ipsum, & dic quòd sic, vt. ř. eo. ex literis. 1. in fine. &. j. eo. significasti. verſic. cum de
2 cætero. † Aut laborat infamia contra eum, & tunc non creditur ei nisi cum purgatoribus. j. de purga. cano. ex taurum. secundū Hosti. qui ita notat. 1. q. 3. quia præsulatus. glo. 2. & expressius Io. de se. & Archi. ibi, in glo. adde scilicet proprium &c.

1 *Homicidium non committitur simplici taciturnitate.*
2 *Taciturnitas studiosa consistit in culpa.*



Etrus. ¶ Dicit hic Bernar. in glos. penulti. in fi. ꝙ si monacho de quo loquitur hic audiente & non contradicente, sed tacente, cognati & amici ipsius dicebant, quod vindictam volebant sumere de Abbate, præsumeretur consentire, & imputaretur ei: cum quo videtur concordare Innocentius in gloſſ. sua vlti. dicens quod non est in culpa si aliquem præcire, non facit tra-
1 ctatum de morte eius habitum, † quod verum quia non credebat nec credere debebat quod eo prohibēte intuitu ipsius homicidium facerent: secus autem si crederet. Alij autem sicut Innoce. dicunt quod nunquam esset irregularis etiam si sciret tractatum de morte eius habitum, & non reuelaret, quia nunquam potest dici committi homicidium nisi facto, mandato consilio, vel defensione. 50. distinct. si quis viduam. Probabiliter dici posset quod si ex bono zelo siue dolo tacuit timensforte, quòd si diceretur Abbati, faceret parentes suos occidi vel male tractari, & si deterius inde contingeret non esset ei imputandum, & ita posset intelligi opinio illorum aliorum: † Sed si,
2 studiose taceret esset in culpa, cum eum potuisset liberare, argu. ř. eo. sicut dignum. §. illi etiam. Et pro ista distinctione faciunt not. per Inno. Hostien. j. de senten. excom. quante. &. j. cap. proxi. & in hoc concordat Io. Andr. hic.

1 *Delicto certo, sed persona incerta, nullo reperto in loco delicti, nemo tenetur.*
2 *In delicti loco repertus, solus tenetur & punitur.*
3 *Pluribus repertis in loco delicti, qui teneantur, & qua pena puniantur si ignoretur quis deliquerit. 5. 7. 9.*
4 *Maleficia puniri non publica suadet.*
6 *Melius est impunitum nocentem relinquere quam innocentem condemnare.*
8 *Culpabilis est qui non liberat à morte quem potest.*
10 *Iuste facit, qui ob sui tutelam facit.*
11 *Cum qualibus armis quis impeditur, cum talibus se defendere debet.*
12 *Violentum interficiens, sine culpa est.*
13 *Insultati factum quando dicatur ad vitam, per defensionem factam.*
14 *Vim vi repellere non licet ad vindictam.*
15 *Vim vi repellere licet ad iniuriam repellendam.*
16 *Moderamen inculpatę tutelę quomodo intelligatur.*

17 Iudici

17 *Iudici iustè agenti obediendum.*
18 *Iudici violentiam inferenti an liceat resistere. 20. 23.*
19 *Papæ non licet prædia ecclesiæ alienare.*
21 *Seruienti de cuius mandato non constat, resistere licet.*

Significasti ij. ¶ Ad euidentiam istius. c. & gloſſ. Ber. quæ incipit, eādem distinctionem &c. Si quæris, quando certum est de
1 licrum, sed incerta persona delinquentis, cui, & in quantum delictum huiusmodi debeat imputari, † distingue, Aut nullus deprehenditur fuisse præsens in loco tempore delicti perpetrati, nec in actu delinquendi: & tunc certum est neminem puniri. ita intellige. ff. de pœnis. l. absentem. vnde hoc casu ius non deficit: sed probatio iuris ff. de testamen. tute. l. duo sunt titij. Aut quidam deprehenduntur fuisse in loco tem
2 pore delicti perpetrati: & tunc † Aut vnus solus, & ille tenetur & punitur, nisi posit suam innocentiam ostēdere, & probare, argu. ř. de præsumptioni. capitu. literis. &. 23. q. vlti. capit. si quatuor homines. 1. responso. & hoc tenet Hostiensis in summa eod. titu. §. qua pœna. ſub. §. quid ergo. verſiç. & hoc intelligas:
3 † Aut plures deprehenduntur fuisse in loco tēpore delicti perpetrati, & tunc delinquendi, sed non æqualiter, & ignoratur quis magis deliquerit, puta omnes percusserunt, sed vnus tantum occidit & ignoratur quis occidit, aut quidam deliquerunt seu deprehenduntur fuisse in actu delinquendi, & quidam non fuisse, aut nullus deprehēditur fuisse, sed est dubium quis fuit, in primo casu omnes tenentur & puniuntur, vt in d. c. si quatuor. 1. &. 2. respōsio. & hic in §. quod si discerni. &. ff. ad. l. aquiliam. l. itē mela. §. sed si plures. & l. ita vulneratus. in fin. & de his qui deie. vel effu. l. 1. §. vlti. & l. sequen. ad legem Corneliam de sicarijs. l. si iuxta. Et in hoc concordat Innocentius hic in glos. 1. in fi. & Hostiensis post eum hic, & in summa. eo. ti. §. qua pena. verſi. sed nunquid omnes. & Ioannes & Archydiaconus in dicto capit. si quatuor. Et ratio huius est, quia omnes depre-
4 henduntur in culpa. † Item ratio publica quæ suadet maleficia puniri, vt in dicta. l. ita vulteranus. &. ff. de fideiusso. l. si à reo. §. id quod vulgo. &. j. de sententia excommunicationis. vt famæ tuæ. & est contra eos, vt quia priuatam defensionem prætendunt, ideo præferenda est publica. ff. pro socio. l. actio. §. labeo. in authēti. de non alienan. & permutan. rebus ecclesiæ. §. quia vero. collatione. 2. &. ř. de postulatione prælato. bonę. 1. Et hoc verum quando omnes deliquerunt, sed non æqualiter & igno-
5 ratur quis magis deliquit. † Si vero constaret qualiter quis delinquit, tunc habet locum gloſſ. Innocentij hic, super verbo modica, dicens quod si secunda percusio non esset talis, ex qua mortuus esset, si ambę simul sufficiant ad mortem, tunc ambo. ſ. primus & secūdus sunt irregulares, vt in dicto. c. si quatuor. Et quod hic dicitur in principio verſi. equidem. intelligendum est quando constat quod prima percusio non est mortalis, & secunda est mortalis. Item quādo fecit non animo occidendi, nec præstandi auxilium morti, secus si præstitisset, quia tunc quantuncunq; leuiter percuteret eum, tenetur, quia auxilium morti præbet, vt hic secundum Innocentium. sed quod dicit, de voluntate intelligas quādo ipsum potuit liberare, vt. j. sequitur secundum Hostiensem. Nota tamen quod si aliquis vulnerauit alium, non tamen letaliter & propter imperitiam medici mortuus est, vel propter culpā vulnerati, videtur nihilominus irregularis, ex quo fuit causa vulneris, & sic ꝑ cōsequens causa mortis. argu. c. proxi. in fi. &. c. decętero. j. eod. c. proxi. in prin. & c. exhibita. hoc tenet Gulielmus de monte lau. extra eodem capit. vnico. gloſſ. vltima in clementi. ad quod bene facit quod notat Innocentius in dicto capit. exhibita. glos. 1. & Hostiensis post eum. In secundo casu illi omnes & soli qui deprehenduntur fuisse in actu delinquendi punientur, & non alij, vt in dicto capitu. si quatuor. in fine. & hic in principio verſic. equidem &c. In tertio casu refert, Aut quæris vtrum omnes puniē tur quo ad legem promotionis, & dicūt quidam quòd sic, quia hoc tutius animæ. argumen. capitu. allega. si quatuor. 2. respōso. & hoc tenet Gosfredus hic & Bartholomeus Brixiensis in quæstione dominicali quæ incipit, quinq; erāt in domo. & de hoc in Speculatore, de legato. §. iuxta. 11. colū. verſiculo. quid si quis in rixa. & in quarta parte hoc titu. verſiculo pone quatuor &c. vbi dicit quosdam dicentes, quod si omnes habebāt animum offendendi, quilibet tenetur, quia vnus videtur hoc fecisse de mandato & volūtate aliorum. C. de accusationibus. l. non ideo minus, alias omnes in dubio absoluentur. ff. de actionibus & obligationibus. le. arrianus. ř. de probationibus, ex literis. Sed glossa. 11. quæstione. 3. nolite reddere glo. fina. videtur innuere quod ratione dubitationis omnes debent promoueri, qua ratione dubitationis superflua tolerantur & vitiosa. 13. q. 2. non estimemus. ř. de sepulturis sacris. simile. 14. quæ-
6 stio. 5. deniq;. † & sanctius est impunitum nocentem relinquere quam innocentem condemnare &c. vt in. l. allega. absentem. Et Archidyaco. ibi in glo. fi. dicit quod istis iuribus proxime allega. hodie standum est per extrauagantem Gregorij noni, de tēpo. ordi. nullus eorum, vbi dicitur, quod nullus talium est repellendus si ad ordines præsentetur quamuis indeterminatè monendus est, & obtestandus sit qui culpabilis fuerit, ne in periculum animæ ordinari præsumat. Cum quibus concordat Hostiensis in sum. eo. ti. §. qua pœna. ſub. §. sed nunquid omnes. dicens quod satis potest dici quòd sit suæ conscientiæ relinquendus, quia nec hic in §. ꝙ si discerni. dicit quod cogatur abstinere, sed quod debet hic facere quasi consulendo. Itē hic, &. c. petitio. j. eodem constat quòd percusserat secundum Hostiensem ibi, Guliel. naso etiam dixit neminem in dubio ab ordinibus repellendum per istud capitulum. Sed salua reuerentia ipsorum dicta extrauagans est hodie reuocata, sicut & alię extrauagantes à tempore antiquę compilationis vsq; ad compilationem sexti libri à quibuscunq; romanis Pontificibus alijs à Bonifactio octauo compilatore ipsius sexti promulgatę, prout in prœmio dicti sexti libri in fine, probatur expressè. † Cre-
7 do tamen quod si talis esset clericus secularis, habens titulum sufficientem, nec aliud canonicum obstaret, quod non posset ea de causa repelli, sed esset suæ conscientiæ relinquendus. argumentum. ř. de temporali ordina. ex tenore cum ibi nota. per Bernandum in glo. fi. & Hostien. &. c. quæsitum. & per Hostiēsem hic, &. j. eodem exhibita. &. c. petitio. Alias eadem ratione sequeretur inconueniens, scilicet quòd aliquo in ciuitate, villa, vel castro, occiso si nesciatur à quo occisus fuerit, quòd omnes de illa ciuitate, villa, vel castro possent a promotione repelli. Sed si esset religiosus, vel etiam secularis, titulum non habens repelli posset, vt eodem titulo, ad aures. sed nō illa de causa quia irregularis. In hoc satis concordat Ioannes Andre. hic dicens, quod hic constabat presbyterum percussisset. sed dubitabatur an letaliter. Sed in casu seu quæstione præsenti nescitur quis percusit nedū quis occiderit. & per hoc credit quod vbi apparet de culpa omniū, licet vnus solus occiderit, ex quo quis fuerit non constat, omnes repellentur. si vero nec de aliqua culpa constet, omnes dimittuntur. & facit quod ipse Ioannes Andre. notat de electionibus. cupientes. §. cæterum. glo. si hoc ignoretur. lib. 6. de hoc etiam notat Astensis libro. c. titu. de modestia ordinandi. articulo. 8. quæsti. quod si quis in rixa, Aut vtrum puniantur alia pœna pecuniaria vel etiam corporali, & dic quod non. ita intelligit Archidiaconus in dicto capit. si quatuor. dictam. l. absentem. pro hoc. ř. de transactionis. cap. vlt. cum concordantijs ibi allega. Aut vtrum omnes puniātur quo ad peccatum seu forum animæ, & dic quòd nō, sed solum culpabiles delicti iuxta ea quæ leguntur & notan. ř. de homicidio. sicut dignum. per totum. specialiter per Bernardum in gl. penulti. Vnde quantum ad peccatum dicuntur omnes homicidę qui percusserunt & qui voluntate occidendi venerūt, licet nō percusserint. Item etiam illi qui nec occiderunt nec voluntatem occidendi habuerunt, sed venerunt vt præstarent auxilium occisoribus, sed minor pœnitentia imponi debet secun
8 dis, quàm primis, & tertijs, quàm primis, vel secūdis, † Illi etiā non sunt immunes a culpa nec debent esse immunes à pœna, qui cum possunt, homines non liberauerunt à morte, vt in dictis. c. si quatuor. capit. sicut dignum. &. 23. quæstione. 3. nō in inferenda. &. ca. fina. ita notat Raynaldus in summa eo. titu. §. 6. quid si plures. & glossa ibi, & frater Ioannes in summa confessionum. eodem titu. quæstio. 31. quid si plures. & Hostiēsis in dicto. §. qua pœna. verſic. quid ergo si quis. & hoc intelligas. de bello iniusto, secus de iusto, vt dixi. ř. eodem cap. secunda
9 distinctione vltima. † Et iuxta hoc notat. secundum Innocētium hic in glo. 1. quod si quis voluntatem occidēdi habuit & percusit, licet nō letaliter, sed ex aliorum ictibus sit mortuus, quod irregularis est. argumen. 1. q. 4. quia præsulatus. quod secundum Hostiensem intelligi debet quādo ipsum potuit liberare, & non liberauit, vt ibi argu. in eo quod legitur & notatur. ř. eodem Petrus. & capit. sicut dignum. §. illi etiam. Dicit postea. Innoc. quod si non percusit sed latronem detinuit, vel cōtra eum clamauit, vel alias huiusmodi fecit, si hoc facit mortē eius, irregularis est. si vero non vt occideretur sed vt caperetur tantum, non est irregularis. Tu dic secundum Hostiensem & Ioannem Andre. eum indistinctè irregularem, siue vt caperetur tantum, siue vt tantum res suas recuperaret clamauit, cum

lex

lex promotionis in facto consistat,& quia vitare debuit quod frequenter accidere consueuit.Et hoc idem ipsemet Innocentius notat hic, quasi sibi contrarius in hac parte dicens,quòd siue clamet,siue capiat latrones, siue quocunq; alio modo dicto,vel facto,vel neglectu,homicidium cõmittatur, irregularis est, nisi hoc faceret ob timorem periculi corporis sui.vt si timeret quòd aliquis vellet eum interficere, nã tũc posset clamare,& inuocare auxilium, & si succurentes occiderent eum non esset irregularis. Et est ratio, quia non intendit alterius mortem,sed suam liberationem secundum Innocẽtiũ & Hostiensem:idem frater Ioannes in summa cõfessionum eodem
10 titulo,quæstione.48.quid si clamat &c.†Imo,quia quod quisque ob tutelam corporis sui facit,iure fecisse videtur.ff.de iustitia & iure.l.4.s. eodem.capit.2.secundum Hostien.Io. Andream.Secus si agatur contra furem ad restitutionem furti, & iudex conuictum suspendat, quia non est irregularis cum isti nil posit imputari si iudex excesit ſm Hostiensem & Ioannem Andream. Quod intellige vt hodie legitur & notatur.j. eodem prælatis.libro.6.vbi est casus, & cum Innocẽtio in glossa sua.1. hic concordat Speculator titu.de legatis.§.iuxta propositionis.circa decimam columnam,versicu.illud etiam nota quod si quis &c.

11 **Super eo c.§.finali.** ¶ Hic est argumentum, †quòd cum qualibus armis impetitur,cum talibus se defendere debet,sicut notant doctores. Sed plerunq; non possunt omnia ponderari, nam tempus vel locus,non patitur plenius deliberandi consilium.argumenti.ff.de exerc.actio.l.1.1.responso. de damno infecto.l.1.vnde hoc arbitrabitur bonus iudex.argumen.ad.l.aquiliam.l.sed & si quemcunq;. de vi & vi armata.l.3.§.armis deiectum.secundum Hostiẽsem hic,& in summa de restitutione spoliatorum §.1.versiculo. quid si pugnus, & Ioannes Andreas post eum hic.Sed tu dic cum Alano & Tancr. quòd moderamen seruatur si illud fiat,quo omisso violentia repelli non posset,vt.j.de
12 sentẽtia excõmunicationis vt fame. in fi.† Si ergo violentum interficias cum periculum ab eo vitare non posis, sine omni culpa interficis.ff. ad legem aquiliam.l.4.ad legem corneliã de sicarijs.l.furem.C.ad.l.corneliam de sicarijs.l.2.&.3.s.eodem, si perfodiens,& hoc ipsi Alanus & Tancredus notant.s.de appellationibus,significauerunt.quæ hodie est remota.idem Alanus,Ioannes & Bernardus & Hostiensis.Ioãnes Andreas hic, & Hostiensis in summa de restitutione spoliatorum.§.1.ad finem.versic.quamuis.supradictis &c.&.j.de sententia excõmunicationis,cum delicto.super verbo vim vi repellere.libro. 6.idem Ioannes de fauen.23. quæstione.1. in summa,vbi Bernardus assumpsit istam glo. suam. idem Archidyaconus ibi in
13 glos.secundum quod notant cõmuniter sapientes &c.†Si vero in ipso facto aliquid fiat ex proposito,quo omisso persona salua, erat illicitè fit & censetur vindicta secundum Hostiensem & Ioannem Andream. Et secundum distinctionem quã facit Bern.hic inter vim quæ infertur persone,& vim quæ infertur rebus cum quo concordant Alla.Ioannes & Hostien. hic videtur quòd repulsio violentiæ rerum preponatur repulsioni violentiæ personarum contra id quod leg. & not.12. quæstio.1. præcipimus.C.de sacrosan.eccle.l.sancimus. Sed alia ratio reformat peccatum,quia per violentiam rerum amittitur naturalis possessio, cũ ciuilis in animo retinetur,quam licet defendere etiam collectis amicis,vt in.ll.hic in gloss.allega.Hoc autem locum habet in violentia personæ, quia nemo seipsum possidere potest.nec est dominus membrorum suorum, vt.ff.ad. l.aquil.l.liber homo. secundum Host.Est & alia ratio:quia cũ iam illata est iniuria personæ non potest auferri.C. de appella. l.si quis prouocationem,& sic quicquid à modo fieret,intelligeretur fieri ad vindictam,sed quando rebus tunc potest auferri, & ideo si statim antequam ad alia diuertatur fiat, non videtur iniuria, sed tuitio sui iuris. & videtur statim iniuria ꝓpulsari, etiam si vadat quæsitum amicos, & collectis amicis quam cito potuit violentum deiecit, vt legi.& not.ff.de vi & vi armata. l.3.§.cum igitur.& hoc notant Petrus & Cynus.C.vnde vi.l.1. & in hoc satis concordant Bern.& Hostie.& Ioannes Andras. hic.& Hostien.in dicto.cap. delicto.per ca.istud.&.ff.de acquirenda posses.l.quod meo,§.vltim.&.l.clam possidere.§.qui ad nundinas.ad tertul.l.1.§.confestim.j. de senten. excommu. si vero.1.§.si vero.& cap.perpendimus. & cap.vt fame.Si ergo quæritur vtrum & quando vim vi repellere licet. Distingue, Aut queris de vi illata vel inferenda per priuatum.Aut de illata vel inferenda per iudicem vel officialem.Si per priuatũ tũ c.
14 †Aut quæris, vtrũ liceat repellere cum moderamine inculpate tutele seu ad sumendam vindictam, & dic quòd non.vt hi in.§.si vero. vnde dominus.Mea est vltio & ego retribuã.Prouer.22.Deutro.32.ad hebreos.10.23. quæstio prima.ca.qđ vero.&.quæstio.3.cap. quod militare.§.1.et.§.2.23.quæstio.4.in ter querelas. C.de episco. & clericis.si quis in hoc genus.&.s.
15 eo.suscepimus.†Aut cum moderamine inculpate tutele, non ad sumendam vindictam sed ad iniuriam repellẽdam, & dic quod sic,vt hic &.s.de resti.spolia.olim causam.in fin.j.de sent.excommunica. vt fame.in fin.C.vnde vi.l.1.vbi de hoc. hic in glos.moderamẽ.&.ff.de iustitia & iure.l.vt vim. Quod verum etiam si sit religiosus qui iuuatur,vt notat. Asten.lib.6. titu.de regularibus. arriculo.6.quæstio.6. vtrum religiosus.
16 †Et si queris quando dicatur moderamen inculpate tutele,& quando,nõ refert.Aut ex parte personarum. vt si ponas hominem aggressum robustum, & interfecisse debilem aggressorẽ vel econtra,vel si ponas claudum aggressum, vel nobilem qui non debet fugere,nec potest fugere, & dic quod in talibus inspicienda est conditio personarum,ratione potentiæ corporalis,non ratione potentie accidentalis, vt quia sit alias nobilis & magnus.Nam tunc nõ, propterea præsumendum esset contra eũ:vt.C.quod metus causa.ad inuidiam. sic intellige quod notat glo.C.vnde vi.l.1.de humili & abiecta persona,scilicet ratione potentiæ naturalis,aliàs male diceret. secũdum Cynum ibi. Dicit etiam glos.ibi quod non est necesse quod quis se percuti expectet antequam percutiat, sed sufficit terror armorũ, vel iactatio percussionis, vt.ff.ad.l.aquiliam.l.sed & si quemcũque. de vi & vi arma.l.3.§. qui armati.&.C.ad.le.cornel. de sicarijs.l.2.&.l.is qui.& in hoc concordat Hostiensis in dicto ca. dilect. per iura allegata & quia quod vituperari potest precaueri debet, alioquin imputatur.s.eodem capitul.1.&.2.de seruis non ordinan. capitul.1.ff.locati & conducti.l. si quis domum. §.hic subiungi.C. quando licet vnicuiq; sine iudice se vindi.l. 1.In hoc etiam concordãt Goffredus & Ioannnes Andreas.s. de restitutione spoliatorum.cap.olim.1.in fine.& Laurentius Goffredus Tancredus, Philippus,Bernardus, Innocentius Hostiensis & Ioannes Andreas.supra.eodem.si perfodiens. & Archydiaconus.50.distinctione.de hic glo.fin. Quod verum intelligunt Petrus de bella pertica. & Cynus ibi,cum moderatione seu distinctione personarum, quidam enim sunt ita audaces quod non minantur nisi percutiant,& tunc est vera glo. quidam vero sunt ita timidi quod vix aut tarde percuterent, & tunc non licet ante percutere. argumentũm.C.si quis impera.maledixerit.l.1.secundum eos.& in hoc concordat Gen. extra eodem.c.vnic.vltima,in clemẽ. Aut ex parte armorum seu instrumentorum defensionis seu repulsionis, & tunc dic, vt.s.scilicet quando illud tãtum fit,quo omisso violentia repelli non posset,vt in dicto capitu.vt fame.in fi.Aut ex parte temporis,& tunc subdistingue vtrum vis fiat persone an rebus,vt notant Alanus Ioannes Bern.& Hostiensis hic,cum quibus cõcordant Petrus de bel.perti. & Cynus in dicta.l.1.C. vnde vi. & Raynerius in summa tit.de rapto. rubricella de bellis.§.18. nã de iure.& frater Ioan.in summa confessio.ti.de raptoribus. rubricella.de bellis.52.q. qui & qñ & qualiter de bellis &c. & quatuor quæstionibus sequentibus.vbi de hoc plene.Sequitur de vi illata vel inferenda per iudicem vel officialem, & tunc.
17 Aut iudex vel officialis infert violẽtiam iustè aut iniustè. † Si iustè,tunc obtemperandum est ei,nec licet vim eius repellere, vt.ff.de iniurijs.l.iniuriarũ.§.1. de regulis iuris.l. nõ potest do
18 lo carere.l.qui iussu.quod dic vt ibi.†Si iniustè, tũc Aut infert violentiam tãquam priuatus:vt quia vult aliquẽ verberare iniustè, & tunc potest quis sibi resistere vt cuilibet alteri priuato, & violentiam eius repellere.C.de iure fisci.l. prohibitum. &.l. defensionis facultas. lib.10. & de metatis.l.deuotum.lib. 12.Aut infert violẽtiam vt iudex vel officiarius, & tunc Aut in casu non spectante ad officium suum, vt si iudex secularis vellet corporaliter punire clericum notoriè,& tũc potest quis vim repellere & ei resistere. ff. de regulis iuris. capitu. ea quæ fiunt.lib.6. Ad quod facit quod notat Innocẽtius.s. de officio delegati. si quando. super verbo transactionem. in fi. dicens quòd iudicibus male procedentibus.s. ad ea quæ non sunt cõmissa ei resistere possumus, & ctõra eos cõpetit interdictum vnde vi.argumen.in dicta.l.prohibitum. Aut in casu spectante ad officium suum,& tunc. Aut infert violentiam notoriè illicitam & damnatam, seu in casu notoriè illicito & damnato,puta contra ius diuinum vel ciuile vel canonicum,& tunc idem contra ius diuinum,vt.11.quæstione.3.cap.non semper. capit.si dominus. & c. Iulianus imperator.21.distinctio.infe
19 rior.s.de maioritate & obedientia.cum inferior.† Contra ius canonicum vt.12.quæstio.2.non liceat Papæ.15.quæstione.6. iuratos.&.s.de tempora.ordinã.dilectus. Contra ius ciuile,vt. C.vt omnes tam ciuiles quam mili.iudices,l.vnica.§.officium de appellationi.l. quoniam iudices. de decur.l.omnes iudices, in fi.lib.10.de excusatio.mune.l. placet.in fi. eodem lib.in authen. quomodo oportet Episco. & cere.cleri.§.1.collatio.1.ad quod facit quod not. in dicta.l.non potest dolo carere.s.de tẽ
20 porali.ordinan.ad aures. † Aut infert violentiam de qua est dubium vtrum sit illicita vel damnata, & tunc,aut quæris de iudicibus seu officialibus maioribus iurisdictionem habentibus, aut de officialibus minoribus iurisdictionem non habẽtibus. Si de maioribus, tunc, aut violentia seu damnum,quod iudex seu officialis vult inferre,potest reparari,seu recuperari,seu repelli per viam iuris,& tunc non est ei resistendum, sed ab eo, & contra eum appellandum seruata distinctione inter leges,secundum quas non potest regulariter ante diffinitiuam appellari. vt.ff.de appellationibus recipiendis.l.2. & canones secundũ quos potest,vt.s.de appellationibus. super eo.2.qđ dic vt ibi, aut non potest reparari recuperari,seu repelli per viam iuris,vt quia iudex vult te suspendere, vel tibi abscindere auriculam, appellas. & tunc semper prosequitur te,nec vult te audire, & tunc si non potes habere copiam iudicis maioris manu tua te defendere potes. Ad qđ facit.l.quæ dicit,quòd in casu vbi non est alias appellandũ, si damnum illatũ,per sñiam reparari nõ appellari põt, vt in dicta.l.2.ff.de appellationibus recipiendis.argumen.ff.de his quæ in fraudem creditorum.l.ait prætor.§.si. debitorem,quia inde non debent nasci iniuriæ vnde iura nascũtur.C.vnde vi.l.meminerint.Pro hoc etiam facit.l.allega.quoniam iudices.C.de appellationibus. & C. vt nemini liceat sine auctoritate iudicis se vindi.l.1. & quod notat Innocentius in dicto capitulo si quando.gl.vltima.s.de officio delegati.Dicẽs, quòd si iudex post appellationem legitimæ ad superiorem interpositam, à sententia condemnatoria nitatur de facto sententiã suam executioni mandare, potest condemnatus qui appellauit ei resistere violenter,cum ex tunc non sit eius iudex.argu
21 men.de appellatio.bonæ.&.c. dilectus.† Si quæris de officialibus minoribus iurisdictionem non habentibus vt seruientibus & similibus,tunc,Aut non constat de mandato superioris, seu alias de potestate sua,& tũc potest eis resistere sicut & priuato,vt in dictis.l.prohibitum.&.l.defensionis.& in authenti, de exhibendis reis.§.quid.colla.5. Aut constat,& tunc non potest ei resisti in casu vbi nec superiori suo posset,sed bene posset in casu vbi & superiori posset per iura allega. & argumen. 93.dist.c.si.94.d.cap.1.s.de officio delega. sane.quia,& de hoc notat in dicta.l.vt vim.ff.de iustitia & iure. Et ad distinctionẽ præmissam, vtrum iudex inferat violentiam iustè vel iniustè, concordat beatus Thomas in summa.q.69.articulo.4.vbi querit vtrum liceat alicui condemnato ad mortem defendere se per violentiam,vel per fugam,si adsit facultas,& respondet qꝫ
22 aliquis cõdemnatur dupliciter ad mortem.†Vno modo iustè, & sic non licet damnato se defendere, licitum est enim iudici eum resistentem impugnare. vnde relinquitur quod ex parte eius bellum sit iniustum. Vnde indubitanter peccat:propter quod apostolus dicit ad Romanos.13. Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit,& ipse sibi damnationem acquirit.11.
23 quæstio.3.qui resistit.†Alio modo cõdemnatur aliquis iniustè, & tale iudicium simile est violentiæ latronum, & ideo sicut licet resistere latronibus malis, ita licet resistere principibus malis in tali casu nisi forte propter scãdalum vitandum, cum ex hoc aliqua grauis turbatio timeretur fugere, tamen licitum est,licet enim resistere nõ debeat inferenti mortem,tamen non tenetur facere id vnde mors sequatur, quod est manere in loco, vnde ducatur ad mortem, sicut etiam si aliquis damnatus sit quod fame moriatur,non peccat si cibum occultè sibi ministratum sumat,quia non sumere esset seipsum occidere.Secundum Thomam. & idem notat cum eo frater Ioannes in summa confessionum tit.de raptoribus.rubricella.de accusatione,q.196.vtrum alicui &c.

1 *Religiosus adhibens medicinam ægroto inde mortuo,fit irregularis.*
2 *Clericus imperitus dans medicinam ægroto inde mortuo fit irregularis.*
3 *Clericus peritus adhibens medicinam ægroto, deinde mortuo & diligentiam erga eum exhibendo,non fit irregularis.*
4 *Medicus qualem curam debet erga ægrotum adhibere.6.*
5 *Securius est ægrotum relinquere in manibus Dei quam cum exponere dubio medicine.*
7 *Clericis an medicina interdicta.*
8 *Clericis an chirurgia interdicta.*
9 *Medicus conueniens cum ægroto sanato, & recidiuo an teneatur iterum curare.*

Tua nos. ¶Si quæris vtrũ,& quando medicus seu cirurgicus artẽ suã circa infirmũ exercẽs, postea mortuũ, vel mutilatum ex hoc irregularitatem incurrat, & qualem curam seu diligentiam debeat circa infirmum adhibere ad hoc vt pœnã irregularitatis debeat euitare,distingue, aut quæris de primo.s.vtrum
1 & quando ex hoc irregularitatem incurrat,& tunc,†Aut est talis qui non potest assumere seu exercere artem medicinæ, vel chirurgie vt religiosus, qui in hoc vsurpat alienũ officiũ,licet in arte peritus sit, & omnem diligentiam adhibeat ita qꝫ quantum ad mortem in nullo culpabilis reperiatur, & talis morte secuta,quia in culpa fuit ante factum irregularis est,vt elicitur. s.de etate,& qualitate.ad aures.& hoc in.§.nos igitur. & dispẽsatione indiget,vt hic in.§.nos igitur. secundum Hostiensem hic. Licet Innocẽtius dicat quòd nullo modo erat irregularis, sed ideo dispẽsatione eget, quia officium sibi interdictum publicè vsurpauit,quod satis idem sapit secundum Hostiensem & Ioannem Andream. Aut est talis qui põt assumere seu exercere artem medicine vel chirurgie,& quæ spectat ad officium suum. puta, quia clericus est medicus, quod officium non est
2 clerico interdictum,& tunc † Aut non est peritus in exercitio chirurgiæ seu medicinæ, & tũc si ex medicina sua mors sequatur irregularis est nec dispensatur cum eo,vt in capit. ad aures, & idem innuitur à contrario sensu hic.§.nos igitur.ibi, & peritus erat &c.secundum Hostiensem. Dic tamen quod Papa si vellet,posset cum eo dispẽsare, nam & cum homicida voluntario posset, licet vix faciat,vt nota Hostiensis.s.eodem sicut dignum.§.eos.& dixi ibi super glos.nota quòd homicidium. Et est ratio,quia irregularitas & eius pœna est de iure positiuo & canonico,vt notat Innocentius.s. de renunciatio. nisi cũ pridem.glo.irregularitas personæ.&c.s.eodem ad audaciam.in fi. j.de clerico excõmuni. minis.si celebrat gloss.quod super hac. versi.in suspensis autem,& Hostiensis post eum ibi, &.j. codẽ postulasti. & Archidyaconus.56. distinctione apostolicam,in magna glo.16.quæstio.7.omnes. super verbo tenetur.&.j. de sententia excõmunicationis qui in ecclesia.super verbo,in iure.lib.6.& Speculator titu. de legato.§.iuxta propositionis. in princip.& in versic. Papa autem & Guilielmus de monte lau. & Gen.extra,eodem tit.capit.vnico.in clementi.super quo potest libere dispensare,quod dic vt legitur & notatur.s.de con-
3 cessio.præben.proposuit.†Aut est peritus in exercitio chirurgie vel medicinæ,& tunc,aut exhibuit omnem diligentiã quã debuit exhibere tam ante factum,quam in ipso facto,sequendo traditionem artis, quam ex post facto diligentem & congruã custodiam adhibendo,& tunc licet mors sequatur,nõ est irregularis secundum Hostiensem & Ioannem Andream; argumen. hic. Aut ante factum vel in facto vel ex postfacto reperitur de morte culpabilis,& tunc est irregularis,quòd dic vt
4 legitur & notatur hic,& in dicto capit.ad aures. † Aut quæris de secundo principali qualem curam seu diligentiã debet medicus circa infirmum adhibere,& tunc, aut quo ad ministrandum medicinam vel cirurgiam congruentem, & tunc dic vt Innocentius hic in glo.4.& Hostiẽsis post eum. Vnde illas medicinas vel chirurgias conferat vel facit quas sciat secũdum artem proficere debere,consideratis circunstantijs vniuersis,ita quod omnia diligenter inspiciat. Quia si sciat medicinam nocituram & eam conferat peccat,& eodem modo si dubitet eã nocituram vel nõ profuturam,& eodem modo si vehementer credit eã profuturam,sed aliquid dubitationis habet vel habere debet ne noceat, quia in dubijs tutior via est eligenda.s.
5 eodem,ad audientiam.&.j.eodem,petitio.†sed & securius est relinquere hominem in manibus creatoris sui quàm ipsum exponere quocunq; modo dubitabili medicine. Et si scienter omittat dare medicinam debitam peccat sicut peccaret indebitam propinãdo,& est satis expressum hic, & in c.alle. ad aures. secundum Innocentium & Hostiensem & Io. Andream qui plenè,notant,hic est ista materia. Cum quibus concordat Raynerius in summa, eodem tit.§.8.quid si physicis.& Goffredus in summa,eodem titu.§.qua pœna. versi.ideo licet medico.& frater Ioannes in summa confessionum, eodem titu. quæstione.35.quæstione, quid de physicis &c. & quinq; que-
6 stionibus sequentibus.Aut quo ad visitationem & modum regiminis,

giminis, & tunc ad hoc vt medicus vel chirurgicus dicatur ex postfacto congruam diligentiam adhibere, sufficit quod infirmam visitet personaliter, & dictam suam, ac regimen dictet ei, nec tenetur ad custodiam continuam personalem. argumentum in eo quod legitur & notatur. ℣. de frigidis & maleficiatis. capitu. fina. §. fina. de consecratione. distinctione. 5. nunquam. quod est valde nota. dignum. Et multum declarat illud quod legitur & notatur. ℣. de ætate & qualitate ad aures. ℣m Hosti. & Ioannem And. & vide quod notat Speculator, tit. de lega. §. iuxta propositiones. 2. col. versicu. si autem aliquis sagittam, dicēs: qd extrahēs sagittā vel gladium vel telum infixū in guttu re vel pectore alicuius, propter quod vulneratus citius moritur irregularis est. argumen. hic, &. ff. de regulis iuris. l. culpa. melius. ff. ad. l. aquiliam. l. ita vulneratus. & in versi. quid si quis. Dicens quod vertēs infirmum vt citius moriatur est irregularis. & idem notat frater Ioannes in summa confessionum eodem titulo. quæstione. 6. vbi etiam de hoc, & in hoc cōcordat. Gulielmus de montela. extra eodem, capi. vnico. glossa vltima
7 in fine in clementina. † Quod autem dictum est. ℣. secundum Hostiensem, quod officium medicinę non est clerico interdictum. Intellige de clericis in minoribus, ordinibus constitutis non beneficiatis, nō intendentibus promoueri, sed clericis in sacris ordinibus constitutis, vel etiam in minoribus, dū tamen sufficienter beneficiati sint, nō licet de physica operari, nisi gratis pro miserabilibus personis vel consanguineis suis. nec etiā tunc si posset ibi esse periculū, quod longe strictius est in clau-
8 stralibus obseruandum. † Officium autem chirurgiæ quod adustionem vel incisionem inducit, est sine omni exceptione talibus interdictum. ℣. ne clerici vel monachi. capitulo. 1. & capitulo sententiam sanguinis. & hoc est etiam consilium Goffredi & Hostiensis in summa, eodem titu. §. qua pœna. sub. §. illud autem. in fi. quod promoti, & maxime promouendi ab opere practicali, & potissimè chirurgico, quod adustionē vel incisionem requirit abstineāt, cum in nullo vacillare debeat conscientia promouendi. 33. distinct. laici. vt hoc notat frater Ioannes in summa confessionum, dicta quæstio. 35. quæst. de physi-
9 cis &c. † Et vtrum medicus qui cum infirmo de certa mercede cōuenit, qui tandem ab egritudine liberatus in eandem infirmitatem incidit, pro eodem salario teneatur curare infirmū, notat Bartholomeus Brixiēsis in quæstione sua dominic. quæ incipit, quidam medicus. vbi soluendo potest dici quod si culpa infirmi incidit, aliàs recidiuauit non obligatur medicus, alio quin sic. ff. de regulis iuris. l. quod quisque culpa sua. Petrus distinguit vtrum incontinenti redierit infirmitas, & tunc tenetur. de pen. distinct. 1. diuortium. vel ex interuallo, & tunc non.

1 *Clericus denuncians & concludens ad pœnam sanguinis inde se quiti, fit irregularis.*
2 *Clericus denuncians pro interesse ciuili in causa criminali non irregularis. 6.*
3 *Clericus denuncians si protestetur non intendere ad sanguinem non fit irregularis.*
4 *Clericus sine protestatione, non potest in causa criminali agere.*
5 *Clericus quomodo debeat concludere in denunciatione per eum facta.*
7 *Casus qui euenire potest spectatur in se habentibus ad esse tantum.*
8 *In se habentibus ad esse, et non esse, an casus qui euenire potest spectetur. 10.*
9 *Diuinare quod euenet, nemo tenetur.*

POstulasti ¶ Si quæris vtrum clerico deferenti querimoniam de raptore, vel furre, vel alio criminoso corā iudice seculari, qui iudex postea veritate comperta ipsum mutilat, seu occidit huiusmodi mutilatio, vel occisio debeat imputari quo ad pœ-
1 nam irregularitatis. Distingue. † Aut clericus huiusmodi querelam deferens concludit, seu tendit ad pœnam mutilationis vel mortis, & tunc credo quod est irregularis. argu. ℣. eo de cetero. cum ibi nota. & capitu. ad audientiam. etiam si tunc ante vel post protestaretur expressè: quod per hoc ad pœnam sanguinis non intendit, cum per factum contrarium suæ protestationi tacite renūciare videatur. argum. eorum quæ legun. & notan. ff. nau. caupo. stabu. l. vlti. §. item si prædixerit. ℣. de cōstitu.
2 cum M. & de condit. ap. c. vltimo. † Aut non concludit nec tendit ad pœnam sanguinis, mutilationis, vel mortis, sed forte ad satisfactionem damni, vel restitutionem rei suæ, vel etiam ad emendam pecuniariam sibi competentem ratione iniurię vel delicti sibi vel in persona pro quo competit sibi actio, illati, vt qui diceret familiarem suum in cōtemptum sui interfectum, vel emendas quas homines pro suis excessibus soluere compelluntur, ad ipsum de consuetudine vel alias pertinere iuxta. c. dilectus. ℣. de offic. ordi. & tunc. Aut prælatus vel clericus ac cusauit vel detulit aliquem de crimine, cuius cōdemnatio non est mors nec membri mutilatio, & iudex imperitia vel seueritate condemnauit ad mortem, & tunc sibi non imputatur seu impingitur. argumentum optimum. ff. de oper. libe. l. qui cum maior. §. 1. & de euict. l. si per imprudentiam. secundum Cardinalem. ℣. eod. prælatis. glossa. 1. versi. item si prælatus. libr. 6. & pro hoc videtur casus hic. Aut accusauit vel detulit eum de crimine cuius condemnatio seu pœna est mors vel mem-
3 bri mutilatio, & tunc. † Aut protestatur expresse quod ad vindictam seu pœnam sanguinis non intendit iuxta. capitul. prælatis. ℣. eod. lib. 6. et tunc non debet sibi imputari, si iudex ad pœnā sanguinis procedat, vt ibi. Et quod clerius possit prosequi iniuriam suam ciuiliter non criminaliter coram iudice seculari, notat Archidy. 11. quæstio. 1. clericum. 2. super verbo proponere. Licet enim iniuriam passus rancorem dimittere teneatur, non tamen emendam. 90. distinctione. si quis contristatus. & de hoc. 23. quæstio. 4. si is qui. & per Guilielum & Ioannem Andream in dicto capitulo prælatis. Aut non potestatur in aliquo, vel si protestetur non tamen expresse, quod ad vindictam seu pœnam sanguinis agere non intendit, & tunc dicit Innocentius hic, quod clericus nec criminaliter nec ciuiliter agere potest, si vel de iure vel de cōsuetudine in tali modo agendi iudex consueuit pœnam sanguinis irrogare. Et decretalis ista loquitur quando iudex consueuit legitimè procedere, sed ex postfacto requisita potestate vt decimas solui faciat, ꝓpter cōtumaciam suā iudex ex officio suo procedat ad pœnas corporales. quod clerico petenti nullatenus est imputandū. Sed Hostiensis notat hic quod veritate considerata talis clericus taliter agens potest dici homicida saltē facta exhortatione, & quia dat causam propinquam homicidio. argumentum. ℣. eodem si gnificasti. 2. §. 1. & capit. de cetero. & capit. sicut dignum. §. qui vero. &. §. vltimo. sed per denominationē iuris canonici à quo hoc impedimentum & irregularitas procedit, non censetur talis irregularis, sicut nec homicida casualis, vt. ℣. eodem Ioannes. & capit. fina. secundum Hostiensem. Si placet, dicas audacter cū Goffredo, quod si clericus actor crederet in nullo modo posse peruenire ad effectum suæ petitionis nisi cum sanguinis effusione, non est inuocādum brachiū seculare per quod, secundum conscientiā petentis peruenireturad sanguinis effusionem. 23. questione vltima. conuenior. Tunc enim dicēdum esset potius rem petitam dimittendam: vt. ℣. eodem titulo suscepimus. Quod ergo hic dicitur vix absque &c. non exponas vix, id est nullo modo. sed id est difficulter. quamuis. n. actor bene credat cum difficultate posse puniri ad effectum suæ petitionis, credit hoc tamen, & ideo si ciuiliter agat iudex, tamē modo ciuilis actionis accedens gladio vtitur excessus non imputatur actori, sed iudici, vt hic dicitur secūdum Goffredum & Ioannem Andream hic. idem Archidyaconus qui hoc notat à versicul. si placet citra. 23. quæstione. 3. Maximianus glo. fina. Et vide quod ipse notat. 23. quæstione. 5. de occidendis. & capit. si vos. glo. penultima. vbi dicit post Vincentium qui hoc idē notat in dicto capit. dilectus. ℣. de officio ordinarijs, quod licet Abbas ad quem pertinent in totum vel pro parte emēdę iuxta formā illius c. probet homicidium, vel aliud delictum, ad finē emendę non videtur accusare, quia agit pro emēda vel pœna statuta, & licet publicū sit crimen, tamen agitur quasi ciuiliter, vt ℣ delict. puer. c. referente. &. ℣. de ordine cognitio. cū dilectus. agit enim Abbas ad pœnam ciuiliter imponendam, vt. ℣. de purgatio. vulga. capit. dilecti. Et nō obest ordini Abbatis vel dignitati prosequi ius suum, licet pœna grauior inde sequatur, vt hic & dicta. l. qui maior. §. 1. ad idem. ℣. eo. prælatis. li.
6 6. † Nec obstat ad præmissa. ℣. eodem tua nos. §. ad vltimum. quia ibi illi scholares, ideo non sunt irregulares, quia ipsi non agebant ad punitionem latronis, sed ad emādationem vulneris & iniuriæ illatæ clerico, quod poterat cum protestatione, vt in dicto capitulo prælatis. & iste est verus intellectus illius capituli, tua nos. §. ad vltimum. ℣. eodem secūdum Ioannem Andream ibi, & concordat Cardinalis in dicto capit. prælatis. glo. 1. in fi. Et de materia huius capit. notat Rayne. in summa eodem titu. §. 10. idem quod si clericus. & frater Ioannes in summa confessionum. eo. tit. quæstio. 46. quid si clericus. & quæstione

stione sequenti. & Hostiensis in summa eodem tit. §. qua pœna. versicul. verum circa hanc. & Bartholomeus Brixien. in quæstione dominicali. 96. quæ incipit, aliquis clericus conuiebat furem.

Super eo. c. ¶ Hic habes, quod non tenetur quis inspicere illud quod euenire potest, & patet. ℣. distinctinctione proxima. sed argumen. contra. ff. de iuris dictione omnium iudicum. l. si idem cum eodem. §. finali. de negotijs gestis. l. diuortio. ex quibus causis maiores. l. sed si per prætorem. §. si ferie. loca. & conducti. l. si quis domum. §. 1. C. soluto matrimonio. l. 2. in principio ad trebellianum. l. lucius. §. penul. ad legem falcidiam. l. in quātitatem. §. magna dubitatio. de dam. infecto. l. qui bona fide. §. cum inter. & de aqua pluuia arcenda. l. in diem. §. fi. de re iudicata. l. si quis ab alio. C. communia de lega. l. vlti. §. sinautem. & in authen. ibi signata res quæ subiacet. instit. de rerum diuisione. §. illud. ℣. de seruis non ordinan. c. 1. cum ibi notat. Circa quod distingue, aut illud quod euenire potest se habet ad esse tantum, aut se habet ad esse, &
7 non esse. † In primo casu refert, aut se habet ad esse tantum ex necessitate naturæ, aut ex necessitate legis, aut ex voluntate cōtrahentiū. Si ex necessitate naturæ, vt hominem mori: vt. ff. de conditionib. & demonstra. l. 1. in authen. de nuptijs. §. deinceps. colla. 4. tunc spectatur casus qui euenire potest: vt. ff. de vsufructu. l. si vsusfructus. & dicta. l. si quis domum. §. 1. cum ti milibus. Si necessitate legis, tunc idem vt in dicto. §. si feriæ Si ex voluntate contrahentium, tunc idem, vt. C. communia
8 de legatis. l. vlti. §. sed quia nostra maiestas. † Secundo casu quādo se habet ad esse & non esse, & tunc refert. aut ratione præsentis status speratur aliquid probabiliter in futurum, & tunc spectatur quod euenire potest. Verbi gratia, quando status, vel conditio rei tendit ad hoc, vt dicta. l. qui bona fide. §. cum inter de dāno infecto. & dicta. l. lucius. §. penultimo. ff. ad trebel. & dicta. l. 2. ff. soluto matrimonio. & ibi not. in glos. vbi dicitur, qꝰ res erant in loco periculoso &c. & dicta. l. si idem cum eodem. §. fi. &. C. de pactis. l. 1. & cōmunia de legatis. l. vlti. §. sinautem. & authen. ibi posita. res quæ subiacent, Aut ratione præsentis status nihil speratur probabiliter in futurum, & tunc non im-
9 putatur ei qui non diuinauit quod euenire potest, vt in. l. cum quædam puella. §. quotiens. ff. de iurisdictio. omnium iudicū. & dicta. l. sed si per prætorem. §. si feriæ. in eo quod loquitur de ferijs repētinis secūdum Dynum qui ita in effectu diltinguit. & notat Cynus in dicta. l. vlti. §. sinautem sub conditione. C. cō
10 munia de legatis. † In hoc tamen vltimo membro videtur sibi subdistinguendum & bene. Aut potest imputari ei contra quē agitur dolus vel culpa, & tunc spectatur casus aduentitius, vt. ff. de furtis. l. eum qui. §. Papinianus. & in dicta. l. diuortio. ff. de negocijs gestis. ad. l. aquiliam. l. 1. in principio. &. C. de euictio. l. si fundum sciens. cum ibi not. & pro hoc facit optimè quod legitur & notatur. ℣. eodem continebatur. &. ℣. eodem, is qui mandat. lib. 6. Aut non potest sibi imputari dolus vel culpa, & tunc nō spectatur, vt hic & in his quæ nota. ℣. distinctione proxima. & per Bernardum & Hostiensem. ℣. cap. proxi. pro hoc. ff. mandati. l. si fideiussor. §. si cum debitor. ℣. vt eccle. benefi. capitu. vt nostrum. & facit pro vtroq; membro. ff. ad. l. aquiliam. l. si putator. Posses tamen si velles istud vltimum membrum, subdistinguere, aut quæris vtrum inspicitur quod euenire potest quo ad condemnationem faciendam, aut quo ad cautionē interponendam, aut quo ad rem de qua agitur non impediendam, In primo casu non inspicitur. verbi gratia. Prom sisti mihi aliquid si nauis venerit ex Asia, hic non inspicitur quod euenire potest, vt statim agi possit & sententia ferri, vt. ff. de iudici. quēmadmodum. Secundo casu inspiciter regulariter, quod dic vt legitur & notatur. ff. de iudicijs. l. in omnibus. &. C. vt in possessio. lega. l. 1. In tertio casu refert, aut illud potest probabiliter euenire. Aut improbabiliter seu raro & cum difficultate. In primo casu debet inspici, vt in prædicto. §. magna dubitatio & dicta. l. si quis ab alio cum concordantij. ℣. in principio allegatis. In secundo casu non debet inspici, vt. ff. de in litem iurando. l. 1. de peculio. l. eo tempore. ℣. de verborū obligationibus. l. inter stipulantem. §. sacram. cum similibus. Sed membra ista à versiculo. posses tamen latis sub præcedentibus continentur.

1 *Causam præstans damni irregularitatem incurrit.*
2 *Causam non præstanti damni nihil est imputandum.*

XHibita nobis. i. clerici. ¶ Si quę iste puer lapidem proijciēs sit irregularis, & ista decretalis de dispensatione loquatur, distingue secun-
1 dum Innocentiū. † Aut huic ruinę vel offensioni alterius pueri lapidis iactu cām nō præstitit, quia forsan puer qui fugiebat cespitauit, nec propter timorem proiecti lapidis cecidit, & tunc lapidem proijciens non est irregularis, & secundum Ber-
2 nardum hæc decretalis loquitur de iure communi. † Aut huic ruinę vel offensioni lapidis iactus causam præstitit, quia dum eius percussionem caueret vt ipsam euaderet, fugisset, & propter hoc in alium lapidem corruisset, & tunc lapidem proijciens irregularis esset, & secundum hoc de dispensatione loquitur secundum Innocentium. Vincentium & Abbatem. & idem videtur tenere Ioannes Andreas. argumen. ℣. eodem. de cętero. & capitu. presbyterum. Satis tamen potest dici quod ex declaratione iuris canonici talis sit suæ conscientiæ relinquendus, nec excusatur propter medicamenti imperitiam & patris incuriam, nec non & ætatem tenerem, secundum Hostiensem qui putat indistinctè istam decretalem loqui de iustitia communi. idem tenet Bernar. in glos. fin. pro quo facit. ℣. in procemio in fi.

1 *Pugnans in bello iusto morte per eum non sequuta, irregularis non est.*
2 *Pugnans in bello iniusto an fiat irregularis.*
3 *Occidere & mortis causam præbere, paria sunt.*

PEtitio tua nobis exhibita. ¶ Si quæris vtrum pugnans in bello ex hoc irregularitatem incurrat, distingue, aut pugnat ī bello iusto aut iniusto.
1 † Si iniusto, tunc, aut ex percussione ipsius nō fuit aliquis mortuus, & tunc non est irregularis. ℣. de restitutione spoliatorum. ex tenore. & capitulo olim causam. ℣. ne clerici vel monachi sententiam. secundum Innocentium Hostiensem & Ioānem Andream hic. idem Archidyaconus. 36. distinctione. c. fina. gl. sua fi. vbi vide, & quod notat Gotfred. in summa de torneamen. §. fi. & Innocentius in dicto capit. olim causam. glos. quomodo. versi. sed & si quidem. &. ℣. ne cleri. vel monachi sententiam. & Archidyaconus. 23. quæstione vlti. Vnde etiam dicit Hostiensis hic, quod si quis in bello iusto pugnauerit in propria persona, quamuis aliquos percusserit dummodo de morte alicuius conscientiæ remorsum non habeat, non censetur irregularis, vt hic expresse probatur. Ad quod faciat quod notat Innocentius. ℣. de pœnis, quod in dubijs. dicens, quod licet prelatus ratione temporalis iurisdictionis posit bellum indicere, & antequam fint in percusionibus hortari, vt viriliter pugnent. 23. quæstione vltima igitur. & capitulo hortatu. & capitulo vt pridem. & bellis interesse & hortari ad capiendum, si tamen dū sunt in percusione incitauerint aliquem ad percutiendum alium forte est irregularis secundum Innocentium. imo sine forte, secundum Hostiensem si sequatur mors vel mēbri truncatio. Dicit tamen talem non deponendum, & quandoq; cum eo dispensatur secundum ea quæ nota. ℣. de homicidio. sicut dignum. §. finali. Aut ex percusione ipsius aliquis mortuus est, & tunc est irregularis. argumen. in eo quod legitur & notatur extra eodem capit. vnico. in clementi. Et quod proximè dixi. secundum Hostiensem. si in bello iniusto, tunc dicunt Innocentius Hostiensis & Ioannes Andreas hic, quod quomodocunq; auxilium vel consilium dedit in mortem alterius, vel si culpabilis vel negligens fuit, & ex hoc secuta est mors irregularis ex. 50. distinctione quantū dicit. & capitulo sæpe. & capit. si duo. Et ex hoc videtur quod si euntes ad bellum iniustum fauorem præstent suis, puta quia securius ledūt inimicos, sine terrorem incutiunt aduersarijs, quod scilicet fugiant, vel non audeant se defendere, vel quod inimici sui tremefacti eos deferunt, si ex his secuta est mors irregulares sunt. Si autem ad iniustum bellum quis iret causa pacificandi, vel aliàs ea iusta causa non ereditur huic imputandum si ex eius præsentia aliquod robur accrescat suis, vel timor aduersarijs, dummodo dolus omnino absit, & etiam lata negligentia, & hoc bene probatur à contrario sensu in dicto capit. quātum dicit. &. ℣. eodem. presbyterum. secundum. Innocentium Hostiensem & Ioannem Andream. idem Guilielmus in Specu. tit. de legato. §. iuxta propositionis. in fine versicu. sed nunquid clerici. vbi plene de ista materia. Et idem quod dictum est. ℣. de morte. intellige de mutilatione secundum, Raynerium, Goffredum & Hostiensem, qui hoc innuit tit. de torneamen. in fi. dicentes. quōd si quis interfit bello licito, nec occidit, nec mutilat, nec causam
3 mortis præstat, si aliàs sit idonea poterit promoueri. † Nihil. n. interest quis occidat vel causam mortis præbeat. ff. ad. l. cornelium

liam. de sicarijs. l. nihil. nec talis indiget dispensatione. vt notat glos. Guilie. super Rayne. ibi. Si vero in bello illiciro & homines sunt occisi, ibi etiam si non per istos ei imputatur propter culpam præcedentem. & ita non poterit promoueri. 15. q. 1. capitu. vltimo. distinctio. 1. si quis cum telo. & argumen. à contrario. j. de cleri. percus. capit. præsentium. ś. eodem conti nebatur. melius. 51. distinctione. si quis post acceptũ. & capit. præcedenti. Item videtur tenere Ray. ibi quod cũ talibus Episcopus posit dispensare, dummodo nec mors nec mẽbri mu tilatio fuerit subsecuta. argu. j. de clericis pugnan. in duel. ca. 1. &. 2. & addit glo. Guili. non fuerit subsecuta, per illos scilicet, licet fuerit subsecuta per alios. & idem not. frater Ioannes in summa confessio. tit. de torneamen. q. 5. quid de his &c.

¶ De clericis pugnantibus in duello. Rubrica.

1 *Duelli diffinitio.*
2 *Duelli etymologia.*
3 *Duellum est illicitum de omni iure. 5. 7. 9. 11.*
4 *Dauid & Golias duello pugnauerunt.*
6 *Duellum est inuentum diabolo fabricante.*
8 *Rerum iactura est potius sustinenda, quam malo consentire.*
10 *Res suas licet armis defendere.*
12 *Clerici in duello pugnantis pœna, est irregularitas & depositio.*
13 *Cum pugnante in duello quis dispensat.*
14 *Homicidium decem modis committitur.*

Enricus presbyter nobis. ¶ Si quæris quid sit duellũ, & vnde dicatur, vtrũ sit licitum, vel illicitum, & quæ sit pœna clerici in duello pugnantis, & quis cum eo valeat dispensarè, distiugue, aut queris de primo, scilicet quod sit
1 duellum, & vnde dicatur. † & dic secundum Raineriũ Goffr. & Hostiẽ. in summis suis. eo. titu. §. 1. quòd duellum & singularis pugna inter aliquos ad probationem veritatis inuenta, ita vide licet vt qui vicerit, probasse intelligatur. & si non vicerit, de-
2 fecisse in probatione putetur. † Et dicitur duellum quasi duorum bellum: dicitur etiam monomachia quasi vnica & singu laris pugna inter duos, à monos quod est verũ, & machia quod est pugna quasi duorum vna pugna, vt probatur hic, &. ś. c. proximo. j. de purg. vulg. significantibus. 2. q. 5. monomachiam, dicitur etiam secundum Ray. in plerisq; partibus iudicium, eo quod ibi Dei iudicium spectatur, & cõcordat frater.
3 Ioannes in summa confes. hoc tit. q. 1. † Aut quæris de secundo, s. vtrũ sit licitũ vel illicitũ & dic q̃ illicitũ ẽt inter laicos se cundum Ray. Goffre. & Hostien. & Ioannem Andream, in tã tum quòd nunquam est offerendum nec recipiendum, immo etiam ẽm legem Romanã reprobatur, vt. C. de actio. & oblig.
4 l. negantes. & de gladiatoribus. l. vnica. † quamuis enim Dauid & Golias simul pugnauerint, nõ tamen pro lege teneri debet vt in dicto. c. monomachiam. Et est ratio, quia in talibus Deus tentari videtur. 2. q. 5. mennam. j. de purga. vulga. per totum, quod est contra illud præceptum. Non temptabis dominum Deum tuum. Deuter. 6. c. & Matthei. 4. c. cõtra quod nullo mo
5 do faciendum est. 22. q. 2. quæritur. † Secundo quia mortes ho minum & pericula animarum inde prouenjunt. ś. ti. proxi. c. 1. vnde & homicidę veri existunt vt hic. Tertio quia non est ve risimilis probatio, immo verisimile est quod fortior debilioré conculcet. ś. tit. proxi. c. 1. Quarto quia vix aut nunquam repe ritur in eo æqualitas quæ in iudicijs approbatur. ś. de mutu. peti. c. 2. de excep. cum inter. Quinto quia inuentum est diabolo fabricante, vt in dicto. c. mennam. & c. consuluisti. 2. q. 5. Sexto quia falsa probatio est, vnde nec sententia hac occasione lata transit in rem iudicatam. j. de purga. vulga. ca. 2. Septimo quia nulla fortitudo sine iustitia laudanda est, in aut. vt omnes
7 obed. iudi. prouincię. 1. responso. colum, 5. † Nec obstat quod crimen læsę maiestatis crimen perduellionis appellatur. ff. ad. l. iul. maiesta. l. vltima. quia illud nõ fit ideo quod in illo crimine, & non in alijs sit admittẽdum duellum prout quidam male in tellexerunt, sed quia perduelles dicuntur hostes, vult ergo dicere crimen perduellionis, id est crimen hostile. ff. de verbo. signifi. l. quos nos hostes. secundum Hostien. hic, & in summa eo. tit. §. an sit, & in his cõcordat Goff. in summa sua. & B. Th. in sum. q. 95. art. 8. & frater Io. in sum. confes. eo. ti. q. 2. an duellum. Nec excusat hoc casu consuetudo loci seu generalis à pec cato mortali sicut quidam dicere voluerunt inducentes illud pro se, quando mos erat, crimen non erat. 32. q. 4. obijciuntur quia illud concessum fuit diuina reu elatione per quam sicut Ia cob à mandato, israelite à furto, Sampson ab homicidio, sic & Patriarchę qui plures legũtur habuisse vxores ab adulterio ex cusantur. ś. de diuortijs. gaudemus. §. quia vero. Nec admittas distinctiones illorum qui dicunt referre vtrum quis offerat, vel oblatum sponte suscipiat, & tunc mortaliter peccat, vel in uitus iudice præcipiente cum aliter euadere non possit, vel res suas saluare, & tunc excusatur argumentum. ś. de homicidio interfecilti. &. ff. de iustitia & iure. l. vt vim. Nam & si præceptũ iudicis à tanto excusat, non tamen à toto. argumẽtum. ś. quod
8 metus causa. sacris. & de temporibns ordinan. dilectus. † & po tius debemus iacturam rerum sustinere quam huic malo con sentire. ś. de homicidio. suscepim°; & omnia mala pati. 32. quæ stione. 5. ira ne. secundum Hostiẽsem. Vnde dicas cum Alano sine exceptione quod nulla consuetudo vel verius corruptela põt hoc casu aliquẽ excusare, quia diuturnitas temporis &c. ś.
9 de simonia. non satis. &. c. cum in ecclesiæ. † peccant ergo mor taliter omnes, sed differenter. Grauiter enim peccat qui suscipit etiam propter quantumcunq; metum, attenuatur tamẽ pec catum eius multum propter periculum personę vel rerum, vt in capitulo allegato, sacris ita ne. ille autem qui sponte suscipit & ille qui offert. Item iudex qui defert vel præstat auctoritatẽ. Item assessores & qui dant consilium ad hoc, auxilium vel fauorem. Item sacerdotes qui dant benedictionẽ sicut alicubi consuetudo est, ibi omnes peccant longe grauius. Item si con tingeret aliquem ibi mori omnibus imputaretur homicidiũ, & omnes fierẽt irregulares. 17 quæstione. 4. omnes. secundum Hostiensem, Bernardum, Tancredum & fratrem Ioannem in summa confessio. eo. tit. quæstio. 3. vtrũ in duel o etiã &c. Glo. tamen Guilie. super Ray. hoc tit. dicit quod distinctio prędicta in versi. nec admittas. videtur rationabilis maximè vbi in nocens accusatur de crimine ad mortem. qui si duellum oblatum recusauerit statim suspendetur, & durum enim videtur dicere quod talis teneatur potius sustinere se suspendi, quam se defendere in duello. Et forte distinguendum est inter suscipientem in causa ciuili de rebus, vt dicatur quod in primo casu licitum sit suscipere duellum, non offerre. In secundo casu nec offerre nec suscipere licitum est, cum in temporalibus de beat potius quis damnum pati quam sic duellum sustinere.
10 † Sed cum res suas licet armis defendere easq; defendendo raptorem occidere si aliter defendere non possit, quare non potest eas defendere in duello, non quod ipse offerat sed quod ei à iudice, offeratur, vel post inferatur, propter hoc credit, quod hæc opinio cum ratione non careat, & sit benignior potius, quod sit tenenda ne videatur omnes damnare, qui se defendunt in duellis vel res suas. hæc
11 Guilie. † Sed contra eum facit quod duellum est prohibitum & damnatum, vt. ś. modo, sicut in actu damnato & contra au ctoritatem legis non licet aliquem inuadere seu inuadendo oc cidere, ita nec in actu damnato & contra auctoritatm legis li cet se defendere & seu defendendo se aliquem occidere, vt di xi plenius. ś. eo. significasti. 2. distinctione. 2. Item ista defensio quam quis facit in tradendo bellum campestre pro se defen dendo, non est ex necessitate incuitabili, quare non videtur q̃ excuser à toto. argumen. eorum quæ leguntur & not. extra de homicidio. ca. vnico, in clemen. Item iudex qui infert tali vio lentiam nisi se defendat in duello peccat grauiter, & ideo ei si posit, resisteret debet per ea quæ dixi in. c. significa. & non in duello alium occidere vt mortem euitet, & si non posit ei de facto resistere melius est omnia mala pati, quam malo consen
12 tire, vt in. c. allegato. ita ne. † Aut quæris de tertio, scilicet quæ sit pœna clerici in duello pugnãtis, & dic quod irregularitas, & depositio. argum. 51. distinctione. si quis post. Et tales pugiles, homicidę reputantur seu iudicantur, licet non in propria per sona, sed per alios pugnent, vt hic, & not. per Hostien. in sum ma. eo. tit. §. vltimo. Quod intelligo verum si mors, vel mutila tio, vel membrorum diminutio inde fuerit secuta, nam irregu laritas contrahitur nedum propter homicidium sed etiã pro pter diminutionem membrorum seu mutilationem. ś. ne cle rici vel mona. c. clericis. 1. responso. 51. distinctione. aliquãtos & capit. si quis post acceptum. &. c, qui in aliquo. 55. distinctio ne. qui ascendit. secundum Innocentium & Hostiensem hic, & Ioannem Andream post eos. idem Archidyaco. in capit. al legato. si euangelica. super verbo remoueri. idem Ioannes An dreas. j. de pœnis. in quibusdam. §. sacri. dicens quod hæc duo, scilicet homicidium & mutilatio æquiparentur, vt ibi, & ś. c. proxi. & j. de homici. ca. vlti. lib. 6. Item ex debilitate membri contrahitur irregularitas, vt notat Archidyaconus. j. de homi. capit.

capitulo vltimo, libro sexto. Et hæc vera intellige in alijs, quam in Papa: quia ille non potest irregularitatem canonicam
13 incurrere vt notat Hostien. j. ti. proxi. capit. vnico. † Aut quæ ris de quarto, scilicet quis cũ eo valeat dispensare: & tũc. Aut quæris de homicida, & cũ tali Papa non consueuit dispẽsare, posset tamen si vellet quod dic vt. ś. de homi. sicut dignum. secundum Hostiensem. ś. capit. proximo. circa hoc tamẽ sub distingue. Aut quæris vtrũ poterit per Episcopum dispensari, & dic q̃ sic in simplici beneficio, & in minoribus ordinibus seu circa executionem minorũ ordinũ nõ sacrorũ. Aut utrũ poterit dispensari per Papam, & dic q̃ sic etiam in beneficio cum cura argumentum in eo quod legi. & nota ś. de filijs presbyte. literas. & de præben. cap. fin. secundum Hostiensem & Ioanem Andream hic. & etiã in alijs beneficijs duplicibus. seu maioribus, & in sacris ordinibus. argu. ś. de electio. innotuit. Aut quæris de mutilante, & tunc idem infrà, de filijs presbyte. capitu. 1. & 2. libr. 6. Sed Archidyacon. tenet indistinctè. 50. distinct. miror. quòd Episcopus bene potest cum talibus di spensare in beneficio: sed non in ordine. argumen. huius. capit. & 50. distinctione. presbyteros, &. capitu. studeat. sed primum credo verius, & tutius per ea quæ not. in glossa. in dicto capit. miror. in princ. Aut quæris de mutilato, & tunc refert: quia & cum clerico mutilato dispensari potest, etiã quo ad ordinem si non nimis sit grauis mutilatio vel deformis: vt supra de cor por. vitic. capitu. 1. In enormi vero, vel deformi & si quantum ad minores ordines dispensentur: non tamen, quantum ad sacros. sed vbi in culpa non est in minoribus toleratur, nec ab ecclesiastico beneficio remouetur etiam sine dispensatione aliqua, nota suprà, de cleric. ægro. capit. 1. & 2. & capitu. penult. Nam & vbi culpa est hoc idem fieri potest: sed tamen ex dispensatione. vt patet suprà de corpo. vltim. significauit secun dum Hostien. supra. capitu. proximo. Et ad id quod dicit textus hic in fin. poterit &c. addit Hostien. & debebit. dum tamẽ corrigibilis sit. 50. distinctione. studeat. de incorrigibili verò dic vt not. supra. de iudic. cum non ab homine. secundum Ho stien. hic, sed Goffred. & Archidyacon. tenent in capitu. allegato. studeat, quòd non tenetur dispensare. argumẽ. huius ver bi poterit. quorum opinio videtur securior liet Hugo. ibi innuat idem cum Hostien. hic, & videtur, quòd clericus beneficium huiusmodi habebit vt stipendium, non vt beneficium: & sic quasi laicus habeat. 32. distinctione. si qui verò. Verius, puto, quòd habeat vt clericus, & sic beneficium intitulatum, per hanc literam secundum Goffred. hic, & in summa eo. titu. in fin. & argumen. 50. distinctione. studeat. & argument. illius capitu. in fin. ibi, ecclesiæ suæ. id est ab ecclesia, quam habet. &
14 de hoc per Hostiensem in summa eod. titu. §. vltim. † Et nota secundum Hostiensem hic, quòd quatuor modis committitur homicidium, scilicet facto, præcepto, consilio, vel dispensione. Sunt & alij sex modi vnde iunge hic vel voluntate, siue consensu, vel studio, exhortatione, instigatione, opere: vt nota. in capitu. allegato, sicut dignum. & etiam dissimulatione, quæ dicitur turbata voluntas: vt not. supra de simonijs. Matthæus. de homicidio. Petrus. hi enim omnes irregulares sunt nisi declaratio ecclesiæ vel dispensatio ipsos excusabiles reddat secundum Hostiensem.

1 *Hæc verba sub anathemate prohibemus, an sint latæ sentẽtię. 3.*
2 *Mitius agitur cum. l. quam cum homine.*
4 *Hæc verba sub anathematis interminatione, sint lati canonis.*
5 *Hæc uerba sub diuini contemplatione iudicij, sint latæ sententiæ.*
6 *Hæc uerba anathema sit, non sunt lati canonis.*

¶ De sagittarijs. Rubrica.

Artem illam mortifer. ¶ Ad eui dentiam tiam glossæ. 2. Si quæris, vtrum per ista verba sub anathemate prohibemus. vel sub interminatio ne anathematis, vel sub pœna anathematis pro hibemus, tint latæ sententiæ, adeo, quòd contrarium facientes
1 eo ipso pœnam incurrant. † Bernardu. hic ponit duas opinio nes. Quarum prima est, quòd quando per hæc verba vel simi lia fit prohibitio à lege, cominatio est trigesimo, distinctione. per totum. Quando verò à iudice, tunc est canon latæ senten tiæ. 63. distinctione salonitane suprà, de appellat. præterea. se
2 cundo. de eo, qui furtiuè ordina. recepe. Celsus. c. 1. † est ratio: quia mitius agitur cum lege & c. ff. de arbit. l. Celsum. secũdum Bernard. & hanc opinionem tenet Hugo. & Laurentius in d. capitu. salonitane. Quando igitur secundum hoc erit canon la tæ sententiæ, respondeo tunc cum ex eodem canone id colli gitur: vt 17. q. j. 4. si quis suadẽte. vel vbi ecclesia interpretatur. vt 24. q. 1. capi. 1. 2. & 3. ergo cum Papa vel quilibet prælatus, vel alius prohibet sub interminatione anathematis, distingue: aut tanquam homo intendit prohibere. aut tanquam constitu tionem faciendo secundum Laurentium, qui etiam hoc idem
3 not. 10. q. 1. sanctorum. & hic. † Secunda opinio est, quam ap probat Bernard. hic & j. de testamen. capit. cum esses. glos. si nal. quæ etiam placet Tancred. quod si iudex dicat, præcipio ti bi sub pœna excommunicationis, siue præcipio tibi sub inter minatione excommunicationis siue anathematis, siue sub ex communicatione hoc facias, non est contrarium faciens excõ municatus, sed excommunicandus: vt dicto capitulo salonita ne. ś. de loca. capitulo. 1. j. de eo qui furtiuè ordines receper. ca pitu. 1. Et omnia consimilia intelliguntur, quando sub conditione excommunicatio fuit lata, sit excommunico, quem cun que furtiuè ad ordines accedentem, & tunc contrarium faciẽs est excommunicatus secundum Bernardum, & quod ista ver ba non habent vim sententiæ: sed tantum cominationis. argu men. C. cominationes epistolas per totum. notant Ioannes, Tãcredus, & Philippus. ś. de iure patronatus. relatum. & infrà de eo qui furti. ordin. recepit. capit. 1. & Alanus, & Bernardus ś. de immunitate ecclesiæ. capitu. cum ecclesia. glos. penultim. & Hostiensis, & Ioannes Andreas post eos. ibi & Ioannes & Ar chidyacon. in dicto capitu. salonitane. Idem tenet gloss. Guilel. super Rayne. hoc tit. & frater Ioannes in summa confessio num hoc titu. & frater Astensis. libr. 7. titul. de forma excom municandi articulo. 5. ad finem quæstio. sed nunquid faciens. & idem tenet Geminianus in extrauagan. Ioannes. 22. quorun dam. in fin. super verbo excommunicationis pęna. & in extrau aganti sancta Romana gloss. per hæc verba &c. & in extrauaganti, quia non nunquam. Quæ opinio vera est secundũ Asten sem, & Hostiensem nisi per hæc verba præferens intendat, quod vim habeat lati canonis, quod per circunstantes coram, quibus intentionem suam expressit probari potest: & sic po test intelligi dictum capituli salonitane. Iudici tamẽ super hoc credendum est, cum de sua conscientia quæritur. ś. de homic. signifi. 1. & eius est interpretatio. j. de sententia excommuni catio. inter alia. maximè in sententia excommunicationis. arg. 11. q. 3. curæ. ś. de treuga & pa. c. 1. j. de senten. excommuni. ca. penu. eo. tit. c. cum medicinalis. li. 6. Vnde Host. putat quod ei credendum est, sed antequam declarauerit putat excusatum il lum qui sententiam non seruauit cum probabiliter credere potuit quod cõminatio tãtum esset per iura ad hoc probandũ superius allega. & alia similia. Debet ergo esse probabilis igno rantia excusata. j. de clerico excommu. mini. c. apostolicę. & ad hoc facit q̃ notat ipse Host. ś. ne cleri. vel mon. c. clericis. su per verbo subiaceat Goff. vero dicit q̃ si mandatur sub pœna, tũc ipso facto incurrit, vt in dictis. c. salonitane. ś. de apell. c. 1. præterea. 2. ś. de loca. ca. 1. 25. q. quæcunque † Si vero sub inter minatione, nõ, vt in dicto. c. relatum. de iure patro. & ś. de im munitate eccle. c. non minus. & c. cum ecclesiæ. sic not. ipse. ś. de matrimonio. contract. c. 2. de magistris. quanto. Vel dic & melius ẽm ipsum Gos. quod si intentio est ipsius excommu nicantis statim ligare contra facientes, statim ligantur. ar. ff. de acquiren. poss. l. qui absenti. etiã si dixerit sub interminatione, vt in d. c. 1. j. de eo q̃ furtiuè ordin. recep. & vt casus in d. c. salo nitane. Sed vbi ius prohibet sub pœna secus, vt. 30. distinc. per totum. vt dicit Hugo. & ita notat ipse Goff. ś. de simon. sicut tuis. aliàs sicut nobis. quæ opinio concordat cum dicto Host. Et vide quod notat Archidia. in dicto. c. salonitane. glos. adde in hac altercatione. vbi tenet finaliter, quod si feratur sentẽtia sicut ibi. s. sub interpositione & c. tunc est canon latæ sententię vt ibi, quia pœna interposita videtur, vt patet. 10. quę. 3. illud. idem si dicatur sub pęna. vt le. & not. in dicto. c. 1. ś. de loca. ad idem. j. de regula, non solum. libr. 6. Sed si dicatur sub intermi natione, vt in dicto. c. relatum. & in d. c. sicut. &. c. cum ecclesia. j. de sta. reg. c. periculoso. §. & quoniam. lib. 6. ad idem. j. de se pul. c. 1. lib. 6. Vel si dicatur sub anathematis districtione, vt in dicto. c. non minus. vel etiam dicatur sub anathemate vt hic, tunc non credit quod si canon latę sentẽtiæ nisi iungatur, quod si quis contra fecerit sciat se excommunicatum, vt in d. c. non minus. vbi Host. hunc vltimum approbat intellectum ẽm ip sum Archidia. Et idem quod dictum est de pœna, potest dici quando dicitur sub excommunicationis vinculo, argumen. ś. de sepul. capi. 1. in fin. Sed quo ad verbum interminationis di-

stinguit Guilel. de monte Laudu. extra de excef. prælato. c. vnico. super verbo interminationem. in clemen. quia. Aut primo erat lata sententia excommunicationis, & postea interuenit talis comminatio, & tunc infert sententiam excommunicationis, ita quod erit duplici sententia ligatus. j. de senten. excommunica. à nobis. 1. Idem secundum Hostien. quando post huiusmodi interminationem sequitur, quod si contra fecerit sciat se excommunicatum, vt notat Hostien. in dicto. cap. non minus. Aut non, & tunc. Aut interminatio prolata est canone, & tunc nunquam excommunicationem infert. 30. distinctione, per totum. & in capitu. allegato cum ecclesia. & ita intellige quod not. Ala. & Bernard. ibi in gloss. penultim. & Hostiens. & Ioannes Andreæ, post eos. Aut ab homine, & tunc respicitur iudex, nam si ferat sic, prohibemus sub pœna excommunicationis ne tale quid fiat, si possit probari per circũstantes, quod fecerit animo promulgandi sententiam, tenet, vt si aliquis sic ferat, & dicat se habere animum ferendi, tenet: quia eius est interpretari, vt in dicto. c. inter alia. & etiam antequam fuerit, interpretatus tenet sententia: & ipse est excommunicatus, vt. ś. de homicidio. significasti. 1. secundum ipsum Guilel. qui remittit ad Hostien. hic. cuius opinionem iungas cum secunda opinione Bernard. & cum prædicta opinione Archidiacon. &
5 habebis veritatem. † Item quandoque dicitur vel scribitur sub diuini contemplatione iudicij. 7. q. 2. cap. super foro. quandoque sub ostentatione diuini iudicij. ś. de appella. cum speciali. Item dicit Asten. vbi. ś versi. notandum quoque, quod vbicũ
6 quæ ponitur in iure hæc clausula † anathema sit, non est canon latæ sententiæ, sed ferendæ, & exponitur sic, id est fiat: vt. 34. distinctione, quasi per totum. ś. de vita & honesta. cleric. si quis. Sic intelligit Guil. durandi. ś. de magistris. c. 3. & idem vbi ponitur verbum de futuro: vt tale quid faciens excommunicef. ś. de vita & hone. cle. c. clerici. & in multis alijs capitulis. ratio est: quia pœnæ sunt molliendæ. de pœni. distin. 1. §. pœnæ.

1 *Corruptor virginis si ducere eam non potest, dotet.*
2 *Corruptor virginis si nec ducere, nec dotare possit, castigatus & excommunicatus in monasterio recludatur.*
3 *Corrupta si non vult nubere corruptori, ipse non tenetur eam dotare.*
4 *Corruptor virginis si non vult ducere corruptam eam dotet.*
5 *Dos à corruptore data, sol. mat. ad mulierem spectabit.*
6 *Mulier à clerico recepta, de rebus, ipsius per carnali opere non restituit.*
7 *Mulier à clerico recepta de rebus ecclesiæ pro carnali opere, det loci pauperibus.*
8 *Mulier à regulari recepta pro opere carnali de rebus monasterij, ei restituat.*
9 *Mulier à filiofa. recipiens pro carnali opere de rebus patris ei restituat.*
10 *Vir à coniugata pro carnali opere recepta marito restituat.*

¶ De adulterijs & stupro. Rubri.

DEruenit ad nos quod fe. ¶ Si quæris vtrum & quando corrumpens virginem teneatur ipsam in vxorem ducere, vel dotare, distingue. † Aut huiusmodi corruptor virginis est
1 talis. quod non potest ipsam ducere in vxorem, vt quia vxoratus alia vxore, vel religiosus vel in sacris, & tũc ipsam dotare debebit. argum. ś. capi. proximo. Nam cum, quis obligatus, ad duo, copulatiuè seu alteratiuè, si alterum facere non possit, alterum quod potest facere tenebitur. ff. de contrahen. emptio. vendi. l. si in emptione. §. si emptio. 22. q. 2. faciat homo, modo si esset talis, qui posset eam ducere in vxorem teneretur vel eam ducere vel dotare. vt. ś. c. proximo. ergo postquam nõ
2 potest ipsam ducere sed solum dotare ad hoc tenetur. † Si verò non possit eam dotare, tunc castigatus & excommunicatus in monasterio recludetur: vt hic: & statim. j. dicetur. Aut potest ipsam ducere in vxorem, & tunc. Aut placet vtrique tam corruptori, quam corruptæ inter seinuicem matrimonium contrahere, & tunc contrahere possunt secundum Bernard. &
3 Hostien. hic. Aut non placet alicui eorum. † vel placet soli corruptori & non corruptæ, & tunc corruptor non tenebitur ad ipsam dotandam, cum ad alterum solum modo teneatur in ele
4 ctione ipsius, vt hic. † Aut non placet corruptori sed soli corruptæ, & tunc corruptor secundum Hostien. hic, tenetur eam dotare: vt supra. capit. proximo. & nihilominus castigatus prout iudici videbit excommunicatus, qui in monasterio in quo agat pœnitentiam non perpetuam, sed ad tempus recludatur. Vel dic quod quando potest, & vult eam ducere vel dotare, locum habet pœna Exodi de qua supra. supra capit. proximo. & hæc cessat aliàs habet locum hæc pœna, quæ loco illius subrogatur: simile infrà de maledict. capitu. 2. secundum Hostien. & Ioannem Andreã. Et nota, quod corruptor virginis nedum debet condemnari ad dotandam corruptam iuxta modum dotis, quam virginea accipere confueuerunt: sed etiam vltra, inquantum ratione illius corruptionis eius conditio deterior facta est. Vnde si quis prius, eam duceret pro cõtum libris, & nunc non vult sine ducentis: dabit ducenta. nam huius occasionem damni dedit infra de iniurijs. capitu. fi. secundum Abba-
5 tem, & Ioannem Andr. supra. capitu. proximo. † Et nota, quod soluto matrimonio illa dos spectabit ad mulierem secundum Ioannem Andre. ibi. Et ex ista decretali notant Petr. de samp. & Abbas & Ioannes Andr. hic quantum debeat puniri clericus in sacris constitutus, qui deflorat aliquam mulierem. cum enim cum ipsa contrahere nequeat, videtur, quod publicè debeat fustigari. argumen. bonum supra de calum. c. 1.

Super eod. c. ¶ Si quæris, vtrum mulier teneatur restituere pecuniam, quam recepit, pro carnali opere, & cui, distingue. vt Rodoff. & Asten. post eum.
6 libro. 1. titu. de furtis interpretatiuo. articulo. 4. † dicẽtes quod si receperit à clerico seculari, de rebus proprijs nõ tenetur restituere, etiam si sit monialis, sed acquiritur monasterio eius, illud, quod accepit, honestius tamen est, quod monasterium,
7 illud non retineat, sed erogetur in pios vsus. † Si autem recepit à clerico seculari de rebus ecclesiæ, debet fieri restitutio, pauperibus illius loci si indigent, & ecclesia satis abundat, aliàs, melius est, quod ad vtilitatem ecclesiæ pauperis conuertatur. argumen. 17. quæstio. 4. si quis in atrio. suprà de offic. ordinar. cum vos. nisi Episcopus velit dispensare, cum muliere quæ recepit, quod retineat illud si est secularis: aut cum mona
8 sterio si est, regularis. † Si autẽ receperit à persona regulari de rebus monasterij, quod præsumendũm est nisi de contrario constet. Aut recepit ab habente administrationem, & tunc debet fieri restitutio monasterio, vel prioratui, vel administratoni de cuius bonis datum est, & potest fieri restitutio eidẽ personæ, quæ dedit si adhuc remanet in administratione illa, maximè si creditur correctus: aliàs tutius est, quod ei non reddatur sed fiat quod dictum est suprà. Si cum tali non correcto facta sit restitutio liberata est, quæ accepit. Si autem amotus sit ab administratione illa. Aut si est simplex clausstralis, qui dedit, fieri, debet restituti monasterio vel prioratui vel administratoni, nec liberabitur si soluerit illi qui dedit, nisi tunc demum cũ conuersum fuerit in vtilitatem monasterij, vel prioratus vel administrationis: nec detineri poterit à monasterio illius mulieris regularis illud, quod accepit à regulari alterius loci nisi de consensu Abbatis, & conuentus si donum fuerit magnum. Aut Abbatis solius si donum fuerit paruum vel mediocre,
9 † Quod autem dictum est de rebus taliter datis à regularibus personis, intellige etiam de rebus datis à personis secularibus etiam laicis, qui non sunt sui iuris: vt cum seruus vel filiusfamilias dãt taliter etiam de rebus peculiaribus, nisi rerum illarum habeant ita liberam administrationem, quod si paterfamilias de eisdem disponere possint. Item quod dictum est de mo-
10 niali respectu viri regularis, tenendum est econuerso, quando vir regularis recepit aliquid à muliere regulari. † Vir aurem secularis, quod à muliere coniugata recepit pro carnali opere, debet restituere viro si illa de rebus dotalibus vel communibus dedit. Sin autem dedit de rebus dotalibus, aut si mulier soluta dedit aliquid amasio de rebus proprijs licet sit honestum, quod expendat illud in pias causas, non tamen tenetur nisi velit, poterit etiam ei restituere, quæ dedit: quòd videtur melius si pœniteat, vel egeat, & vtrũque persona regularis restituere potest auctoritate propria, quod recepit, pro carnali opere, dic vt ibi.

1 *Vir, quo ad rancorem reconciliet vxorem quoties peccauerit.*
2 *Vir quo ad satisfactionem non tenetur reconciliare vxorem quoties peccat.*

3 *Vir non tenetur suam remittere vxori quoties ipsa peccat.*
4 *Vir & vxor simul accusantur ad thori separationem.*
5 *Vxor an thorum dimittat & sodomiam.*
6 *Vir an vxorem dimittat ob pollutionem extraordinariam.*

SI vir sciens vxorem suam. ¶ Si quæris vtrum, & quando ex præcepto teneatur vir vxorem suam dimittere, distingue vt dixi supra de iure iurand. quemadmodum. distinct. vltim.

Super. eod. c. ¶ Ad euidentiam glo. vltimæ. Si quæ
1 ris, vtrum vir teneatur vxorem, quotiescunque peccauerit reconciliare, distingue. † Aut quãtum ad rancorem vel odium, & dic quod sic. vt in contrarijs hic allegatis. de pœni. distinctione. 3. ad hoc instant. ś. de iureiura.
2 quemadmodum. in fin. † Aut quãtum ad satisfactionem: & dic quod non: vt 14. q. 6. si res. Aut quantum ad exceptionis seu al
3 terius iuris quæsiti remissionẽ: † & dic similiter quod non: vt hic. nemo enim cogitur suum dare siue remittere nisi velit. 12. q. 2. precariè. nemini. n. facit iniuriã, qui vtitur iure suo. ś. de electionibus. cum ecclesia vulterana. secundum Hostiẽ. qui ita distinguit hic. Potest tamen ei pœnitenti parcere si vult, & quotiescũque vult, secundum euangelicam veritatem Matth. 18. c. & ś. de iureiuran. c. quemadmodum. §. fi. sed non cogitur: sed ex quo ei pepercit aliquotiẽs ecclesia pro ipsa non interce dat: ideo etiam hic dicit non sæpe vt inde terreatur, & ne ecclesia peccandi licentiam ei dare videatur secundum Bern. & Hostien. Idem Hostien. in summa eod. titu. §. qualiter. ver. repellit etiam. dicens quod post pœnitentiam eam reconciliare potest non solum semel, sed in infinitũ: sic exponenda est illa auctoritas in dicto. c. quẽadmodum. in fi. & quod hic dicitur, dicitur ad terrorem: & quia ad intercessionem ecclesiæ non reconciliabit eam sæpe. Et vide quod notat Ioan. 2. q. 5. statuit dicens.
4 † quod qñ agitur ad thori separationem, vel ad pœnitentiam, possunt simul adulter & adultera accusari. secus si agatur criminaliter. C. de adulter. l. reos. † sunt & alia plura specialia in causa adulterij, quẽ ponit Rodo. & Io. And. post eum. j. eo. intellige-
5 mus. † Et vtrum propter vitium sodomiticum vxor thorum viri dimittere possit, Inno. ś. eo. c. 1. credit quod non, nec propter aliud crimen, nisi vellet vxorem ad illud trahere. 28. q. 1. idolatria. & sic intelligitur. 32. q. 7. omnes causationes. Sed. Io. contrarium ibi in glo. videtur ergo. & Hugo. & Laur. & Arch. ibi in glo. adde hanc sententiam pro quibus. ea. q. adulterij. &. c. flagitia. &. c. vsus. &. c. non solum. ver. omnis. nam nomine fornicationis dominus comprehendit omnem illicitum, coi-
6 tum: vt ibi. & hoc vltimũ credo verius. † Et hoc tenet Asten. lib. 8. titu. de bono matrimonij. articu. 3. q. vttum vxor dicens quod etiam quod Hug. notauit. 33. q. 4. meretrices. ℣ propter quamlibet pollutionem extraordinariam potest vir vxorem dimittere, & econuerso si alter agat cum altero membro innaturali, vel posteriori, arg. c. alleg. causationes adulterij.

SIgnificasti nobis quendam. ¶ Si quæris vtrum, & quando confessio in iure facta in & super criminibus, præiudicet confitenti, distingue vt dixi supra de diuor. ex literis. Item, vtrum cõfessio vnius criminosi alteri præiudicet, vide quod dixi supra de cõfes. ca. 1. & de re iudicata. c. quamuis.

1 *Replicatio datur contra exceptionem doli, matrimonij fauore.*

INtelleximus, quod cum s. ¶ Si quæris, vtrum contra exceptionem doli detur replicatio doli, vide hic per Innocentium & Hostiẽ. post eum, & Ioannem Andream. ś. de concef. præben. cum su-
1 per. in fi. † vbi dicit quod hic & in decretali significasti. ś. de diuor. datur replicatio contra exceptionem in fauorem matrimonij. vel ibi & hic datur replicatio circa diuersa delicta, sed circa idem delictum non daretur replicatio contra exceptionem doli. ff. de exception. doli. leg. apud Celsum. §. Marcellus. Henric. Bohic.

1 *Vxori notoriè adulteræ non tenetur vir lite pendente debitum reddere*
2 *Patronus est turpitudinis qui celat crimen vxoris.*
3 *Vxori occultæ adulteræ lite pendente, an maritus debitum reddere teneatur.*
4 *Vir reddendo debitum vxori adulteræ an peccat.*
5 *Vir reddens debitum vxori adulteræ processu pendentem an sibi præiudicet.*
6 *Incæstus cum moniali committitur;*
7 *Adulterium cum sponsa committitur.*
8 *Delictorum non fit compensatio in foro pœnitential.*
9 *Delictorum occultorum non fit compensatio in foro iudiciali.*
10 *Delictum notorium, quod dicatur.*
11 *Status mutatione impediente non fit compensatio.*
12 *Delictorum notoriorum, in pœnis publicis non fit compensatio.*
13 *Delictorum notoriorum in pœnis pecuniarijs an fiat compensatio.*
14 *Vir occultè adulterans an vxorem possit adulterij accusare.*
15 *Adultera post pœnitentiam an repellat virum ab accusatione.*

IVa fraternitas requisi. ¶ Si quæris vtrum vxori accusatæ de adulterio per maritum, & ab eo lite pendente carnale exigenti maritus debitum reddere teneatur, Et vtrum peccet debitum ab vxore adultera exigens, vel ei reddens: & vtrum sibi præiudicet, & in quo, distingue. Aut quæris de primo, scilicet vtrum lite pendente maritus debitum reddere teneatur: & tunc refert secundum Raynald. in summa titu. de matrimonio. §. 11. pone &c. & secundum fratrem Ioan. in summa confes. titul. de matrimonio. q. 48. pone quod vir & Asten. libr. 8. tit. de accusatione propter
1 fornicationem in fin. & Goffred. & Bernar. hic. † Aut est notorium & publicum illam esse adulteram: & tunc nec reddere nec exigere debet debitum, nisi ipsa vxor velit abstinere à peccato adulterij, & pœnitentiam agere. 32. q. 1. c. 2. & 4. & 6. capi. sequentibus. vbi dicitur quod adultera donec pœniteat non est tenenda in consortio coniugij. Et sicut iniquus est, qui castam
2 dimittit, ita iniquus & fatuus est qui retinet meretricem. † & quod patronus est turpitudinis, qui celat crimen vxoris. ad idem supra de diuor. significasti. & suprà. capit. proximo. in fin.
3 & capit. si vir. † Aut occultum est eam esse aduteram: † & tunc dicunt Raynald. & frater Ioann. & Asten. vbi suprà, & idem innuit Bernar. hic quod tenetur debitum reddere petẽti: quia eam non debet spoliare ante sententiam supra vt lite pendente. laudabilem. de diuor. porro. 8. q. 4. nonne. sed Hostien. hic contra, ne paretur sibi præiudicium: vt infra sequitur. & hoc videtur verius per ea quæ not. ipse Hostien. in summ. eo. titu. §. quæ sit pœna. in fin. vbi dicit quod si maritus certus de adulterio vxoris non posit ipsam vxorem conuincere, & ideo ab ecclesia quæ de occultis nõ iudicat: quia debitum denegat excommunicatus sustineat excommunicationem: si ipsam incorrigibilem sentiat, & quo ad Deum talis sententia nõ ligat. ad hoc. 23. q. 1. capit. 1. & capi. si quis vxorem. & capitu. sequenti. ś. eod. si vir sciens. & in hoc concordat beatus Thomas, & Petrus, vt dixi in dicto. c. significasti. distinctione. 2. vbi vide. Nec obstat quod dicitur, quod non debet eam spoliare ante sententiam, quia verum est ab alijs, quam à copula carnali, & quando crimen non est notorium, vt notat Bernard. hic in versi. sed hoc intelligo. & Ioannes & Laurentius Hugo. & Ar-
4 chidiacon. 34. distinctione. si cuius. † Aut quæris de secundo scilicet, vtrum vir exigendo debitum ab vxore adultera, vel reddendo peccat, & tunc nota uit Hugo. in dicto. capit. si quis vxorem. quod si alter coniugũ exigat debitum à reliquo in adulterio permanente, siue in occulto siue manifesto & scienter, & peccat mortaliter exigendo, quia, facit contra constitutionẽ ecclesiæ, peccat etiam reddendo si celebratum est diuortium iudicio ecclesiæ, aut si publicè moratur in adulterio, sed si neutrum istorum si peccat reddendo, quia tenetur ad hoc. Si autẽ propter incontinentiam & fragilitatem carnis exigat debitũ, peccat mortaliter, quia facit contra institutionem ecclesiæ, minus tamen peccat cum adulterium est occultum. Alij dicunt quod impotentia continendi a copula carnali excusat exigentem in hoc casu, quorum sententia benignior est, licet fortè non verior secundum Hugonem. idem not. gloss. Guil. super Raynald. in dicto. §. 11. pone &c. & frater Ioannes in dicta. q. 48. pone quod vir. Quod intellige, quãdo vxor est impenitẽs, & incorrigibilis seu saltem impenitens. secus si esset corrigibilis, & pœnitens; quia tunc post pœnitentiam peractam, vel partem ipsius, posset debitum exigere ab ea. arg. ś. de eo qui cognouit consangui. vxoris suæ. veniens. & j. de furtis. c. vltimo.
5 & nota gl. in dicto. c. si quis vxorem. glo. vel saltem. † Aut quæris de tertio. s. vtrum sibi præiudicet, & in quo præiudicet, & tunc. Aut quantum ad pœnã irregularitatis, & vt promoueri

non possit:& dic quod quantum ad hoc sibi præiudicat etiam si ad mandatum ecclesiæ eam cognoscat:quia etiam si per violentiam aliqua sit corrupta, à modo non cõsecrabitur inter virgines.32.q.5.illæ autem familiæ, vt notat Bartholomeus Brixiensis in quæstione dominicali, quæ incipit, quidam contraxit cum virgine.& Ioannes de Deo & Bartholomeus Brixiẽsis 34.distinctione.si cuius.& Hostien.in summa.titu. de bigamis.§.quæris bigamus.sub.§.fi.versi.nono.& ˙s.de conue.coniuga.ca.fin.˙j.de senten.excommuni.inquisitioni. & hic. & remittit ad ea quæ ibi dixit.Idem tenet Raynald.in summa titu. de biga.§.6.item pone &c.& glo.ibi. & idem beatus Thomas, & frater Ioannes in summa confes.tit.de biga.q.9.quid si maritus &c.& frater.Asten.libr.6.tit.de monogamo.q.quid si maritus.lib.8.tit.de accusatione propter fornicationem in fi.licet Ioannes in dict.c.sicut videatur sentire,quod promoueri possit:cuius sententiam videtur Innocentius sequi in d.c.inquisitioni.glo.2.Aut quantum ad hoc, vt eam non possit postea de adulterio accusare;& tunc refert secundum Bernar. & Hostiẽ. hic.Aut reddit debitum ad mandatum ecclesiæ : & tunc poterit nihilominus eam accusare, argument.˙s.de restitu.spolia.literas.secundum Goffred.& Bernar.& Hostien. hic. & Asten. vbi.˙s.idem Guil.naso & Archidiac.in c.allegato.si cuius.& Innocentius & Hostien.in dicto.c.inquisitioni.Aut sine mandato ecclesiæ:& tunc non poterit ipsam postea accusare.32.q.1.c.1.& 3.&4.& ff.eod.l.si vxor.§.vltimo.secundum Goffred. Bernar.& Hostien.& Asten.Licet Innocentius in hoc vltimo contra ˙s.c.proximo,in fin.dicens,quod non præiudicat sibi nisi post sentẽtiam latam absolutionis reddat debitum: quia tũc iuri suo renuntiare videtur.cuius opinionem tenet hic Ioannes Andreas. & nota.secundum Ioannem.27.quæstione.1.vir

6 ginibus.†quod cognoscens monialem,committit incœstum: quia sponsa Dei est,qui est pater noster.12.q.2. qui abstulit.& incœstus committitur cum affini sicut cum consanguinea.35.

7 q.3.de incœstis.†Item adulterium committit qui sponsam alterius corrumpit. Item sacrilegium, quia est res sacra.

Super eo.c. ¶Si quæris vtrum & quando delicti ad delictum fiat compensatio, & paria deli-

8 cta mutua compensatione tollantur,distingue.†Aut loquimur in foro pœnitentiali seu foro animæ:& dic q ibi non habet locum compẽsatio,vt patet Gen.19.q dic vt legitur & notatur, 14.distinct.q ait.33.q.5.quod Deo pari.Et est ratio :quia agitur de offensa commissa contra Deum:& ideo si duo ipsum offendant in negotio inter se communi vel aliàs, non minus ardebunt,qui cum multis ardebunt.2.q.1.multi.Imo vt ait apostolus.2.ad Corint.5.capitu.ad Roma.13.c.& transumptiuè legitur.˙j.de pœniten. & remis.cap.cum ex eo.§.quoniam.vt ait Apostolus,omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi prout in corpore gessimus siue bonũ fuerit,siue malum. Ad hoc etiam facit.˙s.de conuersi.in fin.c.1.& quod notant Host, & Ioannes Andreas post eum ibi dicentes,quod illud.c. & illa iura quæ dicunt,quod non sunt facienda mala vt eueniant bona.14.distinctione.q ait.33.q.5.si dicat.1.q.1.non est putanda, ˙j.de vsuris.super eo.Et nullum peccatum committẽdum est, vt inde fiat vel sequatur bonũ.22.q.2. ne quis arbitretur. sunt in argumentum,quod de offensis contra dominum commissis ad sibi impensa obsequia non est compensatio admittenda, sicut nec de peccato ad bona opera.argum.tamen contra in eo quod legitur & notatur.˙j.de pœni.& remis.significauit. secun

9 dum eos.†Aut loquimur in foro iudiciali:& tunc,Ambo delicta sunt occulta:vel alterum eorum est occultum: & tunc non fit compensatio.argu.hic quandò dicit deprehensæ: & ibi manifestè à contrario sensu.& C.de compensa.l.vltima.secũdum Host.& Ioannem,Andream hic. Aut vtrunque est notorium:

10 †& dicitur notorium delictum si infra octo dies de illo possit fieri plena fides.˙j.de excepti.pia.de senten.excommunic.solet.libr.6.vel infra duos menses. Sicut & debitũ dicitur liquidum quod infrà duos menses probari potest.˙s. de deposito. c. bona fides.vel in eadem instantia.ad hoc.˙s.c.proximo . à contrario sensu,secundum Hostiensem & Ioannem Andr.& tũc.

11 †Aut ante commissionem vltimi delicti de cuius compensatione agitur,alter delinquentium mutauit statum , & assumpsit statum talem qui effectum compensationis impedit , & eneruat,& tunc non fiet compensatio. Ita intellige , quod notat Archidiacon.34.distinctione si cuius , in glo.adde subaudi, quia tunc peccat dicens,quod si quis propter publicam fornicationem dimittat vxorem,& sacrum ordinem post ea suscipiat; & in sacro ordine postea fornicetur non propter hoc fit reintegratio ipsius matrimonij,siue non fit mutua compensatio secundum Guilel.nasonem hic.Ratio est secundum eum, quia talis mutauit statum , & est optimum argumentum.ff.de minori.l.ex causa.§.Papinianus.& quia nouus videtur esse homo.ff.de adimen.lega.l.si seruus legatus.§.fi.in fi.& nota quasi simile.˙s.de conuersi.coniuga.cap.veniens. in fin.Nec obstat istud.c.& ˙s.de diuortijs.ex literis.cum similibus , vbi dicitur, quod ex superuenienti delicto alterius alter recuperat seruitutem amissam . Nam loquuntur ipsis in eodem statu permanentibus secundum Guil.naso.hic & Archidiaco.ibi.idem notat Ioannes Andreas ˙s.de conuer.coniuga.c.veniens.in fin.Idẽ si.vir qui propter fornicationem vxoris monasterium ingreditur in monasterio fornicetur,vt notat Bern.de conuersi.coniuga. veniens. glo. bene dicit.in fi.& Innocentius & Hostien. ibi,& Asten.lib.8.titu.de bono sacramenti. articulo.2.q.quid si vir.Aut neuter delinquentium mutauit statum,vel si mutauit,non tamen taliter,quod compensationem debeat impedi-

12 re,& tunc†Aut agitur de delictis mutuo compẽsandis. quo ad pœnas publicas & criminales,& ex eis prouenientes inuicem compensandas & remittendas,& tunc non fiet compensatio. Imo quilibet delinquentium luet pœnam suam , vt si mulier committat adulterium , & vir committat lenocinium , vel si duo committant furtum alter alteri , nam peccatum vnius,alterum à pœna releuare non debet, vt.ff.eod.l. 2. § si publico. & ˙j.de senten.excommunica.c.1.quod dic, vt notat Innocentius.˙s.eo.c.proximo.super verbo,delicta. & Ioannes Andreas hic.Et ratio huius est,quia huiusmodi pœnæ debentur reipublicæ quæ nõ delinquit,quas pœnas solui rei publicæ interest. ff.ad.l.Aquiliã.ita vulneratus.ff.de fideiusso. si à reo.§.id quod vulgo.˙j.de senten.excommunica. vt famæ.†Aut quantum ad

13 pœnas pecuniarias vel ciuiles ex eis peruenictes,inuicem compensandas & remittendas, & tunc,Aut delicta fiunt inter diuersas seu per diuersas personas,hoc est alias , quam illas inter quas de mutua compensatione tractatur , vt si ego spoliaui te de fundo tuo,Titius me spoliat eodem fundo,vel alio , & tũc non fit compẽsatio;vt probatur.ff.de vi & vi armata.l.1.§.qui à me vi.& l.colonus.& l.cum fundum . Aut inter easdem & p easdem personas inter quas de mutua compensatione tractat, & tunc Aut delicta fiunt in & super rebus totaliter diuersis & separatis,vt ego furatus sum librũ tuum, tu furatus es equum meum,& tunc non fit compensatio,vt.ff.de noxalibus.l.quẽ admodum.§.si seruus meus.aliàs sub.l.si seruum pro derelicto qui aliàs est.§.Aut delicta fiunt in & super eadem re seu eisdẽ rebus indiuisibilibus & connexis,& tunc . Aut circumscripto delicto vnius,delictum alterius non est delictum,vt quia ibam per campum vbi homines solebant sagittare,& hoc non est delictum circumscripto facto alterius , & eo casu dico quod si sint æqualia,quia alter sagittans non est in dolo compẽsantur, aliàs quòd est maius punitur.vt.ff.ad.l. Aquiliam.le.item si obstetrix.§.fin.Aut circumscripto delicto vnius,factum alterius est delictum,& tunc fiet compensatio. ff. de eo per quem factum est.l.fin.de nego.gestis.ex facto. in fin. ibi ita tamen &c. de dolo.l. si duo. & de compensa.le.si ambo de contrahenda emptione & vendi.l.domũ.in fine,soluto matrimonio.l.viro atq; vxore.& l.cũ mulier.qđ vi aut clã.l.si alius.§. bellissimè.˙s. de inreiur.tua. & de excep. cũ ecclesiasticæ. de eo q cognouit cõsanguineã vxoris suæ.c.discretionẽ.& hic & ˙s.ca.proximo. Vnde etiã si post sñiam diuortij occasione adulterij vxoris latã vir cõmittat adulteriũ,fit cõpẽsatio hinc & inde , & poterit repetere virũ vxor dicta sñia non obstante,vt notat Bern. hic in fi.& ˙s.de diuortijs.ex literis,in fi.& Host.post eũ hic,& ibi. idẽ Inno.eo.tit.c.de illa.& Host.in sum.ti.de diuortijs.§. quot modis.sub.§.gñaliter.& sub.§.qd si sñia.& ˙s.de conuersi. coniuga.veniens.& Rayn. in summa de diuortijs propter fornicationẽ.§.6.pone &c.& Thomas,& Petrus, & Albertus,& frater Io.in summa confes.rub.de diuortijs propter fornicationẽ.q. 12.pone quod lata.& Asten.illo eo.ti.art.2.quæsto quod sñia.

14 licet Io.& Gof.contra in hoc.†Itẽ pone quod vir adulteratus est occultè,vxor vero manifestè, nũquid põt vir eam accusare & per sententiã dimittere sine peccato, credo quod non, quia non deficit vxori ius excipiendi, sed probatio.arg.32.q.6.per totum.ff.de testa.tute.duo sunt Titij.Si tamen vir egisset pœnitentiã,& vxor monita nollet agere pœnitẽtiam,si perseuaret in adulterio,credo quod sine peccato posset eam accusare,

15 & eam dimittere per sñiam.32.q.1.cap.2.3.& 4.†Sed nunquid vxor adultera post pœnitentiam potest repellere virum ab accusatione,vel econuerso,vir vxorẽ,videtur quod sic.ar. 50.distinc. ferrum.Credo tamen contrariũ, quia pœnitentia nõ tollit casum accusandi,vel excipiẽdi,vel replicãdi in foro iudiciali,siue

li,siue contentioso.25.distinct.primum.33.q.2. admonere.6. q.1.qui crimen.˙s.de testi.testimonium.secundum Rayna.qui ita sentit à vers. itẽ pone citra in summa, de diuortijs propter fornicationem.§.4 pone quod vir.Idem per omnia Archidia. 32.q.6.c.1.glo.1.idem Goff.& Host.rubr.de diuortijs.§.quot modis.ver.quid si vir.Idem beatus Thomas & Albert.idem frater Ioan.in summa confes.rubr.de diuortijs propter fornicationem.q.5.pone quod vir.& q.seq.nunquid vxor.& Berna & Host.˙s.de diuor.gaudemus.§. qui autem . vbi dixi de hoc. Et vide q notat Dynus & Ioan.And.in nouella.˙j. de reg.iur. in pari.lib.6.Et quis grauius peccat vir vel vxor adulterando, vide per Asten.dicto titu.arti.3. quis grauius.

1 *Teritorij diffinitio.*
2 *Teritorium habet,qui vniuersitatem agrorum tenet.*
3 *Iudices seculares meri & misti imperij, territorium habent.*
4 *Episcopi habent territorium in sua diocœsi.*
5 *Prælati inferiores singulares an habeant territorium.*
6 *Collegia an territorium habeant.*
7 *Remissio non habet locum in ciuilibus.*
8 *Remissio an locum habeat in delictis ciuiliter intentatis.*
9 *Remissio non fit in leuibus delictis.*
10 *Remissio an fiat in gradibus delictis.*
11 *Remissio an fiat cum causæ cognitione.*

¶ De rapto.incen.& viola.eccle. Rubr.

DE illis autem qui loco. ¶ Ad euidentiam textus , & glossæ, videndum est de tribus, scilicet quid sit territorium,& vnde dicatur, qs dicatur habere territorium : quæ duo sunt præambula ad tertium quod sequitur,scilicet,vtrum,& quando remissio fieri debeat seu locum habeat in delictis.Aut ergo quæ

1 ritur de primo.†& dic quod territorium est vniuersitas agrorum inter fines cuiusq; ciuitatis: quod ab eo dictum est quod aiunt , quod magistratus eius loci inter eos fines terendi siue mouendi ius habent,vt probatur.ff.de verb. signi.l. pupillus.

2 §.territorium.†Aut quæris de secundò,scilicet quis dicatur habere territorium.& dic quod ille qui habet vniuersitatẽ agrorum prout.˙s.in distinctione continetur: quia cuicunqne competit diffinitio & diffinitum.argu.ff.de offi. eius cui mandata est iurisdic.l.1.§.qui mandatam.& l.& si prætor.21. distinctione.cleros.31.distinctio,c.aliter.˙j.de verbo.signific. forus.§.in omni.circa quod refert,Aut quæris de iudicibus secularibus:

3 aut de ecclesiasticis.†Si de secularibus,tunc dic quod regulariter illi qui habent merum & mistum imperium , de quo ff.de iurisdict.omnium iudi.l.imperium.habent territoriũ vt sunt præfectus vrbis,prætor,proconsul,præses prouinciæ,& quasi omnes alij,iudices,de quibus tractatur in primo libro.ff.veteris.& C.Si de ecclesiasticis:tunc refert secundum Innocentiũ

4 & Hostien.˙s.de foro competenti,cum contingat. †Aut quæris de Episcopis & superioribus,& constat quod tales habent forum seu teritorium per totam , & super totam dyocœsim suam.arg.˙s.de offi.ordin.c.1.& ˙s.de foro competenti sanè.secundum Innocentium & Host. in dicto.c.cum cõtingat.Et in hoc concordat Guil.de monte Lau.in extrauaganti Ioan. 22. execrabilis.in fin.super verbo de iure.dicens quod de iure cõmuni solus Episcopus habet territorium in dyocœsi sua . 16. q.7.omnes basilicæ.˙j.de offi.ordina.cum Episcopus.li.6. Aut quæris de prælatis inferioribus:& tũc, Aut quæris de prælatis

5 singularibus,aut de collegijs.†Si de prælatis singularibus,tunc sunt opiniones contrariæ . nam Innocen. dicit in dicto.c.cum contingat.Primo,quod Archidiaco.non potest excommunicare delinquentem in suo Archidiaconatu, nisi aliàs sit de subditis eius:& hanc opinionem tenet Specu. rubrica de competen.iudicis aditione.§.1.versi.6.ratione criminis. Postea dicit Innocentius,vel potes dicere , & melius Archidiaconum , & multos alios prælatos , qui habent prælationem super certas parochias,vel certa loca habere territoriũ,& ibi posse exercere iurisdictionem suam,in certis tamen capitulis , vt not.˙s. de offic.Archidia.ad hæc.& ˙s.de offi.ordin.cum ab ecclesiarum. Sed Hostien.ibi in hoc contra indistinctè dicens sic , mihi videtur quod de iure communi Archidiacon. vel alius prælatus, excepto Episcopo nõ potest dici habere territoriũ , nec istud posset consuetudo operari vt in eadem ciuitate vel dyocœsi essent duo capita,sicut monstrum. de hoc.˙s.de officio. ordin. quanto.& c.quoniam. Sunt tamẽ aliqui Abbates habentes certam terram limitatã iurisdictioni suæ subiectam alio Episcopo carentem,sicut Casinẽses & quidam alij , quod fulciri possunt ex speciali priuilegio apostolico:& de talibus dici potest quod territorium habẽt siue forum:vt in dicto.§.territorium Et de hoc.˙s.de præscrip.cum ex officij.& c.veniens . Illi autẽ de consuetudine iurisdictionem habentes,eam exercebunt in his locis quibus eam exercere consueuerunt Hostien. & Ioannes Andr.post eum ibi,cuius opinionem quãtum ad id quod dicit de iure communi approbant Specul.& Guilel. de monte lauduno.vbi.˙s.Ego verò Henricus credo sic distinguendum. Aut loquimur de iure communi.& tunc vera est opinio Hostien.Specul.Guilel.de monte Lau.& sequaciũ.Aut de priuilegio papali:& tunc secundum formam priuilegij,seu quantum concedit priuilegium possunt habere.˙j.de priuilegi. porro. & per totum.& hoc approbant Hostien.& Ioannes Andr.˙s.cap. proximo.Aut de consuetudine præscripta:& tũc possunt prelati inferiores habere certa loca pro territorio,iuxta.ca. super eod.˙j.de præbendis.lib.6.secundum Guilel. de monte Lau. in

6 dicta extrauaganti execrabilis.super verbo, de iure. †Sequitur de collegijs:& tuuc.Aut quæris de iure communi , & tunc dicit Innocentius in dicto.cap.cum contingat. quod capitula & alij de quibus ibi loquitur,licet super aliquos habeant iurisdictionem , tamen nullum territorium habent : & sic intellige. 89.distinctione.indicatum.idem Hostien. & ibi & Archidiaconus in dicto.c.indicatum. Imo quod plus est capitulum de iure communi iurisdictionem non habet , vt notat Hostien. ˙s.de rescriptis.ex parte decani.& ˙j.de verborum significat.ex parte in Christo . super verbo pro contumacia. circa fin. Aut quæris de priuilegio , vel de consuetudine . tunc credo idem quod in prælatis singularibus.˙s.dictum est : & secundum hoc idem est per omnia in capitulis,seu collegijs, & in prælatis singularibus.Nec obstat ratio Hostiens.quod non posset consuetudo operari,vt in eadem ciuitate,vel dyocœsi essent duo capita sicut monstrum:quia verum est æqualia,æqualis potestatis,sed bene vt vnum sit sub alio , seu inferius vel minus alio, vt dicto.ca.quoniam. & c. itaque. Ita etiam videmus in Papa, Archiepiscopo,& Episcopo qui in eadem dyocœsi sunt capita,sed maius & minus.˙s.de offic.ordina.duo simul.& ca. pastoralis.˙j.de offic.ordina.Romana.de appella.Romana.libro.6.9. q.3.cuncta per mundum.& c.per principalem. Aut quæris de tertio,scilicet vtrum,& quando remissio fieri debeat,seu locũ

7 habeat in delictis.†& intellige de remissione reali qua quis inuitus trahitur ad iudicium ,quæ non habet regulariter locum in ciuilibus.˙j. de foro competenti Romana; §. contrahentes lib.6.Exceptis casibus certis specialibus.C.vbi de crimine, agi oportet.l.2.C.vbi quis decuri.vel cohor.condict.conueni.l.vltima.in authen.vt iudices sine quoquo suffragio.§.necessitatẽ. colla.2.In quibus est speciale ratione publicæ vtilitatis, vt patet in eis.& de hoc notat Cardina.in dicto.§. contrahentes.in

8 magna glossa, in principio,& tunc,†Aut quæris,vtrum habeat locum remissio in delictis vbi ciuiliter agitur , & tunc credit Petrus de bella parti.C.vbi de crimine agi oportet.authentic. quà in prouincia.& Cynus ibi post eum quod non,per.§.in authent.vt nulli iudicum.§.si verò quis comprehensorum. Vbi primo enumerauit delicta enormia,& postea dicit, si verò qs coprehensorũ.ad hoc vt det intelligere , q si pœnæ impositio nõ sit alijs in exẽplũ nõ est facienda remissio,qđ est mẽti tenẽdũ sm eos ibi.Pro qbus facit,qa regulariter talis cã reputatur ciuilis:& sapit naturã ciuilis:vt.˙s.de ꝓcura.tuæ.in fi.& de test. testimoniũ.§.si verò.licet sit argumentum contrariũ.˙j.de clericis cõiuga.c.vno ibi,criminaliter aut ciuiliter.li.6.Aut in deli

9 ctis vbi criminaliter agit:& tũc† Aut quæris de leuibus criminibus : & de talibus iudex sub quo deliquẽs domiciliũ habet, cognoscere põt:nec habet ipsum remittere ad iudicẽ sub quo deliquit sm Bern.& Hostien.hic.pro hoc.ff.de accusa.l. leuia.

10 †Aut de grauibus criminibus:& in talibus oĩno fit remissio ad locũ delicti.ff.de re mili.l.desertorẽ.in principio . de accusa.l.si cui.§.vltimo.& in dicto.§.si verò qs cõprehẽsorũ.3.q.6.c.1.& 6.q.3.c.placuit.Licet Accur.in dict.l.si cuj.§.fi. dicat q remissio ista fiat ex vrbanitate,vel locum habet sm eum cũ reus litigat,quod etiã vr placere Innocentio hic . Sed primã opinionẽ tenent Iacobus de Ra.Petrus de bella perti. & Cynus in dicta authen.qua in prouincia.& Ioannes Andreas extra de re iudicata.pastoralis.§.denique.ver.quod si punitio. gl. sed nunquid de iure.& expressius Guil.de monte Lau.extra de rapto.c.1.ad fi.gl. notat, quod in realibus. ver.in delictis maioribus. in cle. quam credo veriorem.Itẽ dicunt quidam, quod iudex delicti

ad hoc potest cogere, iudicem sub quo degit per verbum iubemus, positum in dicto.§.si verò quis.quod est verbum necessitatis.ff.quod iussu.l.1.& 2.14.q.1.quod præcipitur. Et sic nõ obstat quod dicitur, quod par in parem non habet imperium, supra de elect.innotuit.cum in hoc iudex delicti sit maior: & hoc placuit Iacobo de Rauen.& Petro de bella parti. & Cyno in dicta authen.qua in prouincia.pro his facit, quod notat Hugo.65.distinctione.capit.fin.Sed contra eos facit quod ibi notat Ioannes, quod credo verius, scilicet quod licet malè faciat iudex requisitus non remittendo, is tamen qui requirit si aliàs non est illius: iudex illum cogere vel punire non poterit. sed aget coram superiorẽ illius. Ad q; facit dictum.capitu. Romana.§.contrahentes.ibi ad denunciationem. non dicit ad mandatum vel præceptum. Ad hoc etiam facit de offic.ordin.pastoralis, in principio, & quod not.supra de offic. delegati. prudentiam.§.adijcimus.in vltima glo. Non obstat illud verbum iubemus.in dicto.§.si verò.quia licet imperator ibi iubeat: nõ tamen dat per hoc iudici requirenti potestatem iubendi, aliàs puniendi: igitur non concessum non attentet. 25. quæstione secunda, amputata.& hoc tenet Ioannes Andreas in dicto. ca.
11 pastoralis.glo.sed nunquid de iure.†Dicunt etiam prædicti domini legum, quod iudex requisitus remittet delinquentem sine aliqua cognitione: tum quia præsumptio est iudice requirente.s.de renuncia.in præsentia.tum quia requisitus est mẽtu executor.s.de offi.delega.pastoralis.§. præterea.C. de execut.rei iudica.l.si vt proponis.& pro eis facit dicta.l. si cui.§.fi. ff.de accusa.vbi dicunt quod videtur casus.Sed quidam dicunt contra, quod præcedet aliqualis cognitio, aliàs sine causa infamaretur qui sic statim ligatus remitteretur, ad hoc.ff.de custodi.reo.l.diuus.2.C. vbi de cri. agi opor.l.1.& de exhiben.reis l.fi.ad idem C.de arb.l.ne in arbitris.Et in hanc sententiam videtur declinare Ioannes Andreas in dicta glo. sed nunquid de iure, in fi.quod equius videtur, quare & c.C.de iudi.placuit.

Super eodem c.in finali glo ¶ Si quæris vtrum Episcopus possit excommunicare Archiepiscopum in dyocæsi delinquentem, distingue vt dixi supra, de maior. & obeden.cum inferior.distinctione.2. vbi etiam de hoc per Innocentium & Hostien. in summa.de senten.excommuni.§.quis valeat excõmunicari.ver.quid ergo si metropolitanus. & ver. sequẽti.& per Archidiac.j.de cõst.vt aĩarũ periculis.per Ioannem Andre.infra de sententia excommuni. statuimus. libr.6.

Super eodem.c. ¶ Hostiens. exponit hic illud nomen parrochia, in textu, id est, de dyocæsi simul.gloss.supra de hære.excommunicamus.1.§.Adijcimus.& de magistris.capitu.2.Vnde si quæris vtrum tota ciuitas, vel dyocæsis possit dici parochia, distingue, vt dixi supra de dona.Apostolicæ.

1 *Ex damno dato tria mala oriuntur.*
2 *Rancorem homo in corde tenere non debet.* 5.
3 *Odium petenti remittendum.*
4 *Actionem ex damno prouenientem offensus remittere non tenetur.*
6 *Raptori occulto non denegatur sepultura.*
7 *Raptor publicus sepultura caret.*

SVper eo. ¶ Si quæris vtrum inimicis vel iniuriantibus, veniam petentibus teneamur remittere, distingue secundum Petrum in
1 scriptis super tertiò sentẽtiarum, distinctione.30. †Quia ex iniuria, vel damno dato alicui oriri solent in eo cui fit tria, scilicet rancor in affectu, signum rancoris in effectu scilicet odium, & actio contra iniuriantem.†Primum tenetur homo statim remittere, id est nunquam in corde suo tenere: Matthæi 18.Sic & pater meus cœlestis faciet vobis si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. pro hoc.23.q.
3 4. si is qui.vbi de hoc.†Secundum, tenetur remittere veniam veraciter petenti, id est parato emendare secundum facultates suas. sicut & dominus remittit parato satisfacere: de hoc põt intelligi illud quod dicitur Lucæ. 17.Si conuersus fuerit ad te
4 dicens, pœnitet me, dimitte illi.†Tertium, non tenetur dimittere.45.distin.& qui emendat.90.distinc.si quis iratus.23.q.5. de occidendis.idem notat frater Ioan.in summa confes.eo.tit. de pœniten.& remis.sub rubrica de impedimento pœnitentię q.215.vtrum inimicis &c.Sed nec pœnam publicam pro peccato debitam remittere tenetur: imo nec debet iudex remittere, vt hic in versu tñ.& per totum, nisi ex causa, vt le.& no. de his qui notãtur infa.l.quid ergo.§.pœna grauior.& s.de offi
5 cio deleg.de causis.† Et nota quod rancorem, & odium retinens contra proximum peccat mortaliter. Peccatũ enim mortale est q; contrariatur charitati, per quam est vita spiritualis, charitate autem diligitur Deus & proximus. Lucæ.9.Matth. 19.& 22.de pœni.distinct.2.charitas.2.Dictio autem Dei est, vt eius mandatis obediatur.dicitur enim prima Ioann.2. capi. qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit mendax est, & in eo veritas non est. Qui autem seruat verba eius verè, in hoc charitas Dei perfecta est: & ideo inobedientem esse præcepris diuinis est peccatum mortale, quasi dilectioni Dei contrarium. Et de iniuria facta ecclesiasticæ personæ cui sit satisfactio facienda & coram quo iudice sit extimanda.vide quod dicam.j.de senten.excommuni.parrochianos.distinc.2.

Super eodem cap.ver.ita tamen.

¶ Si quæris vtrum raptor ecclesiastica careat sepultura, distin
6 gue.† Aut est raptor occultus, & qui totiens admonitus, non fuit, nec ita obstinatus inuenitur sicut ille de quo hic dicitur: & tunc non, vt.s.de sepult.parrochiano.& j.eod.in literis. Aut est publicus, & obstinatus, & tunc caret ecclesiastica sepultura vt hic & s.c.1.& 2.respõso.Et sic est.hic est vnus casus in quo denegatur ecclesiastica sepultura, alij no.s.de sepulturis.ex parte.2.secundum Hostien.& de hoc vide Bernar. hic in glos.quæ incipit, hoc quantum.Et vide per Archidia.17.q.1.qui bona. §.fi.ergo.super verbo glo.pro opere.vbi idem notat.

1 *Piratæ deprædantes peregrinos excommunicandi.*
2 *Piratæ piratas deprædando, fit compensatio.*
3 *Piratæ nauigantes deprædantes excommunicandi.*
4 *Naufragos spoliantes an sint excommunicati;*
5 *Naufragos spoliantes bonorum publicatione multandi.*

EXcõmunicationi subdantur. ¶ Si quæris vtrum piratæ, qui christianos alios deprędant, vel illi qui naufragos spoliant sint excommunicati vel excommunicandi, distingue, Aut quæris de pira
1 tis, & tunc.†Aut tales deprædant mercatores, seu peregrinos non nauigantes, sed aliàs itinerantes, & tunc non sunt excommunicati ipso iure, sed excommunicandi.24.q.3.si quis romipetas.& c.paternarum.& legitur & not.s.de treuga & pace. c. 2.secundum Hostien.& Ioan.Andre. Aut deprædant nauigan
2 tes, & tunc.†Aut nauigantes piratas, sicut & ipsi sunt, & tales non sunt excommnicati, sed paria delicta mutua compensatione tolerantur.s. titu.proximo.c.penulti.& fin. quod denotant verba honestis causis, hic in textu posita secundum Hostien.
3 & Ioannem andreã.† Aut nauigantes honestos seu ex honestis causis, & tales non sunt excommunicati ipso iure, quod
4 dic vt statim dicam. † Aut quæris de illis qui naufragos spoliant: & tunc, Aut nondum sunt moniti vt ablata restituant infra tempus à iudice statuendum: & tunc non sunt excommunicati argumento huius literæ, ibi nisi ablata restituant &c.ergo à contrario sensu si ablata restituerint non sunt excommunicati, argumento supra, de his quæ fiunt a præl.cum apostolica.Et Abbas dicit qđ potest dici sicut dicebat Petrus de samp. vt subiaceant excommunicationi post trinam monitionem, vel vnam pro omnibus.j.de senten.excommunicat. sacro.24. q.3.de illicita.vt sicut post trinam monitionem possent excõmunicari: ita & hoc casu sint post admonitionem excommunicati: simile.s.de immunita.eccle.non minus. Aut sunt moniti vt ablata restituant infra tempus à iudice statuendum. argumento in eo quod legitur & no.s.de offi.deleg.de causis.ff.de iure delibe.l.1.§.ait prætor.& tunc, Aut quæris vtrum excõmunicati sint ipso iure infra illud tempus, & dic quod non, cũ reperiantur contumaces: simile.s.de immunita.eccle.aduersus versic.penulti.secundum Hostien. Aut post, & tunc si infra illud tempus reddiderint, non sunt excommunicati, cum non fuerint contumaces, propter quam solam contumaciam fertur sententia excommunicationis.11.q.3.nemo Episcoporũ. sed obedientes.Si verò non reddiderint, tunc sunt excommunicati ipso iure, ita quod est canon latæ sententiæ non ferendę argumento. j. de crimin.fals.dura.secundum Tancretum Vincentium Goff.Bernard.& Hostien.hic. Idem Ioannes 2.distinctione, hodie.de quo etiam per Archidia.ibi. idem Ioãnes Andre.hic concordat.s.de præben.extirpandi. de immunitate ecclesi.ca.non minus.ne clerici vel monac.infra.c.clericis.in fi.1. de rebus ecclesi.non alienan.c.2.§.laici.& §.fin.libr.6.& in clemẽ.de vita & honesta.cler.dyocęsanus.& de statu mon.attendentes,

dentes.in fi.in clemen.Sed Innocentius dicit hic quod est canon ferendæ sententiæ non latæ: prior autem opinio videtur mihi verior: & idem quantũ ad hoc de piratis.s.quod sint excommunicati ipso iure, si moniti infra tempus statuendum à iudice ablata non restituant.vt.s.eod.1.responso: Et intellige quod dictum est de piratis, & nauigijs, seu naufragijs, maritimis, & est ratio specialitatis in eis, quia ibi nimis frequentatur hoc crimen, ideo exemplo crassantibus multis opus fuit.ff. de
5 pœnis.aut facta.secundum Hostien. † & tales spoliantes naufragos debent bonorum publicatione multari.vt.C.de furtis. authen.nauigia.Finaliter credo, quod prima pars huius.c.sit canon ferendæ sententiæ, saluo quod piratæ excommunicantur solenniter ab ore summi pontificis ter in anno. Secunda verò pars sit canon latæ sententiæ, ita tamen quod præcedat monitio, vt dixit gl.Bern.& vt plenius statim dixi: & hoc probat vis verborum in textu positorũ.ratio diuersitatis patet satis. Et sic prima pars potest intelligi de quolibet nauigio.

1 *Iudex delegatus non potest pęnam mutare.*
2 *Iudex ordinarius, qui non dispensat super crimine non mutat pœnam à iure statutam.*
3 *Iudex habens, dispensandi potestatem causa cognita, pœnam iuris immutat.*
4 *Iudex sine causæ cognitione non potest pęnam iuris immutare.*
5 *Iudex ex arbitrio punit, quando pœna non est à iure determinata.*
6 *Causæ pœnas minuendi quatuor.*
7 *Nobilis mitius punitur, quam ignobilis.*
8 *Causæ pęnas augendi duæ.*

IN archiepiscopatu tuo. ¶ Si quęris vtrũ iudex possit pœnam mutare diminuere, vel augere, distingue. Aut quæris de pęna statuta & determinata à iure. Aut de pœna nõ determinata à iure sed arbitraria. In primo casu refert, Aut est iudex delegatus, aut est ordina-
1 rius.†Si delegatus, tunc non potest talis enim non potest dispẽsare, sed iure communi procedere, cum fines mandati exacta diligentia sint seruandi.s. de rescriptis, cum dilecta. quod dic
2 vt legitur & not.s.de offi.delega.de causis.†Si ordinarius, tũc Aut est talis iudex qui non potest super illo crimine dispensare, & talis non potest pœnam, pro illo crimine infligendam commutare, minuere, vel augere, vt.j.de pœnis.licet. vt notãt ibi Bernard.Innocentius & Hostien.& ita intellige Deuteronomij. 19. Et homicida morietur, nec misereberis eius. Aut est talis qui potest super illo crimine dispensare, & tunc.
3 † Aut huiusmodi commutationem, vel diminutionem, seu augmentationem facit causa cognita, & in ipsa sententiæ prolatione: & tunc potest, vt hic.& ff.de his qui notantur infa. le. quid ergo.§.pœna grauior.& C.de his qui notantur infa.l.& si
4 seuerior.†Aut eam facit non causa cognita, vel post sententiã: & tunc non potest.ff.ad turpil.l.1.de iniurijs.l.diuus. ad municipales.l.ordine.Et in hac causæ consideratione habetur consideratio locorum, & temporis personarum, & causæ, ac etiam multitudinis, & ætatis, & scandali. Nam ex omnibus istis rigor iuris mitigatur, vt colligitur manifestè. j. de senten. excommũni.super eo.& ca.vltimo.vbi de hoc.86.distinctione.capit. tanta, 2.q.3.euphœmium.§.notandum.s.de transact.capitu. vltimo.50.distinctione, vt constitueretur.ff.de pœnis.leg.si quis aliquid.§.instrumenta.& l.absentem.§.fi.& l.respiciendum.§. delinquunt.2 q.1.in primis.cum multis similibus. Item causa cognita, & ex prædictis causis, & iuribus poterit pœnam augmentare, & etiam quando multis crassantibus, exemplo seu vindicta opus est.ff.de pœnis.l.aut facta.§.penultimo. de quo not.plene in dicto.§.notãdum.& in dicto.§. pœna grauior. & in dicta.l.& si seuerior.& per Innocentium.s.de constitu.c.1. Vbi etiam not.quod arbiter leges transgredi potest per.l.ff.de arbitris.l.qualem.s.de renuncia.in præsentia.& hoc ibi appro
5 bant Hostien.& Compost.†In secundo casu, quando pœna nõ est determinata à iure, & tunc imponitur arbitrio iudicantis. ff.de effracto.l.1.§.expilatores.& de pœnis.le.hodie.s.de officio delegati. de causis. de transactio. capitu.vltimò. cum suis concordantijs.Præmissa omnia notat Archidiaconus. 17.q.1. qui bona.§.si ergo.in magna gloss.circa.6.colum. versicul.si autem quis cogitat, & agit, & perficit &c.versiculo, & hæc vera sunt &c.Nec obstat prædictis illud Iacobi. 2. Iudiciũ sine misericordia fiet illis, qui non fecerint misericordiam: quia hæc non habent locum in his quæ iudicis arbitrio relinquuntur: in illis autem intelligitur illud Ecclesiast.7.& 23.q.4. capitu. non potest.§.pręcepta. Noli esse nimis iustus. quia est nimis iustus qui perit in iustitia sua: vbi erga pœnitentes misericordes esse monemur: nõ aũt habet locũ in his quæ per legẽ diuinã, vel humanã determinantur.Et ad hoc quod dictum est quod iudex potest minuere, vel augere pœnam ex causa, satis concordant. Petrus, de bella parti.& Cynus in dic.l. & si seuerior. dicentes quod causæ propter quas potest pœnã minuere sunt quatuor.
6 Primò, † potest minuere propter cõditionem personæ delinquentis, quod contingit, quandoque propter iuuẽtutem, vt.ff. de minori.l.auxilium.§.in delictis, quandoque propter digni
7 tatem.†quia mitius puniendus est nobilis, quam ignobilis. argumento.ff.de pœnis.l.aut facta.§.persona.& l.respiciendum. §. furta. Secundò, propter ignorantiam.ff.ad leg.Cornel.de sicarijs.l. in lege. Tertiò, propter factionem inconsultam, vt quia propter dolorem repentinum quis delinquit: vt.ff. de pœnis.l.absentem.§.vltimo.Quartò, propter rei publicæ vtilitatem, vt in decurionibus.C.de decurio.l.quinque.libro.10.ff.de re mili.l.non omnes.§.vltim.Istæ sunt causæ quatuor diminu
8 tionis. † causæ verò augmentationis duæ sunt, vna est delicti atrocitas.ff.de pœnis.l. quædam.& in presbytero falsi dico secundnm communem intellectum.C.de episcopis & cleri.leg. presbyteri.Altera est frequentia committendi delicta, vt in dicta.l.aut facta.§.vltimo.Et propterea iurisconsultus omnes pęnas considerans, & etiam casus imponendi, dicit hodie arbitrarias esse, vt in l.hodie de pœnis. secundum Petrum, & Cynum.sed Hostien.hic dicit quod licet iudici ex causa vnam pęnam in alteram commutare, quando scãdalum non imminet, & vbi procedit ex officio, vt in dic.§.pœna grauior.& in dicta. l.& si seuerior.Secus, quando causa nõ subesset, vel vbi ab alio accusatur: quia tunc nec mollior nec durior infligi debet: vt C.ne sanctum baptisma.l.3.in fine.& de vi publi.l.seruos, qui in fin. secundum Hostiens.cum quo concordat, quod ipse notat in summa rubrica de accusat. §.quis sit effectus. & frater Ioannes in summa confessio.titulo de rapto.rubricella de iudicibus, & asserso.q.146.vtrũ iudex possit pœnam &c.& Gen. extra de testamentis.capitu.vnico. gl.penulti.in clementinis. Sed hoc vltimum dictum vbi quis ab alio accusatur, intelligo, vbi hoc faceret sine causa seu causæ cognitione, alias secus, vt s.dixi post Archidiaco.licet Thomas in summa.q.67. articul. 3.& frater.Io.in d.rubri.q.145.vtrũ iudex aliud dicere videat.

Super eo.c. ¶ Ad euidentiam glo.se. fin. Si quæris vtrum iudex possit alij, seu alijs cõmittere vices suas, distingue vt dixi supra, de offic.delega.c. final.

CVm causa quæ inter eo. Ad euidẽtiam huius.capit.& glossæ Guile.creditur &c.Si quęritur vtrum confessioni coniugum cõfitentium pro matrimonio, vel contra matrimonium absque alio adminiculo stare debeat, & dicta confessio faciat plenam fidem, distingue vt dixi supra, de eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ. super eodem.

1 *Laicus non habet ecclesiæ claues.*
2 *Laicus in casu necessitatis confessiones audit.*
3 *Laicus absoluere non potest.*

De furtis. Rubrica.

FVres & latrones in. ¶ Si quæris vtrum & quando laicus possit audire confessiones, seu absol-
1 uere à peccatis, distingue.†Aut aliàs, quam in casu necessitatis, & dic q; non potest, quia non habet claues ecclesiæ vt statim sequitur.pro hoc.j. de pœniten.& remis.capitu.omnis.& de senten.excommũ.c.
2 canonica.in fin.† Aut in casu necessitatis, & tunc. Aut quæris vtrum possit audire confessiones, ad hoc quod de contritione, & fide catholica confitentis, & pœnitentis euidens signum appareat, & sic post mortem per ecclesiam absoluatur, & dic quod sic. Et ita intellige quod hic dicitur in textu de dyacono.& in gl.Bernar.de laico. pro hoc de consec.dist.4. sanctum est baptisma.de peniten.distinct.1. quem pœnitet. circa.fin.& distinctione.6 c.1.circa princip.j.de sent.excommuni.c.a nobis.2.& c.pastoralis.§.præterea.versi.ad quod dicimus. †Aut
3 ad hoc, vt absoluat à peccatis, & dic quod non, quia nullus potest absoluere à peccatis, nisi is qui claues habet, scilicet sacer-

dos canonicæ ordinatus. Sed nec sacerdos alienus sine licentia, vt in dict. c. omnis. j. de pœniten. & remissio. secundum Hosti. hic. cum quo concordat Inno. & Hostien. supra de consuetudine. c. quanto. & Bern. supra de offi. ordi. pastoralis. in gl. quo casu. in fi. in additione. & Host. ibi: & Gen. extra de sepult. super cathedram. super verbo confessiones. in clemen.

1 *In casu magnæ necessitatis, ad victum necessaria sunt communia.* 4.
2 *Necessitas non facit communes res ad victum non necessarias.*
3 *Necessitas modica nihil commune facit:*
5 *Fur vltra rei restitutionem debet pœnitere*

¶ Si quis propter necessit. ¶ Si quæris, vtrum in casu, necessitatis omnia sint communia, distingue. Aut quæris in casu magno, seu extremæ necessitatis: aut in casu modicæ: si magnæ: tunc † Aut quæris de his, quæ sunt in fructu, & quæ sunt necessaria ad viuendum, & dic quòd sic. 42. distinct. cap. 1. 12. q. 1. capi. 1. 23. q. 7. quòd autem. 47. distinctione, sicut hi. 86. distinctione. pasce. & capitu. non satis de consecra. distinctione. 5. discipulos. institu. de rerum. diuis. §. 1. & 2. Vnde cum omnia ad vsum, & seruitutem hominis facta sint. Gen. 9. capitu. ff. de vsuris, in pecudum. Ideo qui necessitatem famis patitur, potius videtur vti iure suo, quam furari. ff. pro socio. l. merito. & qui tales, res non communicat supremam necessitatem patienti, mortaliter peccat: vt in dicto capitu. pasce. & in concordantijs supra allega. Aut quæris de his, quæ non sunt in fructu, vt mulier. institu. de rerum diuisio. in pecudum. & quæ debet esse vna vnius. 23. quæstio. 5. hæc imago, & talia non sunt communia. Et hæc est ratio quare mulier propter necessitatem famis excusatur à furto, & nõ à fornicatione. ff. de ritu nuptiarum. leg. palam. §. non est. Sed si præcise inuita cognosceretur, non solum excusatur: imo & corona si virgo fuerit duplicatur. 32. quæstio. 1. capitu. 1. 2. & 3. & sequenti. secundum Hostiens. & Ioannem Andreæ. Et in hoc concordat Goffred. & de hoc per eum in summa eod. titu. §. 1. versic. si quæritur. vbi dicit quod imo ratio est: Quia in primo casu ius naturale subuenit, & excusat ratio naturalis: in secundo ius diuinum contradicit, & accusat turpitudinem, & horrorem proueniẽtem ex peccato: vt 30. quæstio. 5. ita ne. & in dicta. l. palàm. & in authen. de resti. & ea quæ parit. §. vnũ si quædam. coll. 4. Item in primo casu salus corporalis adimeretur: nisi liceret rem alienam occupare. In secundo vero, si fornicari concederetur, corporalis vita debilitaretur, & spiritalis adimeretur, cum sine mortali committi non posset. 22. quæstio
3 ne. 4. capitu. innocens. §. illicitum. ver. ex modo iurandi. & c. † Si quæris in casu modicæ necessitatis: tunc dic, quod nõ sunt communia, ita fuit hic, ex quo pœnitentia imponitur secundum Bernar. hic in principio. Et ad hoc quod distinctum est de magna necessitate, & de non magna concordat Tho. arti. 7.
4 & Lauren. † dicentes quod in magna necessitate potest, quis subtrahere occultè non tantum pro se, sed pro alio existente in extrema necessitate, etiam si domino displiceat, idem Raynald. in summa hoc titulo. §. 10. item quod si ad hoc. & frater Ioannes in summa confess. titulo isto. q. 9. quid si aliquis. & vide de ista materia per Io. 48. dist. c. 1. gl. 1 Et casus in quibus furtũ nõ cõmittit, & qualiter quis, ꝓbet se credere dominũ ꝓmissurum, vide per Archi. 14. q. 5. pœnale. super verbo præceptũ. & de hoc per Gen. extra de homicidio. c. vnic. gl. fi. in clementi-
5 nis. † Item nota ꝓm Host. & Io. Andream hic, quod fur post & vltra restitutionẽ tenetur de mortali peccato pœnitere, & debet cõfiteri. §. e. c. fi. de iniurijs. c. si qs domũ. ſ. de homicidio, sicut dignum. §. eos. quod dic vt notat Host. in summa de pœniten. & remis. §. fi. j. tit. 1. cum tu. vide etiam quod notat. Ioannes Andreas de vsur. c. vno. gl. antepenul. in clementinis. Idem Asten. lib. 1. hoc ti. 5. q. quid si aliquis. vbi quærit quid si quis rẽ furtiuã emit ignoranter, & in bona fide, & in foro publico & publicè, nunquid põt saltẽ preciũ, quod dedit, à domino repetere cũ deprehẽdit rẽ furtiuã esse, vel rem retinere donec ei sit preciũ ꝓsolutũ: & respõdeo ꝙ nõ. C. e. in ciuilem, nec se defendere põt occasione alicuius statuti sup hoc editi, cũ sit contra deũ, poterit tamen à venditore petere preciũ. 12. q. 2. vulterane.

1 *Furem indicare ad partis instantiam, nemo tenetur.*
2 *Furem in indicare ad iudicis instantiam an quis cogendus.* 4. 6.
3 *Mercedem an accipere liceat ad furem indicandum.* 5.

7 *Fur condicit datum vt non iudicetur.*

Vi cum fure partitur oc. ¶ Si queris, vtrum aliquis teneatur indicare furem, vide quod notat Accursius. C. de furtis. leg. in ciuilem. vbi Cynus. & C. de his qui ad ecclesias confugi. leg. si seruus. circa
1 quod distingue. † Aut quæris, nunquid aliquis teneatur vel compellatur indicare furem ad instantiam partis, seu ex officio quod residet in persona partis, & dic quod non, cum licitè accipiatur precium pro indicãdo, vt ff. de condictione ob turpem causam. leg. item si obstuprum. §. vltimo. de prescriptis
2 verbis. l. solent. † Aut ad instantiam iudicis, seu ex officio, quod residet in persona iudicis, qui habet purgare prouinciam suam malis hominibus: vt ff. de offici. præsid. l. 3. & l. congruit. & dic quod sic. Et ita intelligit glossa, quæ videtur sibiipsi contraria in dicta. l. item si ob stuprum. §. finali. ff. de condictione
3 ob turpem causam † Sed Bernard. hic dicit quod secus secũdum leges, secundum quas non peccat si aliquid accipiat vt indicet, vt in legibus proximè allegatis. Secus secundum canones vt hic patet: vnde dicit quod vterque est reus: cum quo concordant Laurẽtius, Vincentius, Tancredus, hic. & Bartholomeus Brixiensis. 1. quæstio. 1. capitu. quòd quidam. §. ex his verbis
4 Augustini in glo. ergo videtur † Hostien. hic dicit quod etiam secundum leges licet merces posit recipi pro indicando vt dictum est: nihilominus tamen iudex ex officio suo, & ex bono regimine compellit indicare furem. argumento. ff. de officio præsidis. l. tertia. & l. congruit. ff. de seruis fugitiuis. leg. 1. 2. & 3. & in hoc concordat cum Cyno. Vel dic quod & si is qui scit teneatur indicare furem, & ad hoc compellendus sit secundum vtrunque ius, dummodo secundum canones periculum mortis non immineat, alioquin melius esset tacere. 22. quæstione. 2. ne quis arbitretur. tamen secundũ vtrunque ius ad hoc vt indicet sine executione aliqua gratis, poterit recipi sponte oblatum, argumento supra de simo. c. dilectus. 2. in fi. ff. de varijs & extraordinarijs cognitio. l. 1. §. est quædam res sanctissima. secundum Hostiensem. Sed in summa eod. tit. sub rubrica de condictione furtiua, versi. illud sciendum. dicit
5 † quod potest dici quod in foro iudiciali siue canonico siue ciuili: refert vtrum quis nolit indicare propter lucrum, quod indesentit: vel quia participauit, vel quia à fure pecuniã recepit ne indicaret: & tunc tenetur sicut fur, vt hic: talis enim turpiter recepit etiam secundum leges, vt. ff. de conditione ob turpẽ causam. l. si à seruo meo. Aut non vult indicare propter amicitiam, & humanitatem quam cum eo habet: & tunc nõ est cogendus sed est in potestate sua an velit vẽdere amicitiam pro denario. Sicut quidam faciunt aduocati amicos quoscunq; habeant pro pecunia impugnantes, & tales non turpiter accipiũt vt in dicta. l. item si ob stuprum. §. vltimo. turpiter autem acciperent si indicare tenerentur. ff. de cõdictione ob turpem causam. l. vltima. & supra, de simonia. nemo. inhoneste tamen petunt vel exigunt. vt in dicto. §. est quidam. In primo ergo casu dolosè non vult indicare, & ideo cogendus est, & quod datum est per actionem, de dolo repetitur. In secundo licitum, & ideo nõ repetitur, hoc est quod distinguit. l. allegata, solent. Sed in iudicio animæ procul dubio reus est, vt hic, & argumento. C. de famosis libellis. l. vnica. Illud autem nõ reprobo quod iudex ex officio eum cogat, vt. ſ. in princi. & quamuis non cogatur indicare, cogetur tamen contra indicandũ testificari. secundum Hostien. ibi cum quo concordat Asten. libro. 1. hoc titulo, articulo 4. quæstione, sed quid de eo. Sed Goffre. in hoc vltimo contradicens quod ad indicandum non est per iudicẽ compellendus, vnde male faciebant illi rectores de quibus habetur infra, de excessibus prælatorum dilectus. vbi hoc notat Goffre. prout recitat, Ioannes Andreas ibi, & Archidiaconus. 1. quæstione. 1. c. quod quidam. §. ex his verbis. glo. adde su
6 baudi. & si accipiatur &c. † Ego vero Henricus credo sic dicẽdum, Aut quẽris vtrũ quis teneatur indicare furtum, et credo quod sic, dũmodo sine periculo hoc facere possit, vt hic, vbi loquitur de furto nõ de fure. Aut vtrũ teneatur indicare furẽ, & tũc, Aut quæris vtrũ teneatur indicare furẽ quẽ scit furẽ vt Deus, puta in cõfessione sacramentali, & tũc nec tenetur indicare nec põt indicare. ſ. de cõfi. ordinarij. si sacerdos. j. de pœnitẽ. & remi. oĩs. §. caueat. & est expressum in dicto. c. dilectus. vbi Bernar. in glo. 1. dicit, quod in eo casu sacerdos maior erat ipsis rectoribus. argumento. 93. distinctione. c. vltimo. & 94. distinction. c. 1. Imo etiam secundum Hosti. & Ioannem Andream, ibi major Papa. argumẽto, ſ. de offi. delegati. sane quia. Nam & si papa generalis vicarius sit, iste tamen est specialis in hoc per

hoc per quod etiam videtur quod nec eum in hoc excõmunicare posit, vt. ſ. de offi. deleg. Iuduisti. Et speciale derogat generali, vt ibi, & ſ. de rescriptis. c. fina. de licentia tamen confiretis posset reuelare. ſ. de simo. nemo. & de adulterijs significasti secundum eos. Aut vtrum teneatur indicare furem quem scit furem non vt Deus, sed alias, & tunc, Aut scit sub sigillo secreti, & tunc idem, quod dic vt legitur & notatur per Innocentiũ in dicto. §. caueat. Aut alias, & tunc, Aut vtrum debet indicare illi qui posit prodesse & non obesse, & dic quod sic. 22. quæstione. 5. hoc videtur. & notat Vincentius hic, & Archidiaconus in dicto. §. ex his verbis in dicta glos. Aut alteri, & tunc, Aut quæritur vtrum posit indicare, & dic quod sic. ſ. de homicidio. c. & tua. Aut vtrum teneatur indicare, & dic vt. ſ. in princip. secundum Cynum & Hostiensem. Hoc saluo quod si esset clericus clericaliter viuens non teneretur indicare furem laicum iudici seculari, vbi mortis, vel mutilationis periculum immineret. argumento eorum quæ leguntur & notantur. ſ. ne
7 clerici vel monachi. c. sententiam sanguinis. † Et nota secundum Vincentium hic, & recitat Archidiaconus in dicto. §. ex his. quod fur precium quod dedit alicui vt ipsum non reuelaret, sed postea ipsum reuelauit, condicere poterit. ff. de conditione ob turpem causam. l. 1. & 2. sed contrarium patet eo. titul. l 4. §. 1. & fina. secundum Hostiens. & Ioan. Andr. hic, quod verius credo.

1 *Vsurarij manifesti qui dicuntur.*
2 *Vsurarij manifesti qua pœna puniantur.*
3 *Vsurariorum oblationes cui restituendæ.*
4 *Causam fœnerandi dare, quid sit.*
5 *Occasionem fœnerandi dare quid sit.*
6 *Accipere sub vsura an sit peccatum* 8.
7 *Ad peccatum quem inducere non licet.*
9 *Occasionem peccati dans, peccatum committit.*

¶ De vsuris. Rubr.

Via in omnibus. Si quæris qui dicantur manifesti vsurarij, id est notorij, & qua pœna puniantur, distingue. † Aut quæris de primo, scilicet qui dicantur vsurarij notorij, & dic secundum Hosti. in summa
1 eo. tit. §. qua pœna. in prin. ver. sed modo. & Cardi. j. eo. tit. c. 1. super verbo manifestos. lib. 6. quod dicuntur manifesti. i. notorij vel euidentia facti. ſ. quia vsurarius mensam tenet paratam ad pecuniam mutuandam cuilibet sub vsuris, sicut meretrix in prostibulo cuilibet paratam se demõstrat. ſ. de coha. cle. & mulie. tua. & . c. fi. & in hoc casu ipso iure pœnã patitur istius canonis. Vel dicas manifestos. i. notorios iuris, puta quia sunt ꝑ Episcopũ in ecclesia publicati, secus si adhuc in ecclesia tolerant. ſ. de cohibita. cler. & mulie. c. vestra. Et ad hanc publicationem faciendam sufficit quod vocati confiteantur, alias negantes per testes conuincantur. vt. ſ. de cohabi. cler. tua. Sufficiunt etiam certa arg. cum fama. vt. j. eo cum tu. & ita manifesti dicuntur sine euidentia facti, vel si sint conuicti vel confes-
2 si, & publicati, & in hoc satis concor. Hosti. & Io. And. † Aut quæris de secundo. ſ. qua pœna puniantur vsurarij manifesti, & tunc, aut sunt notorij euidentia facti, vel iuris, vt est dictum, & tunc dic quod puniuntur triplici pœna, Prima, quia non admittuntur ad communionem altaris. i. ad recipiendũ corpus Christi. Secunda, quia nec Christianam, si in hoc peccato decesserint, recipiunt sepultura, & intellige si in hoc peccato decesserint sine pœnitentiã, vel signis ipsius secundũ Hostien. de quo dic vt legi. & not. j. eo. quanquam. libr. 6. Tertia, quia nec oblationes eorum quisquã clericorum recipiet vt hic. Sed vtrum istis tribus pœnis puniãtur ipso iure. Innoc. dicit hic quod sic, sed Bern. & Hostien. contra. j. eo. cum tu. & Ioan. An. hic. sed opi. Innoc. tenet Ray. in sum. tit. de deci. rub. de obla. §. 6. quæritur vtrum. & frater Io. in sum confes. tit. de deci. rub. de obla. q. 5 j. quæro etiam vbi enumerant illos quorum oblationem non recipit ecclesia. Idem videtur tenere Hostien. in sum. tit. de sent. excom. §. quis posit. versi. sed & si quis. vbi dicitur qd̃ si quis ab vsurario publico oblationem recipit, vel ipsum admiserit ad ecclesiasticam sepulturam, & quod acceperit reddat & donec ad arbitrium Episcopi sui satisfecerit ab officij sui remaneat executione suspensus, vt hic in fi. Caueat ergo ne interim celebret, alias irregularis fieret secundum Hosti. ibi. & idẽ recitat Archid. 17. q. 4. c. miror. glo. fi. vbi dicit consequenter, Non tamen intelligas quod ista decr. quia in omnibus. sit ca-

non latę sententiæ, sed ferendæ, vt patet in eo quod leg. & no. j. eo. cum tu. & . c. cum in diocæsi. in fi. & hæc sententia est benignior. Et tunc dicemus quod si principalis. ſ. vsurarius non incurrit pœnas istius decre. ipso iure, multo minus clericus arg. ff. de reg. iur. cum principale. ſ. de consti. translato. secundum Hosti. hic in gl. sua fi. & Archid. ibi, quæ opinio mihi magis placet, quæ etiam hic Io. An. placere videtur. ¶ † Item oblationes
3 factæ per vsurarios manifestos subiacentes restitutioni. iuxta §. fi. huius ti. debent restitui Episcopo secundum Ala. Gof. Innoc. & Hostie. hic. Vnde Hosti. dicit vsurarium sibi in hoc suspectum esse, & dicit se expertum quod potius in animæ suæ detrimentum facit eleemosinam, quam in animæ suæ salutem restituat vsuram. sed Bernar. hic in glo. fina. dicit quod debet restitui vsurario qui dedit. Abb. vero credit tutius si restitutio fieret ei qui dedit vsuram, quia vsurarius forsan non redderet. Puto secundum Ioan. An. hic opi. Bernar. veram, quando vsurarius inchoauit vel paratus est vsuras reddere, alias sit vera prima opi. vt per diocæsani prouidentiam, vel restituat soluenti, vel hæredi, ꝑ vel pauperibus ad hoc supra, de iudæis. cum sit. 20. q. 3. constituit.

Super eo. c. Si quẽris vtrum prætextu vel in compensationem boni malum, vel maioris boni minus bonũ sit faciendum, distingue, vt dixi. ſ. ne cleri. vel mona. non magnopere. & vide distinctionem infra proximam.

Super eo. c. Ad declarationem gloss. Innocen. hic. Si quæris vtrum, & quãdo peccatum sit recipere mutuam pecuniam sub vsura. Lauren. distinguebat duo
4 bus membris solum, quia aut quis dat causam fœnerandi vsurario, aut occasionem. ¶ † Causam dicitur dare, quia cum mercator non cõsueuit tradere pecuniam ad vsuras alicui, aliquis induxit eum vt traderet sibi, & ipse de suo satisfaceret ei interesse & hoc casu peccat, quia eum facit delinquere qui aliter nõ peccaret. argu. bonum. ſ. de homi. sicut dignum. §. qui vero.
5 † Occasionem autem dicitur dare, quando ante mercator solebat pecuniam tradere ad vsuram. & ibi dicit Lauren. indistinctè esse peccatum. argu. 22. q. 1. mouet. 23. q. 5. de occidendis. &
6 c. cum homo. † Sed hoc vltimum membrũ subdistinguit Pet. de samp. dicens, ꝙ si dat occasionem ex causa necessitatis, puta quia deficiebant sibi expensæ non peccat, quia cum in necessitate omnia sint communia. 47. dist. licuit hi. hic iustè dat quod ad se, quia vexationem suam redimit. ſ. de simo. dilectus. 2. Secus si sine necessitate, puta causa voluptatis, vel det meretricibus. vel ioculatoribus, vel vt ludat ad aleas vel similibus 86. dicit donare. j. de excess. præla. inter dilectos, prout præmissa oia no. Ab. ſ. de iureiura. debitores. Idem cum Laur. dicebat Ber. prout no. Archi. 14. q. 4. si quis vsuram. glo. 1. Sed Hug. 22. q. 1. mouet. & beatus Tho. in summa, articul. 4. & frater Ioan. in sum. confes. hoc tit. q. 44. quæro vtrum &c. idem sentiunt cum Pet.
7 de samp. † Dicentes, quod inducere hominem ad peccandum nullo modo licet. vti tamẽ peccato alterius ad bonum licitum est, quia & deus vtitur omnibus peccatis ad aliquod bonum. ex quolibet enim malo elicit aliquod bonũ vt dicit Augu. 3. Et hi. argu. ad hoc. 23. q. 5. non solum. Vnde & Publicano quærenti vtrum liceret vti iuramento eius qui per falsos Deos iurat, in quo manifeste peccat eis reuerentiam diuinam exhibẽdo. Respondit quod qui vtitur fide illius qui per falsos Deos iurat, nõ ad malum sed ad bonum, non pacto illius se sociat quo per demonia iurauit. sed pacto bono eius quo fidem seruauit. Si tamen induceret eum ad iurandum per falsos Deos peccaret, vt
8 in dict. c. mouet. † Ita etiam in proposito dicendũ est, in nullo modo licet inducere aliquem ad mutuandum pecuniam sub vsuris. Licet tamen ab eo qui paratus est hoc facere & vsuras excercet mutuũ accipere sub vsuris, propter aliquod bonum quod est, subuentio suæ necessitatis vel alterius. Sicut etiã licet ei qui incidit in latrones manifestare bona quæ habet, ꝙ latrones direpiendo peccant ad hoc quod nõ occidantur, exemplo decem virorũ qui dixerunt ad Ismael, noli occidere nos quia habemus thesaurum in agro. vt dicitur Ieremiæ. 41. ¶ Alij dicunt quod nõ solum in necessitate, sed etiam vtilitate quam quis consequitur agendo negocia sua, hoc licet. Cessantibus autem istis, dicunt eum qui pecuniam recipit ad vsuram peccare mortaliter, & in his concor. Archi. in. d. c. mouet. glo. arg eius quod hic & c. & Inno. & Host. quod pauci sunt qui aduertant hoc esse peccatum recipienti ad vsuram, sed danti tãtum. Et ideo pauci eorum qui ad vsuram mutuum recipiunt hoc peccatum confitentur. Certum est tamen quod non solum ille qui dat, sed ille qui recipit participat in peccato, vt hic probatur expresse. Ad hoc enim notandum dicit, hic inuoluatur.

scilicet

scilicet, vna cum vsurario qui pecuniam dat.argu.supra de homici.sicut dignum.§.illi eriã.de simo.non satis. & c.quoniam simoniaca . Etenim si non esset qui nõ reciperet non esset qui daret,tenetur ergo recipiens mutuum ad vsuram, sicut & dãs
9 arg.ff.de recepta.l.1.&.2.† Nam qui occasionẽ peccati dat peccatum committit.j.de iniur.c.fina.in fin.& cum is qui recipit non intendit participare in crimine,sed tantum necessitati suæ prouidere,vnde videtur quod non peccet.arg.15.q.6.c.1.ad fi. sed non propter hoc excusaturà toto , & si excusetur à tanto, quod dic vt leg.& no.ś.quod met.cau.sacris. secundum Host.

1 *Vsurarius reddat vsuras à quo accepit.*
2 *Vsuræ expensis cuius ad dominem mittendæ.*
3 *Vsuræ pauperibus distribuuntur episcopi promissione.*
4 *Testatoris voluntas sequenda in vsuris pauperibus distribuendis.*
5 *Pauperes loci damni dati extraneis præferendi.*
6 *Pauperibus eroganda, an in ecclesiæ reparationem conuerti possint.8.*
7 *Episcopo de tribus cura imminet.*
9 *Peccatum an remittatur ante restitutionem per potestatem habentem faciendam.11.13.*
10 *Restituere quid sit.*
12 *Qualitas solutionis non consideratur sed tantum ipsa solutio.*
14 *Restituere rem qui non potest ,æstimationem soluat.*
15 *Peccatum remittitur.non valens ablatum restituere.*
16 *Damnificans an resarcire damnum teneatur.*
17 *Vsuræ insolidum sunt restituendæ.*
18 *Lucrum ex vsura proueniens an sit restituendum.*
19 *Vsurarius restituat,& pœniteat.*
20 *Peccati diffinitio.*
21 *Peccati diuisio.*
22 *Res empta de pecunia vsuraria an vendicari possit.*
23 *Dos an constitui possit de pecunia vsuraria.*
24 *Creditori an satisfieri possit de pecunia vsuraria.*

Vm tu Ad declarationem glos.quę incipit, arguod constitutio.Si quæris vtrum lex, decretalis, vel constitutio nouiter ed ita trahatur ad facta præterita vel dependentia, distingue, vt dixi. ś.de consti.cognoscentes.

Super eo.c. Ad declarationem glo.quæ incipit, Sed pone quod ille &c.Si quæris vtrum vsu-
1 rarius teneatur mittere vsuras illi,seu illi' heredi,à quo recipit & cuius expensis.distingue.† Aut quæris de primo.s.vtrum teneatur eas ei mittere , & dic quod sic secundum Ber.& Host. hic Aut ,quæris de secundo.s.cuius expensis,& tunc licet.Ber. dicat quod expensis illius absentis per.l.opere enim.ff.de oper.
2 liber.tamen refert,secundum Host.¶ †Aut vsurarius cum male fidei possessor sit,transfert se alio.quam vbi vsuras exercuit, & tunc proprijs sumptibus tenetur mittere. Aut is à quo extorsit alio se transtulit, & tunc expensis ipsius absentis mittetur nuncius prout dicit lex.ff. de rei vendi.l. si res.&.l.si vero. &.l.seq. & de leg.1.l.si cum res.§.1. & de edendo.l.prætor ait. §.fi.&.l.sequ. secundum Hosti.cuius distinctionem approbat Io.An.j.de regu iur.c.peccatum.glo.2.lib.6.& hic quod est verius quam quod no.Io.3.quæstio.1.c.episcopi.§.sed notãdum vbi dicit,quod debet vbi spoliationem commisit . Et adde quod dixi.ś.de iudeis.cum sit.& quid iuris sit de alio debitore dixi.ś.de pignori.significante.dist.vlti.

Super eod ca. ver. Super his non superstitibus. ¶ Si quæris vtrum vsuræ vel alia quæ sunt eroganda pauperibus,debeãt per manus Episcopi vel alterius ero
3 gari,distingue. † Aut testator non ordinauit ista per executores suos distribui,& tunc per prouisionem Episcopi diocesani debent pauperibus erogari.iste enim casus ei referatur,vt.ś.de iudeis.cum sit nimis.vbi de hoc. & in concordan. ibi signatis. &.ś.de tes.tua.&.ś.eo. quia in omnibus.C.de Episco.& cleri. l.nulli licere.&.l.si quis ad declinandam . communia de successio.in aut.omnes peregrini. quæ sumitur ex.l. Federici ti. hac edictali . ad idem in aut.de ecclesiasti.ti.§.si quis autem.col.9. Et hoc ideo,ne pecuniam imbursent , vel malè erogent simplices sacerdotes. Nec prodest si dicas aliquis sacerdos inueniatur quod melius sibi cauebat quam multi Episcopi.sufficit.n. si aliquis inueniatur qui minus caueret.ar. opti.insti.de autho. tu.§.1.ibi neq; tamen secundum Hosti.& in c.alle.cum sit .&
4 Ioan.An.hic post eũ.† Aut testator voluit per executores suos ita distribui & tunc per eos distribuetur, vt.12.q.2.de laicis.in fi.ś.de testa. tua.&.j.eo.tit.c.2.lib.6.vbi hoc no.archi. in glos. pen. & vide ibi plenè per eum.&.14.q.5.non sanè. super verbo.reddenda,& in hoc concor.Ber.j.de ver. signi.cum tibi.gl.
5 1.& adde quod dixi in d.c. cum sit.¶ †Et not. quod hæc erogatio potius debet fieri pauperibus illius loci in quo est damnum , vel cuius habitator erat is cui facienda esset restitutio, quam extraneis.ar.C.de serui.l.2.& fi.&.l.præses.quia verisimilius est quod inter illos inueniatur is cui damnum datũ est, vel
6 hæres eius,quam inter alios extraneos secũdum Host.† Et An Episcopus possit concedere quod talia conuertantur in reparationem ecclesiæ parochialis,dic quod non,quia quod pauperibus debetur vt hic, & in.d.c.non sane. si altari soluatur onus non remittitur sed augetur.ś.de iureiur.eam te.de deci.tua.2. & qui tenet pauperibus eroganda rapit aliena.47.di.sicut 2.bene facit.1.quæst.1. non est putanda ibi, quæ offert sacrificium &c.& nemini est consulendum cum alterius iniuria.j.de reg. iur.locupletari.libr.6.nec pietatis prætextu impietas facienda est.30.q.1.nosce.Item soli principi licet in alterius præiudiciũ conferre.9.q.3.nunc vero.j.de excess.prælato.ad hoc.Item omnium illorum consensus requiritur,quorum iuri detrahitur.j. de reg.iur.quod omnes.lib.6. Itẽ à iure diffinitum est de quo debet ecclesia reparari & p quos.vt legi.& no.ś.de eccle.ædifi. c.1.&.c.de his.ergo de elemosina pauperibus debita fieri non
7 debet.† In contrarium Episcopo æqualis cura imminet de tribus.s.de pauperibus alendis,de ecclesijs ædificandis & reparandis,& de alendis ministris ecclesiarum.82. dist.c.1.12.q.2. aurum.& quæstio.1.Episcopus ecclesiasticarum 10.q.2.hanc consuetudinem. Item cum bona ecclesiarum sint pauperibus obnoxia sicut illicitè acquisita ; vt in prædicto.c.aurum. &.16.q. 1.c. vlti.tamen pro ædificatione vel reparatione ecclesiarum, potest Episcopus dare quinquagesimam vel centesimam.12. q.2.bone.de dona.apostolicæ. sic de ijs illicitè acquisitis idem
8 poterit,ad idem.16.q.1.c.plures.&.c.statuimus.¶ †Item expedit pauperibus ecclesias reparari in quibus oblationes recipiuntur ad pauperum elemosinam.12.quæstio.1.habebat dominus.In eis conueniunt fideles & ibi inuitantur,alias inuitantur ad pauperum subuentionem, & alia pia opera, & sic illas reparari pauperibus expedit , & maximè ne desit populo alimentum spirituale verbi Dei.8.quæstio. 1. audacter. de offic. ordi.inter cętera.Dico quod si ecclesia reparatione vel augmẽto indiget necessario,vt quia populus non potest conuenire in ea ad diuina, nec facultates ecclesiæ ad ipsius reparationem sufficiunt, Episcopus ratione prima sine pauperum graui damno ad talem vsum illa illicita poterit deputare. Alias non poterit, scilicet quando facultates ecclesiæ sufficiunt,vel reparatio nõ est necessaria, vel nimia fames pro tunc imminet pauperibus 86.distinc.pasce. & his casibus procedunt in contrarium alle. sed Ioan.An.in.d.c. religiosus. super verbo libere.dicens hanc quæstionem fuisse disputatam Bononiæ per duos scientificos doctores qui ita tenuerunt.

Super eo.c.ver.Cum iuxta. Si quæris vtrum tollatur peccatum antequàm restituatur ablatum distingue . Aut peccator puta fur,raptor.vel vsurarius facultatem rei restituen
9 de habet,aut non.† Si habet,tunc aut ille cui est restitutio faciẽda remittit ei ablatum absq; eo quod rem restituat, & tunc dicunt quidam quod tollitur ei peccatum, quia soluere,& conse qui remissionem eius quod erat soluẽdum paria sunt.ff. de re iudica.l.3.§.soluisse,&.l.intra diesj. & quia satisfactum accipimus per eum modũ quem creditor acceptauerit, vt.ff de pig. act.l.si rem.§.satisfactum.& quibus mo.pig.vel hypo.sol.l.itẽ liberatur in princi . & hoc tenet Io. An.j.de regu.iur.c.peccatum.lib.6.Alij dicunt quod non tollitur,quia in dubio inhærẽ
10 dum est verbis cum de peccato agitur restituere autem,est in pristino statu reponere , vt.ff.de vsuris.l. videamus.§.infamia. & ne quid in loco public.fiat.l.2.§.restituas inquit de verbo.signifi.l.cum prætor.&.l.plus est.& est communis opinio theologorum.† In hoc articulo dicit Dy.in.d.c.peccatum.quod nõ
11 absurdè dici potest,quod si res erat restitutioni parata ,& tunc fiat remissio quod habeatur perinde ac si res esset restituta , & postea per eũ cui restitutio faciẽda erat , donatio fiat restituenti.arg.ff.de rei ven.l. si res de don.inter vir.& vx.l.3.si debitorẽ §.fi.& de iure do.l.vir ab eo.& si cer.pet.l.singularia.in fi.& de solu.l.pecuniam.alias nõ potest propriè intelligi restitutio. Cũ quantum

quantum ad propriam significationem verborum aliud sit restituere, aliud remittere,vt dictum est secundum Dy.Opinio Io. An. potest esse veri indistinctè per iura alle. nisi in casibus vbi remissio non liberat.j. de rescrip.c.statutum.§. si quid autem. & de censi. exigit. lib 6.quia tunc secus secundum eum. & idem videtur tenere Archi.j.eo. quamquam.super verbo satisfactum. lib.6. licet. Cardi.ibi dicat quod hoc potest habere locum si non potest soluere.ar.huius.c.& illius.c.ibi prout patiuntur facultates &c.Si potest soluere & non soluit,potest habere locum quod dicũt theologi.s. quòd non liberatur nisi totum soluat,& hoc tenet Host. in peccato vsure,quamuis vsurarius ipsam non reddat nec offerãt.j.de sen.excom. cum desiderẽs.§.final. super verbo satisfactum. remittens ad id quod notuit in sum.eo.tit.§.quæ pœna.ver.quid si fœnerator. vbi dicit,quod si fœnerator partẽ pecuniæ fenebris restituat ei à quo habuerat,vel hæredi suo. & de voluntate eiusdem patrem retineat,dicunt theologi quod nõ est liberatus nisi totum offerat. Dicas dicit ipse,quod si ex pacto sit non est liberatus. argu.ś. de simo.veniens . si autem partem & liberaliter & sine pacto soluat & offerat,& de alia parte misericordiam petat , & debitor remittat liberatus est vsurarius, nec tenetur vlterius ad re
17 stitutionem, sicut nec tenetur si gratis ,recepisset gratis oblatum . Hinc tamen bonus iudex ex certis coniecturis motum sui animi informabit , nam si debitor est pauper, & vsurarius est diues & potens,non præsumo quod debitor ipsum vsurarium ex corde liberet,sed hoc faciat quia vltra recuperare non potest & vt illud tantillum quod offertur non amittat. Si vero debitor sit diues & potens qui consueuit mimis vel iocultoribus tãtum vel plus de suo dare præsumi potest quod ex corde hoc faciat.¶ Item si aliqua honesta persona puta sacerdos vel Episcopus tractet, & dicat debitori tũ faciam tibi reddi, si ex corde aliud remittas nõ debitorem cuius animæ salutẽ quæro.
12 † Et debitor dicat se ex toto corde liberare debitorẽ : quare nõ dicã ipsum liberatum,nec.n. curo qualitercunq; satisfactũ sit, dũmodo satisfactũ.& §.itẽ liberatur.cũ cõcor.&.§.item liberatur cum concor.ibi alleg. ¶ Quid enim si aliquis alij ex aliqua causa iniurietur,hoc admitteret quilibet theologus quod concordia possit tractari, & pars eius,qd' debeatur ex peccato remitti,alias titulus de transactio. inutilis esset,& quare non idẽ in vsura certa qui nimis emungit elicit sanguinem.ś. de renũ.
23 nisi cum pridem.§.propter malitiam.in fin.† Dicendum igitur est , & tenendum quod precibus possit vel iussu iudicis sine pactione remissio fieri,& sic dicam talem vsurarium absolutũ ff.de his qui not.infa.l.furti.§.pactus. hæc Hosti.ibi idem in effectu.no.Goffre.in summa eod.titu.§.quod si vsurarius. & bene vt videtur.& de hoc per Asten. lib.3.hoc tit.arti.6.q.quid si fœnerator. Aut ille cui est restitutio facienda non remittit ablatum.& tunc vera est regula,non tollitur peccatum nisi restituatur ablatum.14.q.6.si res.& hic & in.d.c.peccatum & ita potes
24 intelligere.ff.de vsuris.l.sequitur.§. quod autem.† Si nõ habet facultatem rei restituendæ,tunc aut potest soluere seu restituere æstimationem, & tunc non remittitur peccatum nisi restituatur æstimatio,etiam si res illa perierit sine culpa sua,quia ab initio fuit in mora.14.quæstio. 1.decimæ.ś.de commod.c.vnio
25 co.C.de furt.l.subtracto.¶ † Aut non potest restituere rem soluere æstimationem, seu quia euidẽter est inops,& tunc dimittitur peccatum , dummodo habeat bonam voluntatem restituẽdi si posset.argumẽ.ff.de muneri.& honori.l.cũra.§.inopes. quia nemo potest ad impossibile obligari.ff. de regul.iur.l.impossibilium.&.c.nemo potest,j.de regu.iur.lib.6.remanet tamẽ obligatio & si postea ad pinguiorem fortunam peruenerit, tenebitur.14.quæst.4.si quis.ś. de solu.odoardus.&.ff.de cessi.bon.l.is qui.& si eo casu remittatur valet remissio iuxta prædictam opinionem Cardi.in dicto.c.quãquam.super verbo satisfactionẽ.Et quid iuris quando fur,raptor,vel vsurarius non est soluendo,vide per fratrem Ioan.in summa confes.tit.de ra
16 pto.quæstio.86.quid fiet &c. † Sed quid dices si quis nihil abstulit,sed iniustè dãnum dedit ex quo ad ipsum nihil peruenit, dicit Ioan.And.in.d.c.peccatum.glos.vlti.idem quod in ablato scilicet,quod tenetur damnum passo alias non remittitur peccatum arg. ff. de his qui deiece. vel effu.l.vlti.12. quęstio.2.si quis.j.de iniur.c.1. cuius dictum potest esse verum si detur dãnum per dolum vel latam , culpam : secus si per negligentiam, quia tũc in foro pœnitentiali sufficeret pœnitentiam imponere pro negligentia, nec teneretur ad emendationem damni. argumen.16.quæstio.2.inebriauerunt.Sed in foro iudiciali teneretur ad emendationem . argumen.ff.ad.l.aquil.l. item mela.§. in hac.&.l.si seruus seruum ab illo.§.item si arbustum. vsq; ad §. si tamen apes.&.l. qui occidit.§.pe. prout not.Innocen.ś.de homici.sicut dignum.in magna glo.ad fi.versic.si autem culpa vel negligentia &c.& Hostie.ibi post eũ. & ad hoc facit quod no.G. de mon.laud.extra de sequestra.pos.c.vnico.super verbo ipso facto.in clementi . vbi dicit,quod qui in electionibus, vel matrimonijs . vel in alijs quibuslibet negocijs voluntariè & malitiosè impedimenta apponunt non possunt absolui nisi interesse restituant si possint,& impedimenta remoueri faciãt argu.ś.de rap.cap. 2. & credo confessores maxime decretos errare, si aliàs ipsos absoluant.arg. huius cap.&.j. de peniten . & remis.quod quidam.Item argum huius cap. cum suis concor. not.ipse.G.de mon.lau.extra de priuile.cap.1.super verbo prælatis detrahant. in cle. quod non remittitur detractori peccatum nisi per omnia locã per quæ detraxit & per alia ad quæ cõuolauit , & omnibus alijs modis quibus poterit restituat famã ablatam.Et ideo quilibet debet sibi cauere detrahẽdo alteri seu alium diffamando,quod est grauissimum crimẽ.vt.6.quæstio. 1.deteriores,& cap.summa iniquitas. quia hoc crimen de facili incurritur,& dictum vnius in talibus sæpe sequitur multitudo. vnde versus. Fama repleta malis velocibus euolat alis.fa-
17 ma bona lente volat inuidia retinente.† ¶ Et nota quod vsurarius tenetur restituere vsuras in solidum nec habetur ratio an egeat,licet alias dicat lex quod qui bonis cedit non conuenitur postea nisi inquantum facere potest.ff.de ces.bo.l. is qui.& nota.Ber.hic in gloss.& licet in fi.cum quo concor.Ala.vincen.& Hostien.hic & Gof.in summa eod.tit.§.in iudicio.& Hostiẽ. in summa de pe.& remi.§.vltim.versi.quid si nulla potest.Sed Goff.contra hic argum.l. hic alleg.is qui . & male secundum Archidiacon.j.eo quanquam.super verbo pariuntur.lib.6.Idẽ cum primis tenet Ioan.And.hic & ibi in nouella dicens, quod imo.Goff.idem tenet hic.de hoc nota. Asten.lib.3.eo titu articulo.6.quæstio. quid si is qui . dicens sin iter se credere quod quo ad salutem ei sufficiat,quod si ad pinguiorem fortunam venerit restituere firmiter in corde proponat. & vide quod ipse Archidiacho.nota de hoc.14.q.6.si res . No.tamen quod licet teneatur vsurarius restituere vsuras non tamen id quod ex vsuris lucratus est.vt no.Archydiaco.in d.c.quanquam.super verbo,de vsuris.& plenius.14.quæstio.4. si quis vsuram.secundum glo.2.idem Tancr.& Bar.Brixien. in quæstio.v enereali. quæ incipit,aliquis accepit,& hoc probatur.suprà de iureiurã. ad nostram.1.&.2.C.de conditio.inde.l. 1. & expressius in d. c.quanquam . vbi non mandatur nec dicitur aliud restituẽdum nisi vsuram.Vnde est ibi euidens argu.quòd vsurarius non renetur ad restitutionem interesse,& imputet sibi qui pecuniam ad vsuram recepi.C.de iureiuran.debitores.secundum Archidiaco . idem scilicet quod non tenetur restituere lucrum,not. frater Io.in summa confes.eo.titul.quæstio.65.quæro etiã &c. Vbi etiam idem credit de lucro habito de re furtiua , vel rapta per negociationem,aut per comparationem redditus,vel prædij factam de re huiusmodi furtiua,aut rapta,& in hoc cõcor. Raynald. & glo.Gui.super Maynald. eo.tit.§. 17.idem quæro, & beatus Tho.in summa, quæstio.78.articulo.3. Et assignant rationem:quia quod de huiusmodi pecunia acquisitum est,nõ est fructus rei huiusmodi, sed humanę industriæ.Itẽ si possessio empta est cũ tali pecunia,hęc est res ementis,& non eius à quo est accepta vsura , licet talis possessio obligata sit eià quo vsuræ acceptæ sunt,sicut & alia bona vsurarij . Sed contra hoc facit quod not.glo.1.q.1.non est putãda. vbi dicit quod de fructibus rei emptę de pecunia vsuraria non est facienda elemosina:quæ opin.est nimis dura, quam tamen tenent quidam dicẽtes q̃ vsurarius tenetur restituere non solum vsuras,sed etiam quicquid ex eis est lucratus . Et est ratio secundum eos quia quæ ex radice corrupta procedunt corrupta sunt.14.q.5.neq;. 16 q.3.si sacerdos.in fi.&.1.quæstio.1.principatus.sed Hostiẽ. in summa . de peniten.& remis.§.quibus & qualiter.9.colum. versi.sed pone quod vsurarius dicit mediã viam tenendo , qd' tenetur ad restituendas expensas & interesse debitoris,in quo lucrum & damnum suum computandum est.vt.ff.de eo quod cer.loco.l.3.§.penultim. & fi.&.l.seq. nec enim videt quare interpretatio fit pro vsurario facienda,sed nec videt quare debitor vltra interesse suum possit petere totũ lucrum,hoc enim est suum repetere cum vsuris,quia quicquid forti accedit, vsura est.14.q.3.plerique.cuius opin.est consona rationi & opinioni Thom. articulo.3. vbi tenet quod si res consumptibilis & non fructificans recipiatur pro vsura,vt pecunia,triticum, vel vinum, & similia,sufficit restituere recepta , quia de tali re acquisitum ex industria est,non ex fructu rei, tenetur tamen ad recompensationem damni quod alter habet in bonis per detentionem

tentionem illius rei. Si vero res non est vsu consumptibilis sed fructum serens vt ager, domus & similia, nō solum rem illam, sed etiā fructus percepto ex re illa cuius ipse sed ille dominus erat restituere ei tenetur. quam opi. ponit Ioan. An. j. eo quāquam super verbo de vsuris. in nouella. lib. 6. quam teneas & in eam videtur declinare Archidi. in d. c. si quis vsuram. dicens finaliter, quod tutius est quod vsurarius concordet cum eo cui restituit super interesse: & Asten. eo. titu. arti. 6. q. vtrum vsura
19 rius. & Ricar. & Godoffre. † ¶ Itē not. quod vsurarius nedum debet restituere vsuras sed etiam post restitutionem pēnitere de peccato: & idem in quolibet obligato ex delicto, puta furto, rapina, & similibus argumen. ś. de homici. sicut dignum. §. eos. de fur. c. vlt. de rap. c. 2. j. de iniurijs. si quis damnum. cum similibus, vt hoc not. Ioā. An. extra eo. titu. c. vnico. super verbo non esse peccatum. gl. antepe. in clemen. Idem not. Io. An. in sure. ś. ti. proxi. si quis per. & vide quod no. Hosti. in sum. de pēni. & remis. §. quibus & qualiter. in penul. col. ver. sed nūquid
20 sufficit. & seq. vbi idem notat. † Et quid sit peccatum dic, secundum Aug. 22. li. contra Faustum, peccatum est dictum vel factum vel cōcubitum contra legem Dei, de qua diffinitione vide plenius per Asten. li. 2. de vicijs & peccatis in communi. Et de diuisione peccati vide ibi, vbi no. etiam quod vnum peccatum dicitur esse causa alterius peccati inquantum disponit & inclinat ad ipsum, quia vt dicit Augu. peccatum quod per pœnitentiam non diluitur mox suo pondere ad aliud trahit, huiusmodi autem sunt cupiditas quæ est radix omnium malorum, primæ ad Thimo. vlt. 47. distin. bonorum. Superbia quæ est ini
21 tium omnis peccati, vt dicitur ecclesiasti. 10. † Capitalia vitia quæ sunt septem, scilicet inanis gloria, inuidia, ira, accidia, auaritia, gula, luxuria, itē ignorantia, infirmitas, & malitia. qd dic vt plene not. Asten. lib. secundo titu. de causa peccati p totum.

22 **Super eo. c.** §. possessiones. Distinctionem Ber. Innocen. & Hostien. hic. s. † vtrum res empta de pecunia vsuraria ex causa lucratiua quæ peruenit ad singularem possessorem, vt tunc posit vendicari ab eo & vendi iuxta tenorem istius. c. vel ex causa onerosa vt tunc secus, satis approbat Rayna. in summa eo. titu. §. 12. pone quod vsurarius & expressius glo. Guil. ibi. & Ala. Tan. & Bar. Brix. in quæstio. venereali. quæ incipit, aliquis emit prædium. & Asten. lib. 3. hoc titu. articu. 6. quæstio. quid si possessio. & Goff. in summa eo. tit. §. quod si possessio empta. Et addit ibi Goff. quod si res talis ex causa lucratiua peruenit ad eum qui soluit vsuras, liberabitur ille ad quē prius peruenerat ex simili causa, eadem res vt contra eum agi non posit, vt. ff. de actio. & obl. l. omnes debitores. Et idem dicit Hostien. in summa eod. titu. §. quæ pœna. ver. quid si possessio empta. & versi. seq. vbi addit quod vsu
23 rarius tamen vel hęres eius minimè liberatur vt. ff. de verbo. oblig. l. inter stipulantē. §. si rē quā ex causa. & l. seq. Idē Asten. vbi. ś. & de hoc not. frater Ioan. in summa consti. eod. tit. quæstio. 55. pone quod vsurarius &c. † Et vide quod ibi not. in. q. seq. de eo qui filiam vsurarij vel raptoris duxit in vxorem, nunquid potest accipere dotem de rebus illis, cum quicquid habet non sufficiat ad restitutionem faciendam, vbi dicit vna cū glos. Guil. super Rayn. quod licet dos non peruenīat ex causa lucratiua, sed accipiatur ad supportandum onera matrimonij. C. de iure dot. l. pro oneribus, tamen si maritus sciens veritatē aut crassa ductus ignorantia contraxit cū huiusmodi filia, non debet recipere dotem de rebus huiusmodi de æquitate canonica, licet de subtilitate iuris ciuilis aliter forte posset dici. Si autem probabili ignorantia ductus est, quia non credebat socerum vsurarium, vel alias esse soluendo, potest dotem insoli-
24 dum recipere, licet postmodum sciat veritatem. † In creditore autem qui recipit quod sibi debetur à raptore vel vsurario, nō distinguo nisi quod bona fide crediderit ei pecuniam vt ex illa commodum suum faceret, & lucrando forte ex ea se liberaret. Nec est similē de marito quātum ad dotem vt dictum est, quia socer dando dotem genero efficitur pauperior, nisi quatenus releuatur ab onere alendæ filiæ, sed debitor non fit pauperior recipiendo mutuum à creditore, vel emptor aut venditor recipiendo precium rei vēditæ, vel rem. Creditor autem qui mala fide crediderit pecuniam, puta ludenti in alea, vel dat meretrici, aut histrioni, vel alias dilapidanti bona sua, non debet huiusmodi debitum recipere de rebus prędictis. Cęteri autem omnes quibus debetur ex contractu, vel quasi, aut ex maleficio, vel quasi, possunt recipere de rebus huiusmodi quod sibi debetur, dum tamen rem furtiuam vel raptam in specie nō recipiant, & idem de re vsuraria maximè secundum illos qui dicunt quod in vsura non transfertur dominium vt dixi secū dum illos etiam qui dicunt contrarium, Credo quod ipsa res vsuraria in specie nō debet recipi insolutum, quia debitor qui eam dedit pro vsura potest eam condicere. i. euincere à creditore si extat, nec posset creditor pro ea aliam rem ei soluere ipso inuito hæc Guili. & Frater Ioan. ibi. Idem Asten. lib. 3. eod. titu. arti. 7. quæs. quid de genere. Item vide quod no. Io. And. j. eo. tit. c. 1. super verbo ad hæc in nouella. lib. 6. dicens secūdum Fran. quod qui sub alicuius contractus colore vsuram faciunt, puta vendendo mercē pro certo precio ei qui quærit pecuniā, & non mercem quā statim ab ipso recipiant, pro minori comprehenduntur illa constitutione. argu. huius. c. & j. nauiganti. ś. de emp. & ven. ad nostram. 1. & ibi scripsit de hac fraude super verbo mutuum, & facit cle. grandi. eod. titu. §. cęterum. de ista materia not. plenè Asten. lib. 3. hoc titu. & titu. de societate, articulo quinto.

1 *Vsuræ diffinitio.*
2 *Vsura differt à prna.*
3 *Vsura differt à simonia.*
4 *Vsuræ deriuatio.*
5 *Vsuræ species.*
6 *Vsura in quibus contractibus locum habeat.*
7 *Vsurę certis casibus promissę.*
8 *Vsurarium an faciat sola intentio. 10.*
9 *Deus respicit ad cor, & non ad manum.*
11 *Annonam veterem mutuans vt nouam recipiat vsuram committit.*

IN ciuitate. Si queris quid sit vsura, vnde dicatur, quot sunt eius species, in quibus rebus seu contractibus locū habeat, & vtrū sola spes seu intētio lucri faciat aliquem vsurarium, distingue, aut. n. quæris de primo. s. quid sit vsura. & tunc dicit
1 Ray. in summa. eo. tit. circa prin. quòd vsura est ex mutuo lucrum pacto debitum vel actum. Non enim putat vsuram cōmitti si gratis accipiatur. argumen. 14. quæstione. 3. vsura. 18. distin. de eulogijs. Cuius dictum intellige fore verum, quando donatio est liberalis, nec datur à debitore, nec recipitu r à creditore in uitu mutui, & ita quod ex parte est corrupta intentio, & hoc constare potest præcipue quando soluto mutuo aliquid datur. Sed Goff. in sum. eo. titu. in prin. dicit & melius, q vsura est quicquid sorti accedit intentione præcedente vel pacto. Et in hoc concor. Hosti. in sum. eo. titu. §. 1. dicens q vsura est quodcunq; solutioni rei mutuatę accedit, ipsius rei vsus gratia pactione interposita, vel hac intentione habita in contractu vel exactione habita ex postfacto. Quodcunq; ideo dicitur, quia quicquid vltra sortem exigitur vsura est. 14. quæsti. 3. ca. vsura. & ca. plerisq;. sic. ś. de simo. in tantum. & c. eaq; rei mutuatæ, ideo dicitur, quia in contractibus mutui tantum locum habet secundum Ray. & Gof. & quasi omnes quod intelige vtrum regulariter, vt dicam. j. Ipsius rei vsus gratia ideo dicitur, quia si non gratia vsus. i. cōsumptionis, sed loco pœnæ apponeretur sine frande aliud esset. vt patet. 12. q. 2. fraternitas. ś.
2 de arbi. dilect. 1. j. de pœnis constitutus. & c. suam. † Est autem differentia inter vsuram & pœnam, quia vsura præstatur ratione spacij temporis vt hic. & per totum istum titulum. & ff. & C. eo. tit. per totum. Sed pœna præstatur quia non fit quod cōuenitur, vel quia non soluitur quòd debetur, vt in. c. dilecti. & de hac pœna no. Host. in sum. eo. tit. §. ab aliquo casu. ver. 11. & plenius de pę. & remis. §. quibus & qualiter. sub. §. quid de vsuris. & dicam. eo. cōquestus. Pactione interposita, additur ideo, quia si nullo pacto ab initio interueniēte, nec exactionem, nec ex postfacto habita, debitor aliquid gratis offerret, recipi posset. dummodo creditor mala intentione ab initio caruisset. ar. 1. quæstio. 2. sicut Episcopum. Porro si hac intentione principaliter ductus vt aliquid mihi dares, tibi mutuassem pecuniam, alias non mutuaturus, licet in foro iudiciali non posim censeri vsurarius vt hic, tamen in foro pēnitētiali secus est, indu cendus sum vt pecuniam sic receptam restituam, quia per dominum dictum est mutuū dantes nihil inde sperantes. Lucæ. 6. & j. eo. consuluit. hoc etiam patet ex authoritatibus sancto rum Augustini & Ambrosij Hieron. 14. q. 3. si fęneraueris. & duobus. c. se. secundum Goff. & Host. hic. & in sum. eo. tit. §. an aliquo casu. ver. 3. de reg. iur. c. peccatum. in nouella. §. est ergo sciendum. lib. 6. vbi plenissimè per eum de ista materia, & in. §. ibi. seq. patet etiam Deuter. 23. fratri tuo absq; vsura illud quo indiget commodabis, quod inteligunt verū esse cum causa mu-

sa mutandi ponitur principaliter in spe vel spectatione lucri, alias si non propter hoc principaliter moueatur, mutuatur ad mutuandum sed ob charitatem & dilectionē. Secundario autem sperat de aliqua retributione, seu remuneratione in nullo seu modico pecat. ar. 61. di. quid proderit. 59. d. si officia. 77. di. in singulis. 1. quæstio. 2. quam pio. ś. de testa. cum in officijs. ff. de peti. hære. l. sed si le. contra. §. consuluit. secundum Gof. & in hoc concor. ber. ala. & Inn. j. eo. consuluit. & beatus Tho. in sum. q. 77. & frater Io. in sum. confes. eo. titu. q. 1. vel si dicatur simpliciter & indistincte sola spe vsurē committi, dicit Gof. quod ad purgationem delicti non est opus restitutione eius quod accidit sorti, sed sufficit pēnitentia sola, sicut purgatur simonia animo tantum commissa. ś. de simo. cap. vlti. quod non
3 placet Hostien. † Et huic intellectuali. c. consuluit. j. eod. manifestè cōtradixit. vnde quo ad hoc secus est in simonia, & secus in vsura, & quę sit ratio no. Hos. in summa. titu. de simo. §. quid sit simonia. & dixi. ś. de simo. c. vlti. & de hoc etiam per archidia. 14. quæstio. 3. c. 1. & sic not. quod sola spes &c. Vbi dicit qd non est similē de simonia mentali & de vsura mentali, quia in simonia mentali & qui dat turpiter dat, & qui recipit turpiter recipit, & ideo ei qui dat non est facienda restitutio: sed in vsura mentali recipiens turpiter operatur sed non dans, & ideo ei
4 facienda est restitutio. † Aut quæris de secundo. s. vnde dicatur vsura, & dic qd dicitur ab vsu rei quia datur ob vsum rei. i. pecunię. vel ab vsu æris. i. pecuniæ quod in idē recidit secundum Ray. & Gof. & Host. in summis suis. eo. titu. & fratrem Io. eo.
5 tit. quæstio. 12. ¶ † Aut quæris de tertio. s. quot sunt eius species vsuræ, & tunc dicunt Raynal. Goff. & Hostien. in sum. eo. tit. §. quot sunt eius species, quod duæ, vna spiritualis & æqua, de qua dicitur in euangelio Matthei. 25. Oportuit ergo te pecuniam meam committere nummularis. & Aug. miser homo cur fęneraris homini, fęnerare Deo, & centuplum accipies & vitam æternam possidebis. Alia corporalis & iniqua. Primum fęnus, scilicet spirituale & æquum aspicere & exercere debemus, vt quod hic misericorditer tribuim⁹, à domino qui multipliciter & in perpetuum mensura tribuit recipere valeamus, vt. 46. distin. sicut non suo. Istam distinctionem videtur reprobare frater Ioan. in summa confes. eodem titulo, quæstione. de cimo quarto. quot sunt species, & forte bene, qa figuratiuè & parabolicè tantum lucrum operum bonorum dicitur vsura, sicut fatuū eēt dicere quod duæ essent species vitis, scilicet spiritualis & corporalis, quia Christus dicit ego sum vitis vera. Vsura corporalis & iniqua subdiuiditur, quia alia est fortis, alia vsurarum hæc vltima appellatur improbum fœnus, & id exercēs fit infamis ipso iure etiam secundum leges. 3. quæstio. 7. c. infames. §. aliquando ipso genere. Sed secundum iura canonica in vtraq; peccatum mortale committitur & infamia irrogatur. 6. q. 1. infames secundum. Gof. Ray. & Hostien. & fratrem Ioā.
6 vbi. ś. † Aut quæris de quarto, scilicet in quibus rebus seu contractibus locum habeat, & dic quod propriè & regulariter in contractu mutui, vt. j. eo. consuluit. ibi date mutuum &c. Est autem mutuum quod de meo fit tuum. Et habet locum in ijs quæ numero, pōdere, vel mensura consistunt, vt in massa auri vel argenti, pecunia, oleo, & frumento, vt. ff. si cer. peta. l. 2. insti. quib. mod. re contrahitur oblig. circa princi. secundū Ray. Goff. & Hostien. in summis suis eo. titu. & frater Ioan. in sum. confes. eo. titu. quæstio. 12. quæro etiam. Et nomē mensuræ restringitur secundum Rodoffre. ad modicos, lagenas, & alia vasa quibus solent mensurari grana & liquida, secus de pannis rebus quę mensurantur ad brachia vel vlnas. vnde dicebat Gof. & Ioan. An. post eum dicens hic quod forma vsurarij contractus propriè est in mutuo. In contractu ergo venditionis non committitur vsura quo ad formam, sed ex mēte, scilicet vt fingatur precium hoc casu ab emptore traditum venditori, & ci postea mutuatum cum lucro. quod dic vt G. de mon. lau. extra. e. ti. c. vnico. §. sane. sup verbo pertinaciter. in cle. Propriè & re-
7 gulariter dixi † qa in causibus authoritate legis vsurę præstāt licet nullū mutuū sit cōtractū, puta ex mora. ff. de vsuris. l. mora. vel ratione interesse. quod dic vt no. Hostiē. in sum. & titu. §. ex quibus causis. & hodie etiam de iure canonico possent peti ex mora, non vt vsuræ, sed vt interesse. ff. pro socio. l. socius qui vt. no. Ioan. 14. q. 5. c. quoniā multi. & frater Ioan. in sum. confes. eo. titu. quæstio. 43. quid de legibus &c. & Ber. & Host.
8 j. eo. conquestus. vbi dicam. † Aut quæris de quinto. s. vtrum sola spes seu intentio lucri faciat aliquem vsurarium &, tunc refert. Ad cuius euidentiam not. secundum philosophū. 4. ethico. & secundum beatum Tho. in sum. q. 78. articulo. 2. & frater Ioan. in sum. confes. eo. tit. quæstio. 2. quod omne illud pro pecunia habetur cuius precium potest pecunia mensurari, & hoc probatur. ff. de constitut. pecunia. l. 2. in fine. Aut ergo mutuans habet spem seu intētionem lucri commoditatis, seu intentionis, seu remunerationis talis quæ seu cuius precium potest pecunia mēsurari, aut talis, quæ seu cuius precium non potest pecunia mensurari. In primo casu refert, aut nullum lucrū secutū est ipsam spem seu intentionē, & tūc est voluntariè vsurarius propter malā intentionē, vt no. Innoce. ś. eodem. su-
9 per eo † Deus enim respicit ad cor non ad manum. 22. q. 5. cap. qui periurare. 24. q. 1. edi. 15. quæstione. 1. c. fina. & quæstio. 6. cap. 3. in fin. 14. quæstio. 5. si quid, ad idem quod leg. & no. j. de sen. excom. cum voluntate, 32. quæstio. 5. quod autem. & de pēni. distin. 1. nunquam. intellige quod est vsurarius voluntariè quo ad hoc vt pēnitere & confiteri teneatur, non tamen resti-
10 tuere, cum nihil receperit vltra sortem. † Aut aliquod lucrum secutum est ipsam spem seu intentionem, & tunc aut sub tali spe principaliter mutuat, aliàs nō mutuaturus, & tūc quicquid etiā postea gratis sibi oblatum vltra sortem recipit vsura est, & tenet restituere, vt. in. c. consuluit. vbi hoc tenent Vin. Tan. Ala. & Ber. Innocen. vero dicit hoc tutius, imo est verissimum secundum Hosti. & Ioan. An. ibi quod etiam placet. Raynal. in sum. huius titu. ver. sed nunquid voluntas. & Gof. in summa eo. tit. §. in sum. no. & Astē. lib. 3. eo. tit. articu. 6. quæstio. quid de eo qui sola spe. Vnde non potest quis mutuare hoc pacto, vel hac intentione principali vt sibi remutuetur cum indigebit, secundum quod no. Gof. in summa eo. ti. §. quid si tibi mutuaui &c. j. c. consuluit. & Ioan. 14. q. 3. c. 1. in fin. gl. & gl. Guil. super sum. Rayn. eo. titu. §. 4. sed nunquid. circa fin. super verbo retributione. & Hostien. in sum. eo. titu. §. qua pœna. versic. quid si tibi. & beatus Tho. in summa artic. 2. argu. 4. & frater Ioan. in sum. confes. eo. titu, q. 22. vtrum scholares &c. & Ioan. An. extra eo. c. vnico. super verbo onera. in cle. Aut mutuat nō sub tali spe, sed alias erat mutuaturus, & tūc aut post cōractū mutui factū mutuās mutat propositū, & spectat remunerationem, seu lucrum, quam seu quod est postea consecutus, & tūc est vsura. argumen. 1. q. 1. eos in fi. ff. de calum. l. 1. §. qui autem. & de peculio. l. summa. §. pe. secundum Hug. Io. & Arch. in. d. c. 1. gl. 3. 14. q. 3. Aut postea nō mutat propositū sed recipit gratis, aliquid vltra sortem, non quasi ex aliqua obligatione tacita vel expressa, sed quasi gratuitum donum & tūc non peccat, quia antequam pecuniam mutuasset, licite poterat aliquod donum recipere nec peioris conditionis efficitur per hoc quod mutuauit. argu. j. de regul. iur. e. factum legitimè. lib. 6. cum ibi not. 23. quæstio. 5. de occidēdis. in fi. & argumen. no. 8. in versi. quod intelligunt verum &c. in secundo casu nō est vsura. Nam recompensationem, seu renumerationem eorum quæ pro pecunia non mensurantur, licet pro mutuo etiam exigere, vt puta beniuolētiam & amorem eius cui mutuauit vel aliquid hu
11 iusmodi secundum Tho. & fra. Ioan. † Ex premissis posset dici, q qui annonam veterem mutuant, vt recipiant nouā, vsurā committunt, quia meliorem rem recuperare volunt, & hoc tenet Raynal. titu. de nego. secularibus. §. 2. quod verum secundum Goff. in summa eod. titu. §. si quis mutuat, & Hostien. in sum. eo. titu. §. an aliquo casu. versi. quid si quis mutuat, si ideo hoc faciat vt meliorem recipiant vt hic &. j. eod. consuluit. Si autem hoc faciunt ne sua sibi pareant, vel forte vt accipiēti gratiam faciant non committunt vsuram secundū Arch. 14. quæstio. 4. nullus. glos. fina. dicit quod istos nōn audet condemnare si ad hoc mutuant vt proximo subueniant, dummodo non auferant eis libertatem liberandi se interim soluendo veterem vel si probabiliter dubitatur vtrum plus vel minus valitura sit tempore solutionis, alias est verum quod dicit Raynal. secundum Rodo. & Archi. cum quibus cōcordat glo. G. super Ray. & fratet Io. in summa. confes. eo. titu. q. 42. quid de his & quod dicam. j. eo. ca. fin. dist. 1. in fine.

1 *Vsura damnatur de iure diuino & canonico.*
2 *Vltra sortem aliquid licit è recipitur certis casibus. 4. 6. 8.*
3 *Iudæi male intelligunt materiam vsurarium.*
4 *Mercator mutuans pecuniam cum quo solet negociare, an licitè recipiet interesse.*
7 *Pœna duplex iudicialis, & conuentionalis.*

CONquestus. Si quæris vtrum, & in quibus casibus licitum est aliquid reci
1 pere vltra sortem, distingue. † Aut quæris de vera, & pura, & propria vsura prout est diuina lege damnata, & de ista, nihil recipi potest. Exod. 22. Deutero. 23. ś. eod. quia in omnibus

in omnibus.&.c.super eo.&.j.eo.consuluit.nec hoc casu excusat aliqua lex humana seu constitutio ciuilis, quia contra legẽ Dei,& diuiná.10.distin.c.1.distin.inferior.s.de maio.& obed. cum inferior.Et ita intellige quod no.Io. An.j.de regu.iur.ca. peccatum.in nouella.§.4. quærebatur. lib.6.vbi dicit,quod in nullo casu contractus vsurarius est concessus, vel permissus à iure diuino,vel canonico.Nam pari ratione qua prohibẽt vsuram in vno casu debent eam prohibere in quolibet,quia in omni casu habet maliciam conuolutam,& per consequens pari ratione,qui eam concederent in vno casu, possent eam concedere vel permittere in quolibet, qđ patet esse falsum ex ijs quæ dixi.s.distin.proxima.Illud tamen quod facit maius dubium in isto articulo,est casus ille.j.eo.salubriter. sed dic,quod ibi propriè esset vsura si fructus illius possessionis perciperentur à genero intuitu pecuniæ detẽtę à socero,sed hoc est falsum, quia non intuitu pecuniæ dotalis quam socer detinet, sed intuitu oneris matrimonij quod gener sustinet,vt patet ibi. Vel potest dici,quod dicti fructus percipiuntur à genero in recompensationem damni quod inde sequitur propter pecuniam dotalem quæ sibi soluenda differtur incautè. Vnde breuiter in nullo casu vsura est permissa. nec intelligas,quòd in casibus sequentibus vsura permittatur:sed quia in eis prima facie est aliquid simile vsuræ,vsura videtur,& intellige quòd sicut priuatus non potest recipere vsuras,sic nec vniuersitas,per hanc decret.quæ dirigitur Abbati & fratribus sancti Laurentij secundum Ala.
2 & Io.An.hic.& Vin.& Io.An.j.eo.Michael.† Aut de aliquo cõmodo prouenienti vltra sortem, non vt pura, vera,seu propria vsura, sed ex causa rationabili approbata per canonicam æquitatem , & tale recipi licitè potest vltra sortem, quod in multis casibus contingit secundum Host.s.eod. salubriter. & plenius in sum.eo.titu.§.an aliquo casu.vnde versus.Feuda,fideiussor, pro dote,stipẽdia cleri, venditio fructus, cui vells iure nocere vendẽs suo dubio, precium post tempora soluens , pœna nec in fraudem,lex commissoria,gratis dãs,socij pompa , Plus forte modis omnibus datur istis. Feuda, primus casus est quando vasallus obligat domino feudum,quod ab ipso tenet,vt tamen interim vasallus ad seruiẽdum feudum ipsum nõ remaneat obligatus , quod dic, vt.s. de feu.c.1. & hic Fideiussor qui potest petere vsuras quas creditori necesse habuit soluere.s.fideiusso peruenit.&.c.constitutus.quod dic.vt ibi plene dixi.Pro dote, vt.j.eod.salubriter.Stipendia cleri.s.eod.c.1.§. fin. Venditio fructus,quando emo fructus alicuius castri ad tẽpus.quod dic vt.s.eo in ciuitate . Cui velles iure nocere , nam potes petere vsuram ab hoste romani imperij , siue fidei.C.de commer. & merca.l.non solum.14.quæsti.3.ab illo.vnde Deutero.23.non
3 fęneraberis fratri tuo pecuniam vel aliã rẽ ad vsuram.† ideo iudei sicut dicunt vsuras à christianis licitè recipiunt secundum Io.quod tamen falsum est, vt patet in eo quod leg. & no.j.eo. post miserabilem.&.c.quanto.vnde Deutero.28 . fęneraberis gentibus multis, & ipse à nullo fœnus accipies,& homo aduena fęnerabit tibi,& tu non fęnerabis illi. Ideo dicunt alij & verius,quod vsura à nullo est exigenda , nec ob.c.alle.ab illo,quia sic exponendum est,i. sicut nulli debes nocere christiano,sic à nullo christiano vel alio petas vsuram,vel dic,qđ quamuis licitè petantur ab hoste fidei,non tamen iudęi à christianis ipsas peti possunt licitè . Ratio diuersitatis est,quia hostes fidei,& bona ipsorum exponuntur , vnde qualitercunq; habeantur ea quæ iniustè ab ipsis detinentur, nõ est vis facienda.argu. in eo quod leg.& no.s.de hæreti.excommunicamus:1.§. si vero dominus.Iudæi vero vel alij infideles hoc priuilegio vti non possunt, vt patet in eo quod leg. & not.§.de iudęis.c.& si iudęos.
4 C.de legibus.l.quod fauore. † Vendens sub dubio.s. cum quis plus vendit ad tẽpus,quod statim venditurus non erat, & probabiliter dubitatur,vtrum plus vel minus sit solutionis tempore voliturum,vt.j.eo.c.fi. Precium post tempora soluens, scilicet quando vsuræ loco interesse succedunt, puta, vendo & statim trado tibi fundum certo precio vsq; ad mense soluendo, non soluisti ad terminum , in hoc casu lapso mense possum vsuras à te petere,quia nihil mihi soluisti, & tamẽ fructus fundi venditi facis tuos, vt.C.eo.tit.l.2. Alij dicunt,quod in tali casu & consimili competit actio ex contractu, vel officium iudicis non ad vsuras , sed ad interesse vt potest recolligi.ff.pro socio.l.socium.de dolo.elegãter.§.non solum.de actio. emp.l.1. &.l.si sterilis.§.cum per venditorem.C.de act. emptio. & ven-
5 ditio.l.secunda & tertia. & hoc verius putat.† Item putat Hostiẽ.ex mente pręmissorum iurium,quod si quis sit mercator qui consueuerit sequi mercata,& nundinas,& ibi multa lucrari ; mihi multum indigenti ex charitate mutuaret pecuniam cum qua negociaturus erat,quod ego exinde ei ad suum interesse remaneo obligatus, dummodo nihil fiat hic in fraudẽ vsurarum,vt patet in eo quod leg.& no.j.eo.tuas.in fi.& dummodo dictus mercator non consueuerit pecuniam suã taliter tradere ad vsuras.argumen.j.eod.consuluit. Hoc idem putat Hostien.j.eo.c.fina.& Raynald.in summa eod.titu.§.7.Item si aliquis mutuat &c.& frater Ioan.in summa confes.eo.titu.quæstio.28.quid de eo qui mutuat.in fine.sed Innocen.& Ab. contra.j.eo.c.fina.& credo quod melius,quia lucrum certum non est in opere mercaturę in quo interdum euenit lucrum,interdum damnum.C.eo.l.si ea lege.&.l. eleo.& not. Archid.14.q. 4.quicunq;.gl.fi.facit certum & indubitatum,quod facit eum vsurarium.Pro hoc facit quod no.Hosti.in.d.§.an aliquo casu. versi.quid si vendat pro precio. & frater Ioan.in sum. confess. eo.titu.q.21.quid si aliquis. vbi dicunt, quod si aliquis vendat res aliquas pro precio quod in instanti currit,sed si plus valet vsque ad pascha quod illud ei det. Si vero minus valet non vult quod precium minuatur, vsurarius est cum in peccatis claudicet.C.de solu.l.pen.ff.de damno infec.l.qui bona.§.si quis. Sed dicta opi. Raynal.& Hostien.posset tolerari in casu vbi mercator esset habiturus lucrum certum & indubitatum,quod sæpe non contingit, Item Ioan.An.j.eo.c.fi.credit dictum Innocen.verius, & quòd dicitur de interesse,locum habet post moram debitoris , & ex contrario pateret aperta via ad vsuram vsurario fingente, & dicente se ire ad nũdinas.† Pœna in frau-
6 dem.i.quando nomine pœnæ aliquid permittitur si ad terminum non soluatur.argu.12.q.2.fraternitas.& in c.in legibus.s. de arbi.dilecti.dummodo nihil in fraudem fiat. Lex commissoria.s.quando vendo tibi fundum.sub pacto legis commissorię.ff.de pact.inter emp.& ven.compo.l.cõmissorię.&.l.si fundum.dũmodo nihil ẽt fiat in fraudem vsurarũ,alias cõtra.s.de cõtrah.emp.ad nostram.Gratis dans,quando sine omni pacto datur gratis oblatum.s.de simo.dilectus.2.in fin.Caueat tamẽ recipens de corrupta intentione in hoc casu. vt patet in eo qđ leg.& no.j.eo.consuluit.Socij pompam.i.quando pecunia cõmodatur ad pompam.ff.commoda.l.3.§ penul.& est.12.casus. Plus forte modis omnibus datur istis . Siue fructus non computentur in sortẽ, & forsan,& 13.vbi.s.creditor occasione mutui,quod dedit labore subsit,in cuius compẽsationem fructus ex re sibi obligata perceptos,suos facit,quod dic,vt leg.& not. s.de rebus eccle. nõ alienan .ad nostram.alias regulare quod nihil accedit sorti, vt.j.consuluit.& quod fructus computentur in sortem, vt.s.eo.c.1.secundum Hostien. vbi.s. Hos etiam versus ponit & exponit Hostien.s. de pigno. cum contra. & Ioan.And.hic post eum .Et in his casibus concor.Asten.eod. titu.arti.4.vbi plene de ista materia. Et quo ad pœnam oppositam in contractu mutui,vtrum posit peti sine periculo vsurę, quod no.Ray.in sum.eo.titu.§.5.† Item quid sit pœna , & fra-
7 ter Ioan.in sum.confes.eo.titu.quæstio.23.quid si pœna.vbi dicunt quod si pœna est iudicialis.i. à iudice imposita & statuta, propter puniendam contumaciam debitoris,qui cum posit, cõtemnit in termino statuto soluere pecuniam creditori, nõ est vsura.argu. 23. distin. quamquam.ff. de iureiuran.l. qui authore.Si vero pœna sit conuentionalis.i.de communi cõsensu partium in ipso contractu apposita, vt saltem metu pœnæ debitum certa die soluatur vsura non committitur, dum tamen semper sit intentio recta.argumen.c.alleg.quãquam.&.s.de arbit.† Si autem ille qui talem pœnã apposuit consueuit esse vsu-
8 rarius,pręsumitur quod in fraudem vsurarum adiecerit pœnã. argu.ff.de act.empt.l. Iulianus.§.1.de vsuris.qui semisses.& de pigno.actio.l.vel vniuersorũ.Item est præsumptio,quod esset vsura si per singulos mẽses vel annos dicatur committi secundum eos, & de ista materia no.per Ioan.14. quęstio.3.in sum. & per fratrem Ioã.in sum.eo.tit.q.16. item quæro.Item cum eo quod no. Ber. hic in ver. Item si vendo tibi fundum iusto precio &c.concor.Hosti.hic & in.d.§.an aliquo,ver.nono. & frater Io.in sum.confes.eo.titu.q.25.quid si vendidi.

1 *Hæres vnius vsurarij an insolidum teneatur ad vsuras restituendas,altero non existente soluendo.*
2 *Forum conscientiæ sæpe discordat à iudiciali.*

Quanos. Ad euidentiam gloss.si quæris, vtrum si alter heredum vsurarij efficitur non soluendo, antequam partem eũ contingentem restituerit,alter insolidum conuenietur.† Vin. Tan.Gof. Philosophi.& Ber. hic dicunt quod potest dici quod insolidũ conueniatur;quia omnia bona defuncti illi cui debet fieri restitutio videntur esse obligata.arg.s.eo.cum tu.§. fina. Et quicunq; succedit in bonis defuncti siue idem crimen committat siue non , semper tenetur restituere vsuras quas defunctus extorsit,inquantum se extendunt bona defuncti,quæ ad ipsum peruenerunt. Idem Hosti.in sum.eo.tit.§. quæ pœna.versi.quid si alter. Hosti.vero hic dicit, quod quia prædicta opin.in conspectu multorum fauorabilis est,quantũ ad animas est satis æqua, & ab omnibus approbata,non audeo contradicere.Considerata tamẽ veritate,& subtilitate iuris cum certum est multos possidere aliqua,quæ notum est fuisse vsurariorum, qui nunquam de vsuris satisfecerũt,durum est sentire quod omnes tales possessores ad restitutionem eorum quæ posident taliter teneãtur & maximè cum.40. anni vel plures lapsi sunt quod vsurarij mortui fuerunt, & grauius est tot animas condemnare. Ideo videtur distinguendum inter heredem,& non hæredem. Hæres enim astringitur in solidum si non fcerit inuentarium, alias contra.C.de iure delib.l.sancimus.§.1.&.2.Is autem . qui heres non est,& ad quẽ alias peruenit , non videtur teneri etiã si ex causa lucratiua ad eum peruenit res defuncti.C. de dona. l.eris alieni.&.l.si patri tuo de acqui. heredi.l.vlti.ff.ad treb.l.1. §.si heres.nisi esset sortem res ex pecunia fenebri empta,quod dic vt legitur & not.s.eo. cum tun.§.fi. Nec aliquo iure cauetur quod possessor non hæres de aliqua re teneatur.secundum Host.& Io.An.,hic & idem frater Ioan. in sum.confes.eo.ti.q. 63.alias.54.quid si hæredum.&c.& Asten.lib.3.hoc titu.art.6. quid si alter hæredum . Et quod dicunt quod hæres qui non fecit inuentarium tenetur insolidum ad vsuras , & Ber.& Host. s.tit.2.in literis intellige in foro iudiciali. Sed in foro conscientiæ hæres qui non fecit inuentarium,non tenetur vsuras restituere vltra vires hæreditarias , & hoc tenet Hosti. in sum.de
2 testa.§.pen.ver.qui non sufficit.† Vnde hi duo fori sæpe discordant.17.q.4.c.vl.s.de resti.spo. literas.de spo. tua nos.j.de sen. excom. inquisitioni. pro hoc faci.j.eod. quamquam ibi prout patiuntur facultates &c. lib.6.vbi hoc no. Io. And.in nouella. Idem not. Asten.lib.3.tit.de solu.arti.3.versi.sciendum.& vide quod dixi.s.de sepul.parrochiano.

Consuluit. Nota quòd iste versus , & an negociator locum habet cum vendens in continenti esset venditurus . Sic non.j.eo.nauiganti.in fin. nec aliquod dubium occurrit vtrum plus vel minus sint merces tempore solutionis valituræ alias contra,s.eod.in ciuitate secundum Host.vbi plene dixi de materia huius.ca.

Post miserabilem. Super gloss. fin. Si quæris vtrum iudęi vel pagani,seu alij infideles subsint legi , seu per legem posint corrigi,vel puniri,vel distribui. distingue vt dixi.s.de diuor. gaudemus.dist.1. vbi plene dixi de materia huius.c.

1 *Iurans an vsuras soluere teneatur.3.*
2 *Iuramenta contra proximi salutem est illicitum.*

Vas. Si quæris vtrum debitores qui iurant vsuras soluere vel debeant eas soluere vel so-
1 lutas posint repetere. † distingue vt.s.dixi de iureiuran.debitores.de quo etiam not.Ray.in sum.hoc tit.§.14.patet ex pręmissis.dicens quod debitor potest si vult, denunciare ecclesiæ monitione.s. præmissa vt cõpellat vsurarium per censuram & ad relaxandum iuramentum.Si per hãc viam non vult procedere , debet soluere vt satisfaciat Deo de iuramento,& postea poterit repetere, quando tantum iurauit se soluturum, vt.d.c.debitores.& eo.tit.c.1.Si autem iurauit qđ solueret vsuras.& non repeteret directe propter vim iuramenti,sed indirecte bene repeteret.s.denunciando ecclesiæ crimẽ illius,vt si compellatur ad pœnitentiam quam non potest age-
2 re nisi restituat. † Si autem iurauit etiam quod non denũciaret non tenet in hac parte iuramentum cum sit illicitum,puta cõtra salutem proximi & per consequens contra præceptum de proximo diligendo.Vnde non obstante iuramento potest procedere in hunc modum denunciationis.& ita occurretur fraudibus vsurariorum,vt hic &.s.de iureiur.quemadmodum.secundum Ray. concor. his Bern.s. de iureiur.ca.ad nostram.2. glos.2.& Goffre.in sum.hoc ti.& Host. in sum.hoc tit.§.quæ pœna.versi.quid si debitor . Vbi addit quod si debitor iurauit, non repetere , nec etiam recipere vsuras, nihilominus vsurarius cogi debet ad restituendum , & in hoc casu erit pecunia pauperibus eroganda.Idem frater Ioan.per omnia in sum.confess.eo.titu.q.53.quid si quis iurauit , & asten.lib.3.eo.arti.6.q.
3 quid si iurauit.† Et quod dictum est quod non obstante iuramento potest denunciare,intellige verum si denunciet principaliter intentione fraternæ salutis compatiens animæ periclitanti . Si vero denunciat principaliter intentione recuperandi illud quod soluit,tũc tutius est abstinere.ar.s.de iureiur. ad nostram.2.vt no.Host.& Io.And.eo.titu.quemadmodum . & dixi de hoc plenius.eo.ti.debitores.dist.1.

1 *Offendens fidem catholicam beneficium omnis legis perdit.*
2 *Rector ecclesiæ eius cõtemplationes inuocans auxilium l.humanę quam offendit , auditur.*
3 *Officij necessitate in legem committens eius beneficium non perdit.*
4 *Voluntariè offendens.l.eius priuilegium perdit.*
5 *L.vnam offendens non perdit alterius priuilegium.*

Quia frustra Si quæris vtrum , & quando frustra legis auxilium inuocat
1 qui committit in legem. † distingue aut quis commisit in fidẽ catholicam,seu offendit fidem catholicam , & tunc perdit beneficium omnis legis, & omnium factus est reus,de pe.dis.5.c.fratres.j.de reg.iu.defleat.quod dic vt ibi no. vnde talis omnia iuris beneficia amittit in auth. de priui.do.mulieribus hære.non præstan.circa medium. colla.8.
2 secundum Host.† Aut quis offendit in aliam legem,& tũc, aut quæris de prælato,seu rectore ecclesiæ nomine ipsius ecclesię inuocante auxilium legis,in quam ipsemet commisit, vel alterius , & dic quod potest, quia delictum personæ non debet in damnum ecclesiæ redundare,vt.16.quæstio.6.c.si Episcopum. s.de exceptio.cum venerabilis . de reg.iur.c. delictũ. lib.6.hoc not.spe.tit.de rescript.præsentia.§.ratione formæ.ver.circa materiam.dicens quod clausula illa de qua.j. eo.cap. Michael.ver. attentius &c. non ponitur in rescripto quando rector impetrat nomine ecclesiæ,cum quo concor. Ioan. An.in dicto.cap.
3 Michael.† Aut quæris de alio. & tunc aut quis committit in legem ex necesitate officij sui & tunc excusatur in tantum qđ potest nihilominus illius legis vel alterius auxilium inuocare. arg.ff.de his quibus vt indig.l.tutorem.C.de administra. tuto. l.cum quidam.insti. de inoffi.test.§.1.Aut committit in legem non ex necesitate officij,sed aliàs voluntariè,& tunc aut quæris vtrum perdit & frustra inuocat beneficium illius legismet
4 in quam committit,aut alterius. † Si illius,dic quod sic.vt hic &.ff.quod met.cau.l. isti quidem.C. de iure deliberan.l. sancimus.§.si vero postquam.s.de appel.cap.an sit.& cap.constitutis.1.secundum Ber.& Hostien.hic.Quod verum etiam si cõmittatur in legem nomine alieno.argu.in eo quod leg.& nota. ff.de inoffic.testam.l.vlti.& de rei vendi.l.inter officium. Vnde repellitur ab agendo ad vsuras repetendas etiam qui nomine alieno recepit vsuras.argu.46.distin.sicut non suo. vbi hoc not.glo.& Innocen. & Hostien.j.eo. Michael.licet Io. Vin.& Ber.hic contra.vt ibi dicam.Ad idem facit quod notat Archidia.de conse.dist.3.rogationes.super verbo relaxent.vbi dicit quod licet seruus Christianus non teneatur diebus feriatis domino suo operas,facere,seruus tamen iudæus vel saracenus tenetur, nec obstat.s. de appel.dilectis:quia ibi delatum fuit appellationi vt ibi dicit litera secundum Hostien . Si alterius legis,tunc aut connexè, & in materia connexa, & tunc idem & ita intelligit Hostiens.ff. de ritu. nuptia.l. filio.§.1.sicut alias.s. de statut. monast.recolẽtes.§.1. pro hoc facit qđ de connexis idem est iudicium.ff.de rei ven.quæ religiosis.j.de præb.c.super eo & c.quia sæpe.libr.6.vel s̃m Host.in d.l.fili.§.1.speciale est in odiũ patroni,quia ignominiosam vxorem duxit,quinimo & quia delinquit priuilegiũ,qđ alias haberet,amittit.11.q.
5 3.priuilegiũ.s.de postu.præla.c.2.† Aut legis distinctæ & separatæ, & in materia distincta & separata & tũc secus, quia sicut delictum vnius persone alij non nocet,sic nec cõmisio vnius delicti eidem personæ in alijs in quibus non delinquit nocere non debet.arg.in eo.quod leg.& nota.s. de his quæ fi. à maiori par.capi.quæsiuit. s.de offi.ordi.dilectus. simile.s.de re iud.c. penul.& arg.ff.de pact.l.si vnus.§.ante omnia.secundum Hostien . Et quæ est lex & quod sunt eius species . vide plene per G.de mon. lau. in procemio cle. super verbo vniuersis. in fin. Et cum opinio Ber.hic in glo.2.quæstio.itẽ quid si nullus concordat Hostien. hic & Gar. & Ioan.And.j.eo. quanquam.lib. 6.& Asten.lib.7.alias lib.3.eo.titu.articu.6.quęst,quid si nullus Hanc decret. inducit Bar. Brix.ad quæst. suam dominicalem, quæ incipit,petebat archidiaconus ab aduersario suo capi. iudex con-

dex condemnauit aduersarium in.40.& in.60.absoluit, ab ista sententia aduersarius appellauit & non actor. Ipse actor petit corã iudice appellationis integra.c.opponitur ei quod non possit cum reo in 60. fuerit absolutus, & nõ appellauerit ipse actor contra reum, facit quod frustra inuocat auxilium sentiẽte qui in ipsam committit, vt hic &.ff.de minori.l.auxilium.Soluendo dicit quod si ex eadem causa illa.c.petuntur, & appellatum est à sentẽtia possunt peti integra centum.C. de appel.amplio rem.secus est si ex diuersis causis non connexis.vt.ff.de mino. l.etiam.§.ex causa.C.si vnus ex pluribus ap.l.1.q.6.§.diffinitiua.sub illo verbo, si de possessione.

1 *Filio non hæredi non excipitur de vsuris per patrem receptis.*
2 *Filio hæredi excipitur de vsuris per patrem receptis.*
3 *Vsuras recipiens nomine alieno, an ab agendo repellatur.*

Michael. Ad euidentiam glo.si. Si quæris vtrum contra filium agentem ad vsuras repetendas, possit excipi de vsuris receptis per patrem & vtrum repelli possit à repetendo vsuras qui nomine alieno recipit vsuras: distingue. † Aut quæris de primo. s. vtrum contra filium agentem possit excipi de vsuris receptis per patrem, & tunc aut filius non est in aliquo hæres vel successor patris, & tunc non. argumen. C. ne filius pro patre. in rubro & in nigro. de dona. l. æris alieni. &. l. si patri tuo. ś. eod. cũ tu. §. 1. &. c. tua. nos. à contrario sensu & hic ibi cuius hæres ex titit &c. à contrario sensu, & hoc tenet Bern. & Hostien. hic in
2 gloss. alias non teneretur. † Aut est hæres ipsius patris, & tũc potest excipi contra eum siue agat ad vsuras repetendas ex persona patris, siue ex persona sua propria. vel alterius etiam si nihil ad eum peruenerit de vsuris receptis per patrem secundum Ber. In. & Host. hic Quod videtur verum etiam si agat coram delegato, licet etiam in literis sibi directis non fiat mentio de patre vt innuit Hosti. hic in glo. sua. si. ad fin. ver. vel dic quòd si sit hæres, vbi dicit vt dictum est, quod si sit hæres vel bona empta de vsura ad ipsum peruenerunt, locus est exceptioni. ś. eod. c. cum tu. &. c. tua nos. ff. de calum. l. in hæredem. de diuersis & tempo. præscri. l. cum hæres. licet Ber. hic. innuat contrarium in ver. satis videtur &c. & male vt videtur. Quia licet potestas de legati non extendatur vltra contenta in rescripto quo ad agendum, vt. ś. de offi. dele. p. &. g. secus tã quo ad excipiendum quia coram ordinario omnes exceptiones alias tamen legitimæ proponi possunt, vt. ś. de offi. dele. ex parte. 2. cum ibi
3 no. † Aut quæris de secundo. s. vtrum repelli possit à repetendo vsuras qui nomine alieno recipit vsuras, & tunc sunt opiniones contrarię, nã Io. Vin. & Ber. hic tenent quod nõ: quia nihil in suam vtilitatem versum est, nec cõtra istum ad vsuras repetendas, imo contra illum qui habet illã vtilitatem. sed Inno. & Hostien. hic contra arg. 46. distin. c. sicut non suo. vbi idem tenet glo. idem Asten. libr. 3. eod. tit. articulo. 6. in fin. ad idem ff. de vi & vi arma. l. 2. §. cum procurator. j. de senten. excõ. mulieres. Gof. vero dicit qd talis tenetur restituere si is pro quo accepit non est soluendo, prout not. in sum. eo. tit. §. item quid si quis nomine alieno. Et idem videtur sentire Hostiẽ. in sum. eod. titu. §. fin. in fin. & Archidia. in. d. ca. sicut non suo. gloss. 1. quæ opinio licet sit æqua, secunda tamẽ opinio videtur verior de iure, vt sic homines ab hoc crimine commitendo tam suo quam alieno nomine retrahantur.

1 *Argu. a contrario sensu non habet hic locum.*
2 *Res transit cum suo onere.*

Vanto Ad declarationem primæ gl. si quæris vtrum, & quando habeat locum arg. à contrario sensu, vide quod dixi. ś. de magistris cap. quoniam. vnde hic non habet locum quia generet absurditatem. Ideo quando dicit hic inmoderatos, subaudi maximè, idẽ enim est & de minimis: omnes. n. vsuræ sunt immoderatæ & graues. vt patet in eo quod leg. & no. ś. e. post miserabilem. &. c. super eo. secundum Ber. & Hostien. Et quod dicitur hic in. §. fin. de oblatio. debitis. intellige secundum Hostien. pro anniuersarijs à Cristianis dimissis siue vicesimo vel tricesimo. j. de verbo. significa. cum inter vos. &. c. ex parte. 2. super domibus & possessionibus suis. quæ tamen si obligatę
2 essent ad iudęos cum suo onere transierunt. † quia semper res transit cum onere suo. vt. ś. de deci. cum non sit. & de pig. ex literis. vbi de hoc dixi dist. vl. alias nihil ad nos de oblatio. iudęorum vel aliorum qui fóris sunt: & sic nõ obstat. 2. quæst. 1. mul t 1. 90. dist. oblationes. &. ś. de diuor. gaudemus. vel intellige dictum. §. scilicet quod si iudæus acquirat domum parochiani mei, extimari debet quantum à parochiano & familia ibi morante consueueram percipere annuatim, & in tãtum iudęus ad quem domum peruenit mihi tacite obligatur. vt hic. &. j. de excess. præla. nimis praua. &. ś. de deci. commissum & plerumque extra id quod agitur tanta obligatio nascitur. ff. de commodat. l. si is qui. Et iste intellectus magis placet quam præcedens quem de plano innuit, & non illum vera significatio illius verbi, consueuerunt & sequacium. secundum Hostien. & Ioan. And. post eum.

1 *In mutuo nihil recipitur vltra sortem.*
2 *In locatione licitè vltra sortem quid recipitur.*
3 *In venditione an vsura committatur. 5.*
4 *De tempore ad tempus licitè contrahitur.*
6 *Carius vendens ob precij spectationem vsuram committit.*
7 *Pecuniam pro pecunia præcise credere, an sit vsura.*
8 *Speciem pro specie præcise credere, an sit vsura.*
9 *Annonam emens vilius vt carius vendat propter commune bonum meretur.*
10 *Annonam vilius emens vt carius vendat ob priuatum commodum an peccet.*
11 *Auaritiæ vitium pessimum.*

Auiganti. Si queris vtrum pro pecunia siue vsu pecunię possit recipi aliqd vl
1 tra sortem, distingue. † Aut in contractu mutui & ex parte mutuantis, & dic quod non, siue recipiat in periculum pecuniæ mutuatæ, siue non, vt hic: quia pecunię nullus est vsus, siue vtilitas vtendi nec deterioratur vtendo, vt in illa palea. 88. dist. eijciens. Quod verum secundum Inno. in tãtum quod si quis paratus erat ad nũdinas cum pecunia quam indigens recepit mutuo promittens certum quid se reddere pro lucro sperato quod est vsura nec scit talẽ excusare: & idõ tenet Ab. hic, licet Host. hic &. ś. eo salubriter. & Rayn. & frater Ioan. in sum. confes. eo. tit. quæstio. 28. quid de eo &c. dicãt contra, quod intellige vt dixi plenius. ś. eo. in ciuitate. &. c. con
2 questus. † Aut in contractu locationis & ex parte operas suas locantis, puta, si quis nauigans vel alius recipiat pecuniam vltra mare vel alibi, reddendam sibi certo precio constituto, & tũc siue recipiat in se talis locans periculum pecuniæ, siue nõ, potest recipere, quia eo casu non est vsura sed locatio operarum, vel inuectionis, siue custodiæ quæ licita est, vt. ff. nautę caupo. sta. l. & ita de facto. & per totum. ff. loca. & condu. l. in naue. & l. qui operas. &. l. qui mercedem. l. sequen. secundum Innocen.
3 Hostiens. & Ab hic. † Aut in contractu emptionis & venditionis, & tunc, aut contractus fit simpliciter absque dilatione traditionis mercis vel solutionis precij conuenti, & tunc non est vsura, etiam si plus vel minus quam valeat res vendatur, quia licitum est contrahentibus se inuicem decipere sine fraude. ff. de mino. l. in causæ. 2. §. 2. Aut contractus fit cum dilatione traditionis mercis vel solutionis precij conuenti. Et tunc aut quæris, vtrum possit iudicari vsura ex forma in foro contentioso, & dic quod nõ, vt. ś. eo. in ciuitate. & no. Hostiẽ. ś. de simo. c. fina. & Gof. & Ioan. ś. eod. in ciuitate. vbi plenius de hoc dixi in versic. aut quæris de quarto &c. Aut in foro animæ, & tũc, aut fit cum dilatione traditionis mercis de quo hic in. §. ille quoq;. & tunc aut verisimiliter dubitatur, vtrum ipsa merces plus vel minus tempore traditionis ipsius quam tempore contractus & precij solutionis fuerit valitura, & tũc non est vsura licet plus valeat ipso tempore traditionis vt hic. Aut certum est quod tempore traditionis mercis ipsa merces plus valebit, & tunc vsurarius est censendus, vt. ś. eo. in ciuitate. secũdum Ber. & Hostien. Et ideo si emptor tempore messium det pretium, vt certę mensuræ bladi tempore pascali sibi reddãtur vtique patet ex mẽte istius verbi verisimiliter quod vsurarius est censendus, quia bladum est in plus in pascate valiturum secundum communem cursum omnium regionum, & cõmunem opinionem quæ spectanda est, vt. ff. de flumi. l. 1. de fun. in
4 struc. l. cum de lanionis. §. asinam. ś. de sepul. certificari. † Si vult ergo esse sine culpa contrahens emat de tempore ad tempus, puta de estata ad æstatem, de vere ad ver, de autumno ad autũnum, de hyeme ad hyemem, vel aliud tẽpus de quo conscientia non cautelet. Aut contractus fit cum dilatione solutionis precij conuenti, de quo hic in. §. ratione, & tunc aut vendens non erat tempore contractus pro minori precio venditurus etiam si statim precium solueretur, nec ratione dilationis maiori

5 iori precio vendit, & tunc non est vsurarius vt hic. † Aut statim erat venditurus minori precio dummodo, & statim solueretur precium, seu rõne dilationis longè maiori precio vendit, & tunc vsurarius est mentalis: vt paret. ś. eo. consuluit. §. 1. & §. fin. &. c. in ciuitate. §. 1. Quid si quis non erat venditurus merces puta pisces in riparia maris vbi magna copia habetur, sed vult portare Parisiis vbi satis, carius venduntur, & inueniat aliquem ibidẽ in riparia maris, qui statim dat ei tantum, quantum posset habere Parisiis nunquid est vsura. dicunt Innocen. & Abba. post eum hic, quod non dummodo computatis periculis, & labore non plus accipiat, quam ibi quo portare volebat probabiliter præsumitur accepturus: nam quo iure potest vendere carius ratione dubij temporis vt hic, eodem iure & ratione dubij loci. Sed Hostiens. dicit, quod non est bonum simile, tamen quia non est verisimile, quod aliquis talem emptionem faceret nisi multum egeret, & sic per hanc opinionem daretur via figmentis, & viderentur approbari vsurariorum barataríæ, quod non est fiendum, vt patet in eo quod leg. & no. ś. eod. tuas. in fin. & de diuor. quanto. §. penult. tum quia laborum & expensarum itineris ratio est habenda, vt patet in eo quod leg. & no. de voto magnæ. §. penu. & timet vt dicit ne verba istorum. §. trahant ad inferos multa milia animarum. Ipse verò maximè in iudicio contentioso neminem accusat, sed in pœnitentiali conueniat propria conscientia vnumquenq;. 33. distinc. habuisse. 8. q. 1. quid autem. 11. q. 3. senti. super quo vide quod not. suprà de simo. per tuas. 2. Ioann. Andre. hic putat veram opin. Innocen. si statim ille emptor soluit precium, sed si differatur solutio precij prout forsan ipse Innocen. intellexit, tunc videtur habere locum ratio Hostiens. & tollitur ratio Innocent. quia in dubio temporum potest commodum
6 prouenire emptori, & venditori sed hic nullum commodum prouenit emptori. † Et adde quod not. beatus Thom. in sum. argumen. 2. articulo. 7. vbi dicit, quod si aliquis carius velit vendere res suas plusquam sit iustum precium, vt de pecunia soluenda emptorem spectet manifestè vsura committitur: quia huiusmodi spectatio precij soluendi habet rationem mutui. Vnde quicquid vltra iustum precium pro huiusmodi spectatione exigitur est, quasi precium mutui, quod pertinet ad rationem vsuræ. Similiter etiam si quis emptor velit vilius emere, quam sit iustum precium, eo q̃ pecuniam ante soluit, quam possit ei res tradi est peccatũ vsuræ, quia etiam ista anticipatio solutionis pecuniæ habet rationẽ mutui, cuius quoddam precium est, quod minuitur de iusto precio rei emptæ. hæc be. Thom. & idem frater Ioann. in sum. confes. eod. tit. q. 66. Item quæro in quibus casibus &c. pro quibus facit istud. capi. 1. §. 1. & ś. eod. in ciuitate. &. c. consuluit. immoderatas vsuras secundum leges his versibus comprehendes. illustris trinam. i. pro. 30. libra. 10. bessem mercator habebit. 1. pro. 30. 20. omnes semissem, id est omnes communiter pro. 30. 15. centesima sit tibi iuncta, quæ æquiparatur sorti in anno secundum Hostien. & Ioan. And. ś. capi. proxi.

Super eo. c. Si quæris vtrum possit committi vsura, 11
vbi creditur præcise pecunia pro pecunia, vel marcha argenti pro alia marcha ad certum terminum persoluẽda. Aut cum datur præcisè species pro specie, vel granum pro grano, vinum, pro vino, oleum pro oleo ad eandem mensuram, distingue secundum gloss. Guilel. super Rayna. eo.
7 ti. §. 3. super verbo verisimile dubitatur. † Aut verisimile est, q̃ pecunia numerata aurum vel argentum ex tempore, non fiat preciosiora tempore solutionis, quam fuerant tempore contractus. Aut est verisimile, quod erant futura preciosiora tempore solutionis, vt si quis mutuet. 20. libra. sterlinguorum in hyeme, pro alijs totidem in æstate soluendis, quando solet huiusmodi moneta requiri à viatoribus: aut 20. Marchæ auri vel argenti, pro alijs totidem soluendis ad passagium cruce signatorum. Aut verisimiliter dubitatur vtrum preciosiora sint futura in termino solutionis nec ne. In primo casu non est vsura. In secundo casu refert, aut creditor non erat seruaturus illam pecuniam vsque ad illud tempus, sed interim consumpturus, & tunc est vsura. Aut erat seruaturus, vt sic seruando vsque ad illud tempus lucraretur: & tunc aut creditor aufert debitori libertatem se liberandi interim, & debitum soluendi, & tunc est vsura: quia præsumitur, q̃ ideo crediderit pecuniam vt debitorem oneraret periculo & se exoneraret. Aut non aufert, imo concedit ei q̃ reddat pecuniam, quandocunq; voluerit. j. terminum, & tunc meretur si ex misericordia hoc faciat, vt releuet debitorum inopiam. Si autem corrupta intentione faciat vt se exoneret à periculo seruandi, peccat, non tamen credo an te compellendum ad restituendum lucrum, licet hoc esset e consulendum in pœnitentia, vel q̃ daret pauperibus. In tertio casu. s. quando verisimiliter dubitatur vtrum preciosiora sint
8 futura in tempore solutionis: & tũc non est vsura. † Et eodẽm modo distinguendum est ad iudicandum, quando datur species pro specie ad terminum, vt vinum pro vino, oleum pro oleo, granum pro grano, hæc gloss. ibi: & frater Ioann. in sum. confes. eod. titu. q. 19. nunquid potest &c. & frater Asten. eod. titul. articu. 4. q. quid si tradatur. & videtur quod legi. & not. 12. q. 4. c. nullus clericorum.

Super eo. c. Si quæris, vtrum emens annonam, puta bladum vel vinum tempore messium, vel vindemiarum, vt postea vendat carius, peccet, & quid iuris
9 distingue, secundum Rayn. in sum. eo. tit. §. † Aut talis emptio fit propter commune bonũ, sicut Ioseph emit fruměta vt haberet vnde prouidere, populis tempore famis Gen. 41. & hoc
10 meritorium est. † Aut fit propter priuatum commodũ, & hoc tripliciter: q̃ aut fit ex prouidentia, sicut si aliquis emit huiusmodi timés, q̃ postea oporteret eum carius emere si indigeret, & nihilominus tamẽ postea carius vendit, sicut in foro venditur: q̃ nõ indiget sicut credebat, & hoc etiam licitum est secundum Ray. & glo. & idem dicit Innocẽ. ś. ne. cle. vel. mon. c. 1. glo. si quis enim. & Hostien. ibi post eum Et multo fortius licitum est hoc si nõ emit vltra suam necessitatem, vel emit ex pietate, vel ex lucro venditionis habeat vnde prouideat pauperibus, dummodo hoc ita moderatè faciat q̃ ex hoc caritatem communitas non patiatur, vel fit secundum instantiam cõmutatiuã vt faciũt mercatores, & illi licite possunt pro opera sua recipere lucrum vnde sustententur, dummodo caritatiã non inducant, seu inducere non intendant, & maximè cum aliud genus negociationis non nouit, nec aliàs habeat vnde viuat, vel sustentetur. Vel fit ex auaritia ita q̃ vnus tantum de huiusmodi rebus congregat, quod compelluntur homines ab ipso ad libitũ suũ emere, & ideo vendit adeo care sicut vult, & patet q̃ isti enormiter peccant non solum contra proximum, sed etiã contra communitatem proximorum. Dicit etiam gloss. super Ray. vbi. ś. q̃ quando hæc fiunt ex cupiditate siue à clericis siue à laicis, mortale peccatum est. Quando autem laicus nõ ex cupiditate, sed vt prouideat sibi & suis emit, aliquid vt postea carius vendat siue annonam siue aliud, non audeo dicere mortale: Dicit etiam Inno. & Host. vbi. ś. q̃ licitum est alicui emere victualia vt tempore famis vendat eo precio, quo tunc venderentur, dummodo hoc faciat, quia hoies propter abũdãtiã ad gentes alias transportabant, vel quia debitam curam circa victualia non habebant. Si autem emant vt carius vendãt nulla necessitate pensata peccãt omnes, & grauius clerici, quã laici. 14. q. 4. quicũq;. Dicit etiam Ray. q̃ tales non tenentur ad restitutionem faciendam certę personæ, sed debet erogari tale lucrum in vsus pauperum: sed gl. ibi hoc verum intelligit de consilio non de necessitate. Et de ista materia not. Gof. in sum. eo. tit. §. quid de his. & frater Io. in sum. confes. eo. titu. q. 40. quid de quibusdam &c. qui cum præmissis concor. † Quiliber ergo concupiscentiæ, & auaritiæ vitium, quæ radix est omnium malorum supra de consti. nam concupiscentiam. 47. disti. bonorũ studeat euitare. vnde Salustius, auaritia studium habet, quod nemo sapiens concupiscit. Et Seneca turpe lucrum vt dispendiũ, fugito. & eccles. 13. bona est illa substantia vbi peccatum non est in conscientia. Et tulius li. 2. de officijs nullum vitium deterius auaritia præsertim in principibus & rẽ publicam gubernãtibus, specialiter de auaritia senum. Et Valerius li. de senectute, quid absurdius, quam quo minus restat viæ, eó plus viatici querere. Et Seneca lib. de moribus, mõstro similis est auaritia senilis: quid enim stultius est, quam via deficiente viaticum augere. de hoc per Io. An. ś. de præben. auaritiæ. & j. de ele. auaritiæ. li. 6. Itẽ Gregori' in quadã homelia dicit, q̃ auaritia est nõ tm̃ pecuniæ sed etiã scientiæ, & altitudinis cuius sublimitas ś. modũ ambitur & auaritia non est peccatũ speciale. Et sic di. Aug. lib. 4. de libero arbitrio: auaritia, quæ dicitur græcè philargia. i. amor argenti, non tantum in argento vel nummis, sed in omnibus rebus, quæ immoderate cupiuntur, intelligenda est.

¶ De crimine falsi. Rubrica.

1 *Testis falsus via ordinaria sine accusatore non condemnatur.*
2 *Testis falsus officio iudicis sine accusatore punitur.*
3 *Delegatus punit falsum testem causa durante.*
4 *Ordinaria punit falsum testem tam causa durante quã ea finita.*
5 *Testis falsus in causa criminali capite punitur.*

6 *Testis falsus in causa ciuili triplici pena punitur.*
7 *De falso punitus, an iterum puniatur 9.*
8 *Senes in vsu nunam testificantes, morte damnati.*
10 *Tabellio falsus qua pena puniendus.*
11 *Præsentans literas falsas iudi. laico ab eo detinetur si laicus est.*
12 *Clericus præsentans literas falsas iudici ab eo retineri potest.*
13 *Laicus non habet iurisdictionem in clericum.*

Alsidicus. Si quæris, vtrum sententia fata per falsos testes, vel falsa instrumenta teneat vel non, & vsque ad quod tempus poterit tractari, distingue, vt dixi supra de probatio. licet. distinct. 2.

Super eo. c. Ad euidentiam gl. pen. Si quæris, vtrũ falsus testis posit sine accusatore coerceri & puniri, & quando & qua pœna, & vtrum semel pro illo
1 crimine punitus posit iterum puniri, distingue. † Aut quæris, de primo, scilicet, vtrũ posit sine accusatore coerceri, & puniri, & tuncaut agitur per viam ordinariam legis Corneliæ de falsis, hoc est per viam accusationis, & tunc non potest sine accusatore puniri. argumen. ff. de mune. & hon. l. rescripto, scili
2 cet, si quis accusatorẽ. † Aut agitur per viam extra ordinariam puta per officium iudicis, & tunc nõ requiritur accusator sed iudex ex officio suo præcedet & puniet. C. de testi. leg. nullum secundum Petr. de bella perti. & Cyn. ibi. Vel est speciale in falso teste seu aliàs in iudicio falsum committente, quod sine accusatore damnetur & puniatur: vt in dicta. l. nullum. & ibi no. glo. & idem no. C. de probatio. l. iubemus. ff. ad. l. Iul. de adult. l. 1. §. si publico. & multa alia specialia in crimine falsi vide per Goffred. in sum. eodem. titu. §. in quæstio. falsi. & per Archid. 19. distinct. in memoriam. in gloss. fin. Aut quæris de secundo scilicet, quando posit coerceri & puniri, & tunc dicunt Ber. Innocen. & Hostiens. hic quod iudex hunc extraordinariè punire potest durante causa, vt in dicta. l. nullum. lite autem finita accusatur de falso. s. Cornelia. de falsis. vt. ff. eodem. le. 1. §. 1.
3 † Ego verò credo, quod aut est iudex delegatus, & tunc non potest nec durante causa nec finita per viam ordinariam accusationis eum punire, nisi committatur sibi specialiter in eodẽ rescripto vel alio, supra de offic. delega. p. & g. cum ibi no. maximè cum causa criminalis sit de maioribus causis. vt leg. & not. suprà de rescrip. sedes apostolica. Sed per viam extraordinariam proprio motu ex officio suo potest causa durante coram eo, & in casu vbi ex hoc sua iurisdictio turbaretur, vel nõ posset aliàs, commode suam iurisdictionem exercere, iuxta ea quæ leg. & not. supra de offic. delegat. capitu. 1. 1. capitu. præterea. ita intellige dictam. le. nullum, quæ loquitur etiam in delegato vt patet ibi in princip. ad iudicem quemlibet, quod est signum distributiuũ, æquipollens vniuersali. ff. de hæredit. institu. l. hoc articulo quisquis. & ibi data cunctis iudicibus & c. Causa verò finita non. argumen. eorum, quæ leg. & nota. ff. de re iudic. l. iudex supra de offic. delegat. in literis &. capitu., venerabilu. † Aut est ordinarius, & tunc potest nedum causa du-
4 rare sed etiam finita coercere & punire nedum per viam accusationis, sed etiam ex officio. argumen. ff. de offi. præsid. le. 3. 6. q. 3. placuit. & supra de accusa. qualiter, & quando. 2. Et pro hoc quòd dicunt Bernard. Innocen. & Hostiens. hic, quòd extraordinariè punire potest causa durante. sed causa finita accusatur &c. vbi videntur denegare, quod est dictum, aliàs posset falsitas sine debita punitione perpetuo remanere, lite scilicet iã finita & accusatore deficiente, quod esset contra iura quæ volunt istud crimen acerbè puniri. C. eodem. l. vbi. & per totum. ff. eod. & hic per totum: & contra rempublicam cuius interest vt maleficia non remaneant impunita, infrà. de sententi. VI excommunicatio. vt famæ. cum concor. ibi allega. Aut quæris
5 de tertio scilicet, qua pœna, † & tunc, aut testis fert falsum testimonium in causa criminali, & tunc dicit Ioann. 23. q. 5 rex de
6 bet. quod pœna est capitalis. vt ibi & ff. ad l. Corne. de Sica. l. 1. † Aut fert in causa ciuili, & tunc triplici pœna punitur. vt not. Bernard. Innocen. & Hostiens. hic & Ioann. in dicto capitulo, rex debet, scilicet septenni pœnitentia quia Deum offendit. 6. quæstione prima, quicunque. & quia iudicem delusit & fit infamis. 22. quæstione, quinta si quis conuictus. & capit. ille qui. & verberibus castigabitur. 5. quæstio. 5. illi autem. & quia proximum læsit iuxta modum læsionis punietur. argument. 3. quæstio. 9. nihilominus melius. 33. q. 4. hæc imago. 2. q. 3. in summ. Vnde presbyter clericus vel etiam si in causa ciuili falsum testimonium dicat, deponi potest. 50. dist. si episcopus. secundum Bernar. Hisp. & Arch. 5. q. 6. presbyteris, quod intelligit ibi Io.
7 cum accusatur. † Aut quæris, de quarto, vtrum scilicet, pro crimine falsi semel punitus possit iterum puniri, & glo. in d. l. nullum. in fi. dicit, quòd sic. ar. ff. eo. l. 1. secundum Cy. ibi cõtra, qa nõ debet aliquis bis puniri ex eo. delicto. ff. nautæ caupo. sta. l. licet in fin. ff. de iniurijs. l. quod senatus. & de accusa. l. senatus. Sed in dicta. l. vbi. C. eo. ti. Petr. de bella perti. dicit prout tetat Cy. ibi in fi. quod aut iudex extra ordinem procedens plenariè castigauit, & puniuit eum, & tunc deceteto non poterit accusari per iura allegata. Aut non plenariè, sed medicè & leuiter, & tunc poterit accusari, vt plene puniatur, & hoc credo verum, quando primo extraordinariæ punitus fuit. vt. §. dicit Petrus, secus, quando ordinariè. l. Cornel. de falf. quo casu debemus esse contenti pœna legis. ar. ff. de pœnis. l. sanctio. legum. in auth. de iudicijs. in fi. colla. 6. §. dele. de causis. §. vlti. & quod dixi. §. de accusa. de his. Et hæc decreta. facit ad quæstionẽ disputatam per Ioan. An. j. de reg. iur. c. non est fine culpa. in nouella. li. 6. de teste, qui obliuione, vel alia causa non iuratus immiscuit se ferẽdo testimonio, & falsum deposuit, quæritur an teneatur pœna falsi testis, & post multa arg. pro & contra dicit
8 eum de falso teneri per. l. diuinam Daniel. 13. † vbi patet, quod illi duo seniores, qui falsum testificati fuerant sine iuramento contra Suzannam, damnati sunt de falso & pœna mortis & p. l. canonicam. §. de big. nuper. vt ibi patet, quod propter intentionis affectũ cũ opere secuto pœna bigamiæ tenetur, qui tamen verè bigamus non est. Si ergo carens nomine pp affectũ & opus patiẽ pœnã, fortius iste, qui nec nomine caret. Et p. l. ciuilem. ff. ad l. Corn. de fal. l. si quis legatum. in prin. vbi dicitur, quod qui adscribit legatũ in testimonio licet legatũ sit inutile, puta rei sacræ, tenetur l. Cor. de fal. Idem in eo qui adscribit sibi in testamento, quod nõ habet esse à principio, quia falsum vel quia filius præteritus, tamẽ habet figuram, & est perfectũ
9 exteriori & visibili forma vt ibi. 2. respons. † Sed vt ibi dicitur in 3. responso. Si testamentum non habet esse nec figuram, vt quia nec pfectũ est visibili nec exteriori forma, tũc nõ tenet ascribens pœna falsi. Et sic inducebat in hac. q. hãc. l. profundæ scientiæ doctor Ricardus Malumbra, dicebat enim, quod ex quo testimonium habet suam figuram, quia inter acta deposuit, & prout iurati ponunt, locus sit pœnæ, deficiente verò esse & figura, vt quia priuatim extra acta tabellio dictũ suum accepit, cesset pœna. Sed quærebat, an hoc, vltimo casu aliter puniretur, & soluebat, quod si posuit in priuata cedula vt poneretur in actis, & sic factum est, puniretur, nõ vt falsus testis, sed vt ex genere de falso. ff. de falso. lege prima. §. qui in rationibus. Si verò non fecit ad id sed dolosè, mendacio voluit alium lædere, & decipere tunc ciuiliter tenetur illi de dolo. ff. de furt. l. falsus. fi. si quis in persona. & crimine tenetur stellionatus. ff. crimi. stel. l. 3. §. item si quis in posterum sed si neminem lædere voluit nullo modo tenetur vel punitur. ff. de dolo. le. ven
10 ditor. † De tabellione dicebat, quod si per negligentiam omisit, remoueri debet: alle. l. si quos. ff. de offi. præfec. præto. facit quod no. §. de offi. Archi. ea quæ. de offi. custo. c. 1. Si per dolũ tenetur falsi, qa prætermittens solẽnia falsi tenet. C. de test. l. iubemus. in fi. & prædict. l. 1. §. qui in rationibus. ff. de fal. & pœna vnius non liberabit alium. ff. ad. l. Aquil. l. item mela. §. si plures. Per prædicta patet, qꝰ cum quæstio loquatur de vocato ad testimonium, qui dolose deposuit falsum, & sic delictũ suũ habuit esse figurã, & formam specificam, & sic consumatũ secũdum regulas. & dispositionem iuris cõmunis, locus est pœnæ falsi, & hanc partem per dictã decr. & per dictã. l. tenuit in sua disputatione dominus Aluarus Hispa. nunc frater minor.

Super eo. c Si quæris, vtrum præsentans falsas literas apostolicas, possit licite per ipsum
VI iudicem retineri distingue. † Aut talis præsentans est laicus; & dic qd̃ sic, si sit iudex laicus siue secularis, cui vel corã quo præsentantur. C. de pa. & sacrifi. l. sicut sacrificia. licet Hostiens. dicat in summa. tit. de rescrip. §. quas vires. ver. dicit tamen lex quod lex illa loquitur, quando ius publicum offenditur, & certe licet materia de qua literæ loquuntur, & super concedunt ur non offendat ius publicum, in hoc tamen quod sunt falsæ seu de falso suspectę ius publicum offendũt vt hic & C. e. l. & vbi & l. fi. & si iudex sit ecclesiasticus credo, quod posit eũ detinere, & hoc innuit Hosti. hic super verbo retineri, nisi sit clericus &c. quasi dicat, de laico nõ est dubiũ, qꝰ verũ saltẽ ad finem tradendi eum iudici seculari citra pœnam sanguinis puniendũ. argum. ff. de adulte. l. capite quinto. pro quo no. per Ioann. 81. dist. presbiter & per Ber. & Host. §. de iud. cũ non ab homine. & per Hosti. j. de senten. excom. si verò. §. 1. fi. dicentes, quod clericum adulterantem vel turpiter agẽtem cum vxore, vel filia vel sorore sua vel alijs personis enumeratis in d. ca. si vero. potest, quis per. 20. horas sine metu excommunicationis reti
12 nere & custodire. † Aut talis præsentans est clericus: & tunc dicunt quidam quod non debet iudex eum retinere. argumen. j. de senten. excommu. nuper. contra quos est istud. c. secundum Hostiens. qui not. hic quod etiam clericus detineri potest per iudicem ecclesiasticum, si suspectus est de falso. argum. §. de rescript. c. 2. in fin. nam non sit hoc temerariè sine diabolo instigante, sed ad correctionem. arg. j. eo. ad audientiam. &. c. ad salfariorum. j. de pœnis. tue. de senten. excommuni. perpẽdimus. eod. tit. c. si clericos. lib. 6. Ideoque ordinarius si sibi repræsententur literæ ipsum poterit retinere & idem debet facere ad mandatum delegãti secundum Innoc. & Host. argum. §. de rescrip. c. 2. in fin. &. ca. 3. & capitu. fina. & de offic. delega. capitu.
13 2. † Supra dicta intelligas de iudice ecclesiastico laico nempe talis auctoritas talis iurisdictio, in clericum nunquam datur. j. de senten. excommu. si vero. secundum Hostien. cuius est hęc distinctio ver. aut talis præsentans citra. cum quo concor. per omnia. Archi. 19. dist. in memoriam. super verbo custodiam. qui etiam intelligit ibi hanc decretalem secundum Goff. in literis falsatis non per falsi suggestionem impetratis, quæ largo modo dicuntur falsæ. ff. ad leg. Corne. de fal. l. si quis obrepserit. & eadem quæ dicta sunt in literis apostolicis in omnibus, alijs literis publicis seu autenticis probabiliter dici possunt, & per eadem iura.

1 *Adustio mortifera clerico non adhibetur.*
2 *Adustio sanguinolenta clerico non irroganda.*
3 *Stigma citra sanguinem irrogatur clerico falsario.*

Adnostram. Ad declarationem glossina. Si quæris, vtrum possint adustionem aliquam alicui irrogare, distin-
1 gue. † Aut quæris de adustione vel incisione chirurgiæ in qua periculum mortis imminet & dic quod non: talis enim aliena est ab officio clericorum, vt. §. ne cler. vel mona. c. sententiam sanguinis de homi. tua nos. se-
2 cundum Hostien. hic. † Aut quæris de adustione, quæ fit propter maleficium ad correctionem, & ad pœnam, & tunc aut de tali quæ infligit, & inducit mortem vel mutilationem seu debilitationem membri, & dic quod non. vt in d. capitu. sententiam. & §. de rap. in Archiepiscopatu. Aut de alia, & tũc aut quęris vtrum posit infligi ita profundè, quòd sanguis effundatur. & dicit hic Innoc. quod nõ per iura proxim. alleg. Aut nõ ita profundè sed taliter, quòd cutis superficies tantummodo detractetur in signum maleficij perpetrati, & tunc aut quæris
3 vtrũ † huiusmodi stigma posit vel debeat infligi in manu vel in alio membro à facie, & dic quod sic, secundum Innoc. hic. Aut in facie & dic, quòd non loquitur. C. de pœn. le. si quis in metallum secundum Inno. Sed fallit in crimine falsi in odium criminis, & quia ei in maiori pœna corporali parciter secundum Bernard. & Hostien. & in hoc etiam satis concor. Inno.

1 *Pena huius decre. non ligat existentes extra curiam.*
2 *Recipiens à suspecto bullam falsam incuria falsi tenetur.*
3 *Recipiens literas apost. falsas à non suspecto, non tenetur falsi.*
4 *Pena huius decre. an sit laicæ sententiæ.*
5 *Legatus non dispensat de pœna huius decre.*

Dura. Si quæris, vtrum recipientes literas apostolicas de manibus alterius, quã de manibus papæ, vel illorum, qui sunt per Papam ad illud officium deputati pœna huiusmodi constitutionis ligentur, & vtrum pœna sit latæ sententiæ aliàs ferendæ: distingue. Aut quæris de primo, scilicet, vtrum pena huiusmodi con
1 stitutionis ligentur, † & tunc aut quæris de illis, qui non sunt apud sedem apostolicam constituti, & tales non ligantur hac constitutione secundum Inn. quod est verum secundum ver
2 ba, secus secundum mentem vt sequitur secundum Hostien. † Aut quæris de illis, qui sunt in Romana curia vbicunque sit, quia vbi Papa ibi Roma. & tunc aut quis recipit literas apostolicas per se vel per alium, à suspecto de falsitate puta vitat officiarios & officiales ad hoc officium deputatos, & habet recursum ad alios per quorum manus literam recipit, & nescit qualiter sit habita forsan fuit proiecta vna cum alijs infrà cap. proxim. §. illo quoque. & talis hac constitutione ligatur. qualitercunque enim sine conscientia principis vel vice cancellarij bulletur litera etiam vera bulla, hæc pœna vendicat sibi locum, talis enim est excommunicatus. Et est ratio huiusmodi canonis, quia tales consueuerunt esse falsarij, qui sunt vitandi: vnde intelligenda est hæc constitutio de illo, qui per se vel alium ab aliquo falsario vel suspecto, vel quia ad hoc non recipit mandatum, nec est notus de officialibus curiæ ad hoc deputatis scienter literas falsas vel suspectas recipit, infrà capitulo, proxim. §. eos etiam, talis enim falsarius iudicatur vt ibi & excommunicatus est vt sequitur & probatu rinfrà, eod. ad falsariorum, quamuis igitur verba alios comprehendant non tamen mens, quæ est optima iurium interpres supra de consue
3 tud. cum dilectus. secundum Hostien. † Aut quis eas recipit à non suspecto de falsitate, puta à procuratore, seu nuntio suo ad hoc speciale mandatum habente, quod est commune omnibus, nedum extra curiam existentibus. vt supra de rescript. nonnulli. & capitu. ex parte decani. sed etiam in curia existentibus: vnde vnusquisque etiam si in curia præsens sit mittit ad bullatorem pro litera sua recipienda, & postea recipit ab eodem & talis hac constitutione non ligatur, vt hic in §. si verò.
4 secundum Hostien. † Aut quæris de secundo scilicet, vtrum pœna sit latæ sententiæ vel ferendæ, & tunc aut quæris in §. si quis autem, & tunc aut quo ad pœnam excommunicationis quæ infligitur laicis, & quo ad illam est canon ferendæ sententiæ non latæ secundum Innocen. imo latæ secundum Hostiẽ. cuius opinio est tutior animæ, ideo videtur sequenda, argum. nota despon. iuuenis. de homicid. ad audientiam. Aut quo ad suspensionem beneficij, & officij, quæ infligitur clericis, & quo ad illam non est canon latæ sententiæ sed ferendæ, potest tamen intelligi, quod clericus excommunicatus est sicut & laicus, & quia etiam clericus magis peccat, quantum ad ipsum additur hæc pœna etiam secundum Hostien. & Ioann. Andre. Aut quæris in §. adijcientes & illa pœna est sententiæ ferendæ per hominem, secundum Hostien. qui dicit, quod excommunicatus à canone isto in §. si quis. iterum mandatur excommunicari ab homine. simile supra de iud. ita quorundam. Vel dic quòd hic supra in princ. & in §. si quis. loquitur de illis, qui literas non de manu Papæ vel bullatorum recipiunt, qui sunt excommunicati ipso iure, hic verò loquitur de illis ad quos, quocunque casu literæ falsæ proueniunt secundum Hostiens. qui reprobat Ber. hic in glo. si super. Et in hoc casu, quod dicit, quòd vltra sententiam diocęsani incurrit aliam sententiam canonis, infrà eod. ad falsariorum. nã ibi loquitur de falsante, hic de vtente cui tanta pœna non imponitur, Et in hoc concord. Goffred. hic qui intelligit istum ver. quòd si quis in literis, quas quis per alium impetrat, quia tunc destruendo vel resignando eas infrà viginti dies à tempore notionis computandos pœnam euitat: secus si per seipsum vel si conscius fuerit falsi. vt in d. capitu. ad falsariorum. idem no. Archid. 19. dist. in
5 memoriam. in gloss. adde sed quid si ille &c. † Et not. quòd ex quo Papa sibi specialiter reseruat, alijs denegat potestatem disponendi aliquid super illo, secundum Berna. & Hostien. hic in glo. fin. quod verum etiam in legato cardinali. ita quòd de hoc non poterit absoluere: vt hoc no. Host. in sum. eo. tit. §. qualiter committatur ver. sed si hodie. &c. Idem Arch. 19. distin. in memoriam. in d. glo. adde, sed quid si ille. &c. in fin.

1 *Vitia in rescripto sunt duplicia.*
2 *Vitia quæ rescriptum vitient.*
3 *Vitia quæ reddant rescriptum suspectum.*

Licet. Si quæris, quæ vitia afficiãt rescriptum, & quæ non, & quæ vicia reddant ipsum suspectum: distingue inquãtum facit ad intellectum huius capitu. Aut quæris de primo. §. quę vicia afficiãt & quę nõ: & tunc refert. † quia vitia rescriptorũ, quædam sunt visibilia, & quædam inuisibilia sed intelligibilia. visibilia sunt quæ arguto ingenio & pspicaci oculo possunt intelligi & cerni, de quibus habes, quædam exempla hic. Inuisibilia sed intelligibilia sunt vt suggestio falsitatis, & suppressio veritatis, de quibus dicit. §. de rescr. super literis.
2 † Priora vicia afficiunt rescriptum ipso iure, posteriora verò nõ: nisi ex ipsis vitijs excipiatur. vt hoc no. Goff. & Io. An. post eum. §. de rescri. c. olim ex literis. & Arch. 19. dist. in memoriã in gl. adde no. Gof. &c. Et de ista materia dic vt dixi plenius. in d. c. super literis. &. c. ad audientiam. 1. & per Hosti. in sum. eo.
3 ti. §. qualiter puniat. † Aut quæris de secundo. §. quæ vitia reddant ipsum suspectũ, & dic qꝰ duo. §. vitiũ patẽs, & vitiũ latẽs, viciũ patẽs, quod à forma vel defectu sui ipsius cõtrahit vt qa cancellatũ vel abolitũ. C. de edic. diu. adr. tol. l. vlt. & hic. & j. c. proxi. vicium latẽs. §. qd̃ aut ab eius auctore aut à productore prouenit. Ab authore, vt quia aliàs falsa instrumẽta cõfecit. vt. C. de fusce. & Arch. l. si aliqd. li. 10. A productore, vt quia alias

sit persona suspecta.i.ff.de edendo.l.si quis ex argentarijs.in pri.
vt hoc no.Cy.C.eo.ti.l.fina.de hoc etiam per eum.C.de sepu.
viola.l.2.in fi.Et no.secundum Gof.ꝙ circa istas falsitates qua
liter fiant non est adhibenda doctrina.Sunt enim, quædã quæ
nescire melius est,quam scire.38.distinct. quamuis. in fin. Vn
de Seneca epistola.86.quæ est alias liber per se delibera acti. ad
Lucillum monet illum, ꝙ illa non discat,quæ forẽt dediscen-
da si sciret. Et Marcus Varro, sunt quædam, quæ eradicanda
essent de animo scientis,quia inserendi veri locũ occupant.Et
Hieronimus ad electum non addiscat in tenero, quod ei post
dediscẽdum difficiliter raditur, quod rudes animi.sed vt dicit.
Goff.legimus, vt quædam cognoscamus & reprobemus. 37.
distin.legimus secundum Ioan.And.

1 *Papa scribens vt priuatus non habet certum stilum.*
2 *Papæ dictamen ad episcopos*
3 *Papæ dictamen ad cardinales.*
4 *Papæ dictamen ad reges.*
5 *Papæ dictamen ad infideles.*
6 *Stilus est seruandus.*

QVam graui. Si quæris, quem stilum, modum,seu formam dictaminis,
1 Papa tenet & seruat in scribẽdo.†Distingue, aut Pa
pa scribit alicui vt priuatus, & sub sigillo priuato
non sub bulla,& tunc non habet certum stilum sed scribit pro
ut vult. Aut scribit vt Papa & sub bulla,& tũc aut scribit Chri
stianis,& fidelibus,aut paganis seu alijs infidelibus.Si Christia
nis,tunc aut quæris de dictamine, quo ad supernam seu filialẽ,
appellationem,aut quo ad pluralem seu singularem appellatio-
2 nem.†Si quo ad supernam seu filialem appellationem, tũc aut
scribit patriarchis,archiepiscopis,vel episcopis, & tales vocat
tunc fratres si sunt plures,vel fratrem si sit vnus:vt venerabili
fratri nostro vt hic.Et quot modis sumatur frater,vide per Ar
3 chi.11.q.3.ad mensam.glo.2.†Aut scribit cardinalibus,&tunc
aut vni vel pluribus,vt singulis:aut mixtim & cõmuniter om
nibus.In primo casu aut scribit cardinali episcopo vni vel plu-
ribus,& tunc vocat eum vel eos fratrem,vel fratres vbi sunt
plures,sicut de patriarchis,& episcopis dictum est. Aut scribit
cardinali non episcopo puta presbitero vni vel pluribus, &
tunc vocat eum filium vel filios vbi sunt plures. In secundo
casu.s.quando scribit eis cõmuniter seu mixtim vocat eos fra-
tres.arg.s.de testi.c.licet.vt not.G.& Io.An.j.de offi.deleg.c.
4 1.super verbo fratribus.libro.6.& Ioan.Andr.hic.†Aut scribit
alijs puta regibus comitibus,vel alijs quibuscunq; laicis,vel cle
ricis,& illos vocat filios vt hic in ver.cæteros autem. Nam ni
hil est honorificentius,quam vt res vel imperator ecclesiæ fi-
lius esse dicatur.23.quæstio.octaua capitu.conuenior. circa fi-
nem vt not.Gen.in extrauagan. Ioan. vigesimi secundi, quæ
incipit copiosus super verbo filij nomine. In hoc tamen est
differentia secundum Hostiens. quia reges vocat carissimos,
alios verò dilectos,& intellige filios in Christo non carne,se-
cundum Egid.non tamen exprimitur in Christo nisi cum scri
bit abbatissis,& sororibus,regibus, vel reginis,de hoc in Spec.
5 tit.de rescript. præsenta.§.ratione formæ.in princ. † Si scribit
infidelibus vni vel pluribus.tunc tales non vocat filios neque
fratres secundum Hostiẽsem quinimo etiam salutatio subtice
tur in literis,quas papa dirigit Ho.schismatico,excõmunicato
vel alteri cui subtracta sit gratia sedis apostolicæ. facit.34. q.2.
admonere.Sed scribitur spiritui sanioris cõsilij,vel ea pati quæ
agere meditatur secundum Boati.& Io.Andr.s. in salutatione
proœmij Gregori. Si quæris,de dictamine quo ad pluralẽ seu
singularem appellationem:& tũc aut quo ad seipsum,& quan-
do loquitur de seipso,& tunc semper loquitur in plurali. Aut
quo ad alios,& quando loquitur de alijs,& tunc aut scribit vel
loquitur vni soli,& tunc loquitur in singulari vt hic ver. & cũ
vni tantum personæ &c.Aut scribit pluribus simul,& tunc lo
quitur in plurali.vt patet expresse supra de procur. quia in cau
sis infrà de senten.ex commu.canonica.§.nos ergo ad vos.&c.
cum infinitis concord.quæ possent ad hoc allegari. Aut quæ-
ris vlterius de stilo dictaminis circa alios, & ex hoc singulis,
decretalibus, in corpore iuris scriptis, & ex literis apostolicis
quæ fiunt quotidie potest oculata fide liquide apparere vt hic
6 in fin.ver. propter quod &c.infrà de priui.porro †qui quidem
stilus seruandus est vt hic,& infrà de senten.excommunic.ad
hæc.suprà de constitu.ex literis,quod dic vt no.supra.de tem-
por.ordi.c.2.de re iudi.in causis.Nec ob.9.dist.ecclesiæ supra
de præscription.capitu. nihil. vbi Papa de seipso loquitur in
[illegible]

singulari, & vni singulari in plurali, quia loquitur secundum
antiqua tempora secundum Bernard.& Ioannem. Andre.hic.
vel fortè Gregor.ibi scribebat vt priuatus non sub bulla. pri-
mum tamen verius videtur.

1 *Pœna fabricantis falsas literas de iure ciuili.*
2 *Pœna vtentis literis falsis de iure ciuili.*
3 *Pœna falsariorum literarum non apostolicarum de canonico.*
4 *Pœna falsariorum litterarum apostolicarum.*
5 *Criminis falsi specialia.*
6 *Falsarius occultus non est infamis.*

AD falsariorum. Si quæris, quæ sit pœna falsariorum: aut quæris, secundum leges aut secundum canones. Si secun-
dum leges tunc aut quæris,de falsarijs monetarum,
& de illis dic vt no.Berna.& Hostien.supra de iureiuran.capi.
1 quanto.gloss.1.†Aut de alijs falsarijs puta literarum, & tũc aut
quis accusatur,quia fabricauit,& tũc directa pœna legis Cor-
neliæ punitur,quę est.ff.ad leg.Corne.de falsis.l.1.in fin. quod
2 dic vt hic per Bernar.in gloss.pœna enim falsi &c.†Aut accu-
satur,quia solum vtebatur,& tunc non est directa pœna le. cor.
sed quædam alia quæ non habet tantum effectum.vt.ff.eo.l.fal
si nominis.§.ordine.& C.ex quibus cau.infam.irro.l. & si seue
3 rior.& no.Cy.C.de fide instrumẽ.l.2.† Si secundum canones,
tunc aut quæris de pœna falsariorum aliarum literarum à lite
ris apostolicis,puta principium secularium,seu etiam prælato-
rum.Aut de pœna falsariorum literarum apostolicarum. si alia
rum,tunc dic vt leg.& no.supra eod. ad nostram. & plenius p
Hostien.in sum.eod.tit.§.qualiter puniatur.ver. si quis autem
clericus.vbi dicit, quod si clericus literas regis falsauerit chara
cteratur in facie,primo à suis ordinibus degradatus, & Pro-
uinciam abiurat, & sic abire permittitur, vt in capitu.ad no-
stram supra.eod.& idem intelligit de falsario cuiuslibet prin-
cipis secularis, quia de similibus idem est iudicium supra de
translat. inter corporalia.§.1. de rescripto: inter cæteras. & de
sta.mona. super quodam.Falsarius verò episcopi deponitur &
in monasterio detruditur.vt.50.distinct.si quis clericus secũ-
dũ Dama.vel dic,quod est ab officio & beneficio suspẽdẽdus,
vel suspensus nunciãdus, sicut & falsarius capituli donec indul
gentiam sedis apostolicæ mereatur. vt.s. de testi.tam litteris.
§.fi.vel melius secundum dictum. Damas. intelligitur quando
in modũ accusationis conuincitur criminaliter accusatus.quã
do vero in modum inquisitionis conuincitur habet locum
quod dixi vt innuit illa decret.tam literis.vel quando falsarius
ciuiliter conuenitur ad hoc vt beneficio ecclesiastico priue-
tur,quod habet locum etiã in falsario delegati vel quouis alio:
vt.s.de rescrip.olim ex literis.in fi. & de offic.delega.cũ olim.
magister.cum ergo ab obtento remoueatur,multo fortius ab
obtinendo repellitur. vt.j.de exces. prælato.inter dilectos.§.
præterea.secundum Hostien.vbi.s.cum quo concor.Asten.li.
4 1.hoc tit.in fin.†Si literarum apostolicarum de quibus loqui-
tur tantum, istud cap.secundum Hostien. tunc aut quæris de
vtente literis falsis tantum. & de illo dic.vt leg.& no.s.eo.du
ra.& per Hostien.in d.§.qualiter puniatur.ver.porro.& versi.
sequen.vbi dicit,quòd si quis per viginti dies litteras tenuit ex
quo falsas literas nouit, & postea cum eas produxisset in iudi-
cio, & redarguerentur de falsitate incõtinenti destruxerit, vel
renuntiauerit,procul dubio excommunicatus est: sed tamen
si occultum, eum ecclesia non vitabit. Currunt igitur eidem
viginti dies à tempore conscientiæ occultæ, quo ad Deum
sed quo ad ecclesiam à tempore conscientiæ publicatæ,ad
quod accedit suprà,de simonia sicut tuis.in fin. & capitul. tua
nos infrà de senten.excommunic.à nobis.secunda. Aut quæ-
ris de committẽte per se,vel per alium, falsitatem:& tunc aut
constat de falsitate,& tunc habet locum istud.capit. quia talis
est excommunicatus ipso iure & sic est canon latæ sententię:
vt supra.eo.dura.secundum Io.Phi.Inno.& Hostien.& est pri
ma differentia inter vtentes,qui possunt sibi prouidere intra.
30.dies, nec interim ligantur, falsantes, & inter. 1. respond.
huius capitu.& 2.in versicu.nos enim.Secunda differentia est,
quia falsarij ipso iure sunt priuati ab omnibus officijs & bene
ficijs ecclesiasticis. Est & tertia differentia, quia degradandi
sunt si clerici sint.vt infrà. eod. §.1. Ij verò qui tantum vtun-
tur non sunt priuati sed priuãdi, nec sunt degradandi, vt infra
eod.§. qui verò. secundum Hostiens.hic est forsan, & quarta
vt scilicet falsarius litterarum Papæ si notorius sit per euiden
tiam facti, & accusetur degradetur, quod no.mens istius ver-
bi in

ubi in tex.deprehẽsi.vt patet supra de coha.cleri.& mu.c.fi. Et
idem videtur si in modum inquisitionis conuincatur sicut &
no.simile supra de accusa.inquisitionis.1.resp.Alij autem falsa
rij non adeo acriter puniuntur.vt patet in eo quod le.& no. su
pra eo.ad nostram secundum Hostien.hic & Ioan.Andre.post
eum.Idem Arch.19.distin.in memoriam.gl.adde, forsan spe-
ciale est &c. Aut non constat de falsitate sed est dubium, &
tunc quo ad pœnam excommunicationis idem quod in falsa-
rio notorio dictum est, vt hic in §.nos enim. Sed quo ad aliàs
pœnas,dic quod suspectus capitur & detruditur & Papa consu
litur super pœna:vt supra de rescrip.capit.2.in fi.& 19.distinc.
in memoriam.vbi hoc not.gloss.& Archid.& Goffre. in sum.
eod.titulo.§.quatuor modis ver. vbi autem dubitatur. Nota
etiam secundum Goffr.in spe.titu.de instru.edi.§. videndum.
restat in princ.quod quis potest vti litteris seu instrumento cũ
protestatione, ꝙ si apparuerit falsum, ꝙ non vult vti eo nec te
netur aliàs aduersarium certificare,ar.huius.& C. de excep.l.si
5 quidem.Et quæ sunt specialia in crimine falsi,vide per Gof.in
sum.eo.tit.§.in quæstione falsi.& per Host.eo.ti.§. qualis pro
batio,in prin.& per Archid.in d.c.in memoriam. vbi dicunt,
ꝙ sunt quædam specialia. Nã suspicio de falso pro falsitate ha-
betur,nisi aperte producetur,veritas comprobetur & proce-
ditur ad pœnam.C.de proba.l.iubemus,ꝙ generaliter contin-
git.2.q.1.primo.& ff.de pœnis.l.absentem. Item condemna-
tur quis sine accusatore,quod aliàs non contingit.2.q.1.nihil.
&.c.de manifesta.23.q.4.si quis potestatem.ff.de mune. & ho
no.l.rescript.§.si quis accusatorem.l.munerum.§.defensores.
& in euangelio.Io.8.c.& habet,trãsumptiuè.50.di.ponderet.
32.q.1.quod autem de pe.dist.3.c.si Apostolus.& §.hac autho
ritate.mulier.vbi sunt qui te accusabant, nemo te condemna-
uit,quæ dixit,nemo domine nec ego te condemno.Item & si
crimen falsi incidat pronũtiatur in eo. vt.C.eo.tit.l.vbi,quod
aliàs non seruatur secundũ leges inincidenti.vt.C.de ordi.iud.
l.adite.Item in hoc crimine cõuictus deponitur,& statim tra-
ditur curiæ seculari.vt hic in §.statuentes. quod generaliter non
seruatur.vt.s.de iudi.cum non ab homine.secundum Goff.&
Arch.vbi.s.vnum tamen quod no.Ioan.Andr.s.eo.ad nostrã.
ꝙ illud.c.loquitur de vera degradatione,quæ dicitur deposi-
tio.vt in d.c.cum non ab homine. Nam solẽniter degradatus,
incontinenti traditur curiæ seculari, non credo verum p hoc
quod dicit & not.ibi Host.dicens, ꝙ si ille degradatus de quo
ibi loquitur fieret incorrigibilis, traderetur potestati seculari:
vt in d.ca.cum non ab homine. Idem est in falsario literarum
Papæ etiam incorrigibilis non sit,vt hic secundum Hosti. ibi
cum quo concordat quod no.Ber.s.eo.licet. in gl.1. & in d.ca.
cum non ab homine.in gl.not.qualiter &c.& Arch.in c.alle.in
memoriam.glo.fi.vbi dicunt, ꝙ falsarius non semper traditur
curiæ seculari.quod intellige quando est spes de correctione,
6 & pro hoc facit optimè.71.distin.c. dictum.†Et no. ꝙ falsarij
occulti post absolutionem & pœnitentiam peractam sine pec
cato ordinantur, quia non sunt infames secundum Innoc.&
Host.s.renun.nisi cum pridem glo.quale.in fi.idem Archi. in
d.c.in memoriam.glo.adde sed quod si ille &c.

1 *Maiores causæ ad Papam spectant.*
2 *Causarum mediarum appellatio ad Papam non valet nisi legitima.*
3 *Mediarum causarũ appellatio ad papã an ad inferiorem redeat*
4 *Minorum causarũ appellatio ad papã, an ad inferiorem redeat.*

EX conscientia. Quærit hic Hostiens. an appellans ad Papam possit renuntiare appellationi,& redire ad inferiorem.
& post multa argumenta pro & contra dicit, ꝙ licet
dicãtur cognitionum quatuor genera.vt nota.s. de accusa.sup
his.in 1.gl.ipse tamen distinguit tria.s.maiorum mediarum &
1 inferiorum.†In maioribus no.s.de offi.leg.quod translationẽ.
dicit tria specialia.primo ꝙ illa naturaliter sunt de iurisdictio-
ne papæ:vnde omnis etiam frustratoria appellatio illas defert,
secundum, ꝙ non valet ordinatio,actio vel renuntiatio partiũ
suprà de renun.c.penul.& fi.Ex quibus sequitur tertium, ꝙ in
eis appellatio irreuocabiliter defert negotium ad Papam. Idẽ
dicit, appellatur super electione episcopali. de quo tamen dic
2 vt.j.de electio.quamuis.lib.6.& ibi videas.†Medias causas ip-
se vocat oẽs spirituales & ecclesiasticas,exceptis maioribus,&
in iis non valet appellatio nisi legitima.s. de app. cum in eccle
sia.Et quamuis legitima eximat à iurisdictione inferioris, nõ
tamen impeditur ipsius processus vbi non detulit, donec per

superiorem sit recepta.de offic.deleg. pastoralis.§. præterea.Si
tamen inueniatur appellatio legitima,irritum nuntiabitur vel
3 irritabitur attentatum,ea pendente.de app.pastoralis.†In ista
antequam sit recepta licet pœnitere, & ad alium iudicem re-
currere dummodo partes consentiant,altera contradicente,di
cit hoc fieri non posse.de appel.si duobus.de elec.c.1.lib.6. Ex
quo vero recepta est,dicit ꝙ non licet partibus ad alium iudi
cem recurrere: licet tamen eis renuntiare, quo ad priuatũ in
teresse,sed componere non sine iudicis authoritate,super quo
remittit, ad no.s.de pac.cum pridem.de transa.decetero.& c.
super eo.de præben.nisi.Et intelligit iudicem ordinarium vel
illum cui commisit,vel si appellatum est & appellatio recepta
per iudicem appellationis alleg.j.de censi.Romana.§.2.&3. li
4 bro.6.†Minores verò vocat, quando de temporalibus agitur,
in quibus saluis feudalibus dicit, ꝙ partes possunt ad iudicem
à quo appellatum est recurrere, priusquam appellatio sit rece-
pta,& hoc etiam potest pars appellans inuita appellata,dum-
modo non intersit appellati,vel ei satisfaciat de interesse. de
appell.cum cessante.&.c.interposita.potest etiam hoc tacite.
vt eod.titu.c.solicitudinem.Postquã verò recepta est appella-
tio sine licentia iudicis appellationis ad inferiorem redire non
possunt.arg.ff.de iudi.vbi.s.de foro compet.ca.antepe.& vlti.
Per compositionem verò possunt ab appellatione recedere,
& prius,& post, & quando volunt etiam inuito iudice vt hic.
& 2.q.6.si quis libellos.s.de app.dilecte. Nam agere vel litiga-
re quis inuitus non compellitur. C. vt nemo inuitus in rubro
& in nigro,saltem ex quo liti renuntiat in totum.C.de pact.l.
postquam.secundum Host.quia multo prolixius hæc hic no-
tauit & eadem recitat Io.An.Et de ista materia no. Hostiẽ. in
sum.de appell.rubri. forma appel. factæ à sententia diffinitiua
ver.illud certum est.& G.de dolo & contu.eum qui.gl.pe.lib.
6.& Gar.& Card.qui concor.in præmissis.in prædicto.c. quã
uis.de elect.lib.6.& G.de monte.lau.de procur. non potest su
per verbo grauiora.in cle.vbi ponit quartum genus de maxi-
mis causis,vt causa fidei de hære.per totum

1 *Sortis species quatuor.*
2 *Sors non est licita in spiritualibus.*
3 *Sors pro euentu in temporalibus permissa.9.*
4 *Sortilegium damnatur.*
5 *Diuinationum genera quatuor.*
6 *Astra an obseruanda in colendis agris, & medicina danda.*
7 *Verba diuina an ad collum suspendenda.*
8 *Breuia an portare liceat.*
10 *Sortilegiorum pœna de iure ciuili.*
11 *Sortilegiorum pęna de iure canonico.*
12 *Transmutatio specierum à solo Deo fit.*

¶De sortilegijs. Rubrica.

IN tabulis. Si quæris, vtrũ & quando sors sit licita & pmissa, Distingue,
1 †quia sors sumitur,quatuor modis. aliquando su
mitur pro casu fortuito vel euentu.vt. 26.q.2.c.
sors.vbi dicitur secundum August.quod sors nõ
est aliquid mali, sed res in humana dubietate diuinam indicãs
voluntatem.ad idem.ff.de iudic.sed cum ambo.ff.fami. ercis.
l.si quæ sunt cautiones.C.cõmunia de leg.l. si duobus.in prin.
& extra in proœmio clemẽ.circa medium ibi,ac sortis huma
næ conditio &c.Aliquando sumitur pro sortilegio vt hic. Ali
quando pro capitali respectu vsurarum: vt suprà de vsur. capi
tu.1.& 2.& capitu.conquestus.Aliquando pro parte vel por-
tione.vt.s.de præb.cum secundum Apostolum, & 21.dis.cle-
ros.prout no.Io.An.& Gen.in dicto proœmio clemẽ. Aut er
go quæris de sorte,quæ sumit pro casu fortuito vel euentũ,pu
ta faciẽdo iocos iuxta vulgare gallicorũ, p festucas breues, &
longas,vel scribẽdo partes diuersis cedulis vt sic appareat cui
2 sors accidet.†Et tunc aut quæris,vtrũ talis sors sit licita & per
missa in electionibus seu alijs spiritualibus,& dic ꝙ non,quod
dic vt le.& not.j.e.c.fi.Nec obstat quod dr̃ actuum.1.c.ibi, &
cecidit sors super Mathiam & adnumeratus est cum 11. Apo
stolis.21.dist.c.cleros.26.q.1.c.1.de mathia,& Iona qui sorte
3 electi fuerunt,quia hoc factum fuit diuina inspiratione. †Aut
vtrum sit licita & permissa in dubijs quæ occurrunt circa iu-
dicia, & alia temporalia, & tunc dic quod est licita, & per-
missa vt in dictis legibus, sed cum ambo. si quæ sunt. si duo-
bus.& hoc tenent Ioan.& Lauren.vigesimo sexto. quæstio.2.
in summa.& Host.in summa.e.ti.§.1.in princ.& inter clericos
admitti potest vbi de temporalibus agitur. ar.22.disti.cleros.

suprà de præben.cum secundum,secundum Host. & Io. And.
4 infrà.eo.c.fi.†Aut quæris de sorte quę sumitur pro sortilegio,
& tunc secundum Leonem Papam sors nihil aliud est, quam
diuinatio & maleficium à sanctis patribus dãnata,& ideo pro
hibet ne exerceatur de cætero sub anathematis interdicto. vt
no.26.q.5.sortes.& talis sors est illicita nec est credẽda nec ex
ercenda.vt.25.q.2.§.his ita respondetur.&.c.sequen.& q.5.per
totum. vnde Hiero. Stultus factus est omnis homo à scientia
sua confusus est artifex in sculptili suo, vana sunt opera eorũ.
& risu digna,& in tempore visitationis suæ peribunt.Et Hier.
quarto,sapientes sunt vt faciant mala.Et Isaiæ quinto, ve qui
sapientes estis in oculis vestris. Et Iob.24. ipsi rebelles sunt lu
mini,nesciuerunt vias eius.Tales enim fortilegi conantur sibi
ea quæ soli Deo competunt vsurpare.Isaiæ 41.Annunciat quę
5 ventura sunt in futurum,& sciemus,quia dij estis. †Et nota.q
diuinationum,quatuor sunt genera,sicut sunt quatuor elemẽ
ta. fit enim diuinatio in terra seu in aliquo corpore terrestri,
puta igne, ferro aut lapide polito, quæ vocatur geomantia,à
ge, quod est terra, & mãcos, quod est diuinatio. Fit etiam in
aqua,& hæc vocatur idromanci,aab hydros,quod est aqua.Itẽ
fit in aere,quæ arimancia appellatur,ab aere. Item in igne quæ
uocatur pyromãcia,à pir quod est ignis: quod dic vt plene no.
Host.in sum.eod.tit.§.quot sunt eius species,& frater Ioan. in
sum.confes.e.ti.q.2.vbi vide plene.vide etiam quod no. Host.
in sum.eo.tit.§.in quo casu.vbi quærit nunquid in colligendis
6 lignis,vel putandis vineis,aut colendis terris.vel in dandis por
tionibus licet vna considerare,vel temporis qualitatem, & re
spondet q̃ non,si fiat superstitiosè, vel si credatur necessitatẽ
in esse superioribus.Superiora enim nõ sunt causæ rerum licet
sint signa rerum,& sic intelligit.26.q.5.ca. non liceat.vbi idem
not.gl.Aliàs autem licet sicut docet astronomia, & sicut ser
uant nedum medici,sed etiam coloni experti: hæc enim ex ar
te sunt non ex sorte,& naturaliter considerantur non superści
tiosè,secundum Host.& idem gl.in dicto.cap.non liceat.Vide
etiam quod no. frater Io.in sum.confes.eo.tit.q.14.vtrum su
spendere diuina &c.& Arch.in dicto.c.non liceat. gl. quæro er
7 go vbi quærunt vtrum suspendere diuina verba ad collum sit
peccatum,& vbi dicunt secundum beatũ Tho.in summa.q.
26.artic.4. quod in omnibus adiurationibus, vel huiusmodi
scripturis suspensis duo videntur cauendа.Primum quidem
quid sit quod profertur,vel scribitur,quia.n.est aliquid ad in
uocationem demonum pertinẽs manifeste est superstitiosum
& illicitum.Similiter videtur esse cauendum si ignota nomina
tione sub illis aliquid illicitum contineat & lateat sicut Chri
sost.dicit,quod multi confingunt aliqua nomina hebręa ange
lorum,& scribunt atque alligant,quæ non intelligentibus me
tuenda videntur.Est etiam cauendum ne aliquid falsitatis con
tineant:quia sicut eius effectus nõ posset expectari à Deo qui
non est testis falsitatis. Secundò cauendum est ne cum verbis
sacris cõtineantur ibi aliqua vana,puta aliqui caracteres inscri
pti præter signum crucis,aut si spes habeatur in modo scriben
di,aut ligandi,aut in quacunque vanitate,quæ ad diuinam reue
rentiam non pertineant,quia hoc iudicaretur superstitiosum.
Vnde in d.c non liceat.dicitur nec in collectionibus herbarũ,
quæ medicinales sunt aliquas obseruationes,vel incantationes
liceat attendere:nisi tantum cum simbolo diuino, aut oratio
ne dominica,vt tantum Deus creator omnium & dominus,
honoretur secundum Thom.Qui dicit, q̃ eadem est ratio de
ijs,qui portant reliquias sanctorum ad collum, sicut de verbis
inscriptis,quia si portantur ex fiducia Dei & sanctorum quo
rum sunt reliquię,non erit illicitum.si autem contra hoc atten
tetur aliquid aliud vanum,puta quod vas esset triangulare, vel
aliquid aliud huiusmodi, quod non pertinet ad reuerentiam,
Dei & sanctorum,esset superstitiosum & illicitum secundum
8 Tho.& fratrem Io.& Archi.vbi.s.†Dicit etiam.G.in glo.sup
Raynald.eo.tit.& frater Ioan.vbi.s.q̃ non videntur reproba
ta breuia in quibus scribuntur verba euangelica solum,sed su
perstitiosum est,si credatur q̃ minus habent efficaciæ si scri
bantur alio tmpore,quam dum legitur euangelium in eclesia.
Idem dicit,quod illa breuia in quibus scribuntur quidam cara
cteres,& nomina inusitata,quasi nomina Dei in effabilia,& in
quibus dicitur,quicunque super se portauerit istud breue non
periclitabitur sic vel sic,aut illud vel illud bonum continget si
bi,proculdubio reprobanda sunt,nec portanda sunt.& peccãt
qui scribunt ea, aut portant, aut donant, aut vendunt,aut
portanda docent,nisi adeo fuerint simplices, quod ignorantia
debeat excusare,quæ non excusat si super hoc fuerunt admo
nisti vel instructi secundum eos. Aut quæris de sorte quæ su-

mitur pro capitali respectu vsurarum, & illa regulariter est lici
ta & permissa.vt s.de vsur.c.1.& 2.&.ca.conquestus.ff.& C.si
9 certum peta.per totum.† Aut de sorte quæ sumitur pro parte
vel portione, & illa est licita,quando prouenit ex titulo licito
seu causa licita.vt in c.alleg.cum secundum supra de præben.
& in c.cleros.21.distinc.secus si ex illicita vt in spolijs latronũ
seu raptorum,seu alijs rebus illicite acquisitis,quod dic vt leg.
not.suprà de sepul.c.fina. & de homici. ca.sicut dignum.§.eos
etiam.& de rapto.c.1.& per totum.

Super eo.c. ¶ Si quæris,quæ sit pœna fortilegiorum
10 distingue.†Aut quæris, secundum leges,
& tunc pœna bonorum publicatio & decapitatio.vt.C. de ma
lè.l.nemo.vt no.Host.in summa.de magistris.§. quam scientiã
11 ver.ars etiam,& hoc titu.§.quæ sit pœna.†Aut quæris, secun
dum canones, & tunc imponitur spiritualis pœnitentia.40.
dierum vt hic in fi.& si peccatum notorium sit eucharistia de
negatur.de consc.dist.2.pro dilectione.Item ecclesiastica pœ
na instigitur,quia si clericus sit,deponendus est & in monaste
rio detrudendus:si laicus excommunicandus,quod intellige,
quando dictam pœnitentiam agere renuit, vel si criminaliter
accusetur.sic intellige.26.q.5.non oportet. &.c. si quis episco
pus aut presbyter. &.capi.aliquanti.& q.7.admoneant.vt inde
quando pœnitentiam contemnit agere ab excommunicatio
ne incipiendum scias.vt.26.q.5.si quis clericus. Sed crescente
contumacia augmentari debet, & pœna etiam in laicos,qui si
sint serui verberibus castigantur,si verò liberi inclusione dig
ni districtam sunt in pœnam redigendi. vt. eod. causa. & q.
contra ydolorum. Episcopus etiam tales turpiter de honesta
tos de parochia sua eijcere debet.ea.causa. & q.episcopi. quia
declauare potest eos.i.vestes & capillos ante & retro incidere,
sicut in quibusdam locis de cõsuetudine obseruatur: & de hac
declauatione loquitur.32.q.2.de benedicto.sed talẽs infames,
12 sunt.2.q.1.quisquis.†Cum igitur omnia per Deum facta sint,
quis credit posse fieri aliquam creaturã,aut in melius,aut in de
terius immutari aut transformari in aliam speciem vel in aliã
similitudinem,nisi ab ipso creatore fiat, proculdubio infidelis
est, & pagano deterior, vnde omnibus,ne talia vel his similia
credant,est publicè nunciandum secundum Grego.26.q.5.ad
finem.Ecclesia autem in casu fortilegia credit,& Papa ipsa ma
trimonia separat 33.q.1.si per sorciarias. secundum Hostiens.
qui hoc not.in dicto.§.quæ sit pœna &c.

1 *Astronomia an permissa,& damnata.*
2 *Prognosticare futura licet ex astris.*
3 *Humanæ operationes,non necessitantur,astrorum reuolutione.*
4 *Socrat es dominabatur naturali suæ inclinationi.*

EXtuarum. Quærit hic Io. And. de scientia
& arte astronomiæ, vel astrologiæ an sit de iure ciuili, vel canonico re,pbata,& an
1 pœna debeatur exercentibus vel exquirentibus, ip
sius scientiæ iudicia.†Ad partem affirmatiuam inducitur. C.
de malefi.l.si excepta. & le.nullus aruspex.& l.nemo. cum suis
glossis.ff.de iniu.l.item apud labeonem.§.si quis astrologus. &
26.q.2.illos.&.ca.seq. ibi stellarum cursus. &c. & q.4.igitur.ad
fi.& q.5.c.i.& c.non liceat.ibi,aut lunæ aut stellarum &c.Item
si esset licita,esset in vsu sicut aliæ licitæ.Ad negatiuam inducit
ur.l.eorum.C.de malefi.ibi nullus &c.Item quia hæc ars cõ
putatur inter liberales,quarum magistris datur immunitas.ff.
de var.& extraordina.cog.l.prima in princ.de vac.muner.le.in
minoribus.§.philosophos.& munc.& hom.§.fin. ergo non est
eis pœna imponenda,quia ex eodem facto non debetur præ
mium,& pœna.C.de adulte.gracchus. & suprà de fideiusso.ca
pitu.2.de donat.inter vir.& vxor.capitu.& si necesse. Item nõ
subiectum scientiæ sed eius sequela facit scientiam in desuetu
dinem abire.26.q.2.Sors.§. his ita. Solutio,breuiter de primo
dicendum est,quod scientia bona est prohibita sed liberalium
vna,& sequela quædam vt dixi,fecit illam desuetudinem abi
2 re. †Sed de secundo scilicet de iudicis scientię exercendis vel
exequendis dico cum theologis, quod licitum est per cogni
tionem astrorũ præcognoscere,& iudicare futura,quæ creant
ex cœlestibus corporibus,sicut eclipsim,siccitatẽ pluuiã,& hu
3 iusmodi,& sic loquitur.l.eorũ.C.de malefi.†Sed si per cõside
rationem astrorũ velles cognoscere futuras operationes homi
nũ,vel præteritas occultas,tũc operatio demonis se immi
scet.& tũc ex falsa & vana opinione, ,pcedit superstitiosa & il
licita diuinatio, de tali patenter loquit.d.§.si quis astrologus.
ibi furem

ibi furem aliquem dixisset,qui non erat.&.c.cum liceat.ibi,p
pter segetes vel arbores plantandas,vel coniugia sociandа.& l.
multi.C.de malefic.ibi vitas in socium &c. probatur hoc.s.c.
pro.11.& 26.q.2.illud.ver.nam & ipsi.Huius solutionis ratio,
quia corpora cœlestia non possunt esse per se causa operatio
num liberi arbitrij,bene tamẽ possunt ad hoc dispositiuè incli
nare inquantũ imprimuntur in corpus humanum, & per con
sequens vires sensitiuas,quæ sunt actus organorum, corpora
lium,& quæ inclinant ad actus humanos. Et quia vt plurimũ,
homines has corporales passiones patiuntur seu sequuntur,&
sic actus disponunt vt plurimum secundum has inclinationes
cœlestium corporum:ideo de his astrologi quandoq; vera prę
dicant.Sed certum est & experimur, quod contra inclinatio
nem cœlestium corporum homo potest operari per rationẽ,
cui obediunt vires sensitiuæ,vt probat philosophus.1. Ethi.&
3.de anima.& facit.s.de sacra vnctione.ca.vno.vers.in vertice.
Concluditur ergo.q̃ is, quem corpus cœleste disponit esse gu
losum,vel luxuriosum,submissus rationi sobrius & continens
esse posset,& econtra.Quare hoc velle cõstãter asserere ex cor
poribus,cęlestibus verè superstitiosum est à demonis fallacia.
4 †Vnde scripsit Cassiodorus,in li.collationum, quod Crissius,
quidem inspiciens Socratem dixit:Oculi tui corruptorũ pue
rorum.Et cum discipuli Socratis vellẽt vlcisci illarũ magistro
cõuicium:Socrates ad illos, quiescite sodales quiescite sum &
.n.& me contineo.Ex his patet,quod exercentibus,vel exqui
rentibus,primum iudicium nulla sit pœna.In secundo locus,
sit pœnæ,& sic concordant,quæ videbanẽ contria hæc Io.†An.

1 *Plures non concordantes ad actum faciendum, quid agent.*
2 *Sors non fit in actis spiritualibus.*

ECclesia vestra. Si quæris, vtrum plures
electores possint vnum,
eligere de seipsis,distingue vt dixi suprà,de electio.
capitu.cum in iure.

Super eod.c. Si queris, quando plures volunt ad
mitti ad aliquem actum,& adinuicem
1 nequeunt concordare,quid iuris:distingue.†Aut quæris de plu
ribus procuratoribus, & tunc si in negotio electionis. dic vt
leg.& no.j.de elect.si quis iusto.lib.6.Si in alio negotio dic vt
leg.& no.s.de procu.si duo eo.li.6. Aut de pluribus alijs à pro
curatoribus:& tunc aut quæris,in negotio electionis, & tunc
dic vt legi.& no.s.de electi.quia propter.Aut in alijs negotijs,
& tunc aut discordatur,& super facto aut super iure:si super fa
cto tunc ei qui dicit incumbit probatio.ff.de probat.leg.ei in
cumbit.C.de proba.le. actor.6.q.vlti.actor.Si super iure tunc,
aut illa contrarietas respicit præiudicium alienum, & non di
scordantium,& tunc iudex ad requisitionem partis cui præiu
dicatur compellet eos ad concordiam venire.ff.de leg.1.l. hu
iusmodi.§.vltim.de leg.2.l.cum filius.§.varus.& de reg.iur.le.
nemo ex ijs.§.quoties,& sic potest intelligi insti.de satis.tut.§.
sinautem.licet quidam dicant q̃ ibi est speciale.Aut illa discor
dantia respicit præiudicium discordãtium tantum, & tũc aut
neuter ipsorum discordantium vult,facere fortunam iudicem
in ista discordia,& tunc concursu se impediũt, sic loquitur.ff.
de vsufruc.l.quoties ff.quibus mod.vsufru.amit.l.2.§.vlt. Aut
alter ipsorum vult actum illum fortunæ committere, & tunc
iudex ad requisitionem eius debet alium compellere vt ille
actus fortunæ vel forti committatur,sic intellige.ff. de iudi.l.
in tribus.cum.l.seq.& C.communia.de leg.l.si duobus.in prin
2 cipio. vbi Cyn.ista distinguit à ver. aut in alijs negotijs citra.†
Hæc tã sors seu commissio sortis nõ habet locum in spiritua
libus,vt patet hic & dixi.s.eo.c.1.Accur.C.vti possi.l.vna glo.
sed qualiter dicit,q̃ quando factum est incertum,non esse locũ
iudicio sortis,licet tunc,quando factum est certum sed ius in
certum.Sed Ber.etiam in terminis de quibus loquitur no. con
trarium.s.de proba.licet in glo.quandoque tamen ver.item si
constat quod placet Hostien.& Io.And.ibi,& Io.Andr.hic.

1 *Accusatus ab vno an pluries accusandus.*
2 *Vnus an possit plures accusare.*
3 *Plures an possint vnum accusare.*
4 *Instigator punitur de calumnia sicut accusator.*

¶ De collusione detegenda. Rubri.

SCripta. Si quæris, vtrum & quando potest,
quis pluries accusari, Distingue. Aut
quæris, quando vnus accusat vnum, aut quando
vnus accusat plures, aut quando plures accusant
1 vnum.†Primò casu scilicet, quando vnus accusat vnum, aut
de eodem crimine, & tunc siue vna lege siue pluribus puniа
tur,illud crimen non potest durante accusatione ab alio accu
sari:vt.ff.de accu.l.senatus.C.de accu.l.qui de crimine.in prin.
Aut de diuersis criminibus: & tunc aut ex vno facto proce
dunt,& tunc non potest accusatus ab eodem accusari,vt dicta.
leg.qui de crimine.sed à diuersis sic.vt ibi à contrario sensu: li
cet alij aliter sentiant.Aut ex diuersis factis procedunt, & tũc
potest accusari simul,& semel.vt.ff.de accu.l.libellorum.sed si
2 aliud.†Secundò casu,quando vnus accusat plures refert,aut ac
cusat de eodem delicto,& tũc potest etiam mille, vt.C.si reus
vel ac.mor.fue.l.1.fallit in accusatione adulterij.C. de adulte.l.
reos.& ff.de adulte.l.si maritus.§.1.Aut de diuersis delictis, &
tunc aut ex vno facto descendentibus,& non potest, vt in d.l.
qui de crimine.3.responso.secundum Petru.de bella perti. &
Cyn.ibi.Aut ex diuersis factis descendentibus, & tunc aut in
eodem libello,& coram eodem iudice & tunc non potest:vt.
ff.de accu.l.hos accusare.§.lege.Aut diuersis libellis, & coram
diuersis iudicibus,& tunc potest duos non tres accusare, nisi
suam vel suorum prosequatur iniuriam:vt.C.qui accusar. non
3 poss.le.cum rationibus.† Tertiò casu,quando plures accusant
vnum,tunc dicunt quidam aut plures veniunt obtentu vnius
officij,& tunc dic vt dixi suprà.de accu.c.de his. Aut non ob
tentu vnius officij,& tunc,aut plures accusant super vno cri
mine.& tunc si veniant simul eligitur idoneior.vt.ff. eod.le.si
plures.& no.Ber.Innocen.& Host.j.de purga,cano.quoties.Si
non veniunt simul,tunc nõ possunt plures accusare, sed vnus
accusat siue eadem lege,siue diuersis legibus puniatur. vt in di
ctis legibus senatus,& quæ de crimine.Aut plures accusant su
per diuersis criminibus,& tunc aut sunt diuersa crimina ex di
uersis factis procedentia,& tunc quilibet suo crimine accusa
re potest:vt.C.ad leg.fal.de plag.l.1.Aut procedunt ex eodem
facto, & tunc aut vnum se habet ad aliud tanquam genus ad
speciem,& tunc non possunt.vt in d.l.senatus. Aut se habent
vt excedentia & excessa,& tunc possunt.vt in d.l.qui de crimi
ne.2.responso.vbi Accur.& plenius Cyn.ponunt istam distin
ctionem.& adde quod dixi in d.c.de ijs.Et vide quod no.Lau.
Archidia.2.q.4.præuaricator.§.si plura.glo.hic adde quod legi
tur &c.vbi dicunt, quòd ibi habetur, quòd de pluribus, quis
quem accusare potest si ex eodem facto descendant. ad idem
facit.ff.ad turpil.l.1.§.si plura.Et hoc fortè verius, quam illud
quod dictum est.s.in secundo membro,maximè cum non oc
currat bona ratio diuersitatis inter crimina ex eodẽ facto, &
4 ex diuersis procedentia.†Et nota,quod in isto.capit.erat vnus
solus accusator,alij erant submittentes vel instigantes, qui in
cidũt in Turpillianum,sicut & accusator si in calumnia depre
hendantur.ff.ad turpil.l.1.§.incidit.& hæc intelliguntur.2. q.
tertio. Euphemium supra, de dolo & contu. cum dilecti, in
princip. secundum Goffre. hic & Ioann. Andre. post eum. &
Archidia.in d.c.Euphemium.

Super eod.c. In gloss:argument.quòd non liceat.Si
quæris,vtrum super criminibus sit li
citum transigere vel pacisci,distingue vt dixi supra de transа
ctio.capitu.fina.distinct.2.

1 *Accusationem remittens an iterum accuset.*

CRimina. Si quæris, vtrum & quando qui ac
1 cusationem intentatam remittit po
test de cætero accusare.†Distingue, quia interdum
quis admittitur ad accusandum vna consideratione
tantum,scilicet,quia est vnus de populo ratione publici inter
esse.Interdum admittitur duplici consideratione, vna,quia est
vnus de populo,& alia,quia sua specialiter interest ratione in
iuriæ sibi vel suis illatæ. Distingue ergo, aut ille qui renuntiat
accusationi,est talis qui admittitur ad accusandum vna consi
deratione tantum,& tunc iterato non poterit accusare,sic in
telligitur.C.qui.accu.nõ poss.leg.accusationem. Aut est talis,
qui admittitur duplici consideratione, & tunc aut renuntiat
accusationi quatenus potest sibi competere duplici conside
ratione, & tunc neutro modo potest de cetero accusare, vt
ff.de adulte.l.si maritus.2.§. si negauerit. & argument. dicta.l
accusationem. Aut renuntiat vna consideratione tantum:
& tunc alia consideratione potest accusare, sic loquitur.ff.
de sepulchro. violan.l. tertia. §. si is cuius.†Ex hoc probatur à
simili.ff.de suc.edic.l.1.§.quibus.& §.sed videndum.Ista distin
guunt Pet.de bella perti.& Cy.in d.l.accusationem. Sed quid

in dubio

in dubio glo. in dicto. §. sed videndum. dicit in simili quod in dubio videtur vtraque consideratione repudiasse, vt. ff. de acq. hære. l. in plurium. & l. nec is qui. §. hæres. & l. illud. idem Cyn. in l. allegata accusationem. dicens quod est notabile.

1 *Sententia per collusionem lata non tenet.*
2 *Colludere in criminali causa non licet.*

IN tantum. Super glo. pe. cum ista glo. concordat, quod not. Archidia. 2. q. 3. si quem pœnitet. super verbo collusio, & super accepit. † vbi etiam dicit quod non tenet sentẽtia per
1 collusionem lata vt ibi. & ff. eo. l. cum non iusto. & idem Goff. & Phil. hic, Et not. q̃ si actor deficit in probatione nihilominus procedet Papa saltem ad purgationem indicendam. ẽ. de accusa. licet. j. de purg. c. ex tuarum. Item no. q̃ collusio est prohibita in causa criminali, nisi in causa sanguinis, & pro conuicto habetur. ff. de præua. l. vlt. nec potest postea accusare. ff. eo. tit. l. præuaricator. † Vnde in criminibus non possunt colludere
2 & desistere nisi abolitione impetrata. Crimina enim semel audita. & c. supra. eod. c. 2. secundum Vin. hic & Arch. ibi.

Super eod. c. Ad euidentiam gl Inno. hic. Si quæris vtrum cum alicui competunt plures actiones, vna intentata possit aliam intentare. Distingue, vt dixi supra de ordin. cog. cum dilectus. di. 1. Et istam gl. Inno. ponit Ioan. And. supra de relig. do. c. cum dilectus. in fi.

¶ De delictis puerorum. Rubrica.

1 *Infans non peccat, nec delicto tenetur.*
2 *Pubes sine dolo delinquens obligatur, sed restituitur.*
3 *Pubes dolo delinquens de crimine tenetur.*
4 *Ignorantia iuris naturalis non releuat minorem.*
4 *Doli capax quis dicatur.*

DEveris. Si quæris, vtrum, & inquibus minor peccare possit, & in quantum peccatum ipsius puniatur. Distingue, † Aut est minor doli capace, & talis peccare non potest, nec tenetur ipso iure, vt. ff. de rei vendi. l. quod infans. ff. de iureiurand. l. qui iurasse, & hic quando dicit grandiculis, à contrario sensu & extra de homicid. capitu. vnico in clementi. Nam ætas illa ignorat, quid agit. de conse. distin. 4. eos. C. de fal. mone. l. 1. insti. de inuti. stipul. §. populi. ff. de arb. l. diem proferre. §. si quis litigatorum. ff. de iniurijs. l. illud de ædil. edict. l. cum autem. §. excipitur. Et hoc tenet Hostien. j. de senten. ex commu. cap. 1. super verbo excusat. Sed hic dicit Hostie. quod puer non doli capax potest irregularitatem contrahere si ludendo proijciat lapidem vel cultellum & aliquem occidat. est enim ex hoc irregularis etiam si non habuit animum occidẽdi, quia non voluntas sed factum attenditur. 15. q. 1. c. fi. Dicit tamen tale homicidium dispensatione dignum, cum cẽseatur, quasi casuale, nec distinguitur an dederit operam rei licitæ, vel adhibuerit diligentiam, ex quo nõ discernit. Sed. Io. And. in d. c. vnico. super verbo infans. dicit q̃ hoc ibi reprobatur, quod credo, licet ibi loquatur solum de infante, quia talis quo ad
2 hoc furioso vel dormienti potest merito comparari. † Aut est doli capax seu maior doli capace & tunc refert, aut delinquit ob culpam vel negligentiam non ex proposito animi seu dolo, & tunc mero iure obligatur, sed tamen, restitutionem petere potest, siue ciuiliter conueniatur siue criminaliter accusetur: vnde tunc subueniatur ei vt in nihilo teneatur. vt. C. si aduersus delict. l. 1. Sed fallit in casu, vbi ipso iure non tenetur scilicet, quando mater minor non petit tutorem filio suo.
3 C. si aduersus delict. l. 2. in fi. † Aut delinquit dolo ex certa sciẽtia, & tunc aut conuenitur ciuiliter, & tunc non iuuatur. ff. de minori. l. si ex causa. §. si in commissum. & de fur. l. impuberem nisi vt pro confesso vel transacto habeatur. vt. ea. l. si ex causa. §. nunc videndum. Hoc est dictum, quod si sit casus in quo confiteat, non teneat nisi in simplũ, & si neget, duplũ, vt in actione Aquil. maluerit negare: & in hoc solo restituitur q̃ pro confesso habeatur. Item si potuit transigere maximè in negocio siue actione pœnali restituitur, vt habeat pro transacto pro tanta summa quanta transigere potuit, q̃ si certa summa nõ apparet accipietur, & æstimabitur arbitrio boni viri, qua verisimile est eum transigere potuisse, nec efficitur infamis cum auctoritate iudicis fiat transactio; vt. ff. dẽ his qui not. infa. l. furti. §. qui iussu. Aut conuenitur criminaliter, & tũc aut delictum est atrox: & tunc non subuenitur ei nisi quatenus miserutio ætatis perduxerit iudicem ad mitiorem pœnam ei imponendam. Aut delictum est atrocissimum, vt in crimine læsæ maiestatis. l. Iulia. Adulte. & fi. & tunc in nihilum ei subuenitur. ff. de minori. l. auxilium. §. in delictis. & hoc not. per Accurs. in dicta. l. si ex causa. §. nunc videndum & plenius. ff. de regu. iuris. l. fere in omnibus. & per Hostien. in summa eo. titu. §. qualiter. & p. Archid. 17. q. 1. qui bona. in magna glo. ⁊. colum. versi. in maio-
4 ri autem doli capace &c. † Et de hoc aliqualiter not. per Berna. ẽ. de apost. c. 2. glos. argu. q̃ ætati &c. vbi dicit Goffre. & Ioan. Andr. post eum q̃ licet ignorantia iuris ciuilis excuset minores. ff. de iuris & fact. igno. l. regula. §. 1. illud tamen non habet locum in articulis fidei, vel sacramentis, vel iure naturali. C. de in ius vocan. l. 2. in his enim par vicium est decipere, & decipi. 16. quæstio. 1. si cupis. & de hac materia not. j. de sententia excom. c. 1. glo. 2. & per Pet. de bella perti. & Cy. in dicta. l. 1. C. si aduersus delict. Et not. secundum Hosti. hic q̃ impubes res non debent admitti ad iurandum. 22. q. 5. & c. paruuli. Si tamen iurauerint & postea contrauenerint, & erãt doli capaces deierant. ff. de libe. cau. l. vlti. Secus si doli capaces non essent, quia tales delinquere non possunt. ff. de iureiuran. l. qui iurasse.
5 & in dicto capit. illud. † Item nota q̃ doli capax est quando magis appropinquat pubertati futuræ, quam infantiæ præteritæ, & hoc contingit in masculo quando habet decem annos & dimidium & vltra aliquantulum: in fœmina cum habet nouem, annos & dimidium & vltra aliquantulum. ita nota. in dicto. §. pupillus. institu. de inutili. stipula. & ff. de reg. iuris. l. pupillum. & idem not. Gemi. j. de homici. c. vnico. super verbo infans. in clem. Sed Hostien. ẽ. de homici. exhibita. dicit, q̃ quo ad delicta doli capax est. qui scit distinguere bonum à malo. idem tenet in summa, eo. tit. dicens q̃ maior septem annis delinquere potest quo ad Deum & spiritualiter puniri. Cuius opinio approbat Archidia. in d. c. alleg. illud. in glo. 2. 15. q. 1. quod videtur verius. Fallit tamen in peccato carnis in quo quis masculus non præsumitur doli capax ante. 14. completos: nec fœmina ante. 12. annos: immundicia enim carnis ante hos annos non præsumitur, vt hic secundum Inno. & Host. licet Gregorius, in dialogo narret quod quidam puer nouem annorum impregnauit nutricem suam, vt no. Host. supra de despon. impub. c. puberes. in fine & hic. Sed hoc raro contingit, & ideo non curandum. ff. de legibus. l. nam ad ea. secundum Hostiens. & vide quod not. glos. 4. q. 3. c. 1.

1 *Venationis species.*
2 *Venatio violenta, prohibita.*
3 *Adulatio illicita est, & infamat.*
4 *Adulatio fit triplici iter.*
5 *Arenaria ars laicis permititur.*
6 *Arenaria ars clericis interdicta.*
7 *Venatio non debet fieri festis & ieiunialibus diebus.*
8 *Venatio clamosa & quieta laicis permissa.* 10.
9 *Venatio clamosa clericis interdicta;*
11 *Venatio quieta clericis permissa.*
12 *Religiosis venari non licet.*
13 *Pœna clerici venatoris*
14 *Monitio trina præcedat vindictam.*

¶ De clerico venatore. Rubrica.

EPiscopum. Si quæris, quot modis dicatur venatio, & vtrum venatio sit licita & permissa: & quæ sit pœna clerici venatoris, distingue. † Aut quæris de primo. ⁊. quot
1 modis dicatur venatio. & dic quod quatuor modis sẽm Ber. Abb. & Host. hic. in su. eo. ti. §. quot modis. Quædam. n. dicitur oppressiua siue violẽta hominum vnde Gen. 3. & 11. c. transumptiuè legitur. 6. distin. non est peccatum. §. ijs. ita. in fi. Cepit Nenroth robustus esse venator corã domino. i. hominum oppressor & extinctor i, permittente domino. Alia est. n. adulatoria, quæ fit ab histrionibus & similibus, quoties cã placẽdi dicunt bona de aliquo ipsum falso cõmẽdando vt in iuribus. j. alle. Tertia est arenatoria. ⁊. cũ qs recipit salariũ, vt in arena pugner cũ bestijs feris: vt. ff. de postul. l. 1. §. itẽ senatus, & §. bestia. 3. q. 7. c. infames. §. alij. ver. vel q̃ operas. Quarta dr̃ aucupatiua, q̃ faciunt hoẽs cũ canibus vel auibus ad bestias vel ad aues, vt hic & in iuribus. j. alle. Aut quæris de secũdo. ⁊. vtrũ
2 venatio sit licita & permissa, vel nõ: & tunc † Aut quæris de prima, scilicet de hoẽum oppressiua, & hæc est omnino illicita. vt in dicto.

in dicto. §. ijs ita. 6. distinctio. secundum Ber. quod verum secundum Hostien. in bello iniusto quod dic vt legi. & no. ẽ. de iureiuran. c. sicut. &. j. eod. tamen licita in bello iusto, vt in. d. §. ijs ita &. ẽ. de hære. excommunicamus in primo. §. si vero do
3 minus temporalis. † Aut quæris de secunda scilicet de adulatoria, & hæc semper & omnibus illicita est & infamat. 86. dis. qui venatoribus. 46. distin. sunt nonnulli. &. 6. quæstio. 1. sunt plu-
4 rimi. & de hac no. gloss. 25. distin. §. alias. gl. penul. † Dicens quod tribus modis adulatur quis, aut attribuendo alicui bonũ quod non habet, vel nimium extollendo bonum quod habet, & vtrũque istorum est veniale vt ibi in fi. & 22. q. 2. primum. vel approbando malum quod habet & illud est mortale. 11. quæstio. 3. ve. qui dicitis. & capit. nemo peritorum. secundum Archidiaco. ibi repellit à promotione. vt. 46. dist. sunt in nonnulli. &. ca. clericus. Per quæ capitula dicit Hostie. in sum. de excess. prælato. ad fi. quod adulatio in clericis capitale crimen est dicit etiã Io. And. hic quòd naturale est adulatoribus fauere. vnde Seneca: velimus nolimus adulatoribus nostris fauemus. Ouidius de arte amandi, delectant etiam castas præconia famæ. Et Hier. ad Eustachium, naturali ducimur malo & adulatoribus nostris libenter fauemus. Aut quæris de tertia. ⁊. de arenatoria, & tunc aut quæris vtrum sit permissa laicis aut vtrum clericis. Si laicis, tunc aut laici pro hoc pecuniam recipiunt, & tunc non, sed
5 sunt infames. † Aut non recipiunt, sed hoc faciunt causa virtutis exercendæ, & tunc est permissa, nec sunt infames, vt in dicta. l. 1. §. item senatus. &. §. bestia. 3. quæstio. 7. c. infames. §. alij. ver. vel qui operas. saluis torneamentis quę prohibentur. ẽ. de
6 tornea. c. 1. † Si queris de clericis tunc dic quod est omnino interdista. vt patet in eo quod leg. & no. ẽ. de cleri. pug. in duel. c. 1. &. 2. secundum Host. Aut quæris de quarta scilicet de aucupatiua, & tũc aut quæris de venatione saltuosa seu clamosa, aut de quieta seu recreatiua. Si de clamosa quæ in saltu vel nemore fit, hominum, canum, & auium multitudine congregata: tunc
7 † aut quæris nunquid est omnibus interdicta tempore quadragesimę & ieiuniorum seu præcipuarum festiuitatum de quibus ẽ. de fer. c. 1. &. c. fin. quibus homines debent conuenire in ecclesia, & orare, & dic quod sic, siue sint clerici siue laycі. vt. 86. disti. qui venatoribus. versi. item amputatis. de conse. disti. 3. irreligiosa. & distin. 5. ieiunia. secundum Hostiẽ. Fallit vbi necessitas famis vrgeret, vel si apri vel vrsi vel aliæ bestię venirẽt vastare segetes & vineas. vt. C. de fer. l. 2. secundum fratrem Io.
8 qui hoc not. in sum. confes. hoc titu. quæst. 1. vers. de hoc. † Aut in alijs diebus ferialibus vel non ferialibus, & tunc laycis est cõcessa. argumen. ff. de acquiren. re. do. l. naturalem. &. l. Pomponius. de vi. pu. l. 1. institut. de rerum diuisi. §. ferę igitur bestiæ.
9 † Clericis vero est omnino interdicta. ẽ. ne cleri. vel mona. cap. 1. §. fina. versic. canes. j. de censi. cum apostolus. versicu. nec cũ
10 canibus. & hic &. j. c. proxi. † Si de quieta seu recreatiua puta cũ retibus, laqueis & canibus cum silentio & modestia, tunc aut quæris de laycis, & illis est permissa. Aut de clericis, tũc aut fit causa voluptatis, vel vagationis vel nimis frequenter, & tũc est
11 eis interdicta vt hic. † Aut aliquando causa necessitatis vel vtilitatis, & tunc est licita vt hic innuit à contrario sensu, vt si fiat forsan ad excitãdum calorem naturalẽ, vel etiam appetitum, argument. ẽ. de homici. dilectus. de iureiuran. & si Christus. §. penulti. de conse. distin. 5. sint tibi ieiunia, 1. &. 2. Saluo eo quod secundum Dama. & Tã. & quasi omnes Episcopo omnino est interdicta. 34. distin. c. 1. hic tamen innuitur contrarium quia nõ magis prohibetur Episcopis venatio quã alijs seruis Dei: salua pœna de qua statim loquitur secundum Hostien. hic et in summa. eo. titul. §. quæ & quibus. ver. item causa vtilitatis. vbi dicit quod in. d. c. 1. non dicitur quod ille Episcopus venator esset tantummodo, sed etiam incontinens & circa Episcopalia deses & negligens, nec de spiritualibus in aliquo curabat, vt apparet ibi nulla grauitate morum &c. & sic ecclesia sub eius regimine periclitabatur. Dicit etiam Host. in dicto. §. quę & quibus. in fi. &. j. cap. proxi. & arg. illius literæ siluaticas vagationes &c. à contrario, quòd si redditus nedum laicorum sed clericorum & etiam religiosorum in venatione cirogrillorũ siue cunieulorum sicut in partibus prouinciæ vel aliarum ferarum inclusarũ in pratis, sicut est in partibus Franciæ & Angliæ pro magna parte consistunt, licet eis etiam in proprijs personis saltem si familia deficiat, venationem suam recolligere & vendere, dum tamen hoc faciant tẽpore competenti, quia hoc non est vagari sed necessitati vel saltem vtilitati ecclesiæ prouidere, ad quod vnusquisq; clericus est astrictus, vt patet. 7. q. 1. præsentium, &. c. placuit vt nemini. 16. q. 1. qui vere. ibi & neq; cõmunicare ecclesiasticas &c. &. c. nos aũt. ibi, si qua opera &c. &
12 ibi nec nostrum occasioni &c. secũdum Hosti. † cuius dictum corrigitur quo ad religiosos qui licet saltus, viuaria, vel garenas proprias habeant vel ius venandi in alienis, non tamen possunt intra monasteria seu domos quas inhabitant, aut eorum clausuras venaticos canes tenere, nec venationi exhibere præsentiam corporalem, vt probatur extra de statu mona. c. ne in
13 agro. §. porro. in cle. quod dic per Ioan. An. & Gemi. ibi. † Aut quæris de tertio. ⁊. quæ sit pœna clerici venatoris, & tunc si sit Episcopus tribus mensibus à communione, si presbyter duobus, si dyaconus ab omni officio suspenditur, vt hic, & secundum hoc plus punitur minor quam maior quod est contra illud. 19. dist. nulli. 40. distinct. homo Christianus. ẽ. de iureiur. cum quidam. Solu. dicit Bernar. hic & alij magistri communiter, quod non est verum imo maior intelligitur pœna quæ hic imponitur Episcopo vel presbytero propter maius scandalũ. Nam sicut ex persona iniuria cõsideratur & iudicatur magna vel parua, sic & pœna argu. instit. de iniur. §. atrox. Sed Hosti. dicit quod hæc solutio sit ad nomen, nam secundum ipsam deberet suspendi Episcopus duobus mensibus, & presbyter tribus, sed tamen econuerso est hic. Dic ergo quod minus punitur dyaconus quam prædicti, veritate considerata, nam in Episcopo & presbytero certum tempus trium & duorum mensium apponitur, vnde cum ipsis citra tempus non dispensabitur. cum dyacono autem cum nullum tempus præfigatur intra duos dies vel tres, vel quando placuerit poterit Episcopus dispensare. argumen. ff. de iure deliberan. l. 1. in fine. &. ẽ. de officio delegati de causis. in fine. secundum Hostiẽsem & Abbas. hic, & Asten. lib. 6. tit. ne clerici vel monachi. articulo. 3. vbi tractat de ista materia. Sed Ioan. Andre. dicit quod per hoc non cessat contrarium, quia Episcopus suspenditur tribus mensibus à communione tantum presbyter vero duobus ab omni officio, dyaconus simpliciter, & secũdum hoc manet solutio Bernardum. secundum eum: quid de sub diacono, idem quod de diacono, argument. suprà de seruis non ordinar. mirarur. quid de alijs clericis inferioribus: respondeo cum nulla certa pœna apponatur, arbitrarie punientur, vt dicto capit. de cau
14 sis. † Et tamen in omnibus trina monitio præcedat vindictam 12. quæstio. 2. indigne. secundum Hostien. hic & in summa eodem titu. quę pœna. secundum Ioannem Andream, idem cum primis intelligendo, quod hoc verbum à communione nõ reperiatur in presbytero & diacono. Et rationẽ quare non licet monacho venari sed bene piscari, vt de consecratio. distinctio. 5. nunquam. vide per Hodiẽsem in dicto. §. quæ & quibus. vbi dicit quòd ratio est, quia venatio fit cũ clamore, piscatio cum quiete, vel quia maior delectatio & dissolutio est in venatione, quam in piscatione, venator enim currit per deuia sicut dyabolus cum ducit animam captiuam secundum Raynerium Goffredum & Hostiensem.

1 *Percussionis diuisio.*
2 *Prædicatio continua reprobatur.*
3 *Prædicatio quomodo facienda.*
4 *Percussio peccati inducit.*
5 *Castigare quos licitum est.*
6 *Percussoris pœna.*

¶ De clerico percussore. Rubrica.

SI quis in aliquo. Si quæris, vtrum & quę percussio sit licita & permissa, & qua pœna puniantur clerici percussores, distingue, Aut quæris de primo, scilicet,
1 vtrum sit licita & permissa, & tunc refert. † quia duplex est percussio, scilicet spiritualis, & corporalis. spiritualis est duplex, quia quædam percussio dicitur prædicatio continua, inutilis, vel indebita, & prolixa, quia est tempus tacendi, & tempus loquendi ideo debet prælatus cauere quòd nec multum taceat, nec loquendo superflua dicat. 43. dist. sit rector. &.
2 c. dispensatio. &. §. seq. &. 8. q. 1. oportet. † Vnde percussor dicitur qui sermone inutili corda audientium ferit, vt colligitur. 45. distinct. sane. j. de sen. excom. cum volũtate. vnde indebita est prædicatio, si exponat grammaticam populo. 86. distinctio cũ multa. & talis percussio est reprobata, vt iniuribus allegatis.
3 † Alia percussio dicitur precatio vtilis & compendiosa, nam prælatus debet consilium Dei annuntiare. 43. distinctione. Ephesijs. & ꝓponere ante oculos hominũ iudicia Dei, & terræ cruentas conscientias, & pœnitẽtiam suadere. 2. quæstio. 1. si peccauerit. & sicut dicit Aug. turba iniquorũ cũ facultas est in populis

in populis promerendi sermone generali obiurgatione ferien
da est, & maxime si occasionem atq; opportunitatem præbue
rit aliquod flagellum domini quo appareat eos pro suis meri
tis vapulare. 23.q.4. non potest. nec aliquem nominabit. 8.q.2.
quid autem. in fin. Ibi ego neminem nomino conscientia sua
vnumquemq; conueniat. In quibus omnibus datur intelligi
quanta in prædicatione sacerdotis debet esse discretio, quæ si
forte tacuerit quasi torto naso indignus sacerdotalis officij iu
dicatur. 43. di. ca. dispensatio. §. fi. & talis vtilis, & compendiosa
4 est licita, & permissa. † Percussio vero corporalis est illa, quæ
sit manu, vel pede, vel capite, vel cubitu, vel pectoris siue hu
meri, impulsu, vel cũ lapide, vel baculo, vel alio genere armo
rum; quæ si ex malitia vel odio fiat peccatum est. 45. dis. cum
beatus. & hic non excusatur quis si dicat ludens feci. ẽ. de præ
sum. c. 1. ff. ad leg. aquil. nam ludus, hęc tamen ex personis, ver
bis, tempore, & qualitate facti arbitrabitur bonus iudex. Nam
& si quis socialiter & exludo percutiat non delinquit. ff. de in
5 iur. illud. † Vnde omnibus magistris, prælatis, & dominis, & se
nioribus, clericis, & consanguineis licet discipulos inobedien
tes, subditos, minores, propinquos, in minoribus ordinibus cõ
stitutos, & adolescentes diuina officia perturbãtes, vel alias de
linquentes leuiter corrigere, & bonis operibus, & moribus in
formare. j. de sententia excommunicationis. cum voluntate.
§. vlti. & in. d. c. beatus. 35. distinctio. ante omnia. Alias autem
illos vel alios non licet percutere sine metu excommunicatio
nis. 17. q. 4. si quis suadente. quod dic vt not. Hostiensis in sum
ma. e. ti. §. 1. & 2. Vnde persona ecclesiastica specialiter Episco
pus debet esse patiens, vt sequatur eum qui dorsum posuit ad
flagella. Matth. 17. 45. dist. c. 1. qui cum percuteretur nõ reper
cuciebat, cum maleciceretur non maledicebat, cum pateretur
non cõminabatur. 1. Petri. 2. c. 45. di. c. Episcopum. ad idẽ. 2. ad
Thimote. 4. c. & recitatur. 45. dist. ca. 1. prædica verbum, insta
oportune, importune argue, obsecra, increpa cum omni paciẽ
tia, & doctrina. Aut quæris de secundo. s. quæ sit pœna clerici
percussoris, & tũc, aut quæris de percussione spirituali, & tũc
aut de licita & permissa, & illam pœnam non meretur. C. ad le
gem Iulia. de adulterijs. gracchus. Aut de illicita, & tunc si sa
piat hæresim, est vt contra suspectum de hęresi cõtra eum pro
cedendum. ẽ. de hæreti. capi. 1. & per totum. si non, ad arbitriũ
superioris punietur: arg. ẽ. de officio deleg. ca. de causis. in fine.
Aut de percussione corporali, & tunc si sit licita pœnam non
6 meretur per. l. gracchus. † Si illicita tũc si percussus sit clericus
percutiens est excommunicatus. 17. quæst. 4. si quis suadente.
j. de senten. excom. per totum. Vltra vero illam pœnam, vel si
sit laicus percussus, aut delictum percussionis cadit in speciale
nomen delicti vt homicidij, parricidij, vel similis, & tũc pœ
na illius delicti locum habet, & vna cum hoc pœna dispositio
nis si inde mors sit secuta cum sit irregularis. ẽ. de tempori. or
di. capitu. quæsitum. de accusatio. inquisitionis. de homicidio.
capi. 1. & per totum. Aut non cadit in speciale nomen delicti,
& tunc aut percussio est talis quæ infert irregularitatem, pu
ta, quia interuenit abscisio, vel mutilatio membri, & tunc est
deponendus. ẽ. de cle. pug. in duel. c. 1. de cle. excom. mi. ca. 1. 2.
3. & 4. 51. distin. qui in aliquo. 55. dist. si euangelica. Et alias ex
traordinarie ad arbitrium iudicis puniendus. vt in. ca. alleg. de
causis. in fin. Aut non infert irregularitatem, & tũc vide quod
no. Hostien. in sũm. eodem. tit. §. quæ pœna. vbi dicit quod per
cussor prohibetur per Apostolum ordinari. 55. distinctio. per
totum. Et si quis aliter quam cõcessum sit sæpius aliquem vel
aliquos percusserit, quamuis mors secuta non fuerit, si mo
nitus se non correxerit, deponitur. vt. 55. distinctio. capitu. 1.
& capitu. vlti. & hic. quod verum secundum Innocen. hic qui
sępius & consuetudine percusserit, secus si semel. vt in. d. cap.
si euangelica. 55. distinctione.

1 *Miles qui sæua exercuit non promouetur.*
2 *Miles qui sæua non exercuit promouetur.*

Continentia. Per istud. ca. cum ijs quæ no.
in glos. fi. videtur quod miles
non possit promoueri. & ar. 19. quæstio. 3. monaste
rijs. sed illud intellige de eo qui irregularitatem con
1 traxit. vnde circa hoc distingue. † Aut miles sæua exercuit, vt
quia irregularitatem contraxit. vt in dicto capit. monasterijs,
vel quia sæpe inter fuit bellis illicitis, & per eũ non stetit quin
occiderit, licet non occidat, & tunc promoueri non potest
propter ambiguum duplicitatis. 23. q. 5. excommunicatorum
2 secus si bellum esset licitum secundum Laur. † Aut non exer
cuit sæua, & tunc non impeditur promoueri. vt. 54. di. legem.
sed si in bello licito interficeret non promoueretur. 15. q. 1. c.
vlt. vt hoc no. glo. & Arch. 51. dis. si quis post. & adde quod no.
ẽ. de homicid. petitio. Vnde Ala. Gof. Ber. & Abb. intelligunt
quod hic iste accolitus poterit dispensatiuè ad subdiaconatus
ordinem promoueri & non vltra. Sed Host. in hoc contra di
cens quod poterit promoueri vltra, puta ad dyaconatum &
presbyteratum, & sic valeat altaris ministerium &c. & sic bul
la dispensatione indiget cũ in nulla culpa reperiatur, & conscien
tia ipsum non remordeat. & in dubio sit suæ conscientię relin
quendus, licet si dubitet tutius sit abstinere. ẽ. de homic. cap.
significasti. 2. & capit. exhibita. & capit. petitio. alias hoc quod
dicit altaris &c. nihil, adderet quod esse non debet. argu. in eo
quod legi. & not. j. de priui. ex ore. & in hanc partem videtur
Ioan. And. inclinare.

¶De maledicis. Rubrica.

Innotuit. Ad declarationem glos. f. secundæ. Si
quæris vtrum aliquis possit esse iu
dex in causa sua. Distingue vt dicam infra de verbo
rum signific. ex parte prima.

1 *Maledicorum genera tria.*
2 *Maledicens ex pertinacia punitur.*
3 *Maledicens ex leuitate veniam meretur.*
4 *Maledicens ex infamia miseratione dignus.*
5 *Maledicens papæ, grauiter puniendus.*
6 *Maledicens imperatori, ad eum mittendus.*
7 *Moliens quicquam in principem læsæ maiestatis. tenetur.*
8 *Maledicens suo superiori, arbitrarie puniendus.*
9 *Coniurans in superiorem suum decapitandus.*
10 *Maledicens priuato, extraordinarie puniendus.*
11 *Detractores homicidæ iudicantur.*
12 *Maledictio, peccatum est.*
13 *Peccata ex affectu pensantur.*
14 *Delinquens in pluribus plures pœnas sentit.*
15 *Punitus sufficienter, iterum non puniendus.*
16 *Non punitus sufficienter iterum puniendus.*
17 *Pœnitentiæ sunt arbitrariæ.*

Statuimus. Si quæris quot sunt genera ma
1 ledicorum, seu blasphemãtium
& qualiter quodlibet genus puniat, distingue. † Aut
quæris de primo. s. quot sunt genera maledicorum
vel blasphemantium, & dic secundum Host. in sum. eo. titu. §.
quot sunt genera, quod tria. Alij enim maledicunt seu blas
phemare præsumunt Deum, vel sanctos eius, vt hic. alij perso
nas hominum, alij facta ipsorum, vt. ẽ. c. proxi. & C. si quis im
pera. maledixerit. l. vna. Aut quæris de secũdo. s. qualiter quod
libet genus puniatur, & tunc aut quæris de maledicẽte vel blas
phemante Deum, & sanctos eius, & tunc aut verbo tantum,
2 aut facto. si verbo, tunc † Aut quis maledicit ex pertinacia & de
liberatione, & tunc punitur, vt hic dicitur. Et quod dicitur de
blasphemia in spiritum sanctum Math. 12. qui autem dixerit
contra spiritum sanctum non remittetur. verbum non re
mittet sibi neque in hoc seculo neq; in futuro. & Mar. 3. Qui
autem blasphemauerit in spiritum sanctum non habebit re
missionem in æternum. & recitatur. 25. d. c. qualis. & de pœni.
dis. 1. §. potest etiam. secundum Ber. intellige quod non ita de
facili remittãtur sicut alia peccata de quibus ibi, vnde iste ca
sus est de pęnitentialibus casibus Episcopo reseruatis, de qui
bus. j. de pe. & c. c. si Episcopus. li. 6. quod verum secundũ Host.
hic de publico, occultum, aut presbyter absoluere potest secũ
3 dum eum & Ioan. An. post eum. † Aut ex necessitate vel leuita
te, & tũc veniam meretur. vt. 2. q. 3. paulum. & c. c. si quis iratus.
§. 1. & §. notandũ. talis enim venialiter peccat. vt. 25. di. §. alias.
4 in fin. † Aut ex insania, & tunc miseratione dignus est. vt. C. si
quis impera. maledixe. l. vnica. & hoc no. Io. 14. q. 3. c. cũ quo.
glo. fi. cum quo concordant Gof. & Abbas hic. & Archi. 23. q.
5. c. quid ergo. glos. fina. dicentes, quòd si quis calore iracundię, vel ex ebrietate, vel dementia linguam contra Deum pu
blicè relaxauerit, benignius agitur cũ ipso blasphemante quam
contineat hæc decre. vt in. d. §. notandum. C. de rebus cre. l. 3. si
quis imper. maledixe. l. vna. de iniur. l. si non conuitijs. Intelligi
tur enim hoc quod hic dicit cum ex deliberatione hoc faciat.
Et tunc refert secundum Host. in. d. §. quod sunt genera. quia
alij maledicunt principem, alij superiorem suum cui subsunt
tanqm domino, alij æquales sibi vel inferiores, vel superiores
non respectu subiectionis, sed respectu nobilitatis morum,
scientiæ,

scientiæ, dignitatis, vel diuitiarum. Aut ergo quæris de illis qui
maledicunt principem, scilicet ecclesiasticum. i. romanum pon
tificem, qui sanctus præsumitur donec cõtrarium constet. 40.
dist. ca. 1. ibi quis enim sanctum dubitat esse quod apex tantæ
dignitatis attollit. vel secularem, id est, imperatorem, nam hi
duo sunt, & tunc aut maledicunt verbis tantum, aut blasphe
mant de facto opponendo se & moliendo in eos, si verbis tan
5 tum. † Aut quis maledicit principi ecclesiastico, dicendo publi
cè aliqua verba in depressionem officij sui & beneficij, puta di
cendo quòd Papa faciebat multa de quibus non habebat pote
statem, vel quod non erat dignus papatu, vel quòd dedecora
bat ecclesiam romanam, quod non bene dispensabat, quòd gra
tias vendebat, quod symoniacus erat, & tunc arbitrariè puniri
debet per iudicẽ proprium si clericus sit, taliter quòd eius exẽ
plo cæteri territi contra ecclesiam romanam decetero nõ pro
rumpant, vt. ẽ. c. proxi. idem credo & de laico, quia nemo prin
cipi suo detrahere debet. vt. 23. q. 1. paratus. quod intellige cũ
distinctione quæ sequitur, vtrũ hoc dicat ex leuitate, vel ex in
sania, vel ex deliberatione. Aut maledicit imperatori, dicen
do eum perfidum, atrocẽ, vel iniustum, vel quid simile, & tũc
si ex leuitate processit, contemnendum est. i. despicendum, &
pro contemptu puniendus est: quia vt dicit lex lubricum lin
guę non est de facili, ergo aliquando ad pœnam trahẽdum, vt.
ff. ad leg. Iul. maiest. l. famosi. sed si ex insania siue furore subau
di non ficto sed vero hoc dicit, tunc est miseratione dignissi
mus. ff. de offi. prę si. l. diuus. de pœnis. resipiendũ. & de re mi
6 li. l. omne delictum. §. fi. † Sed si ex deliberatione habita hoc di
cit, tunc est remittendus ad principem qui perpendet ex qua
litate personarum, vtrum crimen prætermittendum sit, an ex
quiri debeat, & puniri sic intellige. C. si qs impera. maled. l. vna.
Et eodem modo dic de maleficio Papæ, hoc excepto, quod nõ
remittitur ad Papam, sed iudex hoc æstimabit. vt. ẽ. c. proxi. &
de transc. fin. secundum Host. & no. quod qui reiterat conuicium seu iniuriam non præsumitur ex calore iracundiæ sed ex
deliberatione dixisse. argumentum. C. ad vellejanum. l. si mu
lier. vt hoc not. Ioan. 2. quæstione. 3. c. si quis iratus. glos. f. fin.
Potest etiam dici quod lex locum habeat quãdo priuatim ma
ledixit, sed hæc decret. quando publicè, nam in publico non
est ludendum tali ludo, maximè inter laicos qui ecclesiæ roma
næ & clericis opido sunt infesti. 2. q. 7. laici. j. de immu. eccle. c.
clericis. Vnde ex hoc punitur clericus etiam si dicat hoc luden
do, quamuis laicus non puniretur. vt in dicta. l. vna. quia nõ de
bent præbere laici malum exemplum. j. de excess. prælatorum
quam sit graue. ẽ. de iureiuran. cum quidam. & secundum hoc
potest exponi. ẽ. cap. proxi. ibi vt pœna illius. s. clerici maledici
alijs. s. clericis & laicis terrorem &c. vt. ẽ. de iudęis. ad liberan
7 dum. de cal. c. 2. † Si quæris de illis qui blasphemant seu delin
quunt facto, opponendo se, & moliendo contra principes, tũc
dic quod tales incidunt in. l. iul. maie. ff. ad. l. iul. maie. l. 1. 2. & 3.
& per totum. 79. di. si quis Papa. 6. q. 1. si quis cum militibus. &
j. de pęnis. c. felicis. li. 6. extra de pęnis c. si quis suadente. in cle.
8 † Si quis maledicit alium superiorem suum cui subest tanquã
domino, quod faciendum non est siue sit dominus spiritualis,
siue temporalis, vt. ẽ. de maior. & obed. omnes. de cẽlibus. om
nis anima. 23. quæstione. 1. paratus, & maximè cauendum est
de spiritualibus, quia dijs, id est sacerdotibus non detrahes. ẽ.
de maio. & obe. solite. de hęre. cum ex iniuncto. & de vtroque
habes. 24. quæstio. 5. c. regum. §. ipsis autem principibus. & c. ca.
9 seq. tunc talis arbitrarie punietur. † Sed si facto coniurationem
faciendo vel consilium, vel auxilium inimicis dando, degrada
tio sequi debet siue decapitatio, maximè si eũ percusserit. 11.
q. 1. conspirationum. & c. coniurationum. Dicit etiam quod si
clericus contumeliam, aut conuicia Episcopo intulerit degra
datus incontinenti traditur curię seculari. 11. q. 1. si quis sacer
10 dotum. † Si quis maledicit aliquem alium non superiorem suũ
quemcunq;, verbo vel facto, quod non est faciendum. 6. q. 1. ex
merito. & duobus. c. seq. vnde in psalmo centesimo: misericor
diam & iudicium detrahentẽ secreto proximo suo, hunc pro
sequebar. 23. q. 4. nimium. & c. qui peccat. punitur arbitrarie se
cundum iniurię quantitatem & etiam qualitatem. & hoc si ci
uiliter agatur. Si autem criminaliter extraordinaria pœna offi
cio iudicis maledico irrogatur: instit. de iniurijs. §. in summa.
11 † Iudicantur etiam tales omnes maledici seu detractores in fo
ro pœnitentiali homicidæ. de pęn. distinctio. prima homicidio
rum. non tamen ideo quia ita graue sit crimen detrahere, sicut
homicida pœna punitur æterna, vnde in euãgelio Matth. 5. qui
dixerit fratri suo racha, reus erit consilio, qui autem dixerit fa
tue, reus erit gehennę ignis. Vnde de maledicis dicit apostolus,
quod regnum Dei non possidebunt ad Gal. 5. & 20. distinctio.
§. alias. in fin. de quo planius dicam infra de purga. cano. cum di
lectus. distinct. vlti. Hanc pœnam generalem omnes maledici
sustinent, quia infames sunt, & ab ecclesia extorres redduntur.
6. quæstione. 1. deteriores. & nisi pęnituerint regnum Dei non
possidebunt. vt ea. causa. & c. q. summa iniquitas. ista distinctio
quasi tota sumitur ex dictis Hosti. in sum. eo. tit. §. quot sunt
genera. & §. qualiter. vbi etiam commendat hanc decretalem.
Et no. secundum Io. And. hic quod decet principem maledi
cta de ipso non exquirere, vnde Quintillianus, princips qui
vult omnia scire necesse habet multis ignoscere. & Seneca lib.
de clemen. rex læsus animum in potestate habeat, & pœnam
differat donec illam temperet. pro quo. C. de pœnis. l. si iudica
ri. 11. q. 3. cum apud.

Super eo. c. Si quæris vtrum maledicere sit peccatũ.
21 Asten. hoc titu. † respõdet quod sic ex ge
nere suo, cum secundum se charitati repugnat qua diligimus
proximum. vnde. 1. corin. 6. 25. distin. §. alias. in fin. neque ma
ledici neque rapaces regnum Dei possidebũt, & est peccatum
tanto grauius, quantum personam cui maledicimus amare, &
reuereri tenemur. vnde Leuitici. 12. qui maledixerit patri suo
13 aut matri, morte moriatur. † Contingit tamen verbum maledi
ctionis prolatum esse peccatum veniale, vel propter mali paru
itatem quod quis alteri imprecatur, vel propter affectũ pro
ferentis maledictionis verba, dum ex leui motu, vel ludo, vel
ex surreptione aliqua talia profert, quia peccata verborum ma
xime ex affectu pensantur. Et sic Augu. in omelia de purgato
rio ponit inter alia peccata facile vel temerarie maledicere, si
tamen talia ducantur in consuetudinem, possunt esse mortalia
propter contemptum. hæc Tho. & Alexan. secundum Asten.
& de peccato multiloquij & taciturnitatis vide ibi in titul. se
quen. per eum.

Super eo. c. Versicu. per temporalem. Si quæris vtrũ
pro eodem delicto possit aliquis duplici
vel triplici, vel multiplici pœna puniri, distingue addẽdo ad ea
14 quæ dixi. ẽ. de accu. c. de his. † Aut delinquens in pluribus offen
dit, & tunc plures pœnas sentit. vt patet. ẽ. de voto & voti re
dempt. licet. vbi ille Andreas filius regis Vngarię, si non adim
plet mandatum Papæ de quo ibi offendit in pluribus. Offendit
enim ius. vt. C. de fide commis. l. fi. & in authen. ibi signata hoc
amplius. ideo priuatur hæreditate per idem ius. vt ibi. & 11. c.
siluester. Item offendit Papam cuius mãdatum cõtemnit, ideo
excommunicatur. ẽ. de maio. & obe. c. 2. Item offendit defun
ctum patrem suum, fidem suam violat & subtrahit subsidium
terræ sanctæ, non ergo mirum si priuetur iure primogenitu
rę, nam & sola violatio fidei sufficeret, quia nec merentur rege
re, crimine periurij irretiti. ẽ. de iureiurãd. c. querelam. ita not.
Hostien. in. d. c. licet. super verbo anathematis. ad idem. j. de re
iudic. cum æterni lib. 6. Aut delinquens non offendit in pluri
bus, sed in vno tantum, & tunc refert secundum Raynald. in
15 sum. tit. de pęnis. §. 9. in sum. & c. † Aut est sufficienter punitus
vna pœna pro aliquo crimine, & tunc non debet ei pro eodem
crimine alia pœna infligi, quia non iudicabit Deus bis in idip
sum, vt dicitur Naum. 1. c. 13. q. vltimo capit. quæsitum. 23. q.
5. quid ergo. & nemo debet duplici contritione conteri. ẽ. de
16 iudic. at si clerici. † Aut non est sufficienter punitus vna pœna,
vel vna pœna per se non est sufficiens ad punitionem delicti,
& tunc potest duplici vel multiplici pœna puniri, vt patet. 5. q.
6. quia iuxta. vbi subdyaconus deficiens in accusatione dyaco
ni caret officio, ad sacerdotium non ascendit infamis, sic verbe
ribus castigatur. & ẽ. de falsa. ad falsariorum. vbi dicitur quod
falsarius degradatus omni beneficio priuatur, & traditur curię
seculari vt hic, & 16. q. 1. statuimus. 17. q. 4. attendendum. 23.
q. 5. & c. si quis domum: quid ergo. vt lit. non cõtest. quoniam
frequenter. in fi. vbi de hoc. secundum Raynal. cuius dictũ po
nit frater Io. in sum. cõfes. tit. de pęnis. q. 11. quid si aliquis &c.
Vnde Phi. dicebat quod hic est speciale in odium criminis, q̃
imponitur duplex pœna, spiritualis & temporalis. vt. 16. q. 1.
statuimus. ad idem facit. j. de pœnis. felicis. §. per hoc quoque.
libr. 5. & sub isto membro posses primum membrum compre
hendere & facere duo membra tantum. Et intellige secũdũm
Goffr. Abb. & Ioan. And. hic quod si blasphemans sit clericus,
iudex ecclesiasticus habebit hanc pœnam de qua hic loquitur.
si vero laicus, tunc iudex secularis. Et quod dicitur hic in fin.
nullam in hoc misericordiam habiturus &c. intelligitur nisi
ex magna causa, vt quia persona nobilis in magna dignitate cõ
stituta, quam non decet publicè pęnitentiam agere, peracta est
ipsam redimere magno precio distribuendo in eleemosinis.

argumen.

argumen. j. de senten. excommuni. c. mulieres. vt pœni. distin.
17 4. quamobrem. † qua ex causa omnes pœnitentiæ arbitrarie
funt. 26. q. 7. tempora penitudinis. & no. ſ. de homicid. ſicut di
gnum ſecundum Hoſtien. & glo. vlti. Bernar. hic ſupple per gl.
fi. Bern. j. de iniur. olim. cum qua concor. Goffr. hic dicens qd
ſi plures ſunt vſuales monetę dabitur minor. ſed Hoſtien. dicit
hic quod ſi altera ſit vſitatoris illa dabitur, ſed ibi dicit idem
cum Bern. quod teneas.

1 *Differentiam inter depoſitum, degradatum, & ſuſpenſum.*
2 *Crimina propter quæ quis deponitur.*

¶ De cleri. excom. depoſito vel interdi. miniſt. Rub.

SI quis Epiſcopus. Si quæris quæ ſit differentia inter depoſitũ, degradatum & ſuſpenſum. † dic quod depoſitus eſt qui eſt priuatus officio & beneficio non ſoleniter, ſed degradatus eſt, qui vtrique eſt priuatus ſolenniter, ſcilicet cum inſignia ſunt ei ablata. 11. q. 3. Epiſcopus presbyter. Suſpenſus eſt qui eſt priuatus vtroque ad tempus non in perpetuum, ſecundum Pet. & Archid. Quidam tamen dicunt hoc intereſſe inter depoſitionem & ſuſpenſionem, quod inter deportationem & relegationem, vt. ſ. ſicut deportatio eſt in perpetuum, ſic & depoſitio, & ſicut relegatio ad tempus, ſic & ſuſpenſio, ſecundum Ioã. fa. Et ſi de hac materia vis habere pinguẽ noticiam, vide in Spec. rubri. de accuſa. §. ſecundo loco. hoc no. Arch. 1. q. 1. quod qui-
2 dem. §. opponitur, gloſſ. 2. † Et crimina propter quæ quis depo nitur vide per Hoſtien. in ſumma de accuſat. §. quis ſit effectus verſicu. ſed quæ crimina.

1 *Non baptiſatus non conficit.*
2 *Illegitimẽ ordinatus non conficit.*
3 *Degradatus non conficit.*
4 *Hæreticus ſciſmaticus an conficiat.*
5 *Epiſcopus degradatus an confirmet.*
6 *Depoſitus conficit.*
7 *Suſpenſus conficit.*
8 *Excommunicatus an dicat horas in choro.*
9 *Excommunicatus an dicat horas priuatim. 11.*
10 *Pœna non habet immunitatem.*

SI quis presbiter. Ad declarationem glo. 1. Si quæris vtrum preſ
biter degradatus, depoſitus, vel ſuſpenſus celebrãs,
1 poſsit conficere corpus Chriſti, diſtingue: † aut talis
nunquam fuit baptiſatus, & non poteſt conficere. vt no. glo. ſ.
de presbi. non bapti. c. 2. & Hoſt. poſt eum: quod dic vt ibi, Aut
2 fuit baptiſatus: & tunc † aut nunquam fuit rite ſecundum cla
ues & in formã eccleſiæ ordinatus, & tunc non poteſt confice
re. vt. ſ. de ſum. tri. & fide cap. c. firmiter. §. vna vero. &. j. titu.
proxi. c. vbi de hoc per Ber. in gl. benedicit. & per Gof. in ſum.
de tẽpo. ordi. circa prin. quaſi in. 3. co. §. hæc igitur ſit fides tua.
vbi dicit, quod ſi in his forma eccleſiæ nõ ſeruet nihilagitur,
quia extra eccleſiam. i. extra formam eccleſiæ non eſt locus ve
ri ſacrificij. vt. 1. q. 1. extra catholicam. Aut rite ſecundum clau
es & in forma eccleſiæ ordinatus, & tũc vt videas opiniones
3 refert. † Aut quæris de gradato actualiter iuxta formam. c. de
gradatio. j. de pœnis. libr. 6. & de illo dicunt quidam quod non
conficit, ad quod facit. 50. di. accedẽs. in prin. vbi dicit de presbi
tero. &c. & ver. quod ſi ita. ibi ſacri corporis & ſanguinis domi
ni participationem priuatũ &c. &. c. vt conſtitueretur. in prin.
ibi ad clericatum redeat & c. c. 23. q. 8. cleric. ibi, amiſsio ordinis
ſui &c. 81. diſt. dictũ. in prin. ibi gradu amiſſo &c. 1. q. 1. c. quod
quidam. §. opponitur. in prin. vbi dicit quod depoſito. i. degra-
dato ſacerdote nulla relinquitur ei poteſtas ſacrificandi. & ibi
dicit Goffr. quod talis nec ſibi nec alijs conficit. 54. diſt. ex anti
quis. 11. q. 3. Epiſcopus. &. d. c. degradatio. in fi. Et hanc partem
tenent Io. An. &. Gof. in ſum. eo. tit. §. fin. & Rof. & Gof. hic &
Bar. Brix. 9. q. 1. in ſum. Idem Goff. hic & Io. fab. in. §. alleg. op-
ponitur. c. quod quidam. 1. q. 1. dicentes etiam quod depoſitus
nec alijs conficit, ſuſpenſus vero & ſi non ſibi, tamen alijs con-
ficit, prout recitat Archi. ibi ſuper verbo relinquitur, idẽ Ioan.
in. c. allega, accedens. Sed in contrarium faciat quod ordinem
non amiſit. 32. diſtinct. c. præter hoc. §. verum &. c. ad hæc. 20.
q. 3. eos qui eccleſiæ. de conſec. diſtin. 4. oſtenditur. 32. q. 6. licite. Qui quidem ordo ſemel habitus amitti non poteſt etiam
mortc. argu. expreſſum. 1. q. 1. quod quidem. ver. ſi forte &c.

Vnde vbicunque inuenitur, quod depoſitus non habet ordinẽ intelligitur, ideſt executionem vel priuilegium ordinis. vt no. Hug. & Arc. ibi ſuper verbo integra. & in. c. alleg. accedens. Et ſic iura pro prima parte alle. denotant tantum priuationẽ executionis non ordinis, vnde ſi conficeret quamuis grauiter peccaret, eſſet tamen verum ſacramentum & hanc partem tenet Goffre. j. c. proxi. & idem innuit in ſumma de tẽpo. ordi. iuxta
4 princip. §. allega. hæc igitur ſit fides tua &c. † Vbi dicit quod hæ
re. excommunicati, & ſimoniaci in ordine ſciſmatici depoſiti
ſuſpenſi, vel interdicti vera cõferunt ſacramenta, & verũ cor-
pus Chriſti conficiunt, dummodo in forma eccleſiæ gerant.
19. diſtin. ſecundum. 1. quæſtio. 1. domus declarauit. cap. quod
quidam. hanc etiam ſententiam tenet Io. 9. quæſtio. 1. in ſum-
ma. & in cap. alle. licite. & Laud. Tan. Ber. Innocen. Hoſtien. &
Ioan. Andr. hic. & Bart. j. titu. proxi. c. 2. in gloſſ. benedicit, in fi.
& Gloſſ. & Hoſtien. ibi. & Hoſti. j. de purga. cano. c. inter ſolici
tudines. §. fin. ſuper verbo mucrone. & Theologi præciſe. Vn
de ſecundum Hoſtiẽ. hic nec Papa nec eccleſia potuit ei aufer
re poteſtatẽ illam virtuoſam. Et hoc etiam approbat ipſe Ho-
ſtien. in ſumma eod. titu. §. 1. iuxta fi. vbi dicit ſufficere ad hoc
quod cõficere poſsit, quod ſemel rite fuerit ordinatus, vt aper
te dicitur. ſ. de ſumma trinita. c. firmiter. §. vna vero. à cõtrario
ſenſu, quod argu. fortiſsimũ eſt. ff. de offi. eius cui man. eſt iu-
riſd. l. 1. §. huius rei. Et idem videtur tenere Archi. in. d. c. degra
datio. gloſſ. penulti. dicẽs etiam quod idem tenet frater Tho.
quorum ſententiam credo veriorem, licet. Ioan. Andr. videa-
tur ibi in gloſ. fi. primam opinionem tenere. Et ad hoc facit qd
not. Aſten. poſt Ricar. libr. 4. titu. de ſacramento confirmatio-
5 nis. art. 6. q. 1. † vbi quærit, vtrum Epiſcopi degradati confirma
re poſsint, & dixerunt aliqui quod cum poteſtas confirmandi
ſundetur ſuper dignitate quæ Epiſcopo confertur in ſua con-
ſecratione, & illa dignitas ab eo auferri nõ poſsit per hominẽ,
quia dignitatem apoſtolatus omnes apoſtoli quorum Epiſco-
pi ſunt ſucceſſores. 21. diſtinc. c. in nouo. 34. q. 5. mulieri. imme
diate acceperunt à Chriſto, Epiſcopi degradati confirmare poſ
ſunt, licet hoc facere non debeant, quia eis prohibitus eſt illius
poteſtatis vſus. Alij dicunt quod Epiſcopi degradati confirma
re non poſſunt, quia vicario Chriſti conceſſa fuit à Chriſto po
teſtatis plenitudo ordinãdi de corpore Chriſti myſtico, quod
eſt eccleſia & eius membris, ſecundum quod exigit ratio re-
cta. Super autem ſuum verum corpus nullam ſibi cõceſsit po
teſtatem, nec etiam ſuper illos qui ſacramentum baptiſmi non
receperũt, quod eſt ianua qua intratur in eccleſiam militãtem.
Vnde apoſtolus. i. ad corin. 5. quid mihi de his qui foris ſunt iu
dicare. 2. q. 1. multi. Et ideo quia poteſtas Epiſcopalis directè
reſpicit corpus Chriſti myſticum & eius membra, poteſtas au
tem ſacramenti Euchariſtiæ directè reſpicit verum corpus
Chriſti. & poteſtas baptizandi, non tantum reſpicit illum qui
eſt eccleſiæ membrum ſed etiam illum qui nec eſt nec fuit ec-
cleſiæ militantis membrum, vicarius poteſt ab illo auferre di
gnitatem Epiſcopalem, nõ tamen ab homine poteſtatem ba-
ptizandi, nec à ſacerdote poteſtatem conficiendi. ſecus ſi Epi-
ſcopus eſſet ſuſpẽſus, quia talis confirmat, & quod poſsit confi
6 cere tenet expreſſe ipſe Aſten. lib. 6. tit. de depoſitione in prin.
† Aut quæris de depoſito verbaliter, & talis conficere poteſt
& de tali intelligo quod ſcripſit Gof. hic, & j. de cle. non ordi.
mi. c. 2. dicens, quod per depoſitionem non tollitur caracteris
poteſtas quo ad confectionem, & ſi executio ordinis ſit ſubla-
ta, ita etiam poſſet intelligi quod not. Ber. j. titu. proxi. c. 2. gloſ.
7 bene dicit in fi. & Hoſtien. ibi. † Aut quæris de ſuſpenſo, & con
ſtat quod talis poteſt conficere.

Super eo. c. In gloſſ. quaſi officio ſuo. Si quæris, vtrũ
clericus excommunicatus poſsit vel te-
8 neatur dicere horas ſuas, diſtingue, † Aut quæris, nunquid an
poſsit vel teneatur dicere publicè cum alijs in choro ſicut in
ordine ſuo, aut nunquid poſsit vel teneatur dicere priuatim &
per ſe per modum priuati ſuffragij. Si publicè cum alijs, tũc aut
excommunicatus eſt minori excommunicatione tantum, &
tunc, aut eſt excommunicatus quia caſualiter, vel ex negligen
tia, vel ex verecundia communicauit excommunicato, &
tunc poteſt, imo etiam tenetur ſi pro, & ante rationem ordi-
nis vel beneficij tenebatur, non tamen celebrare, nec ſacramẽ-
ta recipere, vel conferre. vt. j. eo. ſi celebrat. arg. eorũ quæ ſcrip
ſi. ſ. quod met. cau. ſacris. Aut ex contemptu, & tũc ſecus, quia,
propter mortale peccatum etiam ſi occultũ ſuſpenſus eſt quis
quo ad ſe, & ſi notorius eſt cõtemptus, puta, quia hoc fecit poſt
& cõtra inhibitionem ſibi factam publicã per iudicem, & hoc
non poteſt aliqua tergiuerſatione celari, & vitare, debet & vi-
tari &

tari. & probatur hæc diſtinctio. ſ. de cohabi cleri. & mu. c. ve-
ſtra. &. c. fi. vt not. Hoſtien. in ſum. eod. titu. de ſenten. excom-
munica. §. vlti. verſicu. ſed nunquid ligatus. Idem Gof. in ſum.
de ſenten. excommu. §. ſed nunquid clericus minori excom-
municatione. & addit dicens, laudo tamen vt prius faciat ſe ab
ſolui quã ſuum officium cum alijs in choro proſequatur. idem
quod Hoſtien. & Gof. no. frater Io. in ſum. confeſ. titu. de ſen
ten. excommu. q. 170. vtrum ligatus & Aſten. lib. 6. tit. de dam.
excommu. arti. 2. verſi. nunquid talis. Aut eſt excommunica-
tus maiori excommunicatione, & tunc non poteſt vt hic, &
9 ſ. c. proxi. † Si priuatum & per ſe, & in modum priuati ſuffragij
non in eccleſia, non ſicut in ordine ſuo, & tũc Ber. & hoſti. hic
dicunt, & Ber. j. eo. illud. quod poteſt quia & laicus poteſt. arg.
bonum. j. de penit. & re. quod in te. Idem no. Ab. eo. tit. c. quod
quidem; imo debet & tenetur, prout ante excommunicatio-
nem, & ſicut ſi excommunicatus non eſſem, 38. di. presbyterũ
vbi Io. & Archi. hoc tenent. & Archi. 3. q. 7. c. infames. §. item
in euangelia. ſuper verbo quare. idem Cardi. j. de ſen. commu.
cum medicinalis. §. 1. ſuper verbo, ab ingreſſu eccleſiæ. lib. 6. &
Archi. de re iudi. cum æterni, §. ſciturus. eod. lib. & Gen. extra
de regula. c. vt profeſſores. ſuper verbo, locũ. in clemẽ. & Guil.
de mon. lau. & Gen. extra de celebra. miſſa. c. graui. ſuper verbo
puritate. in clem. Idem tenet hoſtien. in ſum. eod. tit. §. 1. verſi.
& hoc intelligas. & titu. de ſenten. excommu. §. vt. ver. conſue
uit & illud queri. &. j. eo. illud. dicens etiam quod non debet di
cere, dominus vobiſcum, ſed in modum orationis ad hoc. 11.
q. 3. ſi quis Epiſcopus damnatur, &. c. ſi quis Epiſcopus. in con
ſilio. 81. diſtin dictum. Nam ad hanc ſeruitutem obligatus eſt.
vt. ſ. de celebra. miſſa. c. 1. à qua propter delictum ſuum ſeu pœ
nam ſuam non fit immunis. 16. quęſtio. 1. legi. ſ. de iudi. intelle
10 ximus. † Pœna enim non habet immunitatem. ff. de nego. geſt.
ſiue hæreditaria. & de interdi. & rele. l. relegatorum. §. vlti. & in
hoc concordant Ray. & gl. ſuper Ray in ſum. de ſenten. excõ-
mu. & frater Io. in ſum. confeſ. de ſenten. excõmu. q. 174. vtrũ
clericus excommunicatus. & ti. de lapſis. q. 7. & Aſten. lib. 6. ti.
1. de clericatu & tonſura. ad fi. & lib. 6. ti. de dam. excommuni.
articu. 1. q. nunquid excommunicatus tenetur dicere. & Gof.
in ſum. de ſenten. excommu. §. ſed nunquid clericus excom-
municatus. vbi etiam ipſe Gof. dicit idem in ſuſpenſis. Pote-
runt tamen bini vel tres excommunicati vel ſuſpenſi dicere
horas ſuas, ſed excommunicati extra eccleſias, ſuſpenſi vel in-
terdicti, in eccleſijs etiam interdictis & excommunicatis ex-
cluſis, & voce ſubmiſſa. vt. j. de pę. & remiſ. quod in te. de quo
11 vltimo. dic vt. j. de ſenten. excommuni. alma mater. lib. 6. † Ad
hoc concor. Ab. j. de pęni. & remiſ. quod quidẽ. & Io. An. poſt
eum, dicentes quod aliquis dicendo horas ſuas ad quas ratione
ordinis tenetur neceſſariõ. 91. di. clericus. 1. ſ. de celebra. miſ. c.
1. & c. dolentes. liberatur; ſi excõmunicatus exiſtat, vel in pec-
cato mortali, quando dicit vt ibi plenius dicam. & no. ſecundũ
Hoſti. & Io. An. hic quod nedum clerici in ſacris ordinibus cõ
ſtituti, ſed etiam in minoribus ordinibus cõſtituti excommu
nicati, ſuſpenſi, vel depoſiti in ſuis ordinibus miniſtrantes;
irregularitatem incurrunt, vt probatur hic in prin. aut alius cle
ricus &c. &. c. proxi. &. c. fraternitati. &. c. poſtulaſtis. §. quæ ſci
uiſtis. j. de re iudi. cum æterni. §. ſciturus. & de ſenten. excom-
mu. cum medicinalis. §. ſi quis autem. &. §. caueãt. lib. 6. quæ in
diſtinctè loquitur. Idem notant Gof. Tan. & Ber. ſ. eo. c. 1. glo.
1. & Hoſtien. j. eo. illud in fi. & Hoſtien. ſ. de hæreti. c. ſi aduer-
ſus. & hoſtien. & Ioan. And. de exceſ. prela. c. fi. & Archi. in. d. c.
cum æterni. §. ſciturus. ſuper verbo ingeſſerit. lib. 6. & in. d. c. ſi
quis Epiſcopus damnatur. 11. q. 3. ſuper verbo reſtitutionis. &
ſpe. tit. de lega. §. iuxta propoſitionis. vltra mediũ. ver. quid de
ſimplici clerico. & frater Io. in ſum. confeſ. titu. de lapſis & di-
ſpen. q. 8. & Aſten. lib. 7. tit. de forma excommunicandi. arti. 2.
verſi. no. ſicut prius. & tit. de pœna excommunica. ſententiam
contemnentis. q. quid de illis. Quid autem ad vnumquemque
ordinem pertinet habetur. 15. diſt. perlectis. licet Cardi. contra
in. d. cap. medicinalis. §. ſi quis autem. ſuper verbo, ab ingreſſu
eccleſiæ. Et quod dictum eſt de excommunicatione, intellige
maiori, ſecus minori. vt no. Archid. 50. diſt. miror. & dicam. j.
eo. ſi celebrat.

1 *Papa ſolus diſpenſat cum irregulari.*
2 *Papa ſolus diſpenſat cum degradato.*
3 *Epiſcopus an diſpenſet cum depoſito. 5.*
4 *Epiſcopus non poteſt ſuam ſententiam retractare.*
6 *Epiſcopus diſpenſat cum ſuſpenſo.*
7 *Princeps ſolus reſtituit famam.*

LErici. Ad euidentiam glo. Si quæris vtrũ cum
irregulari, vel degradato, vel depoſi-
to, vel ſuſpenſo poſsit Epiſcopus diſpenſare, diſtin-
gue. † Aut quæris primo de irregulari, & dic quod
1 cum tali non poteſt Epiſcopus, ſed ſolus Papa diſpenſare. 11. q.
3. ſi quis Epiſcopus damnatur. &. c. ſeq. 2. q. 5. quæ cauſa. ſecun-
dum Bernar. & Hoſtien. hic & Hoſtien. j. eo. c. prox. &. ſ. de tẽ.
ordi. quod tranſlationem. & in ſum. eo. tit. §. fin. idem Spec. tit.
de lega. §: iuxta propoſitionis. verſic. Item no. quod ſuſpenſus.
&. §. nunc de epiſcoporum diſpenſatione. verſic. ſed nunquid
poteſt Epiſcopus. & Arch. 50. diſt. miror: & gl. 50. di. presbyte
ros. gl. hic patet: archi. in. ca. alleg. ſi quis Epiſcopus damnatur.
11. q. 3. ſuper verbo diaconns. &. 9. q. 2. lugdunenſem. glo. ante
pe. &. 1. q. 7. niſi rigor: gloſ. ibi contra. Nec obſtat. 2. q. 5. quan-
to. quia ibi Epiſcopus diſpenſauit auctoritate Papæ, ſecundum
Ioan. And. hic, & Archi. ibi. & de hoc per cum eadem cauſa, &
q. quæ de cauſa. ſuper verbo committimus. Et quod hoc caſu
ſolus papa poſsit diſpenſare, eſt expreſſum. j. de re iudi. cũ æter-
ni. §. ſciturus. lib. 6. vbi hoc tenet Innocen. idem tenet. ſ. de cle
ri. c. 1. glo. 1. in prolatione. idem Ioan. Andr. j. de cenſi. c. exigit
ſuper verbo ſuſpenſos. lib. 6. ad idem. j. de ſenten. excommuni.
cum medicinalis. §. fin. &. c. is qui. lib. 6. vbi de hoc etiam tenet
Cardi. & Guil. de mon. lau. & Gen. extra de conſan & affin. ca.
vnico. in clementi. ſuper verbo contrahentes. & Aſten. lib. 7.
tit. de forma excommunicandi. articu. 2. q. ſed quomodo pro-
babitur. Vnde nõ credo ſecundum Vin. j. c. proxi. & Ioan. An.
hic, quod ille qui inſtitutus eſt in curia ad imponendas pœnitẽ-
tias poſsit hic diſpenſare. Tamen Tan. dicebat qd ſi quis igno
rat ſe ſuſpenſum, & celebrat: Epiſcopus cum eo diſpenſare po-
teſt, quod ſatis poteſt admitti ſecundum Bartol. Brix. cum di-
ſpenſet cum ignoranter ſimoniaco. ſ. de ſimo. de regularibus,
qui hoc not. in quæſtione dominicali. quæ incipit, clericus qui
dem ob officio & beneficio. & Archidi. recitat in. d. ca. quæ de
2 cauſa. † Aut quæris de degradato ſeu depoſito, & tunc ſunt opi
niones. vnde Ioan. 2. q. 6. ideo ſanctæ. 1. dicit quod ſi eſt ſolen-
niter depoſitus, ſolus Papa poteſt eum reſtituere, vt ibi, & de
peniten. diſtinctio. 6. c. 1. in fi. argu. ff. de quæſtionibus. l. 1. in fi.
& de pœnis. l. diuus. Secus ſi eſt verbo tantum depoſitus. argu
men. 11. q. 3. Epiſcopus in ſinodo. &. 45. diſt. clericus maledi-
cus. vbi idem tenet Hug. & idem innuit ibi Archi. & idem te-
net Io. 50. diſtin. contumaces. gloſſ. fi. in fi. idem ſpe. tit. de ac-
cu. §. 2. in fi. ver. ſed quæro quæ ſit differẽtia. Sed poſtea in ver.
ſed nunquid tot. & in titu, de legato. §. nunc oſtendendum. ver.
nono reſtituit. diſtinguit, aut eſt degradatus ſoleniter & actua
liter, tunc ſi diſpenſatio ſiue reſtitutio petatur de gratia, & ſpe-
cialiter ſolus Papa poteſt diſpenſare ſeu reſtituere, vt in primis
iuribus. Si vero petatur de iure communi, vt quia degradatus
dicit ſententiam contra ſe latam fuiſſe per falſos teſtes, vel fal-
ſa inſtrumẽta, vel contra ipſum abſentem ex cauſa probabili,
vel non citatum, tũc Epiſcopus poteſt diſpenſare, vel reſtitue
re, vt in c. alleg. Epiſcop' in Sinodo, in. c. clericus maledicus. &
ibi exponitur, degradetur. id eſt, ſuſpendatur. ad idem. ſ. de re
iudi. cum Bertholdus. in hoc concor. Pe. de ſamp. & Ab. de iu-
3 di. at ſi clerici: & Ioan. And. hic. † Aut non eſt ſolenniter degra-
datus, ſed ſolo verbo depoſitus, & tunc poteſt Epiſcopus reſti
tuere, & diſpenſare. ſ. de iudi. at ſi clerici. ff. de poſtul. l. 1. §. de
qua, & idem cũ eo ibi no. Ab. in d. c. cum clerici. hoc etiã vide-
tur approbare Ioan. Andr. j. de pœnis. degradatio. ſuper verbo.
numero. ad fi. ver. ad. c. Epiſcopus &c. in nouella: lib. 6. &. ſ. de
cleri. nõ reſi. ex tuę. in fi. Sed Io. notat. 7. q. 1. c. ſi quis presbyter.
gloſſ. 1. quod ſi clericus depoſitus eſt pro crimine, non poteſt
reſtitui ab Epiſcopo, vt ibi. ſecus ſi pro contumacia. vt in. d. ca.
contumaces. Lau. vero dicit in. d. c. contumaces vt ibi recitat
Archi. in glo. ſua penulti. quod illi, de quibus hic loquitur erãt
ſuſpẽſi, & ideo Epiſcopus diſpenſare & reſtituere eos poteſt,
aliàs ſi depoſiti eſſent ſolus Papa reſtitueret eos. vt in. ca. alleg.
4 ideo † quia Epiſcopus non poteſt ſuam ſententiam retractare.
vt in d. l. 1. in fi. ff. de quæſt. ff. de re iudi. apud acta. vel ſenatus,
& hoc vbi lata ſententia tenuit nec aliquod auxilium extraordi
narium reſtitutionem inducit, alias ſecus vt in. c. alleg. Epiſco
pus in ſinodo. &. ff. de mi. l. in cauſæ. ſecũdum Lau. Et quod ſo
lus princeps diſpẽſare poſsit cum depoſito, not. Hoſti. in ſum
ma eod. titu. §. fi. & Vin. in c. alleg. at ſi clerici. argumen. de cle
5 ri. non reſi. ex tuę. & Archi. 15. quod vlt. c. 2. qui. gloſſ. fin. † Ego
vero credo q. cũ ſolenniter ſiue actualiter depoſito. i. degrada
to ſolus Papa poſsit diſpenſare, & in hoc concordant Io. hu. &
ſpe. vbi. ſ. Sed in depoſito verbaliter tantum refert, depoſitio
eſt nulla ſeu inualida vel iniuſta, vt quia facta per falſos teſtes,
vel per

vel per falsa instrumenta, & tunc potest Episcopus depositum restituere, & cum eo dispensare. vt notat Io. & Archi. 11.q.3. Episcopus in sinodo. & Ber. & Hostien.hic & spec.Rub.de accu.§.1.in fi.ver.sed nunquid tot Episcopi.& hoc per illud.cap. Episcopus.Aut depositio est valida & iusta, & tunc solus Papa potest dispensare seu restituere.vt,7.q.1. si quis presbyter. vt no.Hug.Ber. & Host.hic,& Host.in summa sua.eod.tit.§.fi. & hoc concordat Lau.in.d.c.cõtumaces.in fi.vt.ś.patet quod Papa facit difficulter.vt.ś.de cler.non resi.c.ex tua.in fi secundum Hostien.hic posset tamen Episcopus dispẽsare cum prælato sibi subdito qd nõ deponeretur. vt. 50.dist.si quis presbyter. not. hoc Archi.12.q.2.apostolicos quòd intelligo quando non contraxit irregularitatem, alias secus:argu.no.per Ber.ś. de eta.& qualita.bonæ.glo.fi.in fi.& ita no.Hostien.in sum.eo.
6 tit.fin.§.fin.† Si quæris de suspense,& cum illo potest Episcopus dispensare & eum restituere, nam restitutio suspensorum spectat ad eos qui suspendunt, vt notãt Io. & Archi.in.c.alleg. clericus maledicus.idem Host.& Io. An.ś.de iudi.at si clerici. Et potest esse ratio diuersitatis inter degradatum cum quo solus Papa dispensat, & depositum in quo distinguitur, vt est dictum. Nam in degradatione requiruntur plures Episcopi,vnde solus diocesanus hoc facere nequit, vt legi.& nota.15.q.7. felix.ś.de transla. Episcopi.inter corporalia.in prin.nisi in casu hæresis. vt.j. de heret.ca.1.lib. 6.ergo nec solus restituere seu dispensare posset aduersus sententiam suam seu factum suum & aliorum arg.C.sentẽn.rescin.non posse.l.1.& de pœnis.l.pœnam.& ar.eorum.quæ no.ś. de preben.graue.nec alij Episcopi condegradantes hoc possunt, quia non sunt superiores sui.ś. de iudi.at si clerici.Item ratio est in deposito verbaliter & iustè,quia talis est infamis infamia iuris.6.q.1. infames.ff.de his
7 qui no.infa.l.1.† cõtra quam solus princeps vel senatus potest restituere.ff.de postul.l.1.§. de qua.2.q.3.c.Si quidem.§.notandum.in fi.vt no.glo.6.q.1.in sum.Et Inno.& Hostien.ś.de tẽpo.ordi.c.dilectus. & de re iudi.cum te.& Specu.tit.de lega.§. nunc de Episcoporum dispensatione.§.prohibetur.licet contrarium videatur notare in.§.fi.versi. videtur tamen. & gl. 50. distin.domino sancto.&.2.q.3.hinc colligitur.&.16.q.1.ecclesia habet senatum.quæ ratio etiam in degradato locum habet, vel si velis potes, distinguere in degradato sicut dictum est in posito iuxta opinionem Spec.& Abbatis.

1 *Multitudo dispersa an excuset in delictis.*
2 *Multitudo coadunata non excusat authores in causa delicti.*
3 *Multitudini parcitur in causa delicti.*
4 *Multitudo fit numero arbitrario.*

3 Atores. Ad euidentiã gl. hic ergo.Si quæris vtrum,qñ multitudo peccãtiũ excuset in delictis,distingue. † Aut quæris de multitudine successiua, seu separata, & dispersa plurium delictorum,vt quia multi multa delicta committunt singulariter quilibet per se,& tunc dic vt dixi.ś. de tempo.ordi.c.
2 sine.† Aut quæris de multitudine coadunata seu concurrente ad vnum & idem delictum,& tunc aut quæris de ijs qui magis sunt in causa delicti, seu qui dant causam delicto,& illos nõ excusat multitude,sed potius accusat vt hic in.§.si vero.vbi infligitur pœna scripta secundum Hostien.86. distinctione.c.1.&. cap.tanta.24.q.3. qui aliorum in authen. vt iudic.sine quoquo suffra.fiant.§.eos.collatio.2.vbi glos.ponit tales versus,Peccãdo peccare docens hic peccat & in se, Qui reus est & in hos, quos facit esse reos. Eosdẽ versus ponit Gen. extra de Pœnis. c.multorum.super verbo,procurantes.in cle.Vnde Hieron.ad Ruffum, secunda peccantium multitudo patrocinium errori non parit,ergo illi qui sunt in causa delicti sunt puniendi,sicut dominus,Numeri.25.mandauit suspendi principes populi pro peccato multitudinis, & ita potest intelligi illud psalmi.58.nõ
3 misereris omnibus qui operantur iniquitatẽ. † Aut quæris de alijs qui non dant causam delicto, & tunc excusat multitudo, vnde hic parcitur multitudini quia non deponuntur nisi ij qui magis causam delicti præstiterunt. Ad idem.44.dist.comessationes.50.dist.vt cõstitueretur.1. quæst.7.quotiẽs.vbi de hoc. 9.q.1.ordinationes.23. quæstio.4. non potest.&.c.ipsa pietas. & in.d.c.sane,ś.de tẽpo.ordin.inde Seneca lib.3.de benefi.pudorem tollit multitudo peccantium, & desinit esse probri locõ commune delictum.Et Ciprianus,ceperunt iura locum dare peccatis, & cepit licitum esse quod publicũ est, de quo per Ioan.ś.de eturis.quia in omnibus.ad idem Matthei.13.vbi dicunt serui domino de zizania vis eamus & tollamus ea,respondet dominus, nonne forte eradicetis & triticum. Et nota secũdum Innocentium & Hostiensem quod licet iste text. faciat mentionem de numero.40.tamen non est in hoc pes figẽdus,
4 immo quo ad faciẽdum multitudinem dic numerum esse arbitrarium,consideratis qualitatibus diuersarum ecclesiarum. quid enim si in tota diocẽsi non sint nisi 30.presbiteri & omnes sunt excommunicati, vtique si hoc significetur Papæ, numerum hunc temperabit. Igitur hoc arbitrarium est habito respectu vbi plures vel pauciores sunt clerici. quod dic vt.ś.de rescri.sedes.

1 *Excommunicatus vitet non excommunicatos.*
2 *Excommunicatus vitet excommunicatum.*
3 *Peccandum non est spe veniæ.*

1 Llud.§.Illud autem. Hic habes † q excommunicatus tenetur vitare non excommunicatos, sicut ecõtra,saluo eo quod not.j.de sent.excom.quod in du
2 bijs.&.c.seq.&.c.fi.verè. † Item excommunicatus excommunicatũ vitare tenetur.argu.in eo quod legi.& not.ś. de excep. dilecti.& eo.titu.pia.lib.6.Cum enim nullus christianus possit se in hoc prætextu priuilegij excusare.j.de sen.excommu.nulli.ergo nec prętextu delicti.ar.no.ś.de don.inter vir.& vxo.& si necesse.j.de preben.eum qui.lib.6. alioquin si contrarium diceremus,nihil aliud esset quam contra ecclesiam & catholicos approbare,& armare collegium excommunicatorũ, quod nõ est sentiendum.C.de sacrosan.eccl.l. qui sub prętextu.ś.de hæreti.excommunicamus.1.§. quia vero.1.§.seq.secundum Hostien.& Io.An. Et ad id quod dicitur hic in.§.illud.† q sub speveniẽ nullus debet peccare.de confe.dist.4.quãdo quis.Io.An.
3 Andr. hic. ¶ Aut hoc faciunt non ex necessitate sed vt ordinati, & quasi eis ex officio hoc liceret: & tunc aut, quæris quis possit cum eo dispensare in ordine suscipiendo: & tunc dicit Bernard. hic, in glo. fi. in fine, quòd Episcopus potest cũ eo dispensare: quia Papa hoc expresse non prohibet secundum Hosti. & Io. Andr. hic, & ¶. c. proxi. & Host. in summa eo. tit. §. fi. dicunt, ꝙ imo solus Papa Magis enim videtur delinquere, qui non ordinatus ministrat, quàm qui ordinatus licet depositus vel suspensus, cum quo tamen solus Papa dispensat: vt not. ¶. titul. 1. clerici. idem nota. Specu. titu. de lega. §. nunc de Episcoporum dispensatione. §. 18. & Rayne. in sum. sua. titu. de ætate ordi. §. 14. sed nunquid. & frater Ioan. in sum. confes. tit. de ætate ordi. q. 44. quid iuris &c. Aut in ordine suscepto, seu executione ipsius ordinis, vel in beneficio: & tunc potest Episcopus dispensare: vt hic in versi. ad diaconatus. secundum Bernard. Hostien. & Io. And. hic & Ray. & fratrem Io. & Specu. vbi. ¶. & Goffre. in summa eo. titu. Inno. verò in c. dilectus. de tempo. ordi. simpliciter dicit ꝙ Episcopus dispensare potest cum nõ ordinato ministrante per hæc capitula: cuius dictum intellige secundũ
4 distinctionem prædictam, † Aut aliquis hoc facit causa ioci, & tunc certe ludus noxius in culpa est, vt. ff. ad. l. Aquil. le. nam ludus. ¶. de homici. continebatur, non tamen credo, quòd pœnam patiatur, nisi feruet solẽnitatẽ, licet alias debeat pœnitere. ff. de verborum obligationi, l. obligationum substantia. 15. q. 1. illud in fi. Quia voluntas & propositum distinguunt maleficia. j. sententiam. excom. cum voluntate, secundnm Hostien. in d. §. fi. in fi. in sum. e. tit. & fratrem Ioannem in d. q. 44. quid iuris &c. Not. tamen ꝙ gl. super Rayne. titu. de ætate ordi. super verbo suspendi. rigorem huius. c. intelligit de illis, qui mentiuntur se promotos ad ordines, ad quos re uera promoti non sunt, vel qui tanquam schismatici ingerunt se officio ordinis, quem nõ habẽt.
5 † sicut Ozias vsurpauit sibi officium sacerdotis. Nec credit istum rigorem esse extendendum ad clericum minorum ordinũ, vel qui in missis nouis ministrant in officio subdiaconatus, causa cuiusdam gaudij & solennitatis faciendæ, non mentiẽtes de ordinibus suis, cum fere omnes assistentes sciant veritatẽ, tales tamen grauiter peccant huiusmodi etiam sine malitia acceptando, sed quod prius dictum est securius est tenere.

¶ De clerico per saltum promoto. Rubrica.

1 *Promotus per saltum non cogitur ordinem prætermissum suscipere.*
2 *Minor per saltum promotus ab Episcopo dispensatur.*
3 *Maior per saltum promotus à quo dispensandus. 5.*
4 *Promotus per saltum ministrans à solo Papa dispensatur.*
6 *Promotus non baptizatus ordinem non recipit.*
7 *Fœmina promota ordinem non recipit.*
8 *Promotus per saltum an recipiat caracterem ordinis.*
9 *Promotus per saltum an recipiat exequutionem ordinis.*
10 *Ordinatus non rite celebrans non conficit corpus Christi.*
11 *Puer promotus recipit ordinem.*
12 *Puer promotus an maior factus continere debeat. 14.*
13 *Puer voto non obligatur.*
15 *Error communis non facit ius in spiritualibus.*
16 *Error communis an ius faciat in temporalibus.*

Væ litteræ. Si quæris, vtrum cum clerico per saltum promoto
1 possit, & valeat Episcopus dispensare, distingue, † Aut talis non vult ministrare in ordine illo per saltum suscepto vel in superioribus, ordinibus, & tunc non debet cogi præcise suscipere ordinem prætermissum secundũ Hug. & Arch. qui hoc notant. 52. distinct. solicitudo. super verbo imponas. Aut vult ministrare in ordine illo per saltum suscepto vel in superioribus, & tunc, aut talis fuit promotus ignoranter: aut scienter. Si
2 ignoranter tunc, † aut talis promotus per saltum tempore promotionis suæ erat minor, 14. annis, & tunc q̃uis nõ debuerit ordinari ad ordinem sacrum, tamen si ordinetur ordinatus est, licet executio suspendatur. ¶. de tempo. ordin. vel non est cõpo, & hic potest Episcopus dispensare ꝓm Hosti, hic, & in hoc tãtis cõcor, Ber. hic in gloss. in casu isto &c, in prin. pro quo facit
3 quia talis ætas ignorabat quid agit, C. de falsa. mone. le. 1. † Aut tempore huius promotionis erat maior, 14. vel saltem, 18. annis. arg. supra de offic. deleg. cum vicesimum. & tunc cũ negligentia seu ignorãtia fit crassa & supina, quæ non excusa. ¶. de ordinab. Episcopo. c. 1. & de cleri. excom. mi c. apostolicæ. & hoc casu non post dispensare nisi Papa ꝓm Host. Sed ipse Hosti. in sum. eo. tit. §. vlti. & frater Io. in sum. confes. tit. de ætate. ord. q. 40. quid iuris. dicunt contra. s. ꝙ Episcopus põt dispensare etiã si ministraret in ordine per saltum recepto, per istud. cap. Idem tenet Archid. in c. alleg. solicitudo. super verbo concedas. vbi dicit, ꝙ illa concessio de ministrando in diaconatus, & presbyteratus ordinatis ordinibus per saltum receptis fit dispensatiuè, quam dispẽsationem, Episcopus auctoritate sua facere potest, vt hic legitur & nota. Sed opinio Hosti. videtur tutior, cum talis ignorantia seu negligentia in adulto sit intolerabilis in facto proprio. ff. de iuris & facti igno. l. plurimum. & de acquirẽ. hæred. cum falsum. & no. gl. ff. pro suo. l. fi. in fine. & maximè receti. vt. ff. de leg. 1. l. si res obligata. de pœnis. le. diuturno. C. de suscepto. & Archa. l. neminem, lib. 10. no. Gemi. extra, de iureiurand. capit. vnico. super verbo innouaret. in cle. & tam solenni sicut collatio ordinis sacri. 23. distinc. c. diaconus. & c. subdiaconus. & per totum. ¶. de sacra. non iteran. per totum. Et dissoluta negligentia propè dolũ est. ff. manda. l. si fideiussor. & crassa & supina ignorantia dolo æquiparatur. ff. depos. quod Nerua supra titu. 2. Apostolicæ. 2. respon. Io. & j. de consti. capit. vt animarum. lib. 6. & hoc potest teneri maximè vbi ministrauit, qa talis, quo ad ordinem per saltum susceptum habetur pro non ordinato in sui præiudicium, vt non possit eligi in Episcopum, iuxta capit. à multis. ¶. de ætate & qualitate. vt no. Vin. ¶. de electio. dudum. 1. & Archidya. in d. c. solicitudo. super verbo officia. & Hostien. hic in fi. arg. ¶. de transla. Episcopi. c. 2. §. sed neq; versicu. sicut iuxta. Et cum non ordinato ministrante solus Papa dispensat secundum Hostiensem. ¶. titu. proxim. capit. 2. & ibi dixi. Clericus tamen per saltum promotus gaudet priuilegio clericali: vt notat Geminia. extra de sepulturis. super cathedram. super verbo ordinis clericalis, in clementi. quod est in fauorem ordinis clericalis & ecclesiæ non sui. argumẽ. ¶. de foro
4 competenti. fi diligenti. † Si talis fuit promotus scienter tunc, aut ministrauit in ordine per saltum recepto, & tunc, difficulter dispensaretur cum eo. argum. ¶. tit. 1. capi. 2. nam & in mentem ipsius tituli incideret, & sic non posset cum eo dispensari nisi per Papam, vt ibi notat secundum Hostiensem in summa
5 eodem titu. §. vltimo. in fi. † Aut non ministrauit, & tunc dicit Hostiensis ibi in princip. ꝙ iniungetur pœnitẽtia, & supplebit caute, quod incaute omissum est, & sic per Episcopum dispensabitur. argumen. dicti capitu. solicitudo. 52. distinctio. & ¶. de sacramen. non iter. capit. 1. Sed hoc dicit simpliciter, quod cũ promoto scienter per saltum solus Papa dispensat, nam & mentem. ¶. titu. proxi. & j. tit proxi. offendit quod videtur securius argumen. illius cap. solicitndo. ibi negligentia potius quam superbia &c. à contrario sensu, & hic quando dicit intra annos discretionis, & quando dicit post huiusmodi negligẽtia. quasi dicat secus si sciẽter. Idem Ioannes And. hic, cum sit idem non esse ordinatum, & esse non debito modo. ¶. de translatione episcopi. capitulo. 2. pro hoc. 48. distinctione, cap. fina. ibi, nam casum appetit, qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus per abrupta quærit ascensum.

Super eo. c. Ad declarationem glo. in casu isto &c. si
6 quæris vtrum per saltum promotus recipiat caracterem seu executionem ordinis sic suscepti, distingue, † Aut talis promotus non est baptizatus, & dic quòd nihil recipit, nec ordinem nec executionem, Quia cum baptismus sit fundamentum, & ianua sacramentorum, vt 32. disti. §. verũ. in fi. ¶. de presby. non bap. c. veniens. 1. resp. vbi fundamẽtũ nõ est, ædificari non põt, vt ibi, & 1. q. 1. cum Paulus. de consc. dist. 1. sicut ꝓm gl. 52. distinct. solicitudo. & Host. hic in gl. fi. & Guliel. de mon. lau. extra de æta. & quali. c. super verbo scientiam, versi. tertio, quæro. in clem. & in hoc concordat Ioan. 40. dist. sicut viri. glo. 1. in fi. & Asten. lib. 6. ti. 2. ad finem. q. vtrum cara
7 cter. † Aut est baptizatus, & tunc; Aut non est masculus sed fœmina & talis nihil recipit ꝓm Gui. de mon. lau. vbi. ¶. pro quo facit, qd legi. & no. j. de pœni. & remis. noua quædam. vbi hoc tenet Io. Andre. super glo. 2. 23. distinctio. sacratas. 27. q. 1. diaconissam. glo. vlti. vbi dicitur ꝙ mulieres non recipiunt caracterem impediente sexu. & constitutione ecclesiæ, nec officiũ oõdinum exercere possunt, vt in c. allega. sacratas. Et est ratio ꝓm Archi. in dicto. c. diaconissam. glo. vlti. qui ordo est perfectum mẽbrorum ecclesiæ, cum detur ad collationẽ gratię in altero. Mulier autem nõ est perfectum membrũ ecclesiæ, sed vir. Præterea mulier fuit causa effectiua damnationis, quia fuit principium præ-

pium præuaricationis: & Adam per ipsum deceptus est. 33. q. 5. Adam. & c. seq. & ideo non potuit esse causa effectiua salutis, 12
cum ordines sint effectus gratiæ in altero, & sic saluis. Licet verum sit quod sexus muliebris fuerit causa materialis salutis nostræ, id est beata virgo, de qua materialiter Christus salus nostra processit. Et quòd mulier si ordinaretur non reciperet caracterem, tenet Archidyac. ibi. & 32. distinct. presbyter. si per verbo presbyteram. & Goffredus in summa, de ætate & qualita. ¶. quid de muliere. & Rayne. in summ. de impedimento sexus, & frater Ioann. in summa confes. de impedimento sexus. quæstio. 1. & Specu. titu. de procura. §. ratione igitur causę. versi. 31. Aut est masculus, & tunc, aut quæris, vtrum recipit caracterem: aut vtrum recipit executionem. Si caracterem, tunc dicit Hugo, quod non posset ordinari in sacerdotem nec recipere caracterem sacerdotalem, nisi habeat ad minus primam tonsuram. Vnde si laicus ordinetur ad sacrum ordinem nihil recipit. argumen. 40. distinctio. sicut viri. vbi dicitur, sicut viri & mulieris coniunctio vnum facit corpus, ita clericatus & sacerdotium vnum faciunt ordinem. Sed si aliquem de minoribus ordinibus habeat, tunc recipit sacramentum, secundum Vincentium, Goffredum, Bernardum, & Hostiensem hic. & Raynerium, & Astensem in summ. huius titu. & Astens. libr. 6. tit. de prudentia, dicunt contrarium, quod bene quis recipit sacrum ordinem etiam si nullum habeat de minoribus ordinibus: & hoc tenent Thomas & Petr. & cæteri theologi. & frater Ioann. in summa confessio. tit. de ætate ordi. q. 41. Sed nunquid excepto ordine Episcopali, quem nemo recipit nisi prius sacerdos fuerit ordinatus argumen. infra de excessio. præla. ca. ex literis. §. nos autem. versi. cum igitur. hunc autem recipit si sacerdos est, licet alios ordines non habeat, sed antequam exequatur supplendum est illud quod deest. Et in hoc quod dictũ est de ordine Episcopali concord. Hugo. & Laur. & Ioan. de fa. in dicto capit. solicitudo. vt not. Archid. ibi in gloss. adde: idem sentit Guiliel. & gloss. sequens. Tu dicas, quod laicus indistinctè recipere potest ordinem, sed caracterem ordinis sacerdotij & Episcopatus, & alterius cuiuscunque: quia caracter imprimitur si conferatur in forma ecclesiæ ab eo, qui potestatem habet vt hic. nec illa decret. ex literis. in aliquo contradicit secũdum Bartho. Brix. in d. c. solicitudo. in fine. Et in hoc concordãt Archidya. ibi in glo. fi. & Hostiensis in dicto capit. ex literis. dicentes, quòd illud quod ibi dicitur, ꝙ pontificale officium sine altaris ministerio non valet adimpleri, hoc ideo est. quia ille Episcopus sua culpa factus erat irregularis secundum Vincentium, & Goffredum. Vel dic, ꝙ ibi dicit non valeat adimpleri, quasi dicat non negamus, quin recipiat caracterem si quis in Episcopum consecretur licet sacerdos non fuerit, nec negamus quin caracter remaneat si ordinatus fuerit, quamuis sit suspensus, & hoc tantum dicimus nos propter quod executionẽ non habebit, & hoc vult illa litera secundum Hostiensem ibi, & Archid. in d. c. solicitudo. cum quibus concor. Ioan. An. hic, & in hoc etiam concor. quod notant Lauren. & Archidi. 38. distinct. omnes psallentes. super verbo si substantia. & Rayna. in summ. de pru. ordin. Quia etiam infans in cunis existens etiam vnius diei potest recipere ordinem sacerdotalem, & etiam episcopalem, dummodo sit baptizatus & masculus, vt notant Hugo. & Archidia. 77. distinct. c. subdiaconus. & Hosti. hic & Io. ¶. de fa. & Ioan. glossator. 1. q. 1. pueri glo. 2. & Guilie. de mon. lau. in dicto. c. 1. super verbo scientia. extra, de æta. & quali. in clem.
9 & Asten. lib. 6. tit. de ætate ordi. in prin. † Si quæris vtrum recipiat execu-ionem ordinis ꝑ saltũ suscepti, dic quòd non, nisi prius õmissum seu ordines omissos receperit & cum eo fuerit dispensatum vt hic, & supra dictum est. Vnde non puto secundum Hostiens. hic, ꝙ per saltum promotus in Episcopum vel etiam in presbyterum executionem habeat, etiam quo ad illũ ordinem, quem suscepit: quia nihil interest vtrum non sit ordinatus, vel non sit rite ordinatus. argum. ¶. de transla. episcopi. c. 2. §. sed neque. versi. sicut iuxta. hoc est secundum fòrmam ecclesiæ secundum, quam nullus per saltum ex certa scientia ꝓmouetur. † Si ergo sacerdos non rite ordinatus. i. nõ seruata forma ecclesiæ, attentat celebrare: conficit corpus Christi: vt expresse innuitur supra de sum. tri. c. 1. §. vna verò.

Super eo c. Ad declarationem glo. fi. Si quæris, vtrũ si puer intra annos discretionis ordinet
11 recipiat ordinem seu caracterem ordinis: & vtrum ad ętatem, legitimam peruenięs continere teneatur, distingue. † Aut quæris de primo. s. vtrum recipiat ordinem seu caracterem ordinis & dic ꝙ sic. vnde etiam si puer ex quo baptizatus est ordinetur ad quemcunque ordinem, caracter imprimitur, licet execu-
tio suspendatur: vt. ¶. de tempo. ordin. vel non est, compost. secundum Hostiẽ. hic & dixi. ¶. distinct. proxi. in fine. † Aut quęris de secundo. s. vtrum ad ætatem legitimam perueniens continere teneatur: & tunc dicunt quidam ꝙ non: quia continentia res est voti non præcepti. 32. q. 1. integritas. & hoc expresse tenet Guiliel. de mon. lau. extra, de homi. capit. vnico. glo. 2. in clemen. per ea quæ not. per Bernardum, & Hostiensem hic, & ¶. de ætate & qualitate. vel non est compost. & 61. distin. per totum. idem videtur tenere Asten. lib. 6. tit. de ætate ordi. art. 1. q. 3. Alij dicunt, quòd sic, licet enim votũ in tali ætate emissum non teneat: vt ¶. de regula. ad nostram. & c. a. significatum cum suis concordan. ordo tamen cõfertur: vt dictum est, & sic plus operabitur ordo quam votum, & hoc tenet Genc. extra de ætate & quali. capit. generalem. glo. vltim. in clemen. ¶ Ego verò Henricus credo sic distinguendum, Aut talis facius adultus consentit expresse tali collationi ordinis sibi factæ, seu eam ratificat, & tunc continere tenetur secundum Hostien. & Io. And. hic & Hugo. 77. distinc. subdiaconus. & Archidia. 1. quæstio. 1. pueri. argum. pro hoc. C. si maior factus ratum habue. l. 1. & si infra de regula. is qui. in princip. ibi seu professionem &c. Aut non consentit nec ratificat expresse: & tunc, aut talis veniens ad ætatem discretionis vult in ordine remanere, & ministrare, & vti priuilegio clericali, & tunc tenetur continenter viuere: vt hoc not. Hug. in d. c. subdiaconus. & Archidiaconus in di. c. pueri. pro hoc quod legi. & not. ¶. de cleri. coniug. cum olim. & capit. cum decorem. Aut veniens ad ætatem discretionis non vult in ordine remanere, seu ministrare: & tunc, aut tempore receptionis ordinis erat doli capax, & tunc dicunt Ioã. de fa. & Io. glossator in dicto capitu. pueri. glo. 2. in fi. quod tenetur continere: quia & voto, & sacramento se obligare potest, vt doli capax supra de delictis puero. capitul. 1. licet non religioni, vt ibi notant. Aut non erat doli capax: & tunc dicunt ibi quod non tenetur continere. Sed tu distingue, aut contradixit statim post susceptionem sacri ordinis, & perseuerauerit in contradictione vsque ad finem. 14. vel contradixit statim post finem. 14. anni, & tunc non cogitur continere sed potest contrahere matrimonium. argument. 20. quæstio. 2. illud supra de regulari. ad
3 audientiam. † Quod ex eo satis probatur, quia & si vellet ante legitimam ætatem, & non posset se obligare voto expresso ad continentiam. 20. quæstio. 1. capitu. 1. ergo multo fortius nec voto non expresso. s. per susceptionem ordinis, vt notat Innocentius, & Hostiensis supra de tempo. ordina. vel non est compostel. & Hostiensis, & Ioannes Andr. hic, pro quo facit optimè infra de regulari. capitu. is qui. §. secus autem. lib. 6. † Aut nõ
14 contradixit, & tunc videtur hoc tacite ratificasse, & ideo de cætero continere cogitur. argument. supra de desponsatio. impube. de illis. 1. & 2. qui matri. accu. possunt. capitul. insuper de regulari. capit. cum virum. & c. cum scimus. & c. ad nostram. & eo. titu. c. is qui. §. quod si. per totum. lib. 6.

Super eo. c. Istud. c. facit ad hoc quod error commu-
15 nis non facit ius, circa quod distingue. † Aut quæris vtrum facit ius circa spiritualia, & dic regulariter, quòd non, vt hic, quod tamen intellige vt dixi supra de bigam. nuper. distinctione fina. ad finem ibi, si quæris de contractibus spiritualibus &c. Aut circa temporalia, & tunc potes dicere vt ibi, & vt notat Innocentius supra de electionibus. nihil est. & de hæreti. fraternitatis. & Dynus. j. de regulis iuris. capi. 1. quæstione. 7. libr. 6. † Vel potes dicere, vt notant Iacobus de are. &
16 Cynus. C. de sacrosanct. ecclesijs. l. decreuimus. vbi distinguunt aut error communis laborat contra errantem, & tunc succurritur ei, vt. ff. quando actio de pec. est an. l. quæsitum. aut laborat contra alium, & tunc, aut ille alius est cõtrahens, aut est tertius non contrahens. Si est contrahens, tunc pro veritate accipitur, vt. ff. ad macedo. l. 3. Si est tertius, tũc secus. ff. de eo qui pro tut. nego. gest. l. is qui. & de excusa. tuto. le. qui neque. sed distinctio quam posui in dicto. c. nuper. est magis plena, vide supra.

¶ De eo qui furtiue ordines recepit. Rubr.

1 *Abbas dispensare potest.*
2 *Prælati minores in quibus dispensent.*
3 *Capitulum an dispenset.*



Vm h. lator. Si quæris vtrum, & qui prelati possint dispensare, distingue, vt dixi supra de iudi. at si clerici. distinct. vltim.
1 Vnde dicunt Inno. & Host. hic, & Io. An. post eos ꝙ Abbas põt dispensare vt hic, & no. ¶. de statu mon. cũ ad mo-
2 nasterium. de sen. excõ. cum illorum. † Alias autem nisi in casibus in quibus inuenitur expressum, non credunt ꝙ Abbas, Ar-

chidiaco-

chidiacon. vel prælatus alius sub Episcopo possint dispensare. Minores. n. prælati ardua ad Episcopos debent deferre. ẽ. de offi. Arch. c. 1. & c. ad hæc. & in hoc cõcordãt Inn. Host. & Cõpostel. ẽ. de postul. præl. c. fi. & Ber. & Host. ẽ. ne cleri. vel mon. c. non magno. glo. fi. & j̃. de senten. excomm. cum illorum. in fi. & Spe. tit. de leg. §. sunt quoq; in fi. & Archidiaco. 16. q. 1. ecclesia habet senatum glo. adde. dicit Inno. & j̃. de elec. cũ ex eo. super verbo superiores. li. 6. Vnde hic in fine Abbas potest dispẽsare: vt ẽ. de statu mon. §. cum ad monasterium. & infrà de senten. excom. cum illorum. secundum Tancred. Vinc. Petr. Hosti. & Io. An. licet Alanus dixerit episcopũ esse Abbatem. ẽ. de iudi. causam. Vel habebat iste Abbas priuilegium ordinãdi monachos suos: vel requiritur in dispensatione Episcopi consensus Abbatis secundum eum & Goffre. sed primum verius credo. † De capitulo dicunt, quidam ꝓ potest dispensare. argum. ẽ. de præben. cum non ignores. de simon. insinuante. 15. quæstio. 1. alia. sed ipsi Inno. & Hostiensis, & Ioannes, Andreas dicunt, quòd non vident qualiter illa capitula pro illis faciunt, & idem dicit Archidyaconus in d. c. ecclesia. & bene vt videtur.

1 *Furtiuè ordinatus quis dicatur.*
2 *Episcopus an cum furtiuè ordinato dispenset.*
3 *Promotus, qui pro tali non gessit se ordinatum probet.*
4 *Ordinatus an ordinationem suam probare teneatur. 6.*
5 *Peccatum proprium minus exactas probationes requirit.*
7 *Ante confirmationem electionis, eam esse canonicam, probat electus.*
8 *Post confirmationem electionis eius defectum probet obijciens.*

1 **Innotuit.** Si quæris, qualiter dicatur, quis furtiuè ordinatus, & vtrum cum furtiuè ordinato posit episcopus dispensare, distingue. † Aut quæris de primo. s. qualiter dicatur, quis furtiuè ordinatus: & certe cum quis contra conscientiam Episcopi proprij sine examinatione promouetur. 24. distin. quando Episcopus. 64. distin. extra conscientiam. secundum Ber. ẽ. eo. c. 1. in glo. 1. & Hosti. ibi. Item ordinatur furtiuè, quando quatuor minoribus ordinibus non contentus vna & eadem die subdiaconatus ordinem recipit, vt supra eodem. cum h. vel cum duos sacros simul recipit vt hic, vel cum gradu omisso saltum facit. vt. ẽ. eo. titu. proxi. c. vnico. vt no. Host. in sum. eo. tit. §. 1. & frater Asten. lib. 6. tit. 4. de collatione ordinum. artic. 3. versi.
2 sciendum. † Si quæris de secundo. s. vtrum cum furtiuè ordinato posit Episcopus dispensare, tunc distingue vt dixi suprà de tempor. ordi. c. consultationi. vltra medium. ver. si propter formam seu. solennitatem & c. & de hoc no. Host. in sum. eo. tit. §. vltim. & Rayne. in sum. titu. de ætate. ord. §. 2. pœna eius &c. & frater Ioan. in sum. confessio. titu. de ætate ordin. q. 14. quid iuris &c. & q. seq. Henricus Bohic.

Super eo. c. Ad declarationem glo. Inno. hic, Si quæris, vtrum ordinatus ordinationem suam
3 probare teneatur, distingue. † Aut non gessit se nec habetur retro acto tempore pro ordinato, & tunc tenetur probare se ordinatum. ẽ. de cleri. peregr. c. 1. & 2. & per totum. Aut gessit se, & habetur retro acto tpe pro ordinato: & tunc, aut ordinatus
4 est vir notus & bonæ famæ, qui vbi conuersatur à longo tempore hactenus est pro rite ordinato habitus, & tũc credam eũ bene ordinatum, nec cogitur aliter probare. hæc enim sunt sufficientia argumenta suæ ordinationis, argumen. supra de cleri. pereg. c. inter. c. & c. sequen. 9. quæstio. 2. Lugdunen. secundum Inno. hic idem frater Ioannes in summa confes. titul. de ætate ordinan. q. 35. quid iuris &c. & Archidiao. in dicto. cap. lugdunen. super verbo ordinator. Videtur etiam, quòd prædictis præsumptionibus sit standum. Etiam si constet eum ab alieno Epi
5 scopo ordinatum. † Cum enim hoc peccatum in suum tantum & non in alienum periculum vergat, minus exactæ probationes sufficiunt: vt nota. in c. 1. de cleric. peregrinand. secundum Inno. & Archid. vbi. ẽ. Aut aliquid prædictarum præsumptionum deficit, & tunc dicunt Inno. & Archi. non esse credendũ
6 eũ rite ordinatum, nisi aliàs de sua ordinatione probaret. † Sed Hostiensis dicit hic, q̃ si loquamur de æquitate, tunc si factũ, est antiquum seu ordinatio antiqua nisi aliud probetur, rite ordinatus præsumitur. argum. in eo quod legitur & nota. supra de presby. non bapti. c. 1. de præsumptio. c. fin. de iudi. cum deputati. Sufficit. n. ꝓ sic agit, sic contrahit, & talis est & fuit ab episcopo & vicinis communiter reputatus. arg. ff. ad macedonia. l. 3. j̃. de sententia excommunicatio. in præsentia. secundum Hostien. & Io. An. hic. Si verò recens, tunc si Episcopus proprius exinde referat quæstionem, necesse habet ipsum Episcopum certificare. argumẽ. in eo quod legi. & not. supra de clerico excommuni. ministran. c. proposuit. §. penultimo & fin. & de simonia licet hely. & videtur expressum supra. titulo. 1. c. vnico alias potest sibi interdicere executionem ordinis in posterũ, quamuis quo ad præteritum debeat sub dissimulatione transire. arg. supra de consecratio. eccle. c. aqua. Si verò loquimur de rigore: tũc idem est in facto antiquo quod dictum est in facto recenti, secundum Hosti. cuius opinionem de æquitate credo veram, quam etiam sequitur Io. And. Henricus Bohic.

Super eo. c. Ad declarationem eiusdem glossæ Inno. hic in versicu. in electione autem &c. Si quæris vtrum, & quando contra electionem obijciatur defectus cui incumbit probatio, distingue. Aut obijcitur defectus
7 ante electionem confirmatam, aut post. † Si ante confirmationem, tunc qui obijcit nihil probare debet, ea ratione quia negãtis factũ, scilicet electionem canonicam nulla est probatio. 6. q. vltima actor supra de elect. bonæ memoriæ magunti. §. porro. sed electus debet probare electionem canonicam: vt no. In
8 nocentius hic & suprà de postulatione prælatorum. capit. 1. † Si post confirmationem obijciatur minus canonicam: tunc obijciens probare debet: nemo enim cogitur dicere titulum suæ possessionis. & ita notat Hostiensis supra de dolo & contumacia. cum olim. & idem sentit Guiliel. durandi. j̃. de elec. vt circa in glo. fi sacerdotis. lib. 6. Et hanc totam distinctionem ponit Archidiaconus 78. distinctio. presbyter. glos. adde si de electione agatur &c. Idem no. compostella. supra de electio. quod sicut. circa principium versi. si autem cõfirmatio &c. vbi etiam dicit vltimum membrum fallere, vbi à confirmatione ipsa est appellatum: quia tunc confirmato incumbit probatio, quòd confirmatio fuit iusta sicut in alia sententia à qua est appellatũ, notatur per eum in dicto. c. bonæ. dicit etiam ꝓ istud est securius, quam illud quod dicit Innocentius hic in fi. vers. & hic videtur &c. Licet Archi. 63. distinctione. c. 1. super verbo, commune. illam glossam reciteт, & approbare videatur. & Io. Andr. hic. & supra de re iudic. sicut nobis. in fi. Henricus Bohic.

¶ De excessibus prælatorum. Rubrica.

1 *Consuetudo est seruanda.*
2 *Episcopus an interdicat ecclesiam, vel clericum suspendat sine capituli consensu.*
3 *Episcopus sine capitulo subditum suspendit.*
4 *Episcopus, quæ communia cum capitulo habet.*

Peruenit. Ad euidentiam huius cap. & glo. Innocen. hic si quæris vtrum Episcopus posit sine consensu capituli excommunicare, vel suspendere clericos, vel ecclesijs interdicere, Distingue. † Aut apparet de consuetudine super hoc legitimè præscripta, & tunc illa est tenenda & seruanda, siue det soli Episcopo quod hoc posit facere: vt. j̃. de consue. c. non est. libro. 6. secundum Ioan. An. hic: siue soli capitulo, vel Episcopo & capitulo, insimul. argum. c. allega. & supra de his, quæ fiunt à prælato. c. nouit &. ca. quanto. &. c. ea noscitur. Aut non apparet de consuetudine super hoc
2 præscripta: & tunc † Aut quæris vtrum posit clericum suspendere, vel ecclesias interdicere in perpetuum, vel ad longum, tempus sine consensu capituli. & dic ꝓ non: vt hic, & supra de his, quæ fiunt à maiori parte capit. c. quæsiuit. de accusatio. qualiter & quando. in 1. responso. 34. distinctione quorundam. 50. distinctione studeat. & cap. nullus secundum Inno. Host. & Io. And. hic idem Hu. & Arch. 2. q. 1. nomen presbyteri super verbo suspendi. Vbi etiam dicunt, quòd nec suspendere sicut nec excommunicare potest Episcopus clericum præter ordinem iudiciarium argum. ea causa. & q. cap. nemo presbyter. & capi. multi. & hoc maximè obtinet, quando procedit ex officio cõtra absentem, vt in dict. c. qualiter, & quando. 2. §. debet igitur. Nam & in grauibus est consilium capituli requirendum supra de his quæ fi. à præla. c. nouit. &. c. quanto. Excõmunicatio autem est maior pœna in ecclesia dei. 34. q. 3. corripiantur. ideo nõ mirum si consilium capituli requiratur, secundum Inno. & Host. & Abbatem & Io. And. & in hoc concordat Archid. 15. q. vltim. c. hi qui altario. glo. fi. & Asten. lib. 7. tit. de interdicto
3 & suspensione arti. 8. versi. non debet aũt. † Aut quæris, vtrum Episcopus posit suspendere, vel interdicere subditũ suum ad tempus saltẽ modicum, & dic ꝓ sic, etiã sine monitione, imo etiã sine causæ cognitione si culpa vel delictũ coram iudice fiat arg. 45. dist. c. j. 35. dist. c. vltimo. ff. de penis. l. moris. Fm Inn. & Hosti.

& Host. & Io. An. hic idẽ Inno. ẽ. de excep. apostolice. gl. secuda. & Asten. vbi. ẽ idem Archi. in d. c. nemo presbyteri. super verbo suspendi. Vel fm Host. hic potest intelligi hoc. c. qñ agitur de correctione canonicorum, vnde & ẽ. vocanẽ fratres, vel presbyterorum vel aliorum clericorum iurisdictioni capituli subiacentium de consuetudine vel priuilegio speciali fm id quod legitur & nota. ẽ. de foro compe. cũ contingat. & de offi. ordi. irrefragabili. §. excessus. Vel qñ prælatus, & capitulum habent omnia communia, & communiter instituunt, & destituunt, vt in d. c. ea noscitur. & de offi. Archi. ad hæc. §. fi. & de rescript. edoceri. vel qñ clericus criminaliter accusatur. 15. q. 7. episcopus nullus. & in hoc casu & præceden. & similibus patet ꝓ sit dictum, ꝓ Episcopus habeat vocem tanquam prælatus, quæ sit differentia vtrum habeat vocem tanq̃ prælatus, vel tan
4 quam canonicus. † Ad quod notandum, ꝓ Episcopus & canonici vnum corpus faciunt, cuius ipse Episcopus caput est, canonici verò membra. Vnde in his in quibus Episcopus habet vocem tanq̃ prælatus requirit tam consensus Episcopi, q̃ capituli, ita ꝓ vnus sine reliquo nihil potest. Verũ si simul congregati discordant, Episcopi diffinitioni stabitur, nisi rationabile quid obsistat, vt probantur hæc. 12. dist. non decet. & c. de his. de præscri. c. cũ non liceat. de his quæ fi. à præla. c. nouit. & c. quanto. &. c. præcedẽtibus. &. c. fi. de his quæ fiunt à ma. par. c. c. 2. &. c. fi. & de magistris. qa nonnulli. Vbi verò habet vocẽ tanq̃ canonicus, non Episcopi sed capituli cõsentus requirit. nisi aliquid rationabile obijciatur & probetur. ẽ. de his quæ fi. à maiore. parte capituli. c. 1. de ele. coram. cũ suis cõcor. Secunda differentia est, quia in primo casu non deuoluitur potestas de vno ad reliquũ: in secundo sic. ẽ. de concess. præla. postulastis. Tertia, quia si à diffinitiua facta appelletur, in secundo casu à capitulo appellabitur ad Episcopum tanq̃ ad superiorem cum ipse non diffiniat sed capitulũ, q̃uis & ipse intersit canonicus. ff. quando app. sit. l. 1. §. solent. In primo verò casu nõ, ne appelletur ab Episcopo ad seipsum. j̃. de appel. Romana. li. 6. & probatur hodie expresse. j̃. de appellationibus. à collatione. libro. 6. Quarta, quia in primo casu vox sua est prægnans, & auctorizabilis, vt prælati: & tunc nihil potest capitulum expedire sine consensu suo, nec econuerso. ẽ. de tempo. ordinatio. capit. si Archiepiscopus &. c. seq. In secundo vero consideratur vox sua vt singularis canonici, & capitulum seu maior pars potest facere sine ipso: in alijs autem casibus, q̃ in supradictis sententia ꝓprij pastoris, & solius tenẽda est, & tremenda est. 11. q. 3. ca. 1. 16. quæstione. 2. visis. & j̃. de sen. excommu. cum medicinalis. li. 6. ẽ. de maioritate & obe. cum in ecclesijs. de offi. ordina. cum ab ecclesiarum. & cap. ad reprimendum. secundum Hostiensem & Ioannem And. Et de hoc vide quod not. & legi. j̃. de appella. c. à collatione. lib. 6. iam allegato.

1 *Episcopus cum capitulo possunt dignitatem destruere.*
2 *Episcopus, & capitulum non possunt dignitati vacanti præiudicare.*

A D hæc. Ad solutionem contrarij signati in glo. prima. in fi. d. c. cum accessissent supra, de consti. Si quæris vtrum vacãte Archidiaconatu, seu alia dignitate, Episcopus cũ capitulo posit præ
1 iudicare eidem, distingue. † Aut quæris vtrum posint dignitatem vacantem in totum destruere: & dic ꝓ sic: vt in d. c. cum
2 accessisset. † Et an vtrum ipsa dignitate remanẽte possint quãdiu vacat ei præiudicium generare, & dic ꝓ non: vt. ẽ. de consti. c. pe. ne sede vacãte per totum. & hoc hodie expressum est, etiam in parochiali ecclesia. j̃. de rebus ecclesi. non alie. cap. dudum. lib. 6. secundum Host. & Io. An. post eum. Et pro primo membro est hodie casus extra, de rebus eccle. non alienan. c. si vna. in clem. & dic vt ibi per omnes doctores.

1 *Euectionum numerus in visitatione requisitus.*
2 *Visitatio cum quanto personarum numero facienda. 4.*
3 *Ve homini soli.*
5 *Episcopus numerum euectionum excedendo excommunicans. an teneat excommunicatio.*
6 *Decre. hæc an priuilegium contineat.*

Vm ad quorundam. Ad euidẽtiam huius. ca. & gl. fi. Si quæris, cũ quanto numero euectionũ seu personarũ posint prælati ecclesiastici visitare. & vtrum si numerum vel modum debitum excedant, & ob hoc sententiam excommunicationis proferant sñia teneat, vel sit nulla, di
1 stingue. † Aut quæris de primo cum quanto numero euectionum possint visitare. & dic, vt. ẽ. de censi. cum apostolus. §. 1 vbi dicitur ꝓ Archiepiscopi visitãtes. 40. vel. 50. euectionum numerum: Episcopi aut. 20. vel 30. Cardinales. 25. nunquã excedant. Archidyaco. 5. vel. 7. decani cõstituti ab episcopis duo-
2 bus equis contenti existant. † Aut quæris de secundo. s. cũ quãto numero personarum, & tunc sunt diuersæ opiniones, quia licet in d. c. cum apostolus. euectionum numerus exprimatur: non tñ personarum. Quidam dicunt, ꝓ quantus ibidẽ exprimitur euectionum numerus, tantus & intelligẽdus est numẽrus personarum ipsarũ euectionum cessoribus minime cõputatis, vt sic vnaquæq; euectio habeat vnum peditem custodem suum. Absurdum. n. esset ꝓ equites & maximè prælatorũ socij sternerent equos suos. & hunc intellectũ videtur stilus curiæ approbare: quia qñ mittuntur nuncij sedis apostolicæ, de quibus mandatur vt eis prouideatur cum, quatuor euectionibus iungitur, & octo personis. Alij dicunt quòd numero euectionum iungenda est quarta pars personarum, vt si quis mittatur cum sex euectionibus habeat octo personas. si cum. 12. habeat. 16 si cum. 24. habeat. 32. & hæc opinio videt expresse comprobari in concilio generali. ẽ. de sta. mona. in singulis circa prin. Veruntamen prima opinio videtur nimis lata. secũda verò nimis arcta, ideo videtur hoc potius boni viri arbitrio relinquendum, qui diuersas consuetudines regionum, & qualitates personarum consideraret, & fm hoc plures conceduntur, vel etiam pauciores. In aliquibus. n. regionibus quælibet euectio ad minus habet vnum custodem, ꝓ quando eques solus
3 est omnino necessariũ videtur. † Ve. n. soli. ẽ. de statu. mona. monachi. In alijs vero duæ euectiones habent vnum custodem, & hoc satis videtur æquum esse & sufficiens in illis qui plures euectiones ducunt. & ideo consuetudo potius videtur cõsiderãda, qa quasi vbiq; ita cõiter obseruat. ar. 4. dist. erit ante lex. His ergo pensatis hic arbitrabit bonus iudex. ar. ẽ. de trãs. c. fi. Sed & quia nec oña ad vnguẽ seruari possunt, si plures vel pauciores sortè vnus aut duo ducant q̃ determinatũ sit, vel ẽt arbitratũ, nõ est magna vis facienda. ar. in eo quod not. ẽ. in proœmio ad
4 fin. † Vel vt sup hoc doctrina magistralis aliqua certa det salua interpretatione apostolicæ sedis possumus dicere, ꝓ cõputato simul euectionũ & personarũ numero, põt in quartã partẽ numerũ euectionũ excedere numerus pſonarũ, vt cũ sex euectionibus octo pſonas, cũ. 12. 16. pſonas, & tot pſonas põt ducere ille q̃ minus ducet, sicut cõcedit secũda opinio. Sin aũt cõputato simul euectionũ & pſonarũ numero excedat numerus pſonarũ in partẽ tñ tertiã, & non vltra, & hoc tolerabile vt, & ille q̃ plus ducet tot & non vltra põt sine iusta querela ducere. Inter aũt istos duos milites. s. inter quartã & tertiã partẽ prædictas, põt Episcopus ducere, quot pſonas voluerit. Et in his tribus casibus, s. qñ iuxta præmissam cõputationẽ numerus pſonarũ in quartã excedit numerũ euectionũ, uel qñ excedit etiã in tertiã partẽ tñ, vel qñ. j̃. istos limites ducit quocunque vult oñno tenet sñia cõtra non procurantẽ lata. Quia primũ concedit ius scriptũ. ẽ. de statu mon. in singulis. in prin. Secundũ verò cõcedit quasi gñalis consuetudo, quæ pro iure seruãda est. in sti. de iure natu. §. ex nõ scripto. & dist. 1. cõsuetudo. Tertiũ duplex rõ, prima, qa via media cõmendat. ẽ. de offi. custo. c. 2. Secunda, qa ex quolibet qd̃ maius est debet esse licitũ qd̃ minus est. ẽ. de 10. ex par. 3. Vltra aũt hũc numerũ põt excessus nimis grauis & notorius reputari, nec in tali excessu sñia tenebit, alias timẽda & tenẽda quousq; ꝑ superiorẽ suũ fuerit supꝑ hocarbitratũ, q tñ superior audita querela & sufficienti cautione recepta, ab excõicato vt arbitrio suo peat sñiam latã in cõquerẽtẽ sine difficultate faciat relaxari, & postea ꝓcedet in arbitrio ꝓ ut legi. & no. j̃. de sen. exc. sacro. §. 1. & pen. & fi. e. ti. solet. §. in 1. di. 6, Sed in excessu vnius, vel duarũ pſonarũ nõ est vis fm Hosti. q ponit oña præmissa à ver. aut queris de secũdo, vsq; hic. Et ꝑ hoc vltimo facit. 3. reg. 12. c. 2. paralipo. 10. c. & 7. q. 1. deniq; in princi. vbi dr, indignatus est inquit dominus oĩ semini Israel &c. Nota quod dicit oĩ semini, & tñ non tribui iudæ Beniamin, & ita verbũ gñale nõ tenetur vniuersaliter. ad idẽ. ẽ. de potestatis. præl. bonæ. 2. vbi dr ꝓ oẽs cõuenerãt in col. & tñ quinque clien. nõ cõuenerãt, & qd̃ no. Guil. Arc. & Io. An. j̃. de cẽsi. Roman. in prin. sup verbo plene. li. 6. † Aut quæris de tertio. s. vtrũ si numerũ vel modũ debitũ excedãt, & ob hoc sñiam excõicationis ꝓferant, sñia teneat, vel sit nulla, & tũc, Aut Abbas vel curatus seu alius prælatus visitatus, q̃tũ ad solã visitationẽ est exẽpt, licet in alijs Episcopo sit subiectus, & tũc si de exẽptione visitationis appareat, ꝑ hoc qd̃ in alijs sit subiectus, nõ minus iudicabit excõicatio nulla, vt no. Inn. ẽ. de cẽsi. venerabili. ad fi. ver. Itẽ ibi nõ est vis &c. & Hosti. post eũ. Aut non est exem-

est exemptus,quantum ad visitationem,sed subiectus:& tunc,
Aut sententia continet in se errorem intolerabilem in ipsa sen
tentia patēter expressum:vt quia dicit excommunico te,quia
non vis me procurare cum centum æquitaturis, & talis senten
tia non liga.ē.de off. dele.c. cum contingat.§.in eo verò casu.
&.de re iudicata.c.1.j.de senten.excom.per tuas.§. nos igitur.
& eodem tit.venerabilibus.§. potest quoq;.lib.6.& in hoc casu
potest intelligi,quod innuitur à contrario sensu.ē. de cō.libus.
cum nuper. ad finem . & quia notorium est talem sententiam
esse iniustam.vt.ē.de appell.c.fo icitudinem.§.si verò notoriū.
secundum Vin.Innoc.& Hostien.hic,qui ita intellexerunt hāc
decre. Aut non cōtinet errorem intolerabilem: vt quia Episco
pus hoc modo fert sententiam excommunico te,quia procura
tionem mihi debitam denegas. ē. de præscript. cum ex officij.
& tunc tenet sententia secundum Hostien. cum quo concord.
Astensis libr.6.titu.de censib.ad fin.q.quid si Episcopus.Quod
intelligo ipso iure,vt in effectu vbi non excedit debitum nume
rum euectionum vel personarum:vt.ē.in versi.his tribus casi-
6 bus.Vbi verò excedit,non tenet excommunicatio ipso iure. †
Et dic quòd decre.ista continetur ius commune sect.dum Gof.
hic & in sum.de sentētia excom.ad finem,dicentem, quòd hic
est casus specialis , in quo non tenet sententia à suo iudice lata.
idem Innocentius.Nos dicimus generale ius,quod dicitur hic
.s.quod si subditus alicuius sit priuilegiatus in aliquo capitulo
à Papa,q̄ si prælatus illius ecclesiæ occasione illius capituli fert
in eum sententiam excommunicationis,quòd nō tenet,vt hic.
& j. de priuilegijs.cum capella..& ca.quanto.& in hoc concor.
Cardi.j.de senten.excomm.c.præsenti.versic.octauus, nonus.
& versi.decimus.& Io.And.ibi,& Ioan.& Archid.11.q.3.ca.1.
Et hoc eadem ratione:quia alias esset retecanda:vt.ē. in proe-
mio.& Philipp.hic,& ē.de offi.delega.cum contingat.& Asten
sis lib.7.titu.de forma excommunicandi.versi.decimus. Licet
Bernard.hic contra,intelligens cum Ala.& Tancred. hic quòd
ista decretalis continet indulgentiam.& idem sentiunt Tancr.
& Goffre.in dicto.c.cum apostolus.Sed Hostien scripsit hic q̄
in ista decr.nihil exprimitur per quod aliquod priuilegium spe
cialiter sit concessum , excepto verbo hic posito,concedimus,
quod exponit.i.concessum esse ostendimus. Vnde dicit Archi.
in d.c.q̄ indulgentia sit iuris communis,quæ competit omni-
bus subditis.argum.opp.ē.in proemio iuxta fi.pro hoc etiam
facit expresse quod non apparet cui vel quibus hic Papa loqua
tur.vnde dicebant hic Ala.& Tancred. cui Papa loquatur nesci
mus,& ideo quibus sit indultum,quod hic dicitur ignoramus:
intelligam ergo vt prædixi,licet sit tutius ad superiorem super
hoc querelam deferre,vt intelligunt Tancredus, & Goffred.&
7 Vincen.in dicto.c.cum apostolus. Et † q̄ non teneat sententia
excommunicationis,tenet curia,secūdum Bona . qui ita notat
ē.de officio delegati.cum contingat.prout hoc notat Archidia
conus in dicto capit.1 glo.finali.11.quæstio.3.& Ioan. An.hic.
Et hoc potest intelligi,quando excedit numerum euectionū:si
verò excederet numerū personarum de quo non est expresse
cautum & tactum in concilio generali:tunc potest dici excom
municatio propter hoc lata non tenet ipso iure,si excedat vltra
tertiam partem euectionum,alias tenet ipso iure, & est tenen-
da & tremenda quousq: per superiorem fuerit super hoc arbi
tratum:vt ē.in ver.vltra autem habent numerum &c.Et no.q̄
visitandus potest procurationem denegare , quatenus numerū
excedit,& non aliàs secundum Innocentium hic,Et econtra,si
per plures annos minorem procurationem receperit Episco-
pus,non præjudicat sibi quo minus debitam exigere possit: vt
notat Spe.tit.de censibus.§.finali.versi.finali.Caueat igitur præ
latus visitans ne in exigendo procurationem,modum excedat
fauendo cupiditatibus suis,& id quod accepit à veteribus non
sequendo 19.distinctio.c.ita dominus.in fine.

1 *Episcopus non vnit ecclesias sine capituli consensu.*
2 *Papa non vnit ecclesias sine cardinalium assensu.*
3 *Prælati cui ecclesia vniendaſubijcitur,consensus in vnione requirendus.*
4 *Rectoris ecclesiæ vniendæ consensus, requirendus in vnione facienda.*
5 *Abbas non potest vnire ecclesias.*
6 *Episcopus an transfert personam de loco ad locum.*
7 *Archiepiscopus vacante sede transfert sedem episcopalem.*
8 *Vnio an ex diuturnitate temporis acquiratur.10.*
9 *Animæ sine confessione decedentis parochius negligens reus, efficitur.*

Sicut vnire. Si quæris vtrum, & qualiter Epi
scopus possit vnire,vel subijcere
1 ecclesias suæ ciuitatis,vel diocœsis,distingue. † Aut
quæris vtrum possit hoc facere sine consensu sui ca
pituli:& dic q̄ non vt.ē.de his,quæ fi.à præl.sine consensu. c. 1.
& vide quod dixi.j.de priuile.ex tuarum.& est hodie casus ex
tra,de rebus ecclesiæ non alie.c.si vna.in cle.vbi de hoc per do-
2 cto.† Et in hoc est differentia inter Papam & Episcopum,licet
ista decre.in prin.ver.ita Episcopi.eos æquiparare videatur, q̄a
licet Papa hos vel alios casus sibi specialiter reseruatos nō con
sueuerit expedire sine consilio fratrum suorum.i. cardinaliū,
nec hoc possit facere de potestate ordinata.argu.ē. de his,quæ
fiunt à præla.nouit. De absoluta tamen potest, & etiam sine cō
silio ecclesiarum ipsarum.9.q.3.cuncta per mundum. & . c.per
principalem.ē.de concess.præben.proposuit.Episcopus tñ hoc
non potest sine consensu capituli,vt in iuribus.ē.in prin. alleg.
& ē.de his quæ vi metusve cau.fiunt.c.cū dilectus. Æm Hosti.
& Io.An.hic,& in hoc satis concor.Archi.16.q.1. & temporis
qualitas in gl.adde,pōt ergo Episcopus & Ber.in c.alle. cū dile
3 ctus.† Aut vtrum hoc possit facere sine consensu prælati infe-
rioris,cui ecclesia vnienda vel subijcienda est subiecta,& dic q̄
nō,vt extra de statu mon.ne.in agro.§.ad hoc.ver. sed si quen
tus.in cle.& no.Gencia.in d.c.si vna.super verb.c. in clem. pro
quo etiam facit qd no.Io.7.q.1.Episcopus de loco .dicens,q̄ si
Episcopus velit trāsferre subditos Abbatibus vel alijs, eorum
4 consensus est requirendus.arg.54.dist.c.1. & 2.† Aut vtrū hoc
possit facere sine consensu,vel consilio rectorum, seu prælato
rum ecclesiarum vniendarum,vel subijciendarum vnius alte-
ri:& dic q̄ sic,vt est expressum in d.c.si vna.Æm Io.An.ibi, sup
verbo rector.& Gemi.super verbo,non extitit.licet Hosti.hic
5 contra per.c.1.ē.de ecclesiæ non alienan.& male.† Et no.quod
quantūcunq; ecclesiæ spectent ad Abbates,non licet eis eas vni
re:vel vnā alij subijcere:hoc est enim episcopale tantum: vt hic
Æm Inn.hic,& vide qd ipse no.ē.de consue.cū dilectus. in glo.
Io.dicit &c.Et idem cū Inn.tenet Abbas hic & Io.An.idem te
net Host.ē.de cler.non residen.q̄a nonnulli . super verbo paro
chiales.& Archi.j.de præbe.cū singula.super verbo annexe . li.
6.& Io.An.extra de rebus eccle.non alie.c.si vna super verbo,
Episcopū.in clem.& de hoc est hodie casus extra de statu mo-
nachorum.ne in agro.§.ad hoc.in cle. Æm Io. An.ibi super ver
bo ordinarios . Et hoc verū ēt si Abbates isti seu alij inferiores
Episcopo sint exempt.ita intelligit Guilel.de mont. lau. extra
de suppl.neglig.c.vnico.super verbo applicent.in cle.gl.Inn.hic
Possunt tñ Abbates præscribere q̄ possint subijcere , & vnire
prioratus simplices non habentes curā, vbi ponūt & deponūt
pro libito voluntatis:vt no.Arch.j.de præb.cum singula.li.6.&
Ioan.Andr.extra de statu regularium.ne in agro.§. ad hoc.sup
verbo ordnarios.in cle.& Guil.de mon.lau.& Gem.in dic. c.si
vna.multo magis posset hoc eis competere per priuilegiū spe-
6 ciale.ē.de officio ordi.duo simul.Æm Io.An.hic.† Et arg. huius
c.no.Barto. Brix.7. q.i.c.Episcopus de loco,gl.fi. q̄ Episcopus
potest cogere clericū vt transeat de minori loco ad maiorē lo
cū cum maiora facere possit vt hic.Ad hoc ēt facit.ē. de ætate
& quali.quæris Æm Hug.& Lau.& Io.An.cōtra in d.c. Episco
pus de loco.q̄a nemo crescere cogit inuitus.vt 74.dist.gest.63.
dist.q̄to.vnde hoc pōt, facere solus Papa Æm eos,quorūdā opi
nionem tenet Archi.ibi in gl.fi.arg.74.dist.quoddam. Sed pro
dicto Bart.Brix.viriliter videtur facere.ē.de rerum permut.c.
quæsitum.in fi.ver.si aūt.vbi notat Host.q̄ ex officio suo puro
pōt Episcopus transferre personas de vno loco ad aliū, qd for
tè verum est vbi est necessitas vel vtilitas ecclesiæ . alias secus
Æm Archidiaconum ibi, & de hac materia no.58.dist.in princ.
7 † Item arg.huius.c.notat Goff.ē.de maio.& obedi.cū inferior.
q̄ Archiepiscopus vacante sede episcopali potest vna cum ca.
ecclesiæ episcopalis sedem transferre.argum.etiam pro hoc.7.
quæstione.1.& temporis.& in d.c.cū inferior.& ē.de eccl. edi.
ad audientiam.Sed dic contra vt notat Ber. hic in glo.1.versic.
trāsfert sedem.&c.& Tancr.cuius fuit ista gl. nec obstat dictū
capit.cum inferior.quia illud quod ibi dicitur,de licentia Papæ
factum fuit.Et hoc notat Archidyaconus in dicto capitul. &
temporis qualitas.gloss.adde dominus Goffredus . vide etiam
quod no.glo.ibi de materia vnionis.& Archi.in gl.penult.& fi.
Et.61.casus reseruatos Papæ,ponit Hostien.hic in quibusdam
versibus,& de hoc plenius per eum in sum.de offi.legati.§. qd
pertinet,versi.per illud quidem.& adhuc plenius per Guili.in
spe.titu.de legato.§.nunc ostēdendum.per totum , vbi enume
rat.89.casus.† Hæc decretal. facit ad quæstionem disputatam
8 per dominum Guili.de petra lata,quam ponit Io.An.j.de reg.
rochiali

iur.c.qui contra iura.in nouella.lib.6.quæ talis est.Rector par-
rochialis ecclesię,quandam aliam. parrochialē cum suis fructi-
bus tenuit vt vnicam, vel annexam , nullo ibi instituto recto-
re,& hoc quanto tempore quòd de contrario, non est memo-
ria,quæritur an per id possit licite sic retineri.Guil.post multa
argumenta pro & contra dicebat soluendo, talem vnionem ex
diuturnitate temporis non acquiri, & ex ea nō posse rectorem
vtranq; ecclesiam regere,nullo ibi instituto rectore, fatetur ta
men quòd vna potest præscribere institutionem rectoris in
alia. de prescript. auditis . sed quod vnus rector duas curas ha-
beat esse nō potest. Ad solutionem adducit tria, primum,quia
consuetudo est onerosa,quæ priuat ecclesiam,iure suo,& ho-
nore suo sine culpa , nec iste casus est de numero illorum qui-
bus hoc contingit.not.22.dist.renouantes.ē.de consti.cogno-
scentes.j. de priuileg.antiqua. ex quo grauosa ergo tollenda.ē.
de consue.ca. 1.de consti. quæ in ecclesiarum. de maioritate &
obedien.dilecti.Secundum est periculum animarum,cū enim
sacerdotes peccata populi comedāt , & suis precibus ea deleāt
& consumant.3.q.1.nulli.10.q.1.quia sacerdotes. Detractio sa
cerdotum lædit ius publicum, cum quanto sunt plures tanto
melius debeantur , cum multitudo facilius exaudiatur à Deo,
de pęni.distinct. 1.fleat.ibi amat,vt pro vno multi rogēt.Hinc
est quod apostoli dicebāt, messem multam,operarios paucos,
petebant dominum rogari vt mitteret operarios in messem
suam.Math.9.lucæ.10.&.21.distinct.in nouo.ergo operariorū
ordinatorum diminutio est contra bonum publicum . Nam si
in qualibet parrochia infirmarentur parrochiani,non posset ad
9 vtrumq; simul suffragari, † & si aliquis sine confessione dece-
deret reus esset animæ decedentis.26.q.6.presbyter. &.c.co-
gnouimus.facit.j.de pęni.& remif.c.vlti.Modo functiones pu
blicè & ea quæ ad vtilitatem publicam pertinent præscribi nō
possunt.16.q.3.§.potest.ad fi.&.l.iubemus.25.q.1. quæ ad per
petuam.de prēben.ratio.Tertium,quia per hoc sine causa de-
trahitur iuri Episcoporum , quorum est ex iusta causa eccle-
sias diuidere,vel vnire,vt hic, &.ē.de prēben.& dignitati.capi.
extirpande. ergo est cum careat ratione.12. distinctione om-
10 nia.68.distinctio.cor Episcopi.† Item pro solutione sua allega
re potuisset Guiel.quod not.Hosti.in summa, de supplen.ne-
ligentia prælatorum.§.quot modis.vers.suppletur.etiam vbi
dicit quod temporis diuturnitas non probat vnionem,vel an
nexionem,licet ex causa annexio fieri possit,suo tamen modo
& seruata forma.ē.de præben.extirpandæ.& ca. seq.&.c.expo
suisti.& hic. Item ad solutionem Guil. bene facit quod scripsi
post Hostiensem de cleri.non residen.c. quia nōnulli. in gl.ma
gna,versi.quid si per,& de his quæ fiunt à præla.cum apostoli-
ca.Mihi videtur sic determinanda prædicta solutio , quod ve-
rum sit vnionem vel annexionem prescribi,eo tempore,de cu
ius initio non est memoria.j. de prescriptis.capit. 1.lib.6.dum
tamen sic possessa fuerit ecclesia.s.vt annexa vel vnita,nec erit
necesse tunc in illa ecclesia rectorem institui,cū rector princi-
palis sit rector vtriusq;.Sed non valebit consuetudo, quod illa
ecclesia non habeat proprium regētem curam,vicarium.s.per
petuum.vt in capit.allega.extirpandæ.exposuisti.de præben.&
de supplen.negligentia prælatorum.capit.7.vel saltem tempo
ralem,vt in clemen.de excessione prelatorum.frequens.versi.
quidam etiam ecclesias.vbi de hoc in glo.3.& probat hæc con
stitutio Ioan.execrabilis.ad fi.super quo vide quod plene scri-
psi de præben. de monachis.super glo.2.& de priuilegijs pasto
ralis . Hoc tamen saluo quod paupertate ecclesiarum vicina-
rum facta esset vnio ipsarum , inopia & impossibilitas regendi
vtranq; excusaret à vicario ponendo. 10.quæstione.3. vnio.&
de ætate & qualitate,eam te. in fi.& per hoc satisfactum est ra
tionibus quas in solutione induxit Gulielmus . Bernardus , &
Ioannes Andreas,pro cuius solutione facit quod notat Hostiē
sis & Ioannes Andreas post eum.ē.de exceptionibus. cum ve
nerabilis. in fine dicentes,quod si Episcopus ad manum suā ali
quam ecclesiam tenuerit , & fructus eius in vsus suos conu-
erterit tanto tempore quod præscriptio sit completa de mē
sa sua intelligitur , & si titulus non probetur . ad idem de con
firma.vtili.cum dilecta.& sic potest intelligi de rebus ecclesia-
sticis.vt super.

1 *Confessio quando præiudicet.*
2 *Conuicium est causa depositionis.*
3 *Gloriari in se non licet.*

Vam sit graue. Si quæris vtrum, & quā
do plus puniatur clam,
3 quam palam factum,distingue vt dixi.ē.de clande-
sti.dispon.cū inhibitio,† Et quando concessio præ
iudicet & quando non,vide per Inn.& Hosti.ē.de elec.p̄ser in-
quisitionem.& de confes.c.fi.& ibi dixi . Et vide quod no.glo.
2 de pœni.dist. 1.aut facta.glo.2.† vbi no.Archi.quod pro conui-
cto deponitur clericus , arg. 11. quæstione tertia si quis. sacer-
dotum . Et idem gl. hic in fin. vbi dicit quod iste clericus non
deponitur , sed suspenditur occasionaliter & propter acci-
dens.s.propter scandalum & infamiam ortam inter mulierem,
& virum,qui propter hoc eam expulit,non propter talem con
fessionem,vt tenent Io. & Vinc. hic.& idem recitat Hostien.
quòd speciale est hic in clerico de suo delicto publicè glorian
3 te.† cū gloriatio sit graue crimen,vt hic in princi. & in psalmo
quid gloriaris in malicia &c. & Hieremiæ.9. non glorietur sa-
piens in sapientia sua,nec fortis in fortitudine sua,nec diues in
diuitijs suis, sed in hoc glorietur qui gloriatur scire & noscere
me.vel dic secundum Innoc.& Hostien.quod ideo punitur ex
tali confessione, quia apparet eum esse maledictum detracto-
rem , & leuem, quorum quodlibet ad pœnam sufficit infligen
dam cum quo concor.Ioan.An.

1 *Clericus super crimine consulendo an irregularitatem incurrat. 3.*
2 *Ecclesiasticus præcipere potest seculari, vt à maleficos puniet.*
4 *Indicatio malefactoris an irregularem faciat.*

EX literis. Si quęris vtrum clericus possit licitè
absque pœna irregularitatis de, & su
per pœna criminis,seu delicti alicuius iudici secula
ri consulere , vel etiam respondere, aut ei indicare
criminosum si post ipsius responsionē vel indicationem mors
1 vel mutilatio sit secuta , distingue.† Aut quæris de primo.s.de
consilio seu de responsione,& tunc licet Ioan.3.dist.omnis au
tem lex.glo.sed nunquid iudex &c.& Ber.hic dicant,quod cle
ricus potest dare consilium in genere,ita dicendo,fures taliter
puniēdi,arg.5.q.6.delatori. dum tamen opera potius cōsulētis
quam suggerentis fungatur.vt.ff. de quæstioni. Tu tamen dic
secundum Hostien.hic,quod aut crimen non imminet puniē
dum,& tunc potest intelligi vera prædicta opi.Io.& Ber. Aut
crimen imminet puniendum ,& tunc si ex consilio suo siue ge
nerali,siue speciali sequatur propinquum homicidium,irregu
laris esset,vt patet hic, & in eo quod leg.& no.ē.de homici.c.si
cut dignum.§.fin.&.c.significasti.2.quod dic vt.ē.ne cleri.vel
mona.c.clericus.secundum Hosti.& Ioan.And.idem Spec.tit.
de lega.§. iuxta propositiones.circa.9.col. versic.sed quæritur
quando occasione. versi.quid si iudex &c. & Arcid.in d.c.om
nis.&.23.q.vltim.cap.pessimam.glo.penulti.& vlt.& gl.super
Ray.ti.de homicidio.§.11. Item no.quod frater Ioan.in sum
ma cōfes.tit.de homici.q.54.quid si clericus &c. Si vero ex cō
silio vel responsione ipsius non sequatur mors vel mutilatio,
tunc secus,ar.hic in §.nos autē.à contrario.50 distin. si quis vi
duam.& facit quod legi.& nota.ē.de homicid.postulastis.† Vn
2 de etiam iudex ecclesiasticus potest præcipere in genere iudi
ci seculari , vt maleficos punit secundum leges & iura . vt no-
tant Laur.Hugo & Ioan.15.q.6.auctoritatem.glo.fin. Et dice
re sicut dicit dominus Moysi,Exod.22.c.maleficos.non patia
ris viuere super terram . & hoc assertiue ponit Laur. in d.ca.si
quis viduam. secundum quod recitat Archid.in d.c.auctorita
tem.glo.fi.illud tamen membrum quando crimen non immi
net puniendum , potes subdistinguere. prout faciunt Spec. &
frater Ioan.vbi.ē.quia, Aut clericus respondet de pœna crimi
nis secundum leges,& iura,& tūc vera est prædicta opinio Io.
& Bernar.Aut erat in respondendo,vt si respondeat,fornicato
res esse puniēdos ad sanguinem, vel mortem, vel aliud simile,
& iudex secutus hanc responsionem tales puniat ad sanguinē,
vel mortem,& tunc,Aut reputatur iuris consultus, consueuit
consuli super talibus.& respondere consultus, & tunc , Aut er
uit in apicibus iuris , & vbi variæ sunt opiniones peritorum,
& ipse respondit suam opinionem , in qua erant etiam aliqui
periti , & tunc non credunt quod contrahat irregularitatem,
dum tamen consulenti responderit varias super hoc esse opi
niones.Si autem errauit laborans crassa ignorantia , & supina,
vbi nullus iuris peritus probabiliter dubitaret, tūc si sequatur
mors ex eius responsione,contrahet irregularitatem, cum fue
rit in culpa lata.Aut non reputatur iurisconsultus,nec iudici in
terroganti,vt iurisconsultus, sed simpliciter dicit quod sentie
bat de talibus , cum non præsumeret, nec deberet præsumere
quòd iudex sequeretur responsionem suam , & tunc non cre
4 dunt quod contrahat irregularitatem.† Aut quæris de secūdo
scilicet

scilicet, de indicatione vt quia iudici vel officiali furem sequenti, vel homicidam fugientem, & quærenti ab aliquo vtrum vidisset eum transire per locum illum, ille interrogatus respondit quod sic, & quantum in eo fuit, instruxit quærentē, & tūc refert secundum gloss. super Ray. in d. §. 9. Item no. quod & secundum fratrem Io. in sum. confes. tit. de homi. q. 56. quid de illo &c. Aut sciuit vel scire debuit quòd talis persona quæreretur ad pœnam sanguinis, & tunc est irregularis. Aut hoc nesciuit, nec suspicatus est quod ad hoc quæreretur, sed propter aliud, & tunc credunt quod non est irregularis, ex quo non est eius intentio corrupta.

Super eo. c. Ad euidentiam glo. Ber. quæ incipit no. quod sufficit &c. & Inno. quę incipit vnde pro eodē &c. Si quæris vtrum personaliter vel qualiter aliquis est citandus, distingue, vt dixi. s. de dolo & cōtu. c. causam quæ. & de hoc notant Ioannes & Archidiaco. 3. q. 9. caueant.

Super eo. c. Si quæris vtrum si aliquis nondum in sacerdotem ordinatus, in Episcopum ordinetur, recipiat caracterem ordinis Episcopalis, distingue, vt dixi. s. de clerico per saltum promoto. c. vnico. distinctio. 1.

1 *Ludi qui sint prohibiti.*
2 *In ludo amissum an repeti possit.* 7.
3 *Recreationis causa ludere licet.* 5.
6 *Ludere cum non valentibus alienare illicitum est.*
8 *Agenti possessorio an obstat criminis exceptio ad beneficium repetendum.*
9 *Beneficium repetenti iudicio petitorio an obstet criminis exceptio.*
10 *Homicidium an inducat beneficij priuationem.*
11 *Beneficium petenti an criminis obstet exceptio.* 13.
12 *Infamia suspensionem inducit.*

1 Nter dilectos Si qris, qui ludi sunt prohibiti, & qui non, † distingue vt dixi. s. de vi. & honesta. cleric. c. clerici. dist. 1. & vtrum amissum in ludo possit reperi distingue, vt dixi ibi in distin. 2. Vnde de amisso in alea dicunt quod non potest repeti, sed est pauperibus erogandum, argu. 14. q. 5. non sane. Cum enim hinc & inde turpitudo versetur, conditio est
2 melior possidentis. ff. de condic. ob tur. cau. l. 3. & 4. † Sed Ray. in sum. sua tit. de empt. & ven. rubricella, vtrum de illicite acquisitis possit fieri elemosina. §. 12. sed nūquid &c. dixit sic, mihi videtur saluo meliori iudicio distinguendū, vtrū aliquis volutarius, & ex cupiditate luserit, & tūc si amisit non potest repetere, si lucratus est tenetur ad restitutionem saltem in iudicio animæ. Aut inuitus, aut attractus per iram, vel nimiam alterius importunitatem, & tunc si amisit potest repetere, si lucratus est non tenetur restituere, sed potest & debet pauperi-
3 bus erogare. † Idem credo de illo qui infirmus vel debilis causa recreationis modicum lusit, dummodo alium ad ludendum non compulerit. vt. s. & secundum hoc possunt cōcordari opiniones & iura. Et est argumen. ad hanc distinctionē. 14. quest. 5. non sane. s. de simo. dilectus. 1. ff. si quadru. paupe. fecisse dicatur. l. 1. §. cum arietes. C. ad legem iul. de vi pub. vel pri. l. quo
4 niam multa facinora. † Nec obstat si lusor dicat, licet ego ex cupiditate luserim, tamen non feci iniuriam proximo, quia ipse idem fecit mihi, & voluntarius accessit. Respōdeo inuitus tamen & dolens amisit, item ludus est turpis, & reprobatus secundum legem, & malefidei possessor dicitur qui contra legē mercatur. C. de agri. & censi. l. quemadmodum. secundū Ray. Quæ omnia recitat Hostien. in sum. titu. de pœnitentijs. §. quibus & qualiter. versicu. sed nunquid potest repeti. ibi Ray. vero &c. dicens etiam quod hodie fere omnes docto. tenent quod potest repeti per. l. ff. de aleato. l. fi. in fi. & in. l. græca alearum. C. de relig. & sump. funerum. quæ vsq; ad. 50. annos repetitionem admittit. Et infert Hostien. ibi in fin. quod semper restituendum ante, quia saltem in iudicio contentioso non credam ei quin ex cupiditate luserit, quia semper pro maiori parte sic consueuit fieri. Alioquin si dicat quis quod bona intentione, vel causa recreationis hoc faciat, ludat ad alias sine denarijs, aut accipiat vnum de ludis approbatis secundum Innocē. s. de immu. eccl. quia plerique. versi. de eo autem dicit quod attractus non tenetur restituere, sed qui alium attraxit tenetur quasi qui dolum fecit. † Item qui causa recreationis modicum
5 ludit, non tenetur restituere, quod satis videtur concordare cū Ray. Item Ho. in sum. q. 32. arti. 6. ar. 2. videtur satis concordare cum Ray. † Dicens quòd circa ea quæ per aleas acquirun-

tur, videtur esse aliquid illicitum ex iure diuino scilicet, quia aliquis lucretur ab alijs qui rem suam alienare nō possunt, sicut sunt minores, furiosi, mente capti, surdi, muti, cęci, & qui morbo perpetuo laborant, quia tales rebus suis superesse. i. prouidere non possunt propter quod dandi sunt eis tutores vel curatores. institu. de curato. §. furiosi. & §. sed & mente capti. Et quod aliquis trahat alium ex cupiditate lucrandi ad ludum, & quod fraudulēter lucretur, & in his casibus tenetur ad restitutionem, & sic de eo non potest facere eleemosynam, alias au-
7 tem videtur vlterius illicitum. † Sed quia ius ciuile non obligat omnes, sed eos solos qui sunt his legibus subiecti, & iterū per dissuetudinē abrogari potest, ideo apud illos qui sunt legibus astricti tenentur ad restitutionem qui lucrantur, nisi forte cōtraria consuetudo præualeat. Aut nisi quis lucratus sit ab eo qui traxit eum ad ludum, in quo casu non tenetur restituere, quia ille qui amisit non est dignus recipere, nec potest licitè retinere tali iure positiuo durante, vnde debet de hoc eleemosynam facere in hoc casu. Et concordat cum his idem Tho. in scriptis & præmissa omnia recitat frater Io. in sum. confes. tit. de emp. & ven. rubricella, vtrū de illicite acquisitis possit fieri eleemosyna. q. 24. Sed nunquid pōt. Et hoc not. plene Asten. lib. 5. ti. de arti. 4. §. nunc est considerandum. ver. circa quartū. vbi dicit quod illa quæ quis est lucratus in tali ludo restituere tenetur in iudicio animæ secūdum communem opinionem, loquēdo de tali ludo eo modo quo est prohibitus, quæ opinio Ricard. & sibi tutior videtur.

Super eo, c. Ad euidentiam gloss. quæ incipit vnde non valuit & glos. seq. Si quæras quando fiūt plures præsentationes vel collusiones vel electiones, vtrū prima præstet impedimentum secundæ, distingue vt dixi. s. de elec. auditis.

Super eo. c. Ad euidentiam primæ gloss. Inno. hic, si quæris, vtrum agenti de & super beneficio obstet exceptio criminis, distingue, aut agēs petit bñficiū cuius possessionē iā fuit adeptus, aut petit bñficiū cuius possessionē nō fuit adeptus. In primo casu refert, aut agit de bñficio
8 iudicio possessorio, aut petitorio. † Si possessorio tūc, aut possessorio recuperādę possessionis, & tūc nullo mō obstat exceptio criminis, nec p.p obiectum in personam impeditur restitutio, vt supra, de restitu spolia. c. in literis. & ca. item cum quis. de cau. pos. & proprieta. cum super. C. de dona. inter vir. & vxo. l. si maritus. secundum Innocen. & Hostien. hic. idem Compostel. s. de elec. quod sicut. circa quintam colum. ver. si vero confirmatio &c. Quod tamen intellige vt no. Innocen. s. de fil. presby. cōstitutus. & vt dixi. s. de institu. cū venissent. distin. vlti. ver. aut nunquid contra agentem &c. Aut agitur alio possessorio & tunc dic vt dixi in. d. cap. cum venissent. distin. vlt. † Si agitur de beneficio petitorio ad repetēdum beneficium, vel dignitatem amissam, tunc refert, aut objicitur crimen, aut aliquid aliud quod ipso facto inducit priuationem illius beneficij, vel dignitatis, verbi gratia quod sit hęreticus, vel sententialiter de crimine condemnatus, & tunc admittenda est huiusmodi exceptio. argu. 8. distin. quo iure. 23. q. 7. c. 1. & 2. s. de restitutio. spolia. accepta. Aut aliud crimen ei objicitur, quod non inducit priuationem beneficij ipso iure scilicet, quod est adulter, vel periurus, vel simoniacus, vel de illo vel de alio beneficio, quia per huiusmodi crimina ipso iure non admittit suum ius, & non credit Innocen. hic huiusmodi exceptiones admittēdas. Quod sic probat, quia etiā probato crimine cum remaneat prælatus, vel canonicus, ad iudicandum est ius petitum, & sic nihil prodesset ei probatio suæ exceptionis, ergo non est admittēda. C. de proba. l. ad probationem. primo. s. de offic. deleg. cum contingat. §. in eo vero. & §. verum. de exceptionis. Nec potest dicere crimē obiecto in modum exceptionis priuandus sit iure suo, quia expresse contrarium dicitur. s. de ordi. cog. cum dilectus. in fin. Sed si excipiatur contra agentem quod contraxit matrimonium, cum per hoc beneficio renunciare videatur. vt. s. de cleri. coniuga. c. 1. & 2. & c. cum decorem. videtur quod hæc exceptio debet admitti. vt in. d. c. accepta. Licet alij contra, secundum Inno. & Hostien. hic. Idem
10 notat Compost. s. de elec. quod sicut. versi. vero confirmatio. & versi. alia vero crimina &c. † vbi etiā enumerat homicidiū inter illa crimina quæ non inducunt priuationem beneficij ipso iure, & hoc sentit Innocē. s. de concess. præben. cum nostris. glo. 1. ver. & hæc vera sunt &c. Dicens quod in homicidas, & irregulares cadere potest ius cuiusliber dignitatis, quia iustè etiam habent eam, si cum eis fuerit dispēsatum, & etiam sine dispensatione iustè tenent prædicti dignitates suas, quousque renun-

renuncient, vel deponātur. & idem not. Cōpostc. s. de rescrip. c. capitulum sanctæ crucis glos. quia quæstionis. versi. sed nunquid collatio facta criminoso &c. Sed contra has sententias facit glo. 50. dist. studeat. & etiā textus qui vult quod cum homicida in beneficio dispensetur. vt. s. de cle. pug. in duello. c. Henricus. in fi. Nam cum dispensatio requiritur vt homicida beneficium recipiat, videtur secus esse de iure communi. Item homicida non potest ministrare cum sit suspensus post quantācunq; pœnitentiam: vt. s. de temp. ordi. quæsitum. ergo suspensus est à beneficio, cum propter officium detur beneficium, & sic ctus accessorium. vt. 8 1. dist. eos. & no. j. de consue. cum dilectus. in gl. suspensus enim &c. & hoc not. Archidia. in. d. ca. studeat. gl. adde per sententiam non ipso iure &c. Priorem opinionē. s. quod homicidiū non inducit priuationē beneficij ipso iure credo verā, credo etiam quod citra dispēsationē canonicā non potest homicida beneficium ecclesiasticum de nouo licitè obtinere, seu etiam ante habitū retinere. & ita intellige opi-
11 nionem glo. & Archi. in. c. studeat. † In secundo casu principali s. quando agens petit beneficium cuius possessionem nōdum fuerat adeptus, refert prout no. Compos. in. c. alleg. quòd sicut ver. si vero confirmatio. Aut agens per collationem seu confirmationem plenum ius habet, aut non habet, sed forte tantum modo est electus. Si habet tunc, aut agens de obiecto crimine non proponitur publicè diffamatus, & tunc nō impeditur collationis seu prouisionis effectus, vt. s. de appel. constitutis. 2. & de accu. accedens. Et est ratio quia cum consecratio, vel ordinatio facienda non refert, iste plenum ius habet, ita quòd de ijs quæ in iure consistunt nihil sibi deest, sed sola possessio deest ei, sed ad tollendum ius plenum quæsitum exceptio sola non sufficit, cum necessaria sit ad hoc accusatio, vel denuntiatio. Nam nemo sine accusatore honore cadat. ff. de mu. & hono. l. rescripto. §. si quis accusatorem. ff. de ordi. cog. cum dilectus. in fin. Aut agens proponitur de obiecto crimine publicè diffamatus, & tunc, aut excipiens habuit ante cōfirmationem, vel prouisionem, vel collationē facultatem excipiendi, vt quia executor, vel prouisor eo sciente denuntiauit, antequam prouideret se tali velle prouidere, & tūc propter obiectum criminis non impeditur confirmationis, prouisionis, seu collationis effectus, etiam si crimē obijciens accusare vel denūtiare velit. s. qui ma. accu. pos. cum in tua. Sed effectu confirmationis, prouisionis, seu collationis habito auditur crimen obijciēs in modum accusationis, vel denuntiationis, vt in. d. c. cōstitutis. Aut non habuit facultatem excipiendi, vt quia ignorauit confirmationem, collationem, seu prouisiouem, vel fuit alias legitimè impeditus, & tūc propter publicam infamiam admittetur excipiens, & impedietur prouisionis effectus, vt in dicto. c. accedens. Nec mirum si propter infamiam executio, vel effectus
12 prouisionis impeditur † nam & qui iam possessionem obtinet suspenditur propter infamiam. 2. q. presbyter si à plebe. In hoc tamē iudex sit cautus, quod probationes infamię & ipsius criminis nō simul admittat, sed infamiæ prius, de qua postquam sibi constiterit per rei euidentiā, vel per testes, tunc excipiens super probatione criminis debet admitti. Quod si noluerit, aut nequiuerit probare, tunc purgatio indicetur, vt in c. accedens.
13 † Si agens per collationem aut confirmationē plenum ius non habet, sed tantum esset electus, vel peteret se recipi literas apostolicas, tunc bene admittuntur exceptiones criminum cōtra eum. s. de elect. dudum. 1. & 2. & ca. per inquisitionem. & ca. scriptum. & j. eo. tit. c. statuimus. li. 6. secundum Compost. in d. c. quòd sicut. & Inn. hic in prin. & de hoc dixi post Hos. in c. allega. accedens.

1 *Priuati non constituunt collegium citra domini concessionem.*
2 *Nouitas suspecta.*

1 Dilecta. † Hic notat Host. expressum argu. contra vniuersitates, villas, castra, & alia loca aliquibus dominis subdita, quod de nouo cōtra voluntatem dominorum non possunt se in vniuersitatem exigere, nec sigillum, nec arcam, nec aliquid commune habere, sed & si iam se erexerint, præsumitur contra ipsos. argu. ff. de colleg. illicitis. l. 1. & 3. ad idem argumē. s. de iure patr. postulasti, de offi. Archi. ad hæc. & c. fin. s. eo. capi. 2. & c. illud.
2 † Nam regulariter nouitates sunt suspectę. s. de consue. cū consuetudinis. Nisi forsan sic pacifice vixerint à tēpore cuius contrarij memoria non existit. j. de verbo. signi. super quibusdam. §. præterea. quod dic vt no. s. de iure patr. nobis fuit, & j. de offic. ordi. cum ab ecclesiarum. idem Io. And.

1 *Religiosi cemiterium habent.*
2 *Religiosi an quemlibet in suo cemiterio sepeliant.*
3 *Religiosi alibi quam in suis ecclesiis aliquando sepliuntur.*
4 *Religiosi oblationes gratuitas recipiunt.*
5 *Religiosi populo carentes decimas non præcipiunt.*
6 *Religiosi populum habentes decimas præcipiunt.*

Nimis iniqua. ver. nec sustinētes &c. Si quæris vtrum religiosi possint habere cemiterium, & quemlibet in eo sepelire, distin-
1 gue secundum Hostien. † Aut quæris de primo scilicet, vtrum possint habere cemiterium pro se, & pro confratri
2 bus suis, & dic quod sic vt. j. de priuil. vt priuilegia. §. 1. † Aut quæris de secundo. s. vtrum possunt in eo quemlibet sepelire, & tunc videtur quod ex quo habent cemiterium, apud ipsos potest eligi sepultura, vt patet. 16. q. 1. c. vbicunq; §. ecce his. & c. præcedenti. s. de sepul. c. 3. Nisi contraria pactio, vel consuetudo obstet. argu. in eo quod leg. & no. s. de cen. quanto. de sepulc. certificari. Menti tamen ius congruit, quòd religiosi populum non habentes, nullum corpus extraneum admittunt nisi forsan apud eos decederet hospitatus. & intestatus. argumen. 16. quęstio. 1. capitu. ad finem. & capit. alia causa. Illi vero qui populū habent, hoc admittere possent. 16. q. 1. sunt non nulli. §. his omnibus autoritatibus. 1. & 2. & c. inter medijs. De ijs autem qui populum habent loquuntur. c. s. de sepulch. c. 3.
3 ver. 6. & c. in nostra secundum Host. hic. † quod dicunt Inn. & Host. hic quod religiosis licet alibi quam in suis ecclesijs eligere sepulturam, intellige fore verum in casu vbi à suis monasterijs adeo sunt remoti, quod ad ea cum moriuntur commodè portari non possunt, alias secus vt. j. de sepul. c. vlt. lib. 6. secundum Cardi. & alios qui ita intelligunt ibi istud capitu. Henricus Boich doctor.

Super eo. c. ver. eos nihilominus.

4 † Dicit Hos. hic quod oblationes gratuitas, & feriales religiosi recipere possunt, debitæ vero & solēnes ecclesijs secularibus debentur. 16. quæstio. 1. statuimus. 13. quæstione secunda qui oblationes. Secus in donationibus quæ fiunt monasterijs inter viuos, vel causa mortis, ille enim spectant ad monasteria, & sic intellige. 13. q. 2. clerici. quod dic vt no. s. de sepul. de his. † Deci
5 mas vero si populum non habent religiosi, de iure communi percipere non licet, imo dare eas tenētur, nisi sint priuilegiati, vt patet in eo quod leg. & no. s. de deci. ex parte. 1. & c. nuper. vel nisi de consensu Episcopi eas acquisierint, vt legi. & not. s. de his quæ fiunt à præla. cum apostolica. vel ex consuetudine.
6 s. de deci. cum sint. & c. apostolicæ. † Vbi vero populum habēt ipsas licite exigunt ratione curę, & iuris parochialis quod habent. 16. quæstio. 1. si monachus. & c. seq. s. de relig. do. c. 1.

1 *Mendicantes non acquirunt noua loca sine Papæ licentia.*
2 *Mendicantes mutant habitationem de Papę licentia.*
3 *Iustior apud Deum maior.*

Nimis praua. versi. ad hoc. Si quęris, vtrū religiosi mēdicātes possint acquirere noua loca ad habitandum, seu antiqua alienare, vel mutare, distingue. † Aut quęris, vtrū hoc possint absq; speciali licentia Papæ plenam
1 & expressam facientę de prohibitione illius. c. cum ex eo. j. eo.
2 lib. 6. mētionem, & dic quod non. vt ibi leg. & nota. † Aut vtrū hoc possint de speciali licentia Papæ faciente plenā, & expressam de prohibitione huiusmodi mentionem, & dic quod sic, vt ibi corrigitur quod hic dicitur. Et no. hic in principio ex ordine scripturę, quòd ordo fratrum prædicatorum prior est tēpore ordine minorū, & ideo præponitur, vt hic &. j. de priui. in his. argu. in eo quod leg. & no. s. de maio. & obed. ca. 1. secundum Host. ad idem. j. de elec. quorundam, de pac. c. 1. & j. eo.
3 tit. c. vno. lib. 6. † Sed in. d. c. in his. dicit Host. quod ordo prędicatorum primo fuit sedem apostolicam approbatus, ideo & prior & maior ordine minorem reputatur. Item Arch. j. de de cimis. c. 1. innuit arg. tituli seu suprascriptionis illius. ca. non solum. j. de regula. lib. 6. & istius. c. quod præponuntur tanquam digniores, de quo non pertinet ad me disputare, sed si fas sit, tantum dico quod licet prior tempore, sit potior quo ad iura, status, & honores mundanos. vt legi. & nota. ff. de priui. credi. l. priuilegi. qui po. in pig. ha. l. potior. & l. creditor. & per totum de albo scri. l. 1. C. qui po. in pign. ha. l. si fundū. l. licet. & l. vlti. §. exceptis. & per totum. 61. di. miramur. in fi. s. de rescrip. c. capitulum. de offi. deleg. ex parte. 1. de maio. & obed. c. 1. & c. statuimus. j. de rescrip. si pro te. & c. duobus. de preb. eum cui. &
4 de reg. iur. qui prior est tempore. lib. 6. † Quo ad Deum tamen ille

ille qui iustior est, maior est.quadragesima distinctione. multi in fine.

1 *Clauis ecclesiæ diffinitio.*
2 *Clauis ecclesiæ diuisio 4.*
3 *Lucerna in tenebris ambulanti necessaria.*
5 *Irregularitas an ex violatione censuræ incurratur.*
6 *Interdictum non seruans plus punitur, quam excommunicationem violans.*
7 *Celebrans coram excommunicato non est suspensus.*
8 *Beneficio non priuetur id recipiens à prælato, interdictum violante.*
9 *Audacia circa illicita reprobatur.*
10 *Audacia circa licita laudatur.*
11 *Celebrans in loco interdicto an sit irregularis.*
12 *Celebrans coram excommunicato, an sit irregularis.*
13 *Mortui an in loco interdicto sepeliendi.*
14 *Mortuaria an ab interdictis recipienda.*
15 *Sepelientes in cemiterijs tempore interdicti sunt excommunicati.*

Anta est clauis. Si quæris quid sit clauis ecclesiæ, & vtrũ sit vna clauis, vel plures, distingue, Aut quæris de primo.ſ. quid sit clauis ecclesiæ,† & dic quod clauis ecclesiæ est scientia discernendi inter peccatum & peccatum, & potestas ligandi & soluẽdi.vt.20.dis.c.decretales.§.j.prout no.Ray. in sum.tit. de pœni.& remis.sub rubricella de potestate & vsu clauium.§.63. item quæritur.Petrus vero in scriptis.dist.18.dicit quod clauis est quædam potẽtia spiritualis supernaturaliter à Deo data,& infusa,nõ mutata,nec acquisita : idem frater Io. in sum.cõfes.lib.3.tit.34.ti.de pœni.& remis.sub rubricella de potestate & vsu clauium. quæstio.171. & primo quæro &c.

2 †Aut quæris de secundo.ſ.vtrum sit tantum vna clauis vel plures,& dicunt quidam quod sunt duæ claues.ſ.scientia,& potestas,& hoc satis aperte colligitur.20.dis.c.1.§.1.Item ex verbo plurali,quo vsus est dominus Petro, tibi dabo claues regni cœlorum.Matthei.16.21.dist. in nouo.j. de pœni. & remis.noua quædã.in fi. Vbi Host. exponit verbum illud in textu claues, vnam.ſ.fori contentiosi iudiciali.ſ.qui fil.sint leg.per venerabilem.§.rationibus.j. de pœnis.c.fi. Aliam fori voluntarij pœnitentialis.j.de pœni.& remis.omnes.de sent. excom.à nobis.2. & sic potest intelligi quod de clauibus ibi dicitur in plurali secundum Hostien. Alij dicunt quod non est nisi vna clauis tantum,quæ quidem est potestas,seu iurisdictio. Dicuntur tamẽ claues pluraliter, ꝓpter plures eius effectus,qui sunt ligare. & soluere.vel claudere, & aperire ad instar clauis materialis, per quam ostium, vel arca, clauditur & aperitur,ideoq; & in singulari, & in plurali ponitur vt hic & in iuribus allegat.Scientia autem speculatiua,quæ est habitus,clauis non est,sed necessa-

3 ria est potestatem habenti,† sicut & lucerna in tenebris ambulanti,ne alias accidat quod dicit dominus Matt.15.si cœcus cęco ducatum præstet ambo in foueam cadunt.ſ.de ęta.& quali. cum sit ars.Et hoc.ſ.qd sit vna clauis tantum not.Ray.in sum. ti.de pœni.& remis.sub rubricella de potestate & vsu clauium. 63.& Hu.& Io.20.dist.c.1.gl.pe.& Pe.de taranthasia,cum qui

4 bus satis concordat Arch.ibi. † Sed Host.in sum.tit.de pœni. sub rubrica de remis.§.1. in prin.dicit qd potest dici quod duę claues sunt, vna examinandi,& diffiniendi in iudicio dubia, & per censuram ecclesiasticam coercendi,cuius exercitium committit ecclesia iudicibus suis, quamuis non sint sacerdotes.ſ. de elect.trasmissa.ſ. de æta.& quali. à multis. Alia audiendi,& absoluendi, & coercendi peccatores de plano,& sine strepitu, & reconciliandi eos, & hanc non habet nisi sacedos. Vel breuius vna est fori contentiosi,alia voluntarij pœnitentialis, vt ſ.dictum est secundum Host. ibi. & in summa de sen. excom. §.quis possit excommunicare.sub.§.nedum autem. Et ista opinio Host.videtur tutior,propter authoritatem domini supradictam,tibi dabo claues &c.ad cuius verificationem requirun tur ad minus duę claues.arg.ff.de testi.l.vbi numerus.j.de reg. iur.c.pluralis locutio lib.6.& hanc videtur tenere Asten.lib.5. tit.35.de clauibus pœnitentiæ.ad fin.ibi vide.

Super eo.c. Ad declarationem glos.Ber.hic quæ incipit,no.quòd qui non seruat &c.& glo.1.

5 Inn.hic,†si quæris vtrum,& quando ex violatione censurę ecclesiasticæ quis irregularitatem incurrat,distingue vt dixi.ſ.de cle.excom.mi.si celebrat. Et not. quod dicit Ber.hic in gloſſ. ista no.quod qui non seruat &c.yer. quidam dicunt &c. quod excommunicatus beneficia conferre non potest.Et idem not. Ber.de suspenso ab officio, hic in prin.&.ſ.de consue.cum dilectus.de concel. præben. quia diuersitatem. in hoc concordat. Inn.in glo.no.postquam.& Host.& Io.An.hic.& asten.li.7.tit de interdicto & suspensio.art.4.Item, quod dicit Ber.hic in eadem gl.ver. & celebrãtes in loco interdicto interdicti sunt, & suspensi,& irregulares &c.intellige ipso iure siue sint religiosi, siue seculares vt hic. Itẽ est eis ingressus ecclesię interdictus. vt.j.de priuileg.Episcoporum.li.6.Item sunt inelligibiles acti uè,& passiuè.vt.j.de sen.excommu.is qui.in fi.lib.6.Itẽ si sint religiosi, excommunicati sunt,vt extra de senten.excomm.c. ex frequentibus.in clemen. Item quicunq; non seruant interdictum,sepeliendo in terra interdicta in casibus à iure non cõcessis,sunt excommunicati ipso iure.vt extra de sepult.ca.eos

6 qui.in clemen.& hoc no.Guil.de mon.lau.in.d.c.ex frequentibus.†Et rationem quare magis puniuntur non seruantes interdictum quam violantes alias censuras ecclesiasticas.ſ. excõmunicationem,seu suspensionem,vide ibi per eum super verbo non seruantes.Vbi dicit,quod ratio est,quia aliqui credebãt interdictum vilius, & minus cęteris,ideo vilipendebãt ipsum, quare vt magis appreciarẽt grauior pœna imponitur, vt si quis nõ dubitet scelerius commissum quod est grauius vindicatũ. 24.q.1.nõ afferamus.Vel quia trangressio interdicti cũ maiori scandalo fit,quam aliarum cẽsurarum,pro eo quia in plures, vt communius fertur,& magis publicè quam cœterę.ſ.de postu. prælat.capi.1.de offi.ordi.nouit. Et ideo transgressor propter maiorem contemptum,& maius scandalum quam grauius pu

7 niendus est.argu.40.dist.homo Christianus.† Item ratio quare celebrans coram excommunicatis non est suspensus, nisi à perceptione sacramentorum,nec est irregularis, vt no.Ber.in fin. & Gof.post eum,secus tamen in celebrante in loco interdicto est triplex secundum Hostien.hic.Prima,quia quando quis celebrat in loco interdicto ꝓsona sola delinquit, nõ res.in auth. de mand.prin.§.oportet.colla.3.non est ergo mirum si vbi solus celebrans delinquit incurrit irregularitatem, secus in alio casu, quia ibi persona excommunicati magis delinquit quam celebrans.ſ.de cleri.excõ.mi.c.illud.§.penul.Secunda,quia sententia interdicti pro alieno facto ad alios extenditur.ſ.de spõ. non est nobis.secus in excommunicatione quæ non transit in tertiam personam.11.quæstio.3.nemo.Tertia,quia interdictũ violans agit,non patitur,& scienter ac malitiosè delinquit, secus in celebrante coram excõmunicato , qui plus violat interdictum quam agere. vt in.d.ca.illud.§.penulti.secundum Hostien. &c.

Super eo.c. §.vero. Si quæris, vtrum recipientes beneficia à prælato qui violauit interdictũ, eisdem beneficijs vel alijs quæ ante ea obtinebant, debeant pri

8 uari,distingue.† Aut quæris de ijs qui voluntarie obediunt nõ coacti, & tunc potest dici quod priuari debeant nedum beneficijs quæ ab illo prælato obtinent, sed etiã alijs omnibus quæ antea obtinebant,vndecunq; ipsa habuerint, tãquam ij qui magis deliquerint,sic.ſ.de ęta.& qualita.cum bone.Aut quæris de illis qui coacti obediunt,& tales beneficijs tantum quæ ab illo prælato qui violauit interdictum, non antiquis, vel illis quæ alias sunt adepti priuari possunt, vt hic secundum Hostien. & Ioan.And.&c.

Super eo c. §.illos quoq;. Hic habes. &.ſ.e.c.in prin. 9 †quod audacia damnatur,& reprobatur, ad idem.17.q.4. si quis suadente.j.de senten.excõ.per totum. C.vnde vi.l.ti quis in tantam.Quod verũ de audacia quæ versatur circa illicita,& hæc vocatur temeritas, vt in iuribus alleg.&.C.de sacrosan.ecclesiæ.l.iubemus nulli. post hac.§.sane. 10 †sed audacia quæ versatur circa licita laudatur, & approbatur, vt.C.de nouo codi.fa.in princip.&. ff. de lib. & posthu.l. Gallus.§. nunc de lege.in fin. versic. videndum. ibi audacter possit dici &c.

Super eo.c. Ad declarationem gloss. Innocen.quę incipit,videtur &c.ver.sed melius &c. † si 11 quæris, vtrum celebrãs in loco interdicto,vel celebrãs coram excommunicato,vel interdicto sit irregularis, distingue. Aut celebrat ignoranter in loco interdicto, vel coram excommunicato,vel interdicto,aut celebrat scienter.Si ignoranter, tunc aut probabiliter,& talis non est irregularis.arg.j.de sentẽ.exc. is qui.§.is vero qui scienter à contrario.lib.6. secundum Ioan. An.ibi de priuil. Episcoporũ.ibi sciẽter celebrent.à contrario. lib.6.Aut improbabiliter,& tali ignorantia quæ excusare non debet,& tunc perinde est ac si esset sciens, argu.ſ.de cle.exc. apostolice.de postu. præla.c.1.vt no. Ioan.Andr.in.d.c. is qui. Si celebrat scienter,tunc aut celebrat in loco interdicto, & talis est irregularis secundũ Innocen.hic in versi.sed melius &c. & Hostien.& est casus in dicto.§. is vero. Quod verum etiam si denunciatio interdicti non sit facta secundum Guliel.ibi, & Io.An.extra de senten.excommu.grauius.glo.3.in cle.Fallit in casibus & modis exceptis à iure,quod dic vt legi.& nota.j. de

12 senten.excom.alma mater.lib.6.† Aut celebrat coram excommunicato vel interdicto,& talis non est irregularis secundum Inno.& Hostien.hic.idem Archi.11.q.3.excommunicatos.super verbo communicauerint.pro quibus est hodie casus in dicto cap.is qui.1.responso.Fallit in casu vbi post primam celebrationem diuinorum factam per aliquem coram excommunicato,vel interdicto,& sic post ingressum ecclesię sibi interdictum,iuxta.c.Episcoporum.j.de priuile.lib 6.ipse secundo in ecclesia celebraret,quia tunc esset irregularis.j. de sen. excom. c.is cui.lib.6.secundum Guliel.& Io.Andr.in.d.c.Episcoporũ. Sed non fallit proprie,quia hoc non est ex prima celebratione sed ex secunda in ecclesia sibi interdicta . Et istam gloss.Inno.à princi.sui vsq; ad versi.vbi autem quis communicat &c.ponit Spec.titu. de legato.§. iuxta propositionis. versi. sed quæritur vtrum is &c.vbi vide.Et quod notat Guliel.j. de re iudi.cum æterni.super verbo pontifice . lib.6.vbi ponit gloſ. Inno.hic à versi.vel si vis &c.vsq; ad versi. intellectum &c. de hoc etiam per Asten.lib.7.tit.de interdicto & suspensione.arti.6.

Super eo.c. & ca.glo.ad fi.versi.sed no.quod cum locus &c. Si quæris vtrum morientes sint in loco interdicto sepeliendi,& vtrum ab hominibus interdictis post pœnitentiam liceat mortuaria recipere, distingue.

13 †Aut quæris de primo.ſ.vtrum morientes sint in loco interdicto sepeliendi,& tunc ,aut nondum est solutum interdictum, vel est solutum, sed signa pœnitentiæ non apparuerunt in eis, & tunc nõ sunt in cemeterio sepeliendi . Aut signa pœnitentię apparuerunt in eis, & solutum est interdictum,& tunc post solutum interdictũ erunt in cemiterio ecclesiæ sepeliendi,arg.j. de senten.excommu. cum illorum.&.c.à nobis.2.Et si sepulti essent apud ecclesiam dum erãt interdicti post solutum interdictum non erunt exhumandi , cum res ad eum casum venerit à quo incipere potuit, secundum Inno.& Hostien. hic, & Archid.13.q.1.capit.1.glo. adde dicunt quidã.&.j.de priuile. Episcoporum. super verbo sepulturam.lib.6.idem Io. And.j. de senten.excom.si ciuitas. glosa penulti.li.6.& extra de sepul. capit.1.super verbo eisdem quibus.in clem . idem frater Ioan. in sum.confe.tit.de sen.ex.interdicti.q.250.quid iuris.de sepul

14 turis &c.† Aut quæris de secundo.ſ.vtrum ab hominibus interdictis post pœnitentiam liceat mortuaria recipere , & tunc dicit Inn.hic quod sic,quia & pro his est orandum.11.q.3.quicũque. Quod verum putant Ioan. Andr. & Gemi.in dicto.ca.1. super verbo eisdem quibus.si intelligas de mortuarijs.i.quæ ipse penitens de loco interdicto relinquit in morte. Idem si intelligas de mortuarijs quæ postea darentur cum funere sepulto in cemiterio post relaxatum interdictum. De funeralibus vero quæ darentur cum funere sepulto de facto tempore interdicti non putant clericos licite recipere posse, quia viderentur participare delicto secundum Io.An.& Gem.ibi.Si autem pœnitentiam non receperint, non est pro eis orandum,nec mor-

15 tuaria recipienda.88.distinct.c.fina. † Et not.quod sepelientes scienter defunctorum corpora in cemiterijs tempore interdicti,in casibus non concessis à iure , vel excommunicatos publicè,vel nominatim interdictos,vel vsurarios manifestos,ipso facto sunt excommunicati, quod dic vt hodie plene legi.& not.in.d.c.1.extra de sepultu.in clemen.

¶ De noui operis nunciatione. Rubrica.

1 *Leges & canones mixtim allegandæ.*
2 *Legibus & canonibus contrariantibus casum determinanti standum.*
3 *Leges & canones discordantes quilibet in suo foro seruandi.*
4 *Lex peccatum continens non seruanda.*
5 *Leges canonibus non obuiantes à Papa confirmatæ.*

Ntelleximus. Si quæris vtrum & quando leges debeant sacros canones imitari, & in foro ecclesiastico leges valeant allegari,seu canones in ciuili,distingue. Aut

1 leges concordant canonibus, aut contrariantur, seu discordant . † Si concordant , tunc sunt mixtim leges allegandę & seruandę vna cum canonibus,in foro ecclesiastico,& ciuili, vt hic & 10.dist.c.lege cap. si in adiutorium. &.c.seq.2. q.1.in primis. 10.q.3.summopere.ſ.de fide instr. pastoralis.de ali.mu.iudi.causa facta.c.in nomine domini.j.de præben. dudum.in fin.& de concess. præben.quia cunctis.lib.6.& de sent. excom.si iudex laicus.eo.lib.Si discordant , tunc aut sibi con-

2 tradicunt expresse.aut non.† Si non:stabitur in vtroq; foro illi quæ expresse causam,seu casum determinet, vt hic , vbi expressis legibus statur super nunciatione noui operis , etiam in re ecclesiastica.Idem in foro ciuili vbi canones expresse declarant articulum aliquem in quo leges nihil statuunt , exemplũ habes.j.eo.titu.c.penulti.in fi.Item aliud exemplum , de duabus quartis deducendis.ſ.de testamentis.c. Raynucius.&.ca. Raynaldus.argu.ad hoc.ſ.qui fi.sint legiti.per venerabilem.§. rationibus.ibi,si difficile & ambiguum &c.& prope finẽ versi.

3 cuius sententiam &c.† Si sibi contradicunt expresse , tunc aut lex potest seruari sine peccato, & tunc statur ei in foro suo, & canoni suo.ſ.de testamen.cum esses. & capitul.relatum.10.distinct.lege.&.c.imperium. Quod verum saluis interpretationibus dubiorum,in quibus deficiente lege,etiam in foro ciuili iuri canonico standũ est.arg.opt.j. de priuile.c. 2. vbi hoc not.

4 Hostien.super verbo legi.† Aut nõ potest sine peccato seruari, & tunc statur canoni indistinctè , quia omni consuetudini , & constitutioni tali est derogandum.ſ.de præscrip.c.fin.pro hoc etiam.33.q.2.inter hæc.32.q.4.nemo.Ita distinguit Specu.tit. de disputationibus . & allega.§.porro. versicu.sed nunquid in causa ecclesiastica.& abbas hic.Et in hoc vltimo membro concordat hic Hostien.dicens,& idem Io.Andr.quod leges debẽt imitari canones,& ipsis canonibus statur vbicunq;agitẽ de peccato mortali.ſ.de præscript. capitu.fina.alias de interpretatione fidei,vel legis diuinę,vel etiam diuersarum opinionum, vt C.de summa trinitate & fide catholica.l.fi.&.ſ.de rescript.superliteris.de rest.spolia.sæpe. & in dicto.§.rationibus. Itẽ vbicunque deficit ius ciuile , vtendum est canonibus.C. de nouo codi.compo.constitutione vnica,ibi præterquam si in iurisdictione &c.& de iustiniano.C.cõfir.cõstitutione vnica.§.si quæ vero.ibi si vero pro certis capitulis &c. cum etiam tunc, secũdum ipsum etiam ius ciuile sit ad consimilia,vel consuetudinẽ recurrendum.ff.de legibus.l. non possunt.&.l. seq.&.l.de quibus.1.responso.&.l.si de interpretatione. Nam & auctorizabilius est ius canonicũ,quàm consuetudo,vt patet.11.distinctio. quis nesciat.& capit.eecclesiasticarum.& per totum,& sequentibus distinctionibus vsq; ad 23. Et de ista materia vide quod notat glo.23.q.8.conuenior.glos.ecclesia enim.8.distinctione quo iure.glo.constitutiones.97.distinctio.capit.1.&.96.distinctione bene quidem . Vbi etiam de hoc not.Archidya. super

5 verbo concepta . † Dicens quod omnes leges quæ canonibus non obuiant,intelliguntur esse confirmatę à Papa,& corroboratę, vnde leges latę super rebus,vel personis ecclesiasticis valent,& habent vigorem in casibus ecclesiasticis,non quia sunt latę à principe,sed quia sunt à Papa confirmatę,& corroboratę secundum Hugo.& ad hoc facit istud cap.j.de sententia excommunicationis.in audientia.15.quęstione.3.§.cum autem. Vnde Papa leges suas dicit.6.quæstione.4.cum inter. sed contrarium videtur notari.10.distinctio.cap.1.in glo.ecclesia &c. vbi videas in dicto capitulo conuenior.

1 *Scandali diffinitio.*
2 *Scandali deriuatio.*
3 *Scandali diuisio.*
4 *Scandalum an sit peccatum.*
5 *Scandalum quando vitandum.*
6 *Loco ob demerita destructo perditur priuilegium.*
7 *Locus ab hostibus destructus priuilegium retinet.9.*
8 *Loca vnita priuilegium retinent.10.*

Vm ex iniuncto. §. super eod.Si quæ

1 ris quid sit scandalum,vnde dicatur,vtrum sit peccatum , vel non, & quando est euitandum,distingue.† Aut quæris de primo.ſ.quid sit scandalum. & dic quod scandalum est dictum,vel factum minus rectum, præbens occasionem ruinę.hæc diffinitio sumitur ex glo. Math.18.† Aut quæ

2 ris de secundo.ſ.vnde dicatur , & dic quod à scandalum grecè quod est offensio,ruina, vel passio pedis latine,secũdũ Hiero. super illud Math.15. scis quia Pharisei audito hoc verbo &c. & Thomas in summa confessio.44.articu.1. Contingit enim quandoq; quod aliquis obex ponitur alicui in via corporali,cui impingens disponitur ad ruinam, & talis obex dicitur scandalum.Et similiter in processu viæ spiritualis, contingit aliquem disponi

disponi ad ruinã spiritualem, per dictum vel factum, inquantum.s.aliquis sua admonitione, vel inductione, aut exemplo, alterum trahit ad peccandum, & hoc propriè dicitur scãdalum. Nihil autem secundum propriam rationem disponit ad spiritualem ruinam, nisi quod habet aliquem defectum rectitudinis, qa id quod est perfectè rectum, magis minuit hominem contra casum, quàm ad ruinã inducat. Et in his cõcordat idem Thomas in scriptis. 4. sententiarũ. distinct. 38. & Pe. & Rayne. tit. de scandalo. circa prin. & frater Io. An. in sum. confes. tit. de scandalo. q. 1. & G. de monte lau. extra de offi. ordin. c. vnicõ. super verbo scandala. in clemen. Aut quæris de tertio. s. vtrum sit peccatum, † & tunc dicit Tho. in sum. q. 43. art. 2. & frater Ioã. in dicto titu. q. 2. post eum, quòd duplex est scandalum. s. passiuum. s. in eo qui scandalizatur, & actiuum in eo qui scandalizat, dans occasionem ruinę. scãdalum passiuum semper est peccatum, in eo quod scandalizatur, non enim scandalizatur, nisi inquantum aliqualiter ruit spirituali ruina quæ est peccatum. Potest tamen esse scandalum passiuum sine peccato eius, ex cuius facto aliquis scandalizatur, sicut cum aliquis scandalizatur de his quæ alias bene facit. Similiter etiam scandalum actiuum semper est peccatum, in eo qui scandalizat, quia vel opus quod facit, est peccatum, vel etiam si saltem habeat speciẽ peccati, siue speciem mali, dimittendum est semper propter proximi charitatẽ, ex qua vnusquisq; conatur saluti proximi prouidere, & sic qui non dimittit cõtra charitatem agit. Potest tamen esse scandalum actiuum sine peccato alterius qui scandalizatur, puta cum aliquis inducit verbo, vel facto alium ad peccandum, & ille non consentit, & in hoc cõcordat Tho. in scriptis. † Sed si quæris, vtrum sit peccatum mortale, dic secũdum Tho. vbi. s. arti. 4. & fratrem Ioan. vbi. s. q. 4. quod scandalum passiuum potest esse veniale, & mortale, secundum quod quis vel solum impingit in peccato veniali, vel impingit & ruit ex inordinato dicto, vel facto alterius, vt cum producitur vsque ad actum mortalis peccati. Scãdalum autem actiuum si sit qui dem per accidens, potest esse quandoq; peccatum veniale, puta cum aliquis vel actum venialis peccati cõmittit, vel actum qui non est secũdum se peccatum, sed habet aliquam speciem mali, cum aliqua leui in discretione. Quandoq; vero est peccatum mortale, quia siue committit actum peccati mortalis, siue quia contemnit salutem proximi facere quod sibi libuerit. Si vero scandalum actiuum sit per se, puta cùm intendit ducere alium ad peccandum, si quidem intendat ducere ad peccandũ venialiter, per actum peccati venialiter est veniale peccatum, & idem Tho. in scriptis. & Asten. tit. de offensione & scãdalo, vbi de ista materia plene. † Aut quæris de quarto. s. quando est euitandum, & tunc dic vt dixi. s. de renunc. nisi cum pridem. §. pro graui quoq; scandalo. vnde not. quatuor regulas quæ sumũtur hic in fi. Prima est, quod ea pro vitando scandalo euitanda alias omittenda non sunt, quæ sine peccato mortali committi non possunt, vt baptizari, dicere horas, accipere pœnitentiam: vt hic. Secunda, quod ea pro vitando scandalo committenda non sunt, quæ sine peccato mortali committi non possunt, vt committere adulterium ad euitandum homicidium, seu crimen sodomiticum. 23. q. 5. cum homo. 14. dist. c. 1. Tertia est, quod pro vitando scandalo quis potest cõmittere ea, quæ sine peccato mortali committi possunt, sicut portare habitũ alias non suo ordini conuenientem. s. de vita & honestate clericorum. capit. cleri officia. & c. Deus qui. 33. q. 5. c. quod Deo pari. Quarta est, quod pro vitãdo scandalo quis potest committere ea, quæ sine peccato mortali committi possunt, vt esum carnium. 1. ad corinth. 8. & hic in versic. ab his tamen versiculo, vnde apostolus, si scandalizatur frater non comedam carnem in æternum, quia cum esu, & sine esu carnium potest esse salus. 41. dist. c. 1. & 2. nisi propter votum, vel obseruantiam regularem, vel statutum ecclesiæ aliud censeatur, quo etiam casu instantis necessitatis tẽpore dispensatur. s. de obseruatiõ. capitu. penulti. & vlti. Item correctionem propter multitudinem. s. de clerico excommu. ministratores. de clericis non residen. cũ olim. melius. s. de tempo. ordi. capit. 2. s. de consanguinitate & affini. quod dilectio. & cap. quia circa. Istas quatuor regulas ponit Abbas hic & G. de mon. lau. extra de immunitate eccle. c. vnicõ. in clementi. vbi de hoc etiam vide per fratrem Ioan. in sum. confessio. tit. de scandalo. quæstio. 5. vtrum bona spiritualia &c. & per Bernardum. s. de tempo. ordinando. capit. 2. glos. argu. quod &c. & j. de regulis iuris. capit. qui scandalizauerit. glos. 2. & quod ibi dicam.

Super eo. c. Ad declarationem glo. vlti. Innoc. quæ incipit. C. de legi. non dubium. Si quæris vtrum si ecclesiæ, vel ciuitates, vel alia loca sacra, vel prophana destruantur, vel alia loca tranferãtur, priuilegia si amittant, distingue. Aut quæris de primo. de his quæ destruuntur, & tunc taut destruuntur auctoritate superioris propter delictum eorum, & tunc nullus decetero debet vocari clericus illius loci, & ille locus priuilegium suum perdit, vt hic. & de cõse. dist. 1. placuit. 16. q. 7. & hoc diximus. ff. quibus modis vsusfructus amit. l. si vsufructu ciuitati. & ita intelligo quod notant Ber. Innoc. & Hostien. j. de verbo. signifi. c. Abbate sane. §. vlti. Et hoc si postea non reædificetur, reædificatum enim auctoritate superioris eadem priuilegia habet, secundũ Inno. ibi. argum. s. de elect. quia diligentia. & quod not. Accur. ff. de legibus. l. ex his. & l. seq. & Barth. Brix. in quæstione dominicali q̃ incipit, esto quòd aliquis; & Ioan. 32. q. 7. licite. de Lazaro resuscitato, quod omnia recuperet saltem de equitate. † Aut destruuntur ab hostibus, & tunc retinent omnia priuilegia sua. & antiqui clerici remanẽt ibi clerici. 7. quæs. 1. pastoralis. 19. quæstione. 3. quæ semel. † Aut quæris de his quæ transferuntur auctoritate superioris ad alium locũ, vel alijs vniuntur, & tũc idem. s. quod retinent omnia priuilegia sua, vt notatur de ecclesijs. s. ne sede vacan. c. 1. de religio. domi. c. quia monasteriũ. Et idem intellige de ciuitatibus, & alijs locis prophanis. arg. ff. de contrahen. emptio & vendit. l. ę de sacra. Ita distinguunt Inno. & Hostien. post eum. Idem not. Ioan. in primo membro. in. d. ca. & hoc diximus. Idem per omnia in omnibus mẽbris. Archid. ibi in glo. adde dicas latius & c. idem Io. Andr. j. de electio. c. statutum. glo. penul. de regu. iur. c. priuilegium. lib. 6. Licet Ioannes in capit. alleg. pastoralis. gl. fi. not. quòd collegium esse desinit translatis personis. ff. de collegijs illicitis. l. 3. sed Archi. ibi. super verbo personis, dicit sub forte, illud non esse verum, si auctoritate superioris transferatur, vel alij vniatur prout not. hic quod forte credo verum per præmissa. Ad hoc facit quod notat Spec. titu. de auctoritate ab vniuersita. versic. item quod vniuersitas. vbi dicit quod vniuersitas vel collegium esse desinit, quando est dissolutum. vt. ff. de lega. 3. l. pater filiũ. s. tusculanus. j. de verbo. significa. Abbate sane. in fi. & 25. quæstio. 2. capit. vlti. §. fi. ibi sic religiose viuentes &c. Nisi vbi iã ad vnionem redierit, quia tunc sumit naturam vniuersitatis. ff. quod cuiusq; vniuersi. l. sicut municipũ. §. fi. Sicut omnes de vniuersitate qui interfuerunt ordinationi, sint mutati. nam eadem vniuersitas censetur, non altera. ff. de iudi. proponebatur. 7. quęstio. 1. deniq;. † Et idem quod dictum est de locis quę destruũtur ab hostibus, quod retinent priuilegia sua, intelligo quando destruũtur terrę mõtu, vel alias quam auctoritate superioris, per. d. l. ę de sacra. † Quod dictum est de his quæ transferuntur ad alium locum, quod retinent omnia priuilegia sua, intelligo de personis, & rebus trãslatis, & locis ad quæ fit translatio, nõ de illis locis ad quæ fit translatio, illa enim priuilegia amittunt argu. eorum quæ leg. & notantur. s. de consti. translato. Non. n. pro locis res, sed pro rebus loca amanda sunt. 12. distinc. nouit nec locus sanctificat hominem, sed homo locum. 40. dist. non loca. Et vtrum probetur & duret exemptio, probato quod de mandato Papæ ecclesia plene cum personis exempta, tamen magistris destituta, conceditur ordini vel collegio non exempto, distingue, vt notat plene Ioan. Andr. j. de priuilegijs. cum personę. glo. penulti. in nouella. lib. 6.

1 *Appellationi an causa sit inferenda.*
2 *Appellandum an quando locus non tutus assignatur.*

Significantibus. Ad declarationẽ glos. Innoc. hic quæ incipit, non erat appellationem &c. † Si quæris vtrum, & quando in appellatione sit causa exprimenda, vide hodie extra de appella. capitu. appellanti. in clemen. per quod. c. corrigitur, & verificatur glo. ista. Et distingue vt dixi. s. de appella. constitutis. † Item de hoc quod dicit Inno. hic in versic. sicut quando appellatur &c. Si quæris vtrum si alicui parti locus non tutus per iudicẽ assignetur, eo ipso exinde poterit appellare, distingue, vt dixi. s. de appl. ex parte.

1 *Noui operis nunciationis diffinitio.*
2 *Noui operis nunciationis effectus.*
3 *Noui operis nun. quando effectus committatur.*
4 *Noui ope. nun. quot modis remittatur.*

Si is cui. Vt plenam huius tit. de noui ope. nuncia. notitiã habeas, nec te oporteat quærere suffragia mẽdicata. Si queris, quid sit noui operis nuncia. quot ejus effectus, quando dicti effectus

committuntur, & quot modis ipsa nũciatio remittatur, distingue. † Aut quæris de primo. s. quid sit noui operis nunciatio, & dic quod est operis noui futuri, per prætorem, vel lapilli tactum, vel simplex verbum, à persona libera sanę mentis in pleniore pubertate existente, asserente se, vel eum cuius nomine nunciat ius habere in re, publicum, naturale, vel positiuum, ad bonæfidei iudicium non habentem, facta prohibitio, cuicunque in loco manenti, cuius extractionis mora non sit magnũ periculum allatura. Primo, dico quod est operis noui, quia pro refectione antiqui operis locum non habet, vt. ff. eo. titu. l. 1. §. si quis ædificium. aliud est. n. facere, aliud reficere. ff. de iti. actu, quia priua. l. 3. §. reficere. s. de iudeis. consuluit. & c. iudei. Sequitur futuri, quia non pertinet ad iam factum. vt. ff. eodem. l. 1. §. 1. Sequitur, per prætorẽ, vel lapilli iactum, seu per simplex verbũ, quia altero de his modis debet fieri. ff. eo. de pupillo §. meminisse. Sequitur à persona libera, quia seruus non potest nunciare. ff. eo. de pupillo. §. seruo. nisi nomine domini sui. vt notat glo. ibi. ff. quod vi aut clam. l. 3. in princ. Sequitur, sane mentis, quia furiosus nunciare non potest. argum. l. allega. de pupillo. in prin. tales enim æquiparantur infanti. arg. eo. titu. l. operis. & extra de homici. c. vnicõ. in clemen. Sequitur in pleniore pubertate existente, quia pupillus, vel adultus, nisi haberet. 17. annos nõ posset nunciare, vt in. d. l. de pupillo. in prin. & ff. de postulatio. l. 1. §. pueritiam. de popula. actio. l. pupillarum actio. l. pupillarũ actio. in princip. Quædam enim est pubertas. 12. annorum, insti. quibus mo. fi. tu. in prin. quædam plenior. 17. annorum. vt in d. §. pueritiam. quædam plenissima. s. 20. annorũ. vt. C. de his qui veniam ętatis impe. l. 2. secundum Accur. in d. l. pupillo. 1. responso. sed Hostien. in sum. eo. tit. §. quis possit. in prin. innuit quod requirũtur. 20. anni. Sequitur assertiuè se, vel eum cuius nomina nunciat, hoc ideo, quia & in meo & alieno nomine possum nunciare, vt. ff. eo. l. 1. §. item nunciationẽ. & l. de pupillo. §. qui procuratorio. Sequitur ius habere in re naturale, publicum, vel impositiuum: nam ex altera de istis causis potest quis nunciare, vt. ff. eo. l. 1. §. nunciatio fit. & l. de pupillo. §. sextus Pedius. Sequitur, ad bonæ fidei iudicium nõ habentem, quia bonę fidei actio remedium hoc repellit, vt. ff. eo. l. in prouinciali. §. 1. in fi. Sequitur facta prohibio, quia per nunciationem opus inhibetur, vt. ff. eo. l. 1. in prin. Sequitur cuicũque. quia non refert cuius sit sextus, vel conditionis, vt in l. de pupillo. §. nunciationem. Sequitur in loco manenti, quia extra non, vt in dicta. l. de pupillo. §. fi quis forte. Sequitur cuius extructionis mora non sit magnum periculum allatura, per hoc excepto riuos, & cloacas, & rusticam seruitutem, vt. ff. eo. l. de pupillo. §. fi quis riuos. & l. qui viam cum adiutorio. ff. de aqua pluuia arcenda. l. 1. §. de eo opere. † Aut quæris de secũdo. s. quot sunt eius effectus, & dico quod omnis nunciatio legitimè facta habet istum effectum, quod opus post, & contra ipsam, & ante remissionem ipsius factam, factum destruatur per interdictum perpetuũ ex illo edicto descendens: Nec interest vtrũ opus sit alias iure factum, aut non, & est ratio, quia contẽpsit auctoritatem prætoris, vt. ff. eod. l. 1. 1. responso. & l. prætor ait in princ. & §. prætor ait. & §. hoc interdictum, & hoc viuente, possidente illo qui fecit, alias agitur ad patientiam contra possessorem, & ad sumptus contra factorem si vixerit. ff. eo. l. non solum. in fine. & l. penulti. & fina. Si autem remissa fuerit per satisdationẽ, tunc opus destruitur sumptibus hæredis, si appareat iniuste ædificatum, vt in l. allega. non solum. Simplex autẽ nunciatio habet effectum, imo potius defectum, quod aduersarium constituit possessorem. vt. ff. eo. l. 1. §. in operis. & l. de pupillo. §. meminisse, adeo quod quantũcunq; remittatur, seu tollat nũciatio, possessio tamen per nunciationem verborum amissa non recuperatur. nisi aliud interueniat secũdum Hosti. in sum. eo. tit. §. qualiter fiat in fine. Et est alius effectus, vt si is cui nunciatum est nolit rem defendere, transfertur in eũ onus probationis, vt. ff. eo. si prius. quod intellige, vt legi. & notatur. C. eo. l. vnica. alias est lex ii. sub. tit. de edifi. priua. & hic secundum Hostiensem in summa eo. titu. §. vlti. versi. item effectus. † Aut quæris de tertio. s. quando dicti effectus committuntur, & dic quod primo quando nunciatio peruenit ad notitiam domini, vel vice domini, vel dolo malo eorum factũ sit quo minus peruenerit. sic intelligitur secundum glo. l. allega. de pupillo. §. meminisse. & §. si quis forte. & l. cuilibet. & l. prætor ait. §. hoc interdictum. versi. plane. in fi. Secundus autẽ effectus seu defectus committitur statim facta nũciatione. sic loquitur. ff. eo. l. 1. §. in operis. in fi. † Aut quæris de quarto. s. quot modis nũciatio remittatur, & dic quod sex. primo per simplex verbum, & hic modus parit, exceptionem, vt. ff. eo. l. 1. §. deinde. Secundo, per prętorem & hic tuetur aduersarium ipso iure, vt. ff. eo. l. 1. 2. responso. ibi deinde remittatur &c. & l. si nouum opus. Tertio, per satisdationem præstitam, vel oblatam, nunciatore existente in contumacia recipiendi, vt in dicta. l. de pupillo. §. si is cui. & l. prætor ait. §. deinde ait prætor. & §. hoc autem. & tunc nunciatus si impediatur habet interdictum perpetuum, nisi postea sit in mora cauendi, vt in d. l. prætor ait. §. penulti. & fin. Quarto, remittitur per nudam promissionẽ, & hoc duobus modis, primo cum nunciatur ędificanti in publico. vt. ff. eo. non solum. §. si cum te. versi. quod si nunciauero. & tunc repromittens non iuuatur contra tertium, vt in d. l. prætor ait. §. hoc autem. versi. proinde. Secundo, vbi nunciatur causa damni de pellẽdi. vt. ff. de dãn. infect. l. prætor ait in princip. & §. 1. Quinto, remittitur per mortem nunciantis contingentẽ antequam aliquid fiat per eum cui extitit nuntiatum. Sexto, per alienationem rei in qua nunciatur, vel cuius contemplatione nunciatur factam per nunciantem ante scriptam nunciationem, & hoc probatur in dicta. l. non solũ. §. morte. & l. prætor ait. §. hoc interdictum perpetuo. Nota tamen secundum Odoffr. & Spec. hoc tit. §. 1. ad fi. versic. sed nunquid verum est, quod si certum esset quòd aliquis nunciasset calumniosè, nõ deberet ędificium post talem nunciationem factum demoliri. arg. ff. ne quis eum qui in ius vocatus est vi exi. l. 1. Et de ista materia potes latius, & diffusius videre, per Hosti. in sum. eo. tit. §. quis possit facere. & §. seq. vsq; in finem.

¶ De priuilegijs, & excessibus priuilegiatorum. Rubrica.

1 *Priuilegij diffinitio.*
2 *Priuilegij deriuatio.*
3 *Priuilegij diuisio.*
4 *Priuilegij subdiuisio.*
5 *Priuilegij secunda diuisio.*
6 *Priuilegij tertia diuisio.*

Si Quæris quid est priuilegiũ, & quare sic dicitur, & quot sunt eius species priuilegiorum, distingue. Aut queris de primo. s. quid est priuilegium. † & dic quod est priuatum, siue singulare ius, contra commune indultum. Nec enim est priuilegiũ nisi aliquid indulgeat speciale, nã debet semper aliquid speciali ter operari. j. eodem. in his. & de verbo. signi. Abbate sane. §. cõtra qd̃ fuerat. ff. ad municip. l. 1. C. de thesauris. l. 1. lib. 10. † Aut quæris de secundo. s. quare dicitur priuilegium, quia priuatam legem tribuit, vt patet in iuribus. s. proxi. allega. Vnde priuilegium inde dictum est, quod in priuato feratur. 3. dist. priuilegia. Sed & dicuntur priuilegia, quasi priuata legia, eo quod priuatam legem singulis gerent. 25. quæstio. 1. ca. ideo permittente. §. cum ergo. versic. priuilegia. Namq; inde dicit Hiero. quod priuilegia singulorum legem communem facere non possunt, eo. §. versicu. item Hyero. & 36. q. 2. non exemplo. vt notant Goffre. & Hostien. in summis suis. eo. tit. in in princip. † Aut quæris de tertio. s. quot sunt species priuilegiorum, & dicit Goffredus. ibi in. §. species. quod duæ. Priuilegium enim aliud generale, aliud speciale, generale est, quod corpori, vt collegio conceditur, vt infrà eo. cum & plantare. capitu. si de terra. & capitu. porro. & c. in his. Speciale est quod personæ concediturr, & extinguitur cum persona, vt. ff. de regu. iur. l. priuilegia. insti. de iure natu. gẽtiũ & ciuili. §. sed quod princi. versi. plane. & 7. q. 1. petisti. secundum Goffredum. Sed Hosti. dicit quod generale est, quando continet in se plures articulos, vel quãdo pluribus personis, vel ratione plurium personarum, vel rerum conceditur, vt. j. eo. cum & plantare. §. de filijs presby. capi. ex parte. de præscrip. veniens. & c. auditis. Vel quando per ipsum generalis potestas cõceditur, vt ibidem. & s. de offi. lega. quod translationem. Speciale dici potest quando vni loco, vni personæ, vnus articulus conceditur. Sed & potest dici aliquod priuilegium generale, & speciale diuersis respectibus, sicut mons dicitur magnus, & paruus diuersis respectibus. Vnde dicitur generale respectu specialioris, sic intelligitur. s. de transla. Episcopi. c. 1. de offi, leg. c. 1. & c. studuisti. & c. quod translationẽ. Sic etiam potest intelligi quod leg. s. de sepul. c. in nostra. ibi, qd̃ tam ex priuilegio subaudi generali, quam indulgentia speciali. † Horum autem scilicet generalium, & specialium, aliud reale, aliud singulariter personale, aliud communiter personæ, aliud singulariter & communiter corporale, aliud tantum communiter corporale. Reale est, quod ecclesię, dignitati, ciuitati, vel alicui loco, vel alicui, vel aliquibus psonis, occasione loci, siue cuiuscunque

cuiuscunque rei conceditur.j. eod. cum olim essemus.&.cap. seq.s.de consue.cum olim.Et tale priuilegium perpetuum est, & rei adhæret,& sic semper durat,nisi forte res perimatur, vel destruatur.sic intellige.25.q.2.c.1.2.&.3.& per totum,vel nisi in partem detrahatur per aliquod sequens priuilegiũ.s. de offi. ordi.duo simul. vel in totũ reuocetur ex causa.25.q.2.ita nos. vel amittatur.s. de statu mona.recolentes.§.1. sed & re perempta perimitur. suprà de constitut. cum accessissent.ff. de legat. primo cum res.§.fina. Singulariter personale potest dici quod alicui,vel aliquibus personis certis,& proprijs nominibus expressis personaliter conceditur, suprà de offic. l. nolentes. & talem personam illis cui consensum est non egreditur, etiam si obtentu dignitatis cõcedatur.s.de vsupal.ad hoc.in quo etiã casu si aliam dignitatem adipiscatur,priuilegio concesso non vtitur.s.de postulatione præla.bone.2.§.fi.Tale etiam priuilegium ad successorem non transfertur nisi hoc exprimatur,sicut fit.s.vt lit.pen.c.1.Quia singulariter personalia cum personis extinguũtur nec ad alios extenduntur.7.q.1.petisti.s.de concess. preben.constitutus. nisi in casu speciali fauore legati apostolicę sedis aliud dicatur s.de offi.deleg. quoniam.§.penulti.& fina.Et quod talia cum personis extinguantur,realia vero cum rebus trãseant,probatur.s. de insti. cũ venisset.ff.de regu. iur.l.priuilegia.Communiter personale voco,quod certis personis communiter certis ex causis & incertis articulis conceditur proprijs nominibus non expressis,vt potest poni exemplum in minoribus.25.annis qui gaudent priuilegio in integrũ restitutionis.ff.de mino.l.1.& per totum.Item in absentibus causa reipublicę.ff. ex quibus cau.ma.l.1.& per totum.& in priuilegiis macedoniani & velleiani.ff.ad mace.per totum.ad velleia.per totum singulariter,& communiter.Corporale est illud quod alicui vniuersitati, corpori vel collegio sic conceditur,quia quilibet singularis de vniuersitate potest de tali priuilegio singulariter se iuuare,sic.s.de foro compe.c.si diligenti. 1.de sent.excom.contingit. Communiter tantum corporale dicitur illud quod sic competit vniuersitati, quod eo ipso vniuersitas potest & non singuli se iuuare,sic. 12.quæstione. 2. qui manumittitur.ff. de in ius vocan.l.sed si hac lege.§.qui ma-
5 numittitur.quòd cuiusq; vniuersi.l.sicut municipum.† Sed & priuilegiorum,aliud perpetuum,aliud temporale,vt patet.s.in ver.reale &c. quod autem perpetuum est ad successores trãsit. C.de decur.l.neq; dorotheum.lib.10.ff. de reg.iu.l. priuilegia.
6 †Item priuilegiorum,aliud limitatum,aliud indeterminatum, limitatum priuilegium terminos suos non transgreditur.s.de sepul.c.1.ad fi.de tali loquitur.s.de aucto.& vsu pal.c.1.de offi. lega.nouit. vt lite pen.c.1. de præsump. mandata.ff.de iurisdictio.omnium.iudi.l.fi.& de offi. proconsul.l.4. Limes autẽ ex quatuor consideratur,ex persona,ex causa,ex loco, ex tempore.29.dist.c.1.&.2. Indeterminatum autem semper & vbique locum habet,nisi aliquid detrahatur.sic.j.eo.delicti.&.c. antiqua.§.dominicę.Et breuiter quæ, qualis dicatur species ex lectione priuilegiorum,& non aliter apparebit.j.eod.porro.s.de vsu pal.c.fina.arg.s.de offi.dele.cum in iure.& de rescrip.cum contingat. Nisi & tenor probetur per testes.j. eod. cum olim, essemus. in fin. vel per aliud sumptum instrumentum & publicatum.vt.s.de fide instr.c.2. secundum Hostien.qui ita distinguit in sum.eo. titu.§.quot sunt species. cum quo concor. per omnia frater Asten.lib.6.eo.tit in princip.Et per præmissa specialiter in versi.communiter tantũ corporale.dicit frater Vbertus in quæstione illa, ecclesiæ collegiatę concessit Papa priuilegium,quod præscriptio minor centenaria in suis bonis, vel iuribus non currat,contra eam agit prælatus contra capitulum vel econtra quorum bona sunt distincta super re alias pręscriptibili,quærebat,an alter contra alterum illo priuilegio posset vti.& soluebat quod non, sed eius vsum contra omnem quirem ecclesiæ ab ipsius dominio aduocaret.idem no.Ioã.An.j. de regu.iur.c.in iudicijs.in nouella.lib.6.vbi plane de hoc.

1 *Vilitas peccati inductiuè, vitanda.*
2 *Vtilitas ornatus exterioris vitanda,*
3 *Vtilitas scandalosa, vitanda.*
4 *Vtilitas ex deuotione, manans laudenda.*
5 *Superbia vitanda.*
6 *Sacerdos decenter vestiatur.*

EPiscopalia. Si quęris vtrum vilitas sit vitanda, seu spernenda, & in quibus,
1 distingue† Aut quęris de vilitate conditionis personæ, pura morum, vel famæ, vel alia quę posset esse occasio peccati & talis est vitanda, & spernenda.ff.&.C.de ijs qui no. infa. per totum.ff.de ritu nup.l.palam.§.quę in adulterio.C.de nup.imperia.de adulte.quę adulterium.in fi.ibi quas vilitas vitæ &c.C.de infamibus.l. vnica. lib.10. de dignita.l.2. libro 16.j.de reg. iur.c.infamibus.lib. vj.Aut de vilitate orna-
3 tus exterioris;† & tunc aut fit ad vanam gloriã seu iactantiam, & talis est vitanda. vnde Augustin. libro de sermone domini in monte dicit quod in vestibus sordibus iactantia potest esse.
3 Aut non fit ad vanam gloriam † & tunc aut redundat in uituperium seu dehonestatem aut scandalum alterius,& maxime ecclesię,& illa est vitanda vt hic,&.41.di. c.ecce quibus 45.dis. de judęis.20.q 4.per totum.ff.de peculio.l.id vestimẽtum . vnde Seneca,sic te gere sapienter, vt nullus te habeat tanquã aspe-
4 rum,nec contemnat quasi vilem. † Aut non redundat in præiudicium,vel dehonestatẽ alterius,& talis non reprobatur , imo approbatur si ex deuotione fiat,vt patet de beato Ioãne baptista, & alijs sanctis, qui vestibus vilibus vtebantur,vt patet ad hebræos.11.circuierunt in melotis,& pellibus caprinis.glo.vt Helias,& alij.Secus si fiat ex auaritia, vel negligentia, tunc.n. pertinet ad vitium, secundum Tho. idem Astẽ.qui de hoc notat lib.6.tit.de regula.arti.6.quæstio.2.Talis enim vilitas, quæ ex deuotione procedit ad humilitatem interiorem residẽtem in corde pertinet,quæ humilitas est laudabilis,& sequenda, vt patet in psalmo.9.miserere mei domine,vide humilitatẽ meã. Et iterum,dum superbit impius,incenditur pauper,& comprehendunt in consilijs quibus cogitant . & in psalmo.17.quoniã in populum humilem saluum facies,& oculos superborũ humiliabis.& in psalmo.24.diriget mansuetos in iustitia,docebit mites vias suas.Et iterum vide humilitatem meam, & laborẽ meum, & dimitte vniuersa dilicta mea.& psalmo. 30. quoniã respexisti humilitatem meã, saluasti de necessitatibus animã. & psalmo.33.& humiles spiritu saluabit.& in psalmo.37.Afflictus & humiliatus sum &c.& in psalmo.38.obmutui,& humiliatus sum.& in psalmo.43. quoniam humiliasti nos in loco afflictionis,& iterum, quoniam humiliata est in puluere anima nostra.& in psalmo quinquagesimo,exultabunt ossa humiliata. Et iterum,cor contritum & humiliatum Deus non despicies.& in psalmo.73.ne auertatur humilis factus cõfusus.& in psalmo.81.iudicate egeno, & pupillo, humilem & pauperem iustificate. & in psalmo.87.pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea, exaltatus autem humilitatus sum, & conturbatus.& in psalmo.88.humiliasti sicut vulneratum superbum & in psalmo.39.ne auertas hominem in humilitatẽ.Et iterum letati sumus pro diebus quibus nos humiliasti. & in psalmo cẽtesimo primo,respexit in orationem humiliũ.& psalmo.104. humiliauerunt in compedibus pedes eius. & in psalmo. 112. quis sicut dominus,Deus noster qui in altis habitat, & humilia respicit in cœlo & in terra.& psal.114. humiliatus sum & liberauit me.& psalm.115.ego autem humiliatus sum nimis.& psalmo.124.hæc me consolata est in humilitate mea. Et psalmo.124. bonum mihi quod humiliasti me. & psalmo. 126. nisi quod lex tua mediatio mea est, tunc forte perijssem in humilitate mea.& psalmo.131. humiliatus sum vsquequaq; domine viuificabo me secundum verbum tuum.& psalmo.137. vide humilitatem meam &c. & psalmo. 156. quia in humilitate nostra memor fuit nostri. & psalmo. 158. quoniã excelsus dominus,& humilia respicit. & psalmo . 162. Intende ad deprecationem meam quia humiliatus sum nimis.& psalmo. 163. & persecutus est inimicus animam meã , humiliauit in terra vitam suam.& in cantico virginis Lucæ.2. quia respexit humilitatem ancillę suæ &c. Et iterum deposuit potentes de sede,& exaltauit humiles . & prouerbio.15.gloriam præcedit humilitas.prouerb.18.antequam conteratur exaltatur cor hominis,& antequam glorificetur humiliatur.prouerbio.29.humilem spiritu suscipiet gloria. & Lucæ.14.cũ inuitatus fueris ad nuptias vade & recumbe in nouissimo loco &c. &.6. quęstio.1.c.oues.in fi.& in cõcor.quas allegaui.s. de maio. & obe.
5 c.vlti.distin.1.† Superbia autem seu arrogantia est spernenda, cũ sit ruina diaboli.1.ad Thi.3.c.ibi ne in superbiã elatus in iudicium incidat diaboli.&.48. distin.c.prohibentur.§.1. &.19. distin.in memoriam . ibi seruanda est cum mansuetudine humilitas.&.41.distinc.c.per simoniam. cum veste humili nõ reprobamus.Et pro hoc facit.30.distinc.c.hæc scripsimus.ibi & nos autem virginitatem cum humilitate admiramur.& quod not.Hostien.hic dicens,quod licet de facto ditiores & potentiores magis honorentur quã virtuosiores,tamẽ de iure non, qui maior ordine fuerit ille iustior est, sed qui iustior est, ille maior est.40.di.multi. Et vide quod not.Archi.in dicto.c.de iudęis.super verbo vilis.vbi dicit quod multa fiunt propter vi-
litatem

litatem vitandam, scilicet coactio illorum, qui coacti receperunt fidem ad ipsam fidem seruandam,vt ibi,& delatio sponsę. 27.quæstio.2. institutum repellitur. & iam promotio seruorum, & quarundam vilium personarum, vt 54.distinctio.per totum. Item cibi Iudæorum prohibentur propter vilitatem vitandam.28.quæstio.1.omnes. Item iteratio solennis pœnitentiæ.50.distin.quamuis.Item in casu qui ponitur.80.dis.Episcopi.prohibetur etiam episcopo esse solus ne vilescat.93. dist. diaconi.2.Opportunitas etiam,& modus in loquendo seruari mandatur,ne vilescat docens vel loquens.43. distin.sit rector.
6 †Item portet sacerdotem esse ornatum in exterioribus, habitu videlicet,& incessu.habitu,vt nec fulgidis nec sordidis se vestibus ornet. Vt enim ait Hiero.nec affectatę sordes,nec exquisitæ deliciæ laudem pariunt.41.distin.in sum. & solenniter pœnitens repellitur à promotione,ne vilescat dignitas ordinis.41. distin.in sacerdotibus.Item versa vice prohibetur omnes peruersæ appreciationes creaturarum,vt patet.s.de iureiurand.& si Christus.§.1.Omnis autem peruersa appreciatio creaturarum procedit,aut ex sublimitate,aut ex cupiditate, aut ex delectatione.primo modo est idololatria superborum. secundo cupidorum.tertio lasciuorum.Sicut enim dicit Hiero.quod quis plus veneratur,& amat,hoc illi Deus est,pro quo 40.disti.capi. vlti.quæcunque desiderauerit priuatum in terra,inueniet confusionem in cœlo,nec inter seruos Christi computabitur, qui de primatu tractauerit &c.Et de ornatu vtrum sit peccatũ vide plene per Asten.lib.2.titu.de modestia & apparatu.

1 *Excommunicati nominatim qui dicantur.*
2 *Excommunicati, qualiter vitandi.*
3 *Patronus laicus non exigit rationem de spiritualibus.*
4 *Patronus clericus, qualiter exigit rationem de beneficijs sibi subditis.*
5 *Ratio de beneficijs, qualiter exigenda.*
6 *Ratio patronis reddita, an ab episcopo exigitur.*
7 *Templario an ecclesia interdicta sit aperienda.*
8 *Templario semel in anno ecclesia aperienda.*

CVm & plantare. Ad declarationem glo.Bernar. nominatim &c. Si quęris qui dicuntur nominatim excõmunicati vel interdicti, & qualiter sunt vitandi:
1 distingue.† Aut quæris de primo scilicet, qui dicuntur nominatim excommunicati vel interdicti . Et dicunt Bernar.Innocen.& Hostien.hic quod illi qui proprio nomine expresso,vel alijs indubitatis circunstantijs, seu circumlocutionibus designantur institut.de exhære.libro.§.nominatim. Et ita intellige quod not.Innocen.s.de præbend.in lateran.glos.2. vbi dicit, quod nominatim interdicti dicuntur hi,de quibus, certum est quod sunt interdicti.Quod exponit Guili.de mon. lau.extra de sepul.c.1.in clem. super verbo nominatim interdictos.in cle. 1.qui in sententia seu denũciatione nominatim specialiter sunt expressi aliàs si in genere excommunicatus,vel interdictus sit aliquis,puta excommunico omnes illos, qui furtum commiserunt.j.de senten.excommuni. à nobis. id est vel excommunico Petrum cum fautoribus infra de senten.excõmu.sacris.tunc non teneor vitare furem , vel fautorem quandiu nescio pro certo ipsum incidisse in canonem,quousque denunciatus expresso nomine,vel alias notorius sit, argu. hic, & in eo quod le.& no.infra.eo.vt priuilegia.de senten. excomm. quod in dubijs.s.de cle.excommun. mi. proposuit secundum Hostien.hic.Idem frater Ioan.in sum.confes.titu.de senten.interdicti.quæstio.236.qui dicuntur nominatim . & Asten.libr. 7.titu.de dam.excomm.in princip.Sed Petrus in exemplo præmisso,est nominatus excommunicatus vel interdictus,& ideo est vitandus.11.quæstio.3.c.sicut apostoli.&.c. excommunicatos.&.c.cum excommunicato.&.c. seq. quod dic vt hodie in-
2 frà,de senten.excomin.c.statuimus.libr.6.† Aut quæris de secundo scilicet,qualiter sunt vitãdi,& dic quod regulariter. 11. quæst.3. c. sicut apostoli. &.c.excommunicatos.&.c.cum excommunicato.j.de dolo & contu . veritatis in fi.de excep.cũ inter,j.de senten.excommu.per totum.Sed fallit in casibus expressis in iure,qui versibus ijs comprehenduntur.vtile,lex,humile,res ignorata, necesse.hæc anathema quidam faciunt, ne possit obesse.de quibus per Hostien.in sum.de senten.excõ.§. vlti.circa princi.& dicam forte.j.de senten.excom.si verè.

Super eo.c. §.in ecclesijs.Si quæris,vtrum patroni religiosi,vel alij,ab institutis in ecclesijs seu beneficijs sibi subditis possunt exigere, & recipere rationem, & quã, seu de quibus, & qualiter, seu sub qua forma, & vtrum de his de quibus patronis est ratio iam reddita Episcopus possit exigere rõnem, distingue. Aut quæris de primo .s. vtrum possint exigere vel recipere rationem,& quam seu de quibus, tunc:Aut quęris,vtrum possint exigere seu recipere rationem de tẽporalibus:& tunc distingue vt dixi.s.de iurepat.ex literis.
3 dist.vlti.† Aut vtrum possint exigere,& recipere rationem de spiritualibus,& tunc aut est patronus laicus,& talis non põt de spiritualibus exigere vel recipere rationem . nec ea tãquam superior tractare,vel de eis se intromittere , vt hic expresse probatur secũdum Hostien.& Io.An.post eum.pro hoc.s.de iud.
4 decernimus.quod dic vt ibi dixi.† Aut est patronus clericus,& tunc aut ecclesiæ pertinent ad eum pleno iure , id est sibi sunt vtroque iure scilicet in spiritualibus,& temporalibus subiectę: in illis nihil potest Episcopus attẽtare,sed ipse patronus habet etiam de spiritualibus exigere & recipere rõnẽ , vt hic à cõtrario sensu.& j.eo.qm per confessionem.16.quæstio.2.ca.1. Aut non pertinet ad eum pleno iure, & tunc seruabitur quod hic dicitur.s.ꝙ de spiritualibus Episcopo respondeat,& de temporalibus ipsi patrono rõnem exhibeat competentem , quod dic vt no.Bern.hic super verbo pleno iure.& Hosti.post eum, quorum gl.hic approbat Inno.s.de offi.ordi.quanto.de præben. in lateranensi.& Archi.in dict.c.1.super verbo , & fœlici.16.q.2.
5 & j.de capel.mo.c.vnico.gl.vlti.lib.6.† Aut quæris,de secundo s.qualiter, & sub qua forma,& tunc dic ꝙ exigent rationẽ quõ gubernantur possessiones habitæ,& quõ prouentus expendantur,non tñ exigent principaliter ab eis rationem, quantum expendant singulis diebus pro piscibus,vel carnibus . Et hanc rationem petant etiam si non sint de dilapidatione suspecti,quia à iure conceditur hæc ratio eis . Sed tamen ipsi patroni non cogent subditos ad hoc , sed obtinebunt eos cogi per ordinarios suos : nam ipsi ratione patronatus nullam super eos habent iurisdictionẽ.Sed & si prælatus videret, ꝙ nimis sæpe & maliciosè patronatus exigeret rationẽ,non impenderet ei officiũ suũ, quia malicijs non deberet exuberare sed obuiare.ff. de rei ven. in fundo. secundum Inn.& Hostien. hic, qui etiam dicunt hic in ver.Item non poterunt &c. ꝙ tales instituti non poterũt aliquid alienare,nec maximas causas agere sine consensu patronorum exemptorum.Nam sicut in his requirẽdi essent Episcopi ab ecclesijs sibi subditis:ita hic patroni exempti,qui ius episcopale habent in eis,quo ad hoc requiri debent.argu, 12.quæstio. 2.si qua.&.c.placuit.Vbi Archi.super verbo Episcopis,cõcordat,dicens quod Abbates,qui habent ad se ecclesias pertinẽtes, pleno iure,possunt talem licentiam alienandi concedere , & in eis auctoritatem præstare. Quod verũ intelligas de exemptis patronis,vt notat Innocen.hic & Hostiẽ.post eum, in alijs dic vt nota.ipse Archidiacon.12.q.2. Abbatibus. quorum opinio videtur approbata extra de rebus eccle.non alie.c.1.in clem. secundum Io.Andr.& Guil.de mon.lau.ibi super verbo,proprij.
6 † Aut quæris de tertio scilicet vtrum de his de quibus patronis, est ratio iam reddita , Episcopus possit exigere rationem , & tunc dicit Innocen.hic in ver.item licet, quod licet rationẽ,& auxilium dederimus patronis.nihilominus prælati ratione iurisdictionis potestatis hoc habebunt.s.de offic.ordi.cõquerente.& in hoc concordat Host. Et est ratio quia patronus nõ exigit rationem vt iudex,vel per modum iurisdictionis,qđ patet quia institutum ad hoc cõpellere non potest , vt dictũ est.s. in ver.sed tamen ipsi . Secus credo si aliquis vt iudex , vel iurisdictionem habens dominus exegisset : nam tunc Episcopus non posset exigere iam redditam rationẽ . ita intelligo quod legi.& no.j.de cleri.ęgro.c.vnico.li.6.cum nuta.ibi per doc.& specialiter per Archid.in gl.sua vlt.Et no.quod illud quod dicitur in fi. huius.c.quod ecclesiæ in quibus fit aliquid cõtra statutum huius c. subiacent interdicto,debet intelligi de interdicto ferẽdo per Episcopum,quia non est canon latæ sententiæ, sed ferendæ, secundum Innoc.& Io.An.hic.idem Archi.infrà de capell. mo.c.vnico.super verbo nequeunt.lib.6.
7 Super eo.c. §.quod si templarij. † Si quæris vtrum in ecclesijs iocundo aduentu alicuius templarij,seu hospitalarij ad locum interdictum possint, & debeãt in eo semel in anno ianuis apertis, campanis pulsatis, exclusis excommunicatis, diuina officia solenniter celebrari, distingue. Aut quæris vtrum si sint plures ecclesiæ eiusdem loci interdicti, possint vel debeant omnes, seu duæ, an plures earum aperiri,& in eis solenniter celebrari,& tunc dic ꝙ non,vt.j.e.vt priuilegia.§.illud. Aut vtrum vna tãtum ecclesia eiusdem loci possit aperiri.& ibi celebrari,& dic quod sic,siue sit ibi vna sola
8 ecclesia,siue plures,vt hic & ibi.†Et intellige quod vni tantum templario vel hospitalario semel tantum in anno aperiatur, &

non pluribus venientibus secundum Goffre. & Hosti. in sum. eo. ti. §. quid operetur. ver. aperientur etiam. Et hoc verum secundum Host. ibi quo ad priuilegium commune, & generale: sed si plures domus in eadem prouincia haberent indulgẽtiam specialem, quãuis eiusdem ordinis essent, videtur quælibet admittenda, quo ad vnam personam, & sic potest intelligi, quod l. & not. ℣. de sepul. in nostra. §. j. & in his concor. Asten. lib. 7. titu. de interdicto & suspenso. artic. 3. ver. conceditur etiam. Tu dic hodie de ista materia, vt. j. de sen. excom. alma mater. libr. 6. per quam decreta. videtur istud priuilegium reuocatum secũdum Ioann. Andr. ibi in glo. sua fi. cum quo concor. Asten. vbi suprà, vers. cætera vero. De hoc etiam vide hodie extra de sent. excõ. capitu. 1. circa medium. ibi, cum moderamine tamen decretal. alma. inuiolabiliter seruetur in clemen.

1 *Negligens in iustitia facienda qualiter punitur.*
2 *Abutens in iustitia facienda quomodo punitur.*

DIlecti. Si quæris vtrum, & quando delinquens circa exhibitionem iustitiæ, incurrat pœnam illius constitutionis. j. de re iudi. cum æterni, li. 6. distingue. † Aut delinquit negligendo seu recusando facere iustitiam, & dic quod non incurrit, qa verba illius cõstitutionis non ligant negligentem, sed abutentem scilicet illũ qui aliquid facit in iudicio per gratiam vel per sordes, vt ex dictæ cõstitutionis lectione patet. Et iste intellectus securior est. alias enim infinitos astringeret negligẽtes: & ita isti fratres hospitalarij volendo facere iustitiam non incurrunt pœnã huius.
2 c. † Aut delinquit abutendo, idest faciendo aliquid in iudicio p gratiam, vel per sordes: & tunc incurrit vt ibi secundum Host. hic, ipse tamen tenet contra primum membrum infrà de appel. legitima. lib. 6. vbi de hoc per Io. Andr. in nouella.

1 *Sepeliens ignoranter excommunicatum in cemeterio non est excommunicatus.*

AD hæc. Ad declarationem primæ glo. Bernar. Si quæris vtrum sepeliens excommunicatos in cemeterio incurrat sententiam excommunicationis, & quam, distingue. † Aut hoc facit ignoranter, & tunc non incurrit aliquam sententiam excommunicationis. argumen. 11. questio. 3. quoniam multos. j. de senten. excõmu. c. significauit. & c. cum desideres. §. secundæ. de hæreticis. c. 2. lib. 6. & extra de sepul. c. eos qui. ibi, scienter sepelire &c. in clemen. secundum Io. An. G. de mon. lau. & Gen. ibi, Nisi ignorantia esset crassa. talis enim quem non excusaret, saltem quo ad ecclesiam militantem. ℣. de ordi. ab Episcopo qui renũ. epi.
2 c. 1. in fi. de cle. excommu. mi. apostolicæ. secundum Gen. ibi. † Aut hoc fecit scienter: & tunc, aut quæris de sepeliente excommunicatos minori excommunicatione, & talis nullam excommunicationem incurrit, quia iura non sic inhibent participationem cum excommunicatis minori, sicut cum excommunicatis maiori, quandiu viuunt. Item minor excommunicatio nõ sic inficit sicut maior. 11. q. 3. excellẽtissimus. Et hoc est, qꝑ dici consueuit, qꝑ excommunicatio non transit in tertiam personam, not. ℣. de cle. excommu. mi. si celebrat. ergo nec sic videtur inhibita participatio cum eis mortuis. ar. ℣. de sepult. sacris. Item iura facientia mentionem simpliciter de excommunicatis, intelliguntur de excommunicatis maiori non minori. j. de sentent. excom. si quem sub ea forma. vt hoc notant Guiliel. de mon. lau. & Gen. in dicto. c. eos qui. super verbo excommunicatos. in clemẽ. Tales tamen excommunicati minori excommunicatione non sunt in cemiterio, sepeliẽdi cum decesserint mortali peccato. 13. q. 2. non æstimemus. & c. pro obeuntibus
3 ℣. de rapto. super eod. & de fur. fures. † Aut quæris de sepeliente excommunicatos maiori excommunicatione, & tũc aut sunt excommunicati occultè: aut publicè. si occultæ tunc, Aut quæris vtrum talis sepeliens scienter sit excommunicatus maiori. & dic qꝑ non. arg. d. c. eos. ibi excommunicatos publice. à contrario sensu, cum sit pœnalis, & sic restringenda secundum. G. de mon. lau. & Gen. ibi, Aut vtrum sit excommunicatus minori. & Ber. hic no. qꝑ sic, quia cui non communicamus viuo: nec communicemus mortuo. 24. quæstio. 2. c. 1. 2. & 3. ℣. de sepult. sacris. Sed Hostien. no. hic contra, quia communicare mortuis, non est communicare hominibus: cum homo mortuus non sit homo suprà de cele. mis. cap. ibi nam adesse hominis &c. & de pœ. dist. 2. charitas est. vt mihi videtur. versicu. item corpus. vbi dicitur, quod homo consistit in duobus: & quia in speciali casu priuandus officio mandatur qui excommunicatum scilicet propter hæresim sepelit. suprà de hereti. excõmunicamus. 1. §. sane. Et hoc verius secundum Guili. de mon. lau. & Gen. in dicto capitu. eos. cum illa constitutio sit pœnalis. idem no. Archidiaco. 6. quæstio. 1. illi qui. super verbo, non possunt. Sed fallit in casu ha resis. vt in dicto. §. sanè. melius eod. titu. capitul. 2.
4 primo responso. libr. 6. † Si sint excommunicati publicè, tunc talis scienter sepeliens est excommunicatus, etiam maiori excommunicatione, vt in d. §. eos qui.

Super eo. c. Ad declarationem glos. 2. Bernar. Si quæris vtrum infideles, vel excommunicati in cemeterio sepulti debeant humari, distingue: vt dixi suprà, de sepul. capitu. sacris.

1 *Renunciatio priuilegij. 30. annorum cursu præscribitur.*
1 *Priuilegium quadragenaria præscriptione acquiritur.*
3 *Soluens. 30. annis procurationem, pro futuro ad eam compellatur.*

SI de terra. Si quæris, vtrum veniens semel contra priuilegium suum perdat illud, & quãto tempore priuilegium durare debeat, distingue, vt dixi supra de constit. cum accessissent.
1 † Sed quantum ad solutionem contrarij de decret. accedentibus infra. eod. istius decret. dic, quòd si dicatur ecclesia renunciasse priuilegio, sufficit allegare lapsum. 30. annorum. vt hic,
2 & supra de præscript. ad audientiam. † Si autem allegetur præscriptio contra priuilegium, tũc 40. anni sunt necessarij, vt ibi, vnde in renũciatione. 30. anni. sufficiunt in præscriptione. 40. necessario requirũtur. Minor enim præscriptio, quam sit quadragenaria non currit contra ecclesiam suprà de præscript. cap. illud secundum Abbatem, qui etiam dicit qꝑ ita intelligit Gof. Idem recitat Ioann. An. Vel dic, & fortè melius, qꝑ ista decretã. loquitur in ecclesia parochiali, quæ fundat intentionem suam de iure communi: illa verò loquitur in alijs ecclesijs, quam in ecclesia parochiali, quæ fundat intentionem suam de iure communi. Hostien. vero in summ. de constitutio. §. quando constitutio. sub §. licet constitutio, & post eum Asten. li. sexto titu. de priuilegi. articul. quinto dicunt, quod priuilegium cum contra ius commune concedatur citius amittitur, quia de facili res reuertitur ad id quod natura, & ius sibi concesserat. ff. de pac. l. si vnus. §. pactus. ver. qꝑ si non vt tolleret. ℣. de censi. cum venerabilis. sed contra hoc est. capit. accedentibus. † Et vide Bartho.
3 Brix. in quæstione dominicali, quoddam monasterium exemptum soluens. vbi quærit vtrum monasterium exemptum soluens per 40. annos Episcopo procurationem, teneatur eam soluere in futurum, quasi sit sibi præscriptum. Pileus in quæstionibus suis, qꝑ non: quia potius secundum ius commune hospitalitatis, quam hominibus debet, videtur eum recepisse, quam iuri suo derogare, Hugo. dicit contrarium per decretalem istam, quia non præsumitur, quod tãto tempore faceret nisi crederet se teneri. quod verius videtur.

1 *Cistercienses sunt exempti.*
2 *Templarij sunt exempti.*

RECepimus. Ad declarationem primæ glo. Bernard. hic. † Si quæris vtrum templarij, hospitalarij, & cistercienses sint exempti. Ber. dicit hic quod sic: cum quo concordat Io. in versi. licet autem &c. Sed Hostiens. contra, dicens quod isti nõ sunt exempti, & si multũ sint priuilegiati, vt patet de cistriensibus. suprà de simon. ne Dei
2 ecclesiam. & not. ℣. de supplen. negli. præl. c. 1. † & de templarijs & hospitalarijs. j. de verbo. signific. veniens. lib. 6. & no. ℣. de excess. præla. nimis iniqua, & c. nimis praua. Sed Io. An. dicit, quod Bern. respicit factum: nam exempti sunt de facto per priuilegium speciale, licet exemptio nõ sit in corpore iuris clausa: sed Host. respicit ius. Et idem quod notat Inno. hic in prin. glo. suæ vsq; ad ver. idem dicendum est notat Archi. 16. q. 1. frater noster. super verbo exeunt. & de ista glo. Innocen. vide hodie in frà. eo. si Papa. lib. 6. vbi Cardi. Archi. & Io. An. satis eum approbant. Item cum eo quod not. Innocen. in d. versic. licet autem. vsque ad versi. item & si non esset. concordat. G. j. eo. volentes. super verbo ratione delicti. lib. 6.

1 *Concessum vni de iure communi, alijs concessum.*
2 *Concessum vni ex priuilegio alijs non concessum.*
3 *Retractus ius cedi potest.*

SAne. Si quæris, vtrum concessum vni alijs concessum intelligatur, distinguit Bernard. hic
1 † Aut conceditur vni de iure communi, & tũc omnibus concessum intelligitur, cum sit tamen ratio. 4. dist. deniq; 5. di. ad eius verò. qa iura nõ in singulas psonas &c. vt. ff. d

vt. ff. de legi. l. iura. Quod verum secũdum Hosti. nisi aliud per
2 aliquod ius aliud prohibeatur. vt patet. ff. de eden. l. 1. in prin. & §. ait prætor qui le. & ℣. de excep. exceptionem. † Aut cõceditur vni de iure speciali, & tunc non intelligitur concessum alijs, cũ non sit eadem ratio vt hic. & 16. q. 1. hinc etiam. cum alijs concor, hic alleg. in gl. 1. & j. de reg. iur. c. priuilegium. lib. 6. ff. de iudi. cum prætor. C. de procu. l. maritus. & sic intelliguntur. ff. solu. ma. l. si vero negocium. §. de viro. & C. de adul. l. 1. & adde qꝑ dixi. ℣. de re iudi. in causis. Dicit tamen. Goff. hic & Io. An. post eum, qꝑ iura personalia licet non extendantur ad alios, tamen, quandoq; alijs conceduntur. Vnde minor cedit alteri beneficium restitutionis. ff. de minor. l. qꝑ si minor. & facit ff. de admi.
3 tut. l. ex pluribus. & quod ibi notat † quæ iura sunt in ar. qꝑ proximior ius retractus, sibi competens extraneo cedere possit.

1 *Literæ clausæ in actis redactæ fidem faciunt.*
2 *Literis authenticis credendum.*

PAtentibus. Arg. est hic qꝑ in iudicijs fidẽ non faciunt clausæ literę, sed patentes, circa quod distingue, aut non apparent authenticæ, forsan, quia sigillum remotũ est, siue fractum: aut apparent, vt quia sigillum integrum appendetur. † In primo casu, aut literę hmõi diriguntur iudici, qui ipsas clausas recepit, & tenorẽ ipsarũ in actis redigi fecit, & tũc eis sicut actis alijs est credendũ, arg. ℣. de excess. præla. inter dilectos. §. pręterea. de resti. spolia. cum ad sedẽ. §. fi. & de offi. deleg. cum olim magister. Aut non: & tunc non
2 faciunt fidem. † In secundo casu. s. qñ apparẽt authenticæ, vtqa sigillum integrũ appendet, & tam intus q̃ extra apparent nõ vitiare, quare fidem non facerent nisi ratione psonarũ vel causarum aliud diceretur, non videmus. ar. C. de edic. diui Adri. tol. l. fi. Nam & minus suspectę videntur clausę quã patentes, vt probatur in testamento. insti. de testa. §. sed his omnibus. & seq. C. de fide instr. l. fi. & de testa. l. si vnus. ℣m Host. cuius est ista distinctio in effectu. & in hoc concor. Io. And. Et intellige qñ sigillum est aliàs autenticũ, aliàs secus. ℣. de fide instr. cũ dilectus.

1 *Celebrans in ecclesia polluta non est irregularis.*
2 *Celebrans in loco interdicto fit irregularis.*
3 *Exempti habentes priuilegium expressum à solo Papa iudicantur.*
4 *Exempti simpliciter à quo iudicandi. 5.*
6 *Exempti certis casibus subsunt Episcopo.*
7 *Exempti quoad capellas non exemptas ad synodum exeunt.*

QVarum. Ad declarationem glo. per aquam &c. Si quæris, vtrum celebrans scienter in ecclesia interdicta, seu sanguinis, vel seminis effusione polluta, irregularitatem incur
1 rat, distingue. † Aut celebrat in ecclesia sanguinis,
2 vel seminis effusione polluta, & tunc nõ est irregularis: vt j. de sen. exc. is. q. 1. resp. li. 6. † Aut celebrat in ecclesia interdicta, seu loco interdicto vel ab hoſe vel à iure: & tunc est irregularis, vt ibi in secundo responso. quod dic vt ibi, & vt dixi supra de clerico excomm. mi. si celebrat.

Super eo. c. Ad declarationem glo. per hoc patet &c. Si quæris, vtrum fictio, vel simulatio impediat monachatum, distingue: vt dixi. ℣. de regularibus. ca. 2.:

Super eo. c. Ad declarationem gl. sic ergo videtur. Si quæris, vtrum exempti si delinquant, vel contrahant, vel quasi iudicari, seu iusticiari possint ab alio quã à
3 Papa, distingue. † Aut in priuilegio exemptionis hoc expresse continetur, qꝑ q̃tuncunq; delinquant, vel cõtrahant, vel quasi, à nemine citra sedem apostolicam iudicentur vel punientur. vel alia q̃tuncũq; verba simili expresse innuentia, & tunc standum est priuilegio. ℣. e. porro. vt notat Bern. hic ad fi. versicu. si vero aliud &c. & Hosti. post eum hic, & in sum. e. tit. §. qualiter amittatur. versicu. sed quid si exemptus delinquat &c. Idem frater Ioan. in sum. confessio. tit. de rapto. rubrice. de priuilegi. q. 166. vtrum exemptus &c. Et sic intellige. de suppl. negli. præla. c. 2. ibi nisi à iurisdictione tua exempti sint &c. quod tamen quantũ ad hoc corrigitur extra de supplenda negli. præla. c. vnico. in
4 clemen. † Aut in priuilegio exemptionis hoc non continetur expresse, sed simpilciter eximuntur, puta quia dicitur in priuilegio, quod censum præstant ecclesiæ Romanæ ad iudicium percepræ libertatis: vt. ℣. e. recepimus, vel simile de quo legi. & not. infrà. eod. si Papa. lib. 6. Et tunc videtur qꝑ indistinctè possint puniri, seu iusticiari, nisi specialis dignitas tueatur tales p. l. C. vbi quis de curiali vel coartali. l. 2. ibi exceptis videlicet his qui armata militia præditi sunt, vel alijs qui speciali beneficio, principali sese defendant, puta hoc specialiter exprimitur, & ibi præter eos etiam qui specialiter sunt excepti. Sed tu circa hoc distingue. Aut quæris vtrum rõne delicti cõmissi, siue contractus initi, aut rei sitæ extra locum exemptũ, subsunt ordinarijs diocœsanis, & per eos iusticiari possunt, & dic qꝑ sic, vt plene legitur, & notatur. j. e. nolentes. in princ. li. 6. Aut alias q̃ in casibus prædictis, puta quia delictum commissum sit, vel cõtractus initus, vel res litigiosa sit in loco exempto, & tunc non possunt per ordinarios conueniri, vel iusticiari, vt ibi in versic.
5 nũquid ergo &c. & hoc notant Bernardus, & Hostien. hic. † sed fallit in casibus in quibus eos Episcoporum iurisdictioni subesse canonica præcipiunt instituta, vt ibi in versic. saluis, qui casus sunt. ℣. de officio ordina. irrefragabili. §. cæterum. de maior. & obedienta. qꝑ super his. & c. solita. de præscript. veniens. §. scisma. de statu monacho. recolentes. ℣. eo. cum & plãtare. & c. ad hæc. & proximo. j. eo. cum capella. ca. ex ore. & capi. pastoralis. de senten. excomm. nulli. 16. q. 1. interdicimus. 18. q. 2. Abbates. infrà, de præben. cap. 1. lib. 6. j. eo. tit. auctoritate. eo. libro. 6. ℣m Guil. & Ioan. An. in dicto vers. saluis. Sunt & alij casus extra de supplenda negli. prælato. quia regulares. in clemen. de testa. cap. vnico. de sepul. c. eos. & c. dudum. aliàs super cathedram. §. nos etenim. & de statu regula. accedentes. de religio. domi. qa contingit. de iure patro. vt constitutio. de priuile. religiosi. & ca. Archiepiscopo. & de pœni. & remissio. abusionibus. de sen. exc. c. 1. in clemen. Item Card. j. eo. ti. Episcoporum. super verbo contemperint. & Guiliel. super verbo sepulturã. lib. 6. ponunt aliũ casum in quo Episcopus potest excõicare, & animaduertere in exemptos suæ diocæsis. s. qñ scienter recipiunt ad diuina officia, vel ecclesiasticam sepulturã excõicatos publicè authoritate ordinaria, p ea quæ no. ℣. de hæreti. ad abolendã. in fi. ℣. eo. cũ & plantare. in fi. & hic, & quæ no. Inn. ℣. eo. Episcopus. & c. ca. proxi. Et est rõ quia tales delinquunt in rẽ non exemptã. j. eod. volentes. li. 6. Sed Io. An. in c. alleg. episoporum. in nouella. dicit quòd pro hoc facit. ℣. e. ad hoc in fi. cui respõdetur qꝑ non dicit, qꝑ punire, sed qꝑ potest exhumare. Item forsan hospitalarij non erãt tunc exempti licet priuilegiati, & per eundem modum responderi posset ad. c. ℣. proxi. Itẽ facit. c. auctoritate. 1. resp. j. eo. li. 6. sed ibi delictũ fiebat extra locũ exẽptum, quare certũ est, qꝑ si prædicti essent exempti, sed loca ipsa non essent exẽpta, qꝑ esse potest. vt. j. eo. per exemptionem. tunc cõis exẽptio nõ impediret quo minus puniret ordinarius talia faciẽtes. j. eo. volen-
6 tes. lib. 6. † Cõis dicit pp id quod ibi dixit in princi. vbi dicit qꝑ multi sunt hodie exempti etiam contra illam decret. vt etiã in illis tribus casibus quos permittit non possunt coram ordinarijs cõueniri. sed si personæ & loca in quibus hoc faciunt dicũtur exempta, graue est dicere exẽptos p ordinarios puniri extra casus expressos in iure. Et ratio Io. mo. quæ dicit eos super prædictis priuilegiatos nõ esse, nec priuilegiari potuisse parum vrget: qa concluderet de adulterio, fornicatione, & quolibet delicto. ℣m Ioan. Andr. cuius dictum credo verius. Sed Hostiens. in dicto ver. sed quid si Episcopus. in fi. subdistinguit istud mẽbrum vltimum. s. quando exemptus delinquit in re, vel circa rem priuilegiatam, aut delinquit in re vel circa rem priuilegiatam nõ præiudicando alij: aut præiudicando. item aut notoriè aut occultè. Si exemptus delinquat circa rem priuilegiatã sine præiudicio priuato alterius, referendum est Papæ, & sic loquitur. ℣. de statu mona. ea quæ. §. hæc eadẽ. Et sic priuilegiatus remanet in percepta libertate, vt innuũt verba priuilegij. Et ℣m hoc potest intelligi. ℣. de supplen. negli. præl. c. 2. quia si ecclesiæ illę exemptæ sunt: ergo committitur delictũ in re priuilegiata, nec Episcopo cui non subsunt ecclesię, potest aliquod præiudicium generari. Si autem alij præiudicat, & palã siue notoriè delinquat, corrigi potest quod malè facit per cẽsurã ecclesiasticã, vt hic. & ℣. c. proxi. ergo per excõmunicationem, & suspẽsionem officij, & beneficij, vt hic, & j. de verb. signi. quærenti. nõ tũ per depositionem vel beneficij, priuationem. vt in dicta decre. ea quæ. §. hæc eadem. & arg. ℣. de clericis non residentibus. ex tue. ad fi. & 3. q. 6. quis. & hoc propter scãdalũ qd̃ alijs imminet ex notorio delicto & exempli pernicie. argu. in eadem decreta. 46. distin. sed aliud. quia nec quo ad hoc verba vel mens, priuilegij extendunt. Si verò occultè delinquat, siue manifestè, non tamẽ notoriæ, hoc delictum citra sedem apostolicam nec examinari poterit, nec puniri: & sic intellige. 16. quæstione
7 1. frater noster. † Nisi. fortè teneat capellas non exemptas, rõne quarum teneatur ire ad synodum, vel aliquid aliud facere, quia tunc puniri posset quo ad ipsas capellas, si non faceret qd̃ deberet. j. eo. ex ore. §. finali. Secundum hanc distinctionẽ iura soluuntur, & diuersæ opiniones ad concordiã reduntur, & ap-

probantur hæc in dicto capitu.volentes.secūdum Hostiensem ibidem frater Ioannes in dicta quæstione vtrum exemptus, de hoc etiam per eum rubricella de sentent.interdicti.q.268. sed quid si religiosi.idem frater Asten.libr.6. hoc titu.articu.8. Sed hæc distinctio Hostiens. sua reuerentia semper salua, non probatur in dicto.c.volentes.sed prima bene,vt ibi patet.

1 *Conuentio partium seruanda.*
2 *Inducijs acceptis super testium productione in curia vtraque pars ibi producat.*
3 *Testes ad curiam adducere nemo tenetur.*
4 *Confirmatio Papalis Episcopo non præiudicat.*
5 *Indulgentiæ Papales Episcopo non præiudicant.*
6 *Priuilegium exemptionis Episcopo præiudicat.*
7 *Legatio an per testes probetur.*
8 *Iurisdictio commissa an testibus probetur.*
9 *Contractus in scriptis an testibus probetur.*
10 *Instrumento facto aduersarij perdito sufficit probare eius amis-*
11 *sionem.*
12 *Instrumento fortuito casu perdito, an sufficit probare eius, amissionem.*
13 *Instrumenti amissio probatur iuramento.*
14 *Osculum proditorium.*
15 *Osculum reuerentiale.*
16 *Osculum consensus.*
17 *Osculum pacis significatiuum.*

CVm olim. Essemus.Ad declarationem gl. 2.Si quæris,vtrum si vna partiū litigantium in curia voluerit suos testes producere in ipsa curia, per hoc pars aduersa in eadem curia testes suos producere teneatur, distingue.†
1 † Aut ita fuit conuentum inter partes: & tunc conuentio partium est seruanda.ff.communi diui.l.iudicem. de noui operis nuncia.l.1.§.& post operis.& de re iudi.si conuenerit.arg.ff.
2 depositi.l.1.§.si conuenerit.†Aut non est conuentum: & tunc, aut pars aduersa sponte recepit inducias ad producendum ibi testes suos,& nihil obijcit: & tunc debet ibi producere testes suos.& ita fortè fuit hic.simile nota.C.de an.except.l.fina.§.fi.
3 †Aut non recepit:& tunc de rigore iuris non esset quis cogendus ad curiam adducere testes suos,vt patet in eo quod legi. & nota.s.de fideius.constitutus.§.fi.secundum Hostiens. & Ioan. An.hic.& idem Archi.4.q.3.c.si testes.versic.item ob carmen. glo.adde dicebat bona guida.& infrà,de testibus præsentium. super verbo testes.lib.6.vbi vide de hoc.

Super eo.c. Ad declarationem gl.& ideo nullum &c. Si quæris vtrum gratiæ seu indulgentiæ papales non facientes de diocœsano Episcopo mentionem,ei
4 præiudicent,distingue.†Aut in confirmationibus nō fit mētio de iure diocœsani: & tunc non præiudicatur ei, vt patet.s.de confirma.vtili vel inutili.c.fi.§.fina.de decimis.dudum. in fine.
5 †Aut indulgentijs siue priuilegijs per quæ aliquid speciale conceditur,& tunc idem.ff.ne quid in loco public.fiat.l.1.§. si quis à principe.& §.merito.& no.j.eo.pastoralis.&.c.in his. Nisi ex qualitate concessionis, vel ex intentione cōcedentis aliud perpendatur.vt no.j.de conces.præb.quia cunctis.§.nec etiam&c. & §.ex parte.li.6.Aut in commissionibus factis: & tunc idem .s.quod non præiudicant ei.vt patet in eo quod leg.& not.s. de
6 offic.de le.super eo. †Aut priuilegijs exemptionis,& dic quod in illis,quo ad omnia nisi aliquid specialiter reseruetur diocœsano præiudicatur,licet de ipso nulla mētio habeatur.s. de præscrip.c.veniens.§.1.cuius rō est quia per priuilegium exēptionis intendit cōcedens præiudicare in omnibus, & ius suū subtrahere diocœsano,nisi aliud dicatur:vt hic,& s.eo.aliud recepimus.&.c.porro.&.c.dilecti.secus in alijs casibus supra dictis. Aliàs aūt exemptionē ipsam q̄to strictius possumus interpretamur:vnde nec exemptionem personarum ad loca extēdimus, nec econtra,quod dic vt.j.e.cum capella.&.c.dudum. secundū Hostien.hic & Io.And.post eum, idem not.Archi.25.q.2.cap. seruatis.glo.penultim.vbi de hoc. & de hoc tangit Hostiens.in sum.eo.tit.§.quid operetur.in fin.

Super eo.c. Ad declarationem gl.hoc est nota dignū. Si quæris,vtrum legatus amisso instrumēto suæ legationis possit eam probare per testes: vel delegatus
7 iurisdictionem sibi commissam,distingue. † Aut quæris de legato,& dicunt Ber.Inno.& Host.hic ꝙ non potest.C.de manda.prin.l.vna.Et quia non est aliquis ibi superior corā quo probatio fiat,nisi alias notus & honestus esset,& in quo casu videt credendum sup verbo suo.arg.97.dist.nobilissimus.2.q.5.quæ de causa.j.de offi.leg.officij.in fi.li.6.Quod s̄m Spe.tit. de legato.§.superest videre.ver.quid si delegati.&c. satis sustineri pōt in his,quæ ad legatū ptinent ex officio,& iure legationis,secus aūt,quo ad alia quæ speciale mandatum requirunt. vnde consulet,ꝙ quicunq; à legato receperit aliqd quod ad eum iure legationis non ptineat,siue fuerit dispēsatio, siue aliud, habeat sub manu publica tenorē literæ,per q̄ talis potestas ipsi legato specialiter est cōmissa.ar.s.de hæreti.cum iniuncto.§.si fortè.Sed quod dictum est,ꝙ si sit notus,& honestus sibi creditur, nō vr̄ fortè verum de rigore iuris,p ea quæ dixi.s.de proba.qm̄ dist.
8 1.†Aut quæris de delegato,vtrū possit probare iurisdictionē sibi cōmissam per testes,& vr̄ s̄m Bern.& Hosti.ꝙ sic eo modo quo & amissio priuilegij hic pbatur, dūmodo testes discreti essent,& honesti,& tales q scirēt cognoscere, & legere literas, nec ignorarent decretalem.s.de cri.fals.licet. & oīa quæ ad hoc pertinent diligenter vidissent, & palpassent. vnde non refert vtrum,quis pbet per instrumētū,vel p testes.C.de fide instr. si solennibus.& l.in exercendis.s.de fide instr.cum Ioannes.§. porro.Et ad hoc ꝙ delegatus possit probare mādatū sine lite ris,facit in auth.de litig.§.oēm.Sed alij dicunt contrarium nisi literas ostendant.arg.22.q.1.sancimus.s.de rescrip. cū contingat.de offi.deleg.cum in iure.de fide instru.c.1.Quod satis credunt Inno.& Host.ante præsentationem literarum.l. quod per testes nō possit probari iurisdictio: quia nec est coram quo hoc possit probari.Postea vero secus,arg.s.de appel.vt debitus.maxime sententia lata.& si agatur corā alio iudice, vt patet in eo quod no.s.de offi.deleg. cum in iure.in quo quidem casu vr̄ ꝙ & idem qui iudex fuit,possit esse testis.argu. in eo quod leg.&
9 no.s.de exces.præla.inter dilectos.§.præterea. † De contractu vero celebrato in scriptis,vel in quo scriptura desiderat:dicunt quidam quod potest probari per testes, dummodo dicant qđ scriptura fuit completa arg. hic. Alij contra, quia scriptura est de substantia.C.de fide instru.contractus de testibus.l.testium de bono.pos.secundum tab.l. fi. & de fideicom.l. fideicōmissa. l.fin.quod Host.putat verius.idem recitat Io.And.

Super eo.c. Ad declarationē huius gl. Si quæris, vtrū creditori sufficiat probare amissionē instrumenti debiti,licet alia non probentur,distingue.Aut creditor amittit instrumentū suū per factum aduersarij: aut per fa-
10 ctum suū.aut per factum tertij,seu per casum fortuitū. † In primo casu sufficit sibi probare amissionē:vt.C. de proba.le.si de possessione,s̄m Accur.ibi.& arg.ad hoc.C.vnde vi.l. si qñ.s. ꝙ metus cau.c.vit.ff.de in lit.iuran.l.videamus.§.fi.3.q.7.ca.infamis.§.tria.& s.de testi.cogen.puenit.Secundo casu.s. qñ per factū suū,vt quia restituit instrumētū cācellatū debitori sufficit quo ad pariēdam exceptionē debitori,vt legi.& no.ff.de pba.l. si chirographū.& de pac.l.labeo.& hoc verū qñ ipse debitor p
11 bat sibi redditū à creditore. † Sed si quæris an præsumatur debitor liberatus p p instrumentū qđ habet penes se, licet nō pbet sibi redditū Acc.tenet ꝙ nō, nisi pbaret sibi redditū à creditore.ar.C.de solu.l.pecunia.& l.seq.vt ipse notat.C.de lat.lib. toll.l.vnica.§.ille etiā.& hoc idem tenet Odoff.Tu vero dicas s̄m Iac.de Arc.& Cy.in d.l.si de possessione. ꝙ aūt debitor habens instrumentū penes se allegat se liberatum pacto,aut solutione.Si pacto,& ad hoc probandum ostendit instrumentū penes se:& tunc est vera opinio Accu.& Odoffredi,ꝙ debet probare sibi redditū à creditore,aliàs nō præsumit liberatus.Si solutione, ad hoc inducit instrumentū penes se constitutū: tunc aut est psona domestica:aut non.Si est persona domestica,tūc non præsumitur nisi probet redditū vt in dict.l.si de possessione.& in dicto.§.ille etiam.& C.in quibus cau.cessat longi temporis.præscrip.l.1. & in hoc casu etiam vera est prædicta opinio Accursij & Odoffredi.Si non est persona domestica,præsumit liberatus solutione.& in d.le.si chirographū.ff.de fur.l. fullo & sarcinator.§.vlti.ibi,qa ex his &c.Rō diuersitatis est, q dicit se liberatū pacto,allegat liberationem sibi factā per donū,cum pactum remissionis sit donatio,& donare est perdere, sed nemo vr̄ iactare pecuniā suā,ideo &c.vt ff.de transactio.l.1.de donatio.l.filiusfa.& de proba.cū de indebito.At qui dicit se liberatū solutione,non allegat donationē sed debiti satisfactionē, sine qua nō est verisimile habitū instrumentū,ꝙ tūc cū pecunia soluitur,restituit:vt.C.de conditi.sine causa.l.dissolutæ. nisi sit p-
12 sona domestica, quæ de facili pōt subtrahere. † In tertio casu principali.s.qñ creditor amisit.per factum tertij, vel per casum fortuitū refert. Aut instrumētū erat de & super debito, seu nō tractu in scriptis,seu qui requirit scripturā, & probationē per scripturam,

scripturam,& tūc probabit duo & tenorem, & amissionē,siue sit creditor,siue debitor:vt C.de testi.l.testium. ad finem. & de fide instrumentorum.l.apud eos.& ꝙ illud instrumentum non erat cancellatum nec abolitum hoc tenent Vincentius,Goffredus,& Hostiensis.s.de conuer.coniugatorum. capitul.dudum. & Ioannes,Andreas hic. Aut instrumentum non erat de debito seu contractu in scriptis, & qui requirit scripturam seu probationem per scripturam,& tunc sufficit probare tenorem instrumentorū tantum, & sic intelligit Cyn.leges illas.C. de fide instrumentorum.l.1.& l.illatæ.& le.sicut. & vide de hoc quod notat Specu.titu.de instrum.editio.§.restat videre. versic.illud quoque.Et casus in quibus non fit probatio per testes, sed per scripturam,vide ibi per eum in versi.præcedenti.Azo verò dicit &c.vbi ponit.29.casus.†Et quod dicit hic Ber.in fi.ꝙ amissio instrumenti probatur per iuramentum perdentis, intellige adiunctis scilicet,aliquibus præsumptionibus.C. de fide instrumen.l.vlti.ar.C.vnde vi.l.si quando.Decreta.ista in princip. facit ad hoc quod no.Gof.& Io.And.post eum.s. de simo.querelam.dicentes,ꝙ prælati debent esse custodes chartarum, & priuilegiorum ecclesiæ.16.q.1.in canonibus. Et tenetur ad interesse,qui documēta ecclesiæ aduersario tradit.12.q.2. si quis de clericis.& tanquam proditor accusari potest l.Corne. de falsis. ff.ad le.Corne.de falsis.l.1.§.is qui vnde deponi posset ex hoc. 46.dist.clericus.secundum Goff.& Ioannem,Andream ibi.

Super eo.c. in fi.Si quæris,quot modis osculum præstatur,& quando sit permissum,vel non.
14 †Dic ꝙ quandoque præstatur ad decipiendum,vt fuit reperire in proditore iuda osculo Christum tradente,& tale osculū omnino est prohibitum,imo dulciora reputantur vulnera amici, quam voluntaria oscula inimici,prouerbio.28.5. quæstione.5. non omnis,& capitulo,non osculatur cum corpore cum osculato esse videatur,mente tamen & animo contrarius est, quare multo nequior fore censetur,quam euidēs inimicus. 93.distin
15 ctio.si inimicus.& C.de donatio.l.data.cum ibi nota.† Quandoque autem præstatur ad reuerendum, & obediendum, & istud aliquando est permissum,vt est videre in osculo quod præstat summo pontifici in pede.C.de domesti.& protec.l.1. libr. 12.cum ibi not.& hic.Quandoq; vero præstatur ad designādū consensum in malum,puta adulterium, vel fornicationem, &
16 hoc de iure damnatur.ff.de adulte.l.quod ait lex.† Quandoque ad designandum ipsum in bonum,puta coniugalem affectum, vel pacis inductiuum,vel iniuriæ remissiuum: & tunc est permissum.C.de don.inter vir.& vxo.l.si à sponso.s. despon.ca.r.
17 63.dist.cum Adrianus.& institu.de iniur.§.vlti. † Quandoque etiam præstatur nedum ad inducēdum cōsensum præsumptū, sed vt omnia finita esse pacis osculo denotentur. de conse.dist. 1.c.Episcopus.& di.2.pacem.iuxta verbum prophetæ, iustitia & pax osculatæ sunt.prout ista notat Gen.in extrauagā.Io.22. quæ incipit quorundam exigit.circa prin.sub verbo,oscula.

1 *Interdictum ecclesiæ non comprehendit clerum, vel populum.*
2 *Interdictum cleri non extenditur ad ecclesiam.*
3 *Interdictum populi non extenditur ad clerum.*

EXparte abbatisse. Si quæris quid iuris quando ecclesia, clerus, vel populus interdicitur. & vtrum ad interdictionem vnius,sequatur interdictio alterius, distin
1 guè.†Aut ecclesia tantum interdicitur:& tunc nec clerus, nec populus per hoc censetur interdictus, benè possunt clerici ali-
2 bi celebrare.†Aut clerus tātum interdicitur, & tunc nec ecclesia nec populus per hoc cēsetur interdictus, vnde in ecclesia interdicta posset alius clerus ibidem veniens celebrare diuina,de qua materia not.suprà de exces.præla.c.tāta.de cleri.exc. mi.si
3 celebrat secundum Hostien.†Aut populus interdicitur,& tūc clerus non intelligitur interdictus supra de rescrip.sedes.Nam in hoc casu vel consimili appellatione populi non continetur clerus vel econuerso,nisi aliud exprimatur,vt patet in eo quod legi.& not.supra de rescrip.cum ordinem.& c. significauit. secundum Hostien.cuius opinio approbatur infrà de senten.excommu.c.si sententia.lib.6.quod dic vt ibi per Archi. & Ioan. And.In fauorabilibus tamen maximè attenta propria significatione verbi, appellatione populi videtur clerus comprehendi. arg.suprà,de foro compe.dilecti cum ibi no. per Pet.de samp. Archi.insti.de iure natura.§.plebiscitum.vt hic not.Gen.extra de elect.in plerisque.glo.3.in clemen.

1 *Monachus à Papa iudex constituitur.*
2 *Monachus non fit iudex nisi abbate imperante.*
3 *Monachus potest esse officialis.*
4 *Monachus acquirit monasterio.*
5 *Monachus vagabundus nihil acquirit.*
6 *Monachus extra monasterium existens causa probabili monasterio acquirit.*
7 *Monasterium an obligetur ex monachi contractibus.9.*
8 *Monasterium an teneatur de monachi maleficijs.*
10 *Mendicantes bonorum capaces.*
11 *Detinens possidere præsumitur.*
12 *Possessores duo esse non possunt.*
13 *Possessionis diffinitio.*

CVm olim propter. Ad declarationē. glo.no.quòd causa. Si quæris, vtrum monachus simplex possit esse vel
1 constitui iudex,distingue.†Aut quæris,vtrum possit constitui iudex à Papa.& dic quod sic,tam ordinarius,quam delegatus,vt hic.& s.de foro compe.conquestus. Ita intellige quod no.Ber.hic & Hosti.post eum.& quod no.glo.16.q.1. de præsentium.glo.1.in fi.Et hoc verum dummodo Papa ex certa scientia hoc faciat.alias contra si nō fiat mentio de ordine.s.
2 de rescript.cum ordinem.†Aut vtrum possit constitui iudex ab alio,quam à Papa,& dic ꝙ nō nisi Abbate imperante, & vtilitate monasterij exigente.arg.s.de postulando.ex parte. & sic quantum ab hoc non subest,quilibet religiosus, de facto tamē committitur religiosis causæ cognitio tota die,secundum Hostien.qui ita notat in sum.de offi.dele.§.cui possit delegari. versicu.sed nunquid &c.& idem no. Archid.in dicto.c. præsentiū. glo. 1.adde à Papa &c.Ad quod facit,quod no.ipse Archidi.18. q.2.dudum,gloss.2.vbi dicit,quod si causa est commissa alicui expresso nomine canonicatus,& ille post citationem contrahit matrimoniū,si est causa spiritualis non cognoscet suprà de clerico.coniu.diuersis.Si est lis contest.& contraxit cum virgine: bene cognoscet si vult priuilegio clericali gaudere, quod pōt, 26.distinc.vna infra de cler.coniu.clerici.libr.6.† Secus si cum vidua,quia nec tunc potest vti priuilegio clericali.84. distincti. quisquis.j.de biga.altercationis.lib.6.secundum Ioan. An. sic etiam no.Spec.rubrica de iudice delegato.§.excipitur. Sinautē talis factus est monachus:tunc si est lis contesta.tamen procedet cum consensu Abbatis,aliàs nō: quia causa monacho committitur:vt hic secundum Io.qui hoc totū notat in transla.suis rub.quo tempore perit instantia iudicij.§.pe.& Archidi.vbi.s. qui tamen finaliter remittit ad id quod statim dictum est. Et de hoc vide plene in Specu.Rubri.de offi.dele.§.excipitur.ver. nunquid ergo &c.vide etiam quod notant Guiliel. & Gencel. extra de rescrip.c.2.super verbo religiosus.in cle.† vbi dicūt, ꝙ monachus de consensu Abbatis potest esse officialis episcopi.

Super eo.c. Ad declarationem glo.Innocen. hic quæ incipit & malè &c.Si quæris, vtrum quicquid acquirit monachus acquirit monasterio suo, & vtrum ex contractibus,vel delictis monachi monasterium suum obligetur,distingue. Aut quæris de primo.s. vtrū quicquid acquirit, acquirat monasterio: & tunc, aut huiusmodi monachus non est expulsus de monasterio sed manet monachus monasterij.
4 aut est expulsus de monasterio.†In primo casu quicquid acquirit, monasterio acquirit, etiam si est monachus fugitiuus.s.de offi.ordi.quànto.C.de episco.& cleri.l.Deo nobis.§.hoc etiam & 18.q.2.Abbates.vbi de hoc per Ioan.in glos.ergo fugitiui. sicut seruus fugitiuus domino acquirit:vt ff.de acquiren.posses. l.1.§.per seruum. etiam si monasterio vacante acquireret.ff.de acquir.re.do.le.etiam.si stipuletur aliquid sibi, vel monasterio suo,vel impersonaliter, vel etiam quocunque alio modo contrahat,semper acquirit monasterio suo, & ex omnibus contractibus cum eo initis contrahentes obligantur Abbati. argu.ff. de stipula.seru.le.seruum.aliàs seruus.Secus si stipuletur alij:qa tunc nec alij quærit,quia nō potest:nec domino, quia nō vult. ff.de stipula.seru.l.seruus meus.secundum Inno.& Hostien.& Io.Andr. hic. Vnde futuro prælato stipulari non potest.arg.ff. de stipula.seruo.l.seruus hæreditarius secundum Hostiē.& Io. Andr.Et idem si Abbas cum conuentu licentiauit monachum suum vt ad arctiorem transiret religionem, qui post modum vagando multa lucratus est,demū intrat monasterium scilicet, ꝙ bona taliter acquisita primo monasterio acquirantur.& hoc dicit Tancred.vt notat Bartho. Brix.in quæstione dominicali. Abbas,quidam vbi idem tenet per prædicta iura.ff. de testam. mili.l.ex eo. Idem tenet Specu.de statu monacho.versicul.41. & Goffred.de offi.ordi.quanto.& Io.Andr.s.de insan.expo.c. vno.vbi de hoc per Bernard.in glo.penultim.In secundo casu.s. quando est expulsus de monasterio refert.Aut est expulsus:qa

est tanquam incorrigibilis, & tunc dicit Innoc. hic, & Hostiens. & Ioan. Andre. post eum, quòd nulli acquirit, nec valet contractus cum sit à monasterio absolutus. Posset tamen dici, quòd acquirit Episcopo à cuius iurisdictione non est absolutus, nisi Episcopus contra ipsum processisset, & ipsum exposuisset curiæ seculari, secundum quod legi. & nota. ś. de iudi. cum non ab
6 homine secundum eos. & idem not. Archidya. in c. allega. Abbates. glo. fin. 18. q. 2. † Aut est expulsus non quia incorrigibilis, sed quia languidus, vel ægrotans: quia postea multa lucratus aliud monasterium introuiit: & tunc dicit Barto. in quæstione dominicali, esto, ꝙ monachum. quòd si Abbas sine consensu capituli hoc fecit. non fit præiudicium monasterio primo delictum personæ & c. 16. q. 6. si Episcopum. quod absit. ś. de except. cum venerabilis. j. de reg. iur. delictum. li. 6. secus si cum consensu capituli hoc fecerit, eadem quæstio est formanda, si monachum in delicto repertum Abbas recipere noluerit, & eodē modo soluenda secundum Tancr. & Bartho. & in his concor. Specu. de statu monacho. versi. 42. & Ioan. And. ś. de infanti. ex
7 po. capitu. vno. † Aut quæris de secundo principali. s. vtrum ex contractibus monachi, monasterium seu Abbas obligetur, & tunc, Aut habet administrationem: & tunc obligatur, sed nō in plus, quam sit administratio sibi cōmissa. ar. ś. de fideiuss. quod quibusdam. Aut non habet administrationem, & tunc obligatur Abbas sed ad nihil teneretur, cum non habuerit vnde soluat, secundum Inno. & Hostiens. pro hoc. 12. q. 1. non dicatis, & hoc habetur in auth. de sanctissi. episco. §. si quis cōtra. Et hoc verum, quod de contractibus initis cum monacho non obligatur monasterium, nisi de eo quod ad eum peruenit, licet sibi acquirat. instit. de auctoritate tutorum. §. 1. secundum Hostiensem hic & Lauren. & Ioan. 16. q. 1. de persona. gl. conuentū & c. & idem quo ad hoc notat Cardi. j. de appell. cordi. super verbo
8 expensis. lib. 6. quod intellige vt dicam statim in fi. † Aut quæris de tertio principali. s. vtrum de maleficijs monachi, vel Abbatis monasterium obligetur: & dic ꝙ non: quia delictum personæ & c. vt hic, & 16. q. 6. si Episcopum, quod absit. ś. de except. cum venerabilis. & j. de regulis iuris. capitu. delictum. libro. 6. Nisi in quantum ad monasterium peruenirет, & in eius vtilitatem versum esset argument. 10. quæstione secunda, hoc ius. ś. de fideiuss. quod quibusdam. ff. si cert. pet. l. si me & Titium. in fin. de condi. indebi. l. nā hoc natura. vnde alias ipse monachus, pro delicto suo conueniendus est, non ecclesia. vt 18. q. 2. hoc tantum. sicut seruus, qui delinquit conuenitur, non eius dominus. C. de noxa. l. vltim. in fin. secundum Innocentium, & Hostiensem, hic in fin. & Lauren. & Io. in d. c. de personæ. & Arch. ibi in gloss. adde. 12. q. 1. & c. & j. de elec. quia sæpe. glos. penu. in fi. & de iudi. c. mulieres. glo. fina. lib. 6. & in ijs satis concordant Accur. & Cy. C. de episc. & cleri. in auth. causa quæ fit cum monacho. Et Spec. Rubr. de reo. §. vnico. versic. sed an monachus. vbi etiam dicit, ꝙ si pro commissis per monachū ante ingressum monasterium ciuiliter conuentum nolit defendere, de bonis eius, quæ monasterio obuenerunt satisfiet agentibus. argu.
9 insti. de acquisi. per arroga. §. fina. † Et quod ipse notat Rubri. de statu monacho. in princ. vbi distinguit, quo ad cōtractus, quòd aut monachus contraxit ante ingressum, aut post. Si ante tunc locum habet auth. en. alleg. causa, quæ fit cum monacho vt ipsum monasterium vel ipse monachus, vel sindicus monasterij cōueniatur, coram episcopo sub quo monasterium itum est, sed monasterium siue sindicus condemnabitur, & non monachus. arg. C. de sen. & interlo. omn. iudic. l. 1. Et tunc non mandabitur sententia executioni contra monachum cum nihil habeat, sed contra monasterium vel vt soluat condemnationem, vel dimittat bona, quæ fuerunt ipsius monachi. arg. §. alle. insti. de acquisi. per arrog. §. fin. Aut contraxit post ingressum monachus existens, & tunc imputet sibi qui cum eo contraxit, cum nihil habeat. ff. de dolo. nam is. ś. de resti. spo. c. olim nobis. sua enim ecclesia in nullo tenet nisi facta sit locupletior, sicut aliàs dicitur in minore ex facto tutoris conuento. ff. de peculio. leg. quæsitum. C. vnde vi. l. meminerint. Et idem quod dictum est
10 de monacho, intellige de monacha. † & idē videtur ibi tenere de illo qui ingreditur ordinem minorum, vel prædicatorū, vel aliorum, qui nō possunt habere possessiones, nam bona in eos transeunt secundum ea quæ leg. & no. 19. q. vlti. si qua. quia si ordo illa tenere non posit, vendere tamē poterit pro suis necessitatibus. ff. de iure do. cum in fundo. §. ipsius non potest habere proprium. vt ff. de acquiren. re. dom. l. acquiritur. & tamē tenetur ei relictun. vt. ff. de leg. 2. l. debitor. §. fin. Et no. quod in casu vbi monachus vel monacha pro delicto suo conuenitur, quod constituit procuratorem, vt no. Innocen. supra de rescrip. cum dilecta. in princ. & Archi. in d. c. mulieres. glo. fi. & cum eo qd not. Innocen. hic in versi. sed dices. vsq; ad versic. possessio etiam iusta & c. notat Archidia. 16. quæstione prima. sunt nonnulli. super verbo almificus. vbi etiam satis approbat totam istam glo.

Super eo. c. & eadem glo. Innocen. in fin. Innocen. hic
11 in fin. & Hostien. post eum dicunt. † quod quicunque detinet præsumitur possidere, nisi contrarium probetur. 18. q. 1. cap. 1. Idem notat Gencel. extra vt lite penden. c. 1. super verbo possidebat. in clemē. circa quod distingue. aut in possessione iuris adminiculum concurrit, & tunc vera est opinio Innocen. & Hostiens. Sed si iuris adminiculum obuiet vel non adsit, non dicetur, quis possidere licet corpore, & animo insistat rei. Hoc autem quandoque contingit propter rem, quādoque propter causam. Propter rem, vt quia sacra vel religiosa est res, quæ nec ab ignorante possidetur, nec à sciente, licet contemnat religionem. vt. ff. de acquire. possessio. l. qui vniuersus. §. 1. Item homo liber à sciente ipsum liberum licet vitiatur, nullo modo possidetur. vt. ff. de acquirend. possessio. l. cum hæredes. §. vltim. Propter causam, vt quia alius possidet ciuiliter, &
12 naturaliter, quod ego eodem iure possidere volo. † duo enim in solidum ciuiliter eandem rem possidere nō possunt. vt. ff. commoda. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum, & de precario. leg. duo. Item ciuilem possessionem, quam habeo, alius nō potest habere. ff. de acquirend. possessione. le. possideri. §. econtrario. vt plene no. Azo. in summa de acqui. possessio. §. sed verbo & c. Hoc etiam patet ex diffinitione possessionis, quam ipse Azo
13 ponit ibi in princip. † dicens, quod possessio corporalis rei detentio, corporis, & animi iuris adminiculo concurrente. Et in ista distinctione concordat Archidiac. 3. quæstio. 2. audiuimus. super verbo tenent. & j. vt lit. pen. c. 2. glos. 3. libro sexto, & de decimis. c. statuto. super verbo possidebant. eod. lib. & ibi vide: & ad hoc facit quod dicam. j. eod. ex ore. distinctione prima in fine. hoc etiam concor. Ioannes Andreas, infrà de restitutione spoliatorum. ad decimas. lib. 6. in nouella.

1 *Possessio ad præscriptionem requisita, quomodo probanda. nume. 3.*
2 *Possessio de momento ad momentum improbabilis.*

Accedentibus. Ad declarationem glossa. Bernard. hic in gloss. fin. in
1 fine. † Si quæris, vtrum ad probandum præscriptionem sufficiat probare, quod præscribens possedit in principio, & in medio, & in fine, Ioann. dicit quod sic. 16. quæstio. 4. volumus. glo. ecce quod qui obijcit. & Egidius suprà, de præsumpt. illud. & Speculu. titu. de probat. §. 1. in fine. versicu. sed quæritur qualiter argumen. pro hoc. C. de furt. le. fina. §. fin autem. C. ne statu defunct. l. si mater. & de apost. public. l. quicunque. libro. 10. Pro hoc etiam facit, quod not. Bernard. suprà, de conuer. coniuga. accedens. in glos. sic videtur versicul. & sic per primum. & quod leg. nota. suprà, de causa possessio. & propriè: cum ecclesia versicu. ex parte. Sed Bernard. hic contra. in versicul. continuè debent isti probare perceptionem decimarum quolibet anno &c. Idem videtur sentire Goffred. in summa titul. de præscriptio. §. secundum in fin. & tertium. pro quibus facit. prima quæstio, tertia, quæsitum. Sed primam opinionem approbat Archidiaconus. in dicto. capitulo. volumus. glo. penultim. infrà de præbend. cum de beneficio super verbo completa, libro. 6. quæ est vera secundum Spec. in dicto versicu. sed quæritur qualiter quando agitur contra præscribentem, & possidentem. Aliàs si ipse agat, necesse habet probare se
2 possedisse continuè, † & non de momento ad momentum, quia hoc impossibile esset. vt. ff. de seruitut. l. quotiens. 1. Et ita posset intelligi istud capitulum, vbi isti Abbas, & conuentus naugiacen. agebant ad decimas, quas asserebant se præscripsisse contra templarios. Et præmissa videntur præualere his, quæ
3 notat Cyn. C. de præscript. longi. tempo. l. super longi. in fine. † vbi quæritur qualiter probatur continua probatio, quæ requiritur in vsucapione, & præscriptione. vt. C. de vsuca. transfor. le. vnica. & de præscripti. long. tempor. leg. 2. & respondet finaliter quod possessio acquisita probatur. vt dicta. l. 2. & retenta præsumitur. vt. C. de acquirenda possessione. leg. licet. & nota. ff. de acquirenda possessio. l. clam. possidere. §. qui ad nundinas. & C. de probatio. l. siue possidetis.

1 *Exempt io ecclesiæ concessa an ad canoni cos extendatur.*
2 *Exemptio ecclesiæ an ad futura bona extendatur.*
3 *Ecclesia eadem diuerso iure non censetur.*

Cum

1 Vm capella. † Si quæris, vtrum exeptio concessa ecclesiæ extendatur ad canonicos, vel ad clericos, vel econtra. Distingue, vt hodie legitur & notatur. j. eod. titu. ca. per exemptionem. libro. 6. vbi determinantur ea quæ notant Innocen. & Hostiens. hic de ista mate-
2 ria, † Et in quæstione quam ponit Bernar. hic, vtrum exemptio concessa alicui monasterio cum omnibus suis capellis, extendatur ad capellas de nouo acquisitas, respondet, quod sic si sint prioribus capellis accessoriæ, alias non, argum. huius. c. quod fa cit pro vltimo membro. Pro primo vero mēbro facit. j. de off. delega. l. si plures. de præben. quia sæpe. e. de regu. iur. accessorium. lib. 6. cum suis concor. In hoc concord. Ioan. j. quia circa. & Tancr. & Bart. Brixen. in quæstione dominicali quæ incipit Abbas quidam impetrauit. Sed Hostien. tenet hic indistinctè, quod hæc exemptio nunquam extenditur ad futura. ar. ś. de rescrip. c. fi. & c. eam te. & ff. de auro & argen. leg. l. si ita esset legatum. Nec obstat. ś. de censibus. ecclesijs. quia verum est, quod de nouo acquisitum censetur cum antiquo eodem iure. s. communi vt ibi, non speciali, quia hoc non extenditur, vt patet in
3 eo quod leg. & not. ś. eo. sanè. † Et eodem modo potest responderi ad illa iura, quæ dicunt, quod vna & eadem ecclesia nō debet diuerso iure censeri. 16. quæt. j. frater noster. 12. q. 2. cognoscimus. ś. de decimis. cum in tua: secundum Hostien. pro quo. j. de decimis. c. fin. libro sexto, & extra de censibus c. j. in clem.

1 *Præsumitur talis, in quo statu reperitur.*
2 *Priuilegiatus doceat de priuilegio.*
3 *Abbas exemptus delinquens in loco non exempto à diocesano punitur.*
4 *Abbas in loco exempto à diocæsano non indicandus.*
5 *Abbatis domicilium est monasterium.*
6 *Locus residentiæ pro domicilio reputatur.*

Ex ore. Ex isto. c. in principio ibi, per deposi tiones testium ostendere nitebantur
1 & in fin. versic. in membris. potest elici, ꝙ status, siue possessio vel quasi non releuat. quem à probatione in petitorio. Circa quod distingue, † vt quia quædam sunt, quæ procedunt per viam iuris communis, vt ꝙ aliquis debeat esse bonus vel vitæ honestæ, & & huiusmodi, & tunc si reperiatur in tali statu præsumpto est pro eo ꝙ talis sit nisi probetur contrarium. Quia quilibet bonus præsumitur, donec contrarium probetur, si gerat se in bono statu. ff. de le. 2. l. cum quidam. & l. cum pater. §. rogo. de mateſta. l. seruos. & ś. de præsum. dudum. Vnde rex pacificus, pia miseratione disposuit sibi subditos esse pudicos, pacificos, &
2 modestos. vt. ś. in procemio. † Quædam sunt, quæ procedunt per viam iuris specialis, & ratione priuilegij, non iure communi, & tunc licet aliquis fuerit in statu, vel quasi possessione taliū non tamen præsumitur pro eo ꝙ talis sit, vel ꝙ habeat hoc nisi probet: vt hic, & ff. si seruitus vendi. l. sicuti. §. si quæris. & C. de fide inst. l. si solēnibus. vbi Pe. de bella per. & Cy. ita distinguūt. Et ꝙ priuilegiati licet fuerint in vsu, & quasi possessione illius priuilegij: debēt docere de priuilegio suo est hodie expressum. j. eo. cum personæ. li. 6. & dic vt ibi plene leg. & no. & c.

Super eo. c. Ad declarationem glo. fi. Bern. hic, Si quæ ris, quando membra non sunt exempta sed Abbas est exemptus cui membra sunt subiecta, & si delin-
3 quit in membris, vtrum diocœsanis pro tali delicto possit eum iudicare, & punire, distingue. † Aut delinquit in membris, idest locis non exemptis sibi subditis: & tunc diocœsanus eum iudicabit, & puniet, & etiam deponet. vt. ś. c. proxim. & ś. de foro comp. postulasti. seruata tamen forma constitutionum. j. de fo
4 ro comp. Romana. & de priuil. volentes. li. 6. † Aut non delinqt in locis non exemptis, sed delinquit in personis nō exemptis, puta quia est negligens in regimine eorum, vel etiam, quia iniuriam facit eis: & tunc diocœsanus non habet potestatem procedendi contra eum. non. n. sunt isti modi quare diocœsanus forciat forū in personis exēptis. Itē quod plus est diocœsanus pp delicta prædicta commissa in personas non exemptas nō pōt eum priuare ecclesia non exēpta, vel eum suspēdere. Quod sic probo, quia hoc non pōt facere diocœsanus nisi cum causæ cognitione, sed ipse non pōt cognoscere de peccatis, psonæ exēptæ: ergo nec cōtra eum procedere ꝛm Inn. & Host. & Io. An. hic idem per omnia Archid. 6. q. 3. placuit. gl. vlt. & vide qd no.
5 Io. ibi, & istam sntam sequitur, & approbat Ber. ś. c. pxi. † Item no. secundum Inno & Hosti. hic, & Io. Andr. post eos ꝙ Abbas nō pōt habere domicilium nisi in monasterio suo. Alij antē clerici seculares sicut & laici plura possunt habere domicilia, & in ecclesijs suis: & extra, dummodo non teneantur ad residentiā. supra de foro compe. postulasti. Sed loca in quibus tenentur ad residentiam semper debent pro domicilio reputari, & in hoc concordant Archi. 11. q. 1. clericus siue laicus. & j. de rescrip. statutum. in prin. super verbo actor & reus. lib. 6. & Io. And. in nouella. & Gencel. in extrauagan. Ioā. 22. execrabilis. super verbo vagandi materia, & super verbo commemorantur. de hoc etiā
6 no. supra. de rescrip. dilectus. 2. † Et intelligo, ꝙ loca in quibus tenentur ad residentiam semper debent pro domicilio reputari, etiam si essent alibi causa studij: quia ibi non videntur domicilium habere, argum. supra de procura. dilectus. ff. de hæred. institu. le. ex facto. §. rerum & de fun. instruc. el. seiæ. §. pamphile. alia: quæ notantur hic plana sunt.

1 *Protectio generalis non eximit ab ordinarij potestate.*
2 *Protectio specialis eximit à potestate ordinarij.*

X parte tua. Si quæris, vtrum protectio Papæ eximat ab ordi
1 narij potestate: distingue. † Aut quæris de generali protectione à Papa concessa: & illa non eximit ab ordinarij potestate, vt hic. † Aut de speciali protectione, in quo quis se submittit, & illa eximit sicut & appellatio. illa. n. loco appellationis habet, quod dic vt legi. & not. ś. de appel. ad audientiam. & c. dilectis ꝛm Hosti. & Ioan. And.

1 *Ecclesiasticæ rei in alienatione cuius episcopi consensus, requirendus. 3.*
2 *Prætor dat authoritatem alienandi extra suum territorium.*
3 *Priuilegium sine alterius præiudicio fit.*

Pastoralis. Inno. hic in glo. nam per verba.
1 versicu. cum alias si ecclesia & c. † dicit, ꝙ si vna ecclesia habet in diuersis diocœsibus possessiones, solus consensus episcopi diocesani est, requirendus in alienatione possessionum ipsarum, & in episcoporum locorum vbi possessiones ipsę sitę. 16. q. 4. in venditionibus. 12. q. 2. Abbatibus. idē Ho. Sed Io. & Laur. notant contrarium scilicet, quòd requiritur auctoritas Episcopi illius sub quo sunt res vt dicto. capitu. in venditionibus. & 10. q. 2. capi. 1. glo. 2. & cap. hoc ius. §. si economus. in fin. glo. hodie sufficit & Ioann. de Deo ibi, vbi etiam de hoc per Archi. glo. adde idem sentit, hoc tenent per. l. si prædium. C. de prædi. minno. ś. de foro comp. sanè. ff. de iurisdictio. omn. iud. l. fina. de tuto. & curato. dam. ab his. l. pupillo. de bon. aucto. iud. posse. l. cum vnus. §. si is. de iudi. hæres absens. C. de iud. properandum. §. sin autem reus. vbi maior iudex dicitur, qui sub sua iurisdictione habet rem petitam. Ad idem facit clement. de rescript. capitu. j. & Ioan. de Deo ibi, vbi etiam de hoc per Archidiaco. gloss. adde idem sentit. sed in dicto. capi. in venditionibus. gloss. adde de hoc etiam nota. & c. dicit Archidiaco. quòd videtur, quod sufficiat solus consensus. Episcopi in cu-
2 ius diocœsi sita est ecclesia cuius res est alienanda. † argumē. ff. de rebus eorum. l. magis puto. §. illud. vbi prætor dat auctoritatem alienandi rem pupilli sitam extra suā iurisdictionem prout notant Inno. & Hostien. hic. Alij dicunt, quod vtriusque episcopi auctoritas est necessaria. argumen. ff. de excusat. tuto. l. iu
3 risperitos. §. cum oriundus. quod esset securum facere. † Imo secundum Ioann. Andre. hic, de iure vtriusque episcopi licentia requiritur tam diocœsani cum cura ecclesiæ cum sua dote ad ipsum spectet. 10. quæstio. 1. regenda. & capit. decretum. & ipsius principaliter interest, ecclesiam non depauperari. Item non episcopus prædij, sed ipse visitat & procura. facit supra de censibus. capi. fin. Item procurationes legatorum, & decimæ papales non imponuntur prædijs, sed ecclesijs: & tunc bona accessoria sequuntur principale infrà de regu. iur. accessorium. li. 6. Quam illius sub quo situm est prædium, quia illius respectu sub illo debet conueniri principaliter. vt in capit. sanè supra, de foro compe. Et quod vtriusque licentia sit necessaria, est argu. infrà, de senten. excommu. cum illorum. §. si vero claustralis. & Ioann. de are. in simili quæstione dicebat cuiuslibet decretum sufficere per le. vltim. C. de præscript. lon. tempo. vbi iudex domicilij, & iudex rei litigiosæ potest ferre sententiam super re. Et vide quod leg. & nota. extra de supp. negligen. prælat. capitu. quia regulares. §. eadem in clementa. vbi determinantur nota. per Innocen. & Hostiens. hic, & suprà, de præbend. in Lateranensi. secundum Ioann. Andre. & Gencel. in dicto. §. eadem & istud. c. cum suis concor. alias in prima glo. † vbi dicitur ꝙ priuilegium semper intelligitur concessum sine læsione alterius.

Facit ad hoc, ꝙ si vniuersitas alicuius loci tenetur alicui domino ad certam annuam præstationem, & dominus concedit priuilegium alicui personæ de illa vniuersitate ne præstare teneatur, vniuersitas tantum minus soluet, quãtum illum priuilegiatum de collecta contingebat. & hoc tenet Spec. tit. de censi. §. nunc restat versi. quid si vniuersitas alicuius loci &c. Pro hoc etiam facit. C. de decuri. l. vacuatis. cũ gl. sua. lib. 10. & quod notant Hu. & Archi. 55. di. nullus. vbi dicũt ꝙ priuilegia inducta contra canones ipso iure nulla sunt, quia nõ sunt salubriter instituta. 12. di. præceptis. 2. q. 7. qua propter. 25. q. si quis.

1 *Risus ex serenitate conscientiæ.*
2 *Risus ex assecutione cœlestis gloriæ.*
3 *Risus ex mansuetudine naturæ.*
4 *Risus ex inordinata lætitia.*

PEtistis. Si quæris vtrum ridere sit peccatum vel non, distingue. † Aut prouenit ex serenitate conscientiæ, & prægustatione veritatis diuinæ, & iste pertinet ad fructum spiritus, qui est gaudium.
2 † Aut prouenit ex assecutione cœlestis gloriæ, prouerbio. vlti.
3 ridebit in die nouissimo. † Aut prouenit ex mansuetudine naturæ, & sic attestatur bonitati naturæ: & sic in istis tribus casi-
4 bus non est peccatum. † Aut prouenit ex inordinatione ineptæ lætitiæ, de quo ecclesiastes. 7. melior est ira risu. & sic ridere nõ est sine peccato, ita potest intelligi. c. istud.

1 *Indefinita legis vniuersali æquipollet.*
2 *Indefinita communis locutionis affirmatiua æquipollet vniuersali eadem ratione existente.*
4 *Indefinita loquelæ affirmatiua non existente eadem ratione nõ æquipollet vniuersali.*
4 *Indefinita negatiua æquipollet vniuersali.*
5 *Indefinita apud logicos quando vniuersali æquipollet.*
6 *Infinitas bona in concernentibus, animæ salutem.*
7 *Infinitas bona circa exceptiones.*
8 *Infinitas an in obligationibus toleranda.*
9 *Infinitas reprobatur in multis.*
10 *Quæstio elegans de Abbatis molendino.*
11 *Sacrista augetur, & minuitur ad Papæ voluntatem.*
12 *Vniuersorum dispositio ad futura extenditur.*
13 *Specialis dispositio futura non respicit.*
14 *Generalis dispositio an futura comprehendit.*

QVia circa. Ad euidentiam gl. arg. ꝙ indefinita &c. Si quæris vtrum indefinita
1 æquipolleat vniuersali, distingue. † Aut quæris de indefinita canonis, vel legis regulam tradere intendentis, & æquipollet vniuersali, vt probatur de lege diuina ecclesiastici vltim. Deum time, & mandata eius serua: hoc est omnis homo, id est, ad hoc factus est omnis homo. De lege ciuili. ff. de offi. præsi. l. 3. de publiciana. de precio. de offic. præfec. vrbis. l. 1. §. cum vrbem. de leg. præstan. bono. poss. contra tab. pe. l. 1. §. generaliter. De. l. canonica. ꝭ. de consti. c. 1. de offici. ordin. ca. ordin. c. 1. 19. dist. si romanorum. Et est ratio. quia cum propositum ligislatorum sit constituere regulam de casibus eandem rationem determinationis habentibus. ff. de regu. iuri. l. 1. ibi. & vt ait Sabinus quasi causæ coniunctio est &c. regula iuris cõuenienter cõstituitur per verba indefinita tã affirmatiua quam
2 negatiua. † Aut quæris de indefinita commnnis locationis, & tunc, aut quæris de indefinita affirmatiua, & tũc, aut est eadem ratio & conditio omnium particularium in vniuerso comprehensorum, & tunc indefinita æquipollet vniuersali. Vnde legato argento indefinitè, venit argentum etiam factum, quia potest redigi ad non factum. ff. de leg. 3. l. quæsitum. §. illud fortassis. Item, si testator instituat plures hæredes, & postea indefinitè dicat, damno hæredem meum. 10. dare Titio, effectus damnationis comprehendit omnes hæredes, quia eadem est conditio omnium, & eadem ratio possibilitatis damnandi eos, quia omnes sunt hæredes, & omnes participant commodum. ff. de le. 2. l. si pluribus. & l. si ita relictum. circa principium, & de legatis tertio. l. si plures gradus. Per eandem viam facit istud. c. quia eadem est ratio de decimis possessionum futuri temporis, quę
3 & præsentis, & ff. de serui. vrba. prædio. l. si seruitus. † Aut non est eadem ratio & conditio omnium particularium in vniuerso comprehensorum, & tunc indefinita non æquipollet vniuersali affirmatiuè. Et ideo si lego alicui omne marmor vniuersaliter, videor legare etiam statuas marmoreas, & cæteras, species de mamore factas. ff. de le. 3. l. hæres meus. de auro & argen. leg. l. 1. Et tamen si lego marmor indefinitè, comprehenditur in legato sola rudis materia, & non species de marmore facta, vt in dicta. l. quæsitum. §. illud fortasse. Item si lego lanam indefinitè lana tincta non continetur in legato. ff. de leg. 3. l. sicut. in princ. secus si lego omnem lanam vniuersaliter. ff. pe auro & argen. legat. l. pediculis. §. labeo. Et est ratio in primo casu, quia species, seu statua marmorea non est reducibilis ad sua. i. ad suam pristinam rudem materiam. Item in secundo casu de lana posset reddi eadem ratio, vel melius, lana tincta per tincturam superuenientem efficitur regulariter multo preciosior, quam ante erat, quæ ratio posset etiam in marmore assignari. Vnde posset esse maioris æstimationis ipsum additum tincturæ vel speciei
4 quam principale. † Aut quæris de indefinita negatiua, & dic ꝙ illa æquipollet indistinctè vniuersali. vt. ff. de rebus dubijs. le. si is qui ducenta. §. vtrum. in fine. Ita distinguit Dy. ꝭ. de reg. iur. sup. per rubrica. & Archi. in dicto. c. si Romanorum gl. vlti. & Gar. & Cardi. & Io. An. ꝭ. de elec. vt circa. libr. 6. & credo ꝙ bene loquẽdo de iure. Et quod dictum est de indefinita legis vel canonis, quod æquipollet vniuersali, videtur verum etiam si non sit eadem ratio, vel conditio omnium particularium in vniuerso comprehensorum. Quia lex tenenda est, licet per quã dura. ff. qui & à quibus. l. prospexit legislator. 6. q. 3. scriptũ est in lege. Et hoc nisi per legem aliam talis indefinita distinguatur seu declaretur, quia tunc secus. vt. ff. ex quibus causis mai. l. ab hostibus. §. sed quod prætor. de arbi. licet autem. & de testibus. l. quæ
5 situm. & de hoc no. in d. l. precio. † secundum logicos autem indefinita æquipollet vniuersali in materia necessaria, vt homo est animal, ergo omnis homo est animal. Vel impossibili negatiuè sumpta, vt homo non est lapis, ergo nullus homo. Sed in materia contingenti non æquipollet indefinita vniuersali, vt homo currit ergo omnis homo currit: non enim sequitur vt notant Archi. Card. & Ioan. And. vbi supra, de ista materia vide quod dixi supra de voto. quod super his.

6 Super eo. c. Si quæris vtrum infinitas reprobetur, vel approbetur, & in quibus, distingue. † Aut agitur de actibus concernentibus salutem animæ, puta laudare Deum, & similia, & tunc infinitas approbatur. 22. distinc. sacro sancta. 36. dist. si quis vult. C. de sum. trini. inter claras. in fine. de offi. præfec. præto. af. l. quas gratias supra de iureiuran. quem
7 admodum. in fi. † Aut de alijs: & tunc aut de inducentibus exceptionem, quo casu infinitas approbatur. ff. de excep. doli. l. pure. §. fina. C. de excep. l. si pactum. insti. eod. tit. §. appellantur. &
8 hic. † Aut de inducentibus obligationem, & tunc aut verba obligationis sunt de sui natura limitata finitatem sapientia, & tũc infinitas approbatur, vt. ff. de annu. legat. l. cum quidam. & l. seq. & de fideiuss. l. si ita stipulatus. Aut non sunt de se finitatem sapientia: & tunc aut infinitas procedit ex mutua voluntate contrahentium, & tunc toleratur. ff. de dã. infec. l. si finita. 2. respõso. Et ita posset intelligi. l. alle. si ita stipulatus. & in auth. de nõ alie. aut pmu. rebus ecclesiæ. §. si minus col. 2. vbi dr̃, quod donatio imperatoris facta in ecclesiam põt ad immensum se extendere. Aut non pcedit ex mutua voluntate contrahentium, & si quidem tractatur de obligatione nouiter inducenda, tũc infinitas reprobatur. ff. de dam. infec. l. q bona. §. vlt. C. de sacrosan. eccle. l. vt inter diuinum. de sen. quæ pro eo quo interest. l. vnica Et idem si tractetur de obligatione prius inducta post ampliãda, etiam si verba obligationis sint de se flexibilia ad finitatem, vel infinitatem, ff. de le. 3. fideicom miss. §. si quis decem. ff. de in litem iuran. l. videamus. §. fi. de peric. & com. rei ven. l. si quis vna. §. fi. ꝭ. de censib. quanto. Et in ista distinctione satis concor. Cy. in dicta. l. vnica, in prin. C. de sen. quæ pro eo quod interest. & plenius Gencel. in extrauagan. Io. 22. quorundã exigit. §. nos
9 quoque. super verbo infinita sint. † Aut quæris de alijs actibus, & de hoc vide quod notant Card. Guil. & Io. An. ꝭ. de rescri. c. cum in multis. li. 6. vbi dicunt, ꝙ infinitas reprobatur circa religionum diuersarum inuentionẽ. ꝭ. de relig. domi. ne nimia. & e. ti. c. vnico, li. 6. Itẽ circa testium productionem. ꝭ. de test. cum causam. 1. §. nolentes. & c. significauerũt. ff. de testibus. l. 1. §. vlt. Item circa testium reprobationem. ꝭ. de testib. c. licet dilectus. Item circa graduum computationem. ꝭ. de consang. & aff. tua. Item circa multitudinis correctionem. ꝭ. de cleri. excom. latores. 44. distinc. commessationes. Item circa iudicis impetrationem. ꝭ. de rescrip. ad hoc. de dolo & contum. ex literis. Item circa ordinandorum multiplicationem. ꝭ. de ætate & quali. cũ sit
10 ars. † Pone ꝙ paterfam. pactum fecit cum Abbate de consensu capituli vt quoddam molendinum sibi & familiæ suæ perpetuo moleret circa pensionẽ constitutã, nec in hoc fuit ecclesia decepta, tempore præcedente paterf. decessit pluribus filijs relictis, quorum quilibet cepit habere familiã æquè magnã vt paterfa. habebat, quilibet istorum transmittit ad molendinum. Abbas denegat. quæritur quid iuris. Soluit Barto. Brix. post Pileũ in quæstione sua dominicali, quæ incipit quidam pater fa. pactum fecit quod obseruari debet quod actum est si non appareat non tenebitur monasterium hæredibus vltra quam tenebatur defuncto, & tantum molet omnibus quantum molebat defuncto, quia non est verisimile quod monasterium in infinitũ se obligaret vt in. l. alleg. si quis vina. §. fina. idem dicit Tã. idem tenet Hostien. & Abbas. ꝭ. de censibus. quanto. nisi præscriptio sit in contrarium. eo. tit. olim. licet multa iura possent in contrarium allegari. ff. de pactis veteribus locis. si quis domum. §. 1. de verbo. obli. quicquid astringendæ. ꝭ. de seruis non ord. c. 1. Nec obstat quod no. Car. ꝭ. de reli. & vene. san. c. vnico. lib. 6. & Io. An. ibi in nouella, in quæstione de sacrista ecclesiæ, qui ante illam constitutionem tenebatur campanas pulsare, & post illam constitutionem propter duplex festum plus expeditur in pulsatione, quod istud grauamen, nihilominus spe-
11 ctat ad sacristam, † quia sacristę non fit aliquid per capitulum suum, sed per Papam hoc constituentem, qui potest sacristam augere & minuere fructibus secundum eos, ibi.

Super eo. c. Ad declarationem glo. arg. quòd in priuilegijs. Si quæris vtrum beneficium principis est largè vel strictè interpretandum, distingue vt dixi. ꝭ. de dona. cum dilecti.

Super eo. c. Ad declarationem. glo. argu. quod in priuilegijs. hic habes quod Episcopus qui remisit decimas Episcopales, præsentes, & futuras intelligitur remisisse. Et sic habes quod depositio indefinitè prolata ad futurum extenditur. Circa quod distingue, quia quædã sunt vni-
12 uersalia, quædam singularia, & quædam generalia. † Vnde vniuersalibus nedum ipsum vniuersale inspicitur, sicut reperitur tempore dispositionis, sed qualitercunq; augmentetur postea, Et ideo si legetur peculium, vel hereditas debetur quantumcunque augmentetur postea. vt. ff. de vsufruc. l. ęquissimum. & de legatis primo. l. grege. & de leg. 2. peculium. de fun. instruc. l. lucius. vbi hoc not. gloss. Ita etiam posset intelligi istud capi-
13 tulum. † In specialibus non est dubium quod inspiciatur tempus præsens, vt. ff. de contrahenda emptione. l. in. lege. & l. rutilia polla. de damno infec. l. si is qui. ꝭ. eo. cum capella. & de decimis, cum in tua. nisi res fuerit augmentata per alluuionem, & tunc eadem res censetur vt. ff. de vsufruc. l. item si fundi. §. si
14 insula. † In generalibus refert aut tempore dispositionis potest taxari, vel cogitari quãtum præiudicium possit afferre in futurum si futura comprehendantur, & tunc ad futura extenduntur vt hic &. ff. de seruitu. vrba. præ. l. si seruitus. Aut tempore dispositionis non potest taxari, vel cogitari, & tunc aut agitur de obligatione pignorum & tunc futura veniũt, vt. C. quæ res pigno. obli. pos. fina. Aut de obligatione seu translatione domi nij, & tunc regulariter tm̃ præsentia cõtinentur. Vnde qui vendit, qui legat, vel qui donat bona sua videt̃ tm̃ transferre pręsentia, non futura, vt. ff. manda. l. si mandauero. §. is cuius. de auro & argen. leg. l. si ita. & l. medico. & l. fi. in prin. de leg. 2. l. fi. §. qui in diuisam. de leg. 3. l. vxori. §. vxori. & l. vxorem. §. testamẽto. 2. & l. nomen. §. 1. de liber. leg. l. vlti. §. fina. Et in ista distinctione concordant Pet. de bella perti. & Cy. C. de sacro san. eccle. l. placet & in d. l. fina. C. quæ res pig. obli. pos.

1 *Iure suo quis priuatur sine culpa.*
2 *Quæstio lepida de ceruo Episcopi.*
3 *Patriarchæ fidelitatem præstant Papæ.*
4 *Cardinales non præstant fidelitatem Papæ.*
5 *Episcopi etiam cardinales præstant Papæ fidelitatem.*
6 *Prælati inferiores non præstant Papæ fidelitatem.*
7 *Minor non vtitur potestate honoris coram maiori.*
8 *Minor habens à maiori iurisdictionem eam non exercet coram maiori.*
9 *Minor non habens à maiori iurisdictionem eam corã eo exercet.*

1 ANtiqua. Ad declarationem gl. 2. † Casus in quibus quis priuatur iure suo sine culpa sua, vide plenius quam hic per Host. ꝭ. de decimis suggestũ. & per Archi. qui ponit eosdem casus. 22. di. renouantes. decret. cognoscentes. & alię concordantiæ hic alle. faciũt ad quæstionem dominicalem Bar. Brix. quæ incipit
2 Episcopus Bono. deposuit † ceruum suum apud quoddam monasterium, tẽpore procedente aufugit, tertia die, monachi depositis cucullis suis cęperunt venari & ita ceruum ceperunt. Modo quæritur vtrũ Episcopus possit eum repetere Soluendo post pileum dicit quod si nomine Episcopi. s. vt restituerent Episcopo venarentur, restituetur Episcopo ceruus, cum ipsa ratum habeat quod nomine eius factum est. Sin autẽ non esset factum nomine eius, non restituetur, quia ceruus iste semel factus est monasterij, ergo sine culpa sua eo priuari non debet, vt iuribus alleg. hic in versi. & si priuata.

Super eo. c. Ad declarationẽ glo. sit ergo &c. Si quæris vtrum prælati qui nullo medio, vel aliquo medio subsunt domino Papę præstent & iurent fidelita-
3 tem & obedientiã, distingue. † Aut quæris primo de ijs qui immediate subsunt, & tunc aut quæris de Patriarchis, & alijs prę latis alijs à cardinalibus, & dic quod sic, vt hic &. ꝭ. de iureiur.
4 ego. N. Aut de cardinalibus, & tunc † Aut de cardinalibus presbyteris & diaconibus non Episcopis, & tales licet immediate subsint Papæ, nullam tamen obedientiam præstant ei. Et ratio est: quia sunt eius mẽbra specialia respectu aliorũ, & adeo sibi vniti, quod ab his membris specialibus non debet fidelitatem vel obedientiam exigere, sicut nec à seipso. Vnde dicũtur de latere eius mitti. ꝭ. de offi. leg. nolentes. inter præstantem. n.
8 ne §. 1. sed opinio gl. cõiter approbat. † Ciuilis est actio quæ descendit ex. l. Cornelia, quæ competit in tribus casibus. s. qñ qs se pulsatum, vel verberatum, vel domum suam vi introitã esse dicat. vt. ff. e. l. lex Cornelia. & insti. e. §. sed & lex Cornelia. tunc. n. datur actio ciuilis: vt. ff. e. cõstitutionibus. §. 1. Et de ista vtrũ sit perpetua, vel annalis fuit cõtrouersia inter Io. & Mar. doctores iuris ciuilis. Io. dicit eam annualem, & anno cõtinuo tolli, vt in dicta. l. si non conuicij. nec obstat insti. de perpe. & temporali. actione. in prin. vbi dicitur q̃ actiones ex lege descendẽtes solent perpetuo cõpetere, qa hoc est speciale, q̃ actio ciuilis sit tẽporalis. Marti. verò dicit, q̃ est ꝓpetua, sicut & aliæ actiones ciuiles: vt. C. de constituta pecunia. l. 2. Cuius opinionem tenẽt Odoffre. Pla. & Iacob. de Rauen. idem videtur innuere Hosti. in summa eo. tit. §. & qualis sit. Opinionem vero Ioann. tenent Bul. & Azo. idem tenet Accur. insti. de perpe. & tempo. actio. in princ. super verbo constitutionibus. & in dicta. l. si nõ conuicij, & expressius. ff. quod metus causa. l. si cum exceptione. §. 1. sup verbo anno vtili. Et idem tenet Ioann. 23. quæstio. 4. si illic. & Spec. hoc tit. §. 1. in versi. potest autem. & Hosti. j. de sentẽ. ex. ea noscitur. vbi dicit q̃ finitur anno, etiam si clericus percussus petat à percutiente excommunicato sibi satisfieri de emenda per modũ actionis. Iure vero exceptionis, etiam post annum satisfieri oportebit, & poterit clericus læsus supplicare, q̃ non absoluatur, nisi primo sibi satisfaciat, arg. s̃. de ordi. cogni. cum dilectus. j. de senten. excomm. cum pro causa. in fi. & c. solet. §. in prima, li. 6. & hæc opinio communiter tenetur. Præmissa intellige de actione iniuriarum ad finem ciuilem seu pecuniariam
9 intentata: † sed accusatio iniuriarum est duplex, quandoq; priuata & hoc regulariter, vt. C. eo. l. iniuriarum. quandoq; publica, vt illa quæ procedit ex libello famoso. ff. eo. l. lex Cornelia. §. fi. & l. seq. C. de famosis lib. l. vnica. Item habet locum publica accusatio competens cuilibet de populo, qñ iniuria fit sacerdoti: vt. C. de episcopis & cleri. l. si quis in hoc genus. Et de materia detractionis, quæ est magna iniuria, & magnũ crimen, si velis scire quid sit detractio, quot modis detractor diminuit famam alicuius vtrũ sit peccatum mortale, quæ sit pœna libellũ famosum conficientis, vel publicantis, qualiter restituet quis famam ei qui ex verbis suis, vel scriptis in ea læsus est, & vtrum peccet aliquis audiendo detractionem, vide per fratrem Io. in summa confes. tit. de raptoribus. rubrica, de detractione. per totum. & dixi suprà. ti. 2. cum dilectis. distinct. vltima, & de libello famoso notat Host. in summa eo. tit. §. quot modis. versic. & nõ. q:

1 *Damni & expensarum differentia.*
2 *Damni & iacturæ differentia.*
3 *Damnorum nomine an expensæ contineantur.*

IN nostra. Ad euidentiam gl. primæ Bern. hic. Si quæris, quæ sit differentia inter damnum & expensas, & quæ inter damnum & iactu-
1 ram, & vtrum appellatione damnorum expẽsæ contineantur, distingue. † Aut quæris de primo. s. quæ sit differentia inter damnũ & expensas. & de hoc notat Ber. hic cũ quo cõcor. Laure. & Io. 12. q. 2. si quis de clericis. & Ber. j. de sen. excõ.
2 sacro. gl. 1. damna. † Aut quæris de secundo. s. quæ differẽtia est inter iacturã & damnũ. & dic q̃ iactura est q̃ patimur de volũtate nostra. Damnũ vero sine voluntate nostra: vt no. Archi. j.
3 de elect. qa sæpe. super verbo iacturã. li. 6. † Aut quæris de tertio. s. vtrum nomine dãnorũ cõtinenẽt expensæ, & licet istud. c. cum sua gl. videatur innuere q̃ non: tñ Archi. 2. q. 1. in primis. super verbo damnum. dicit contrariũ. s. quod nomine dãnorũ continentur expensæ, qa damnũ dicit̃ à dimiutione patrimonij. ff. de dam. infec. l. 3. & expẽsę minuũt. ff. de iure do. l. si is qui §. quod dr. de impensis in rebus dota. factis. l. q̃ dicitur. Diminutum vero dr̃ quod de hæreditate exit. ff. de peti. hæred. l. deperditũ. Nec obstat ista decretalis, nam hic per pactũ & iuramentum fuerũt remissa damna, & ideo stricte accipiẽ hoc verbum: quia non videt̃ pacto perimi de quo cogitatum non videtur. ff. de transactioni. l. qui cum tutoribus. & facit qd̃ notat. s̃. de transactio. c. 1. & in expensis maxima irrogantur damna. Et quod nomine damnorũ contineantur expensæ est argumentũ C. de iudi. l. sancimus. de bonis autho. iudi. poss. auth. ei qui. ff. de dam. infec. l. inter quos. §. fi. nõ tamen nomine expensarũ continetur precium, vt patet. ff. de condi. & demon. l. quibus diebus. §. quidem. ita secundum Archi. ib.

1 *Iniuria vera afficiens, an teneatur.*
2 *Iniuria non vera afficiens an teneatur.*
3 *Diuinitus data non vituperanda.*
4 *Iracundiæ calore dicta an reuocentur.*
5 *Iniuria an sit peccatum.* 7.
6 *Honor non minus amandus, quam possessio.*
8 *Iniuria quandoque repellenda.*
9 *Iniuria quandoque tolleranda.*
10 *Decisio an sit peccatum.*

Si culpa.

SI culpa. Si quæris, vtrum ille teneatur actione iniuriarum, qui vocat alium latronem, periurum, adulterum, cucurbitam, vel bastardum,
1 aut aliud conuicium sibi dicit, distingue: aut hoc qd̃ dicit est verum, & potest probare: aut nõ. † In primo casu refert aut dicit ei tale conuicium, quod reipublicę interest publicari, detegi, & puniri: vt quia vocat eum latronem, periurũ, vel adulterũ, Aut tale est cõuicium, quod reipublicæ interest publicari & detegi sed non puniri, vt quia vocat eum leprosum. Aut tale conuicium est quod reipublicę non interest detegi', vel puniri, vt quia vocat eum cucurbitam, vel bastardũ. Si tale est conuiciũ, quod reipublicæ interest detegi, & puniri refert, aut hoc facit vel dicit accusando vel denunciando ad puniendum delictum, & tunc si hoc probauerit non tenetur, sic intellige. ff. de iniu. l. æqui nocẽtem. & l. q̃ reipublicę. C. de iniurijs. le. si quidẽ auiam. Et idem si excipiẽdo, & eum repellat à testimonio. s̃. de testi. ex parte Adæ, vel ordine vel beneficio. s̃. de accusat. super his. hoc enim à iure conceditur, vt in prædictis iuribus, nec vi detur iniuriari, qui vtitur iure suo. ff. de iniurijs. l. iniuriarum. §. 1. de regu. iuris. l. nemo damnum. s̃. de electio. cap. cum ecclesia vulterana. Aut hoc facit, vel dicit ad infamiam tantum non accusando, vel denunciando, vel excipiendo, quod patet ex eo: qa nec dicendi iustam causam habet, & tunc omnino tenetur, & condemnandus est, sic intellige. C. de iniurijs. le. 3. & l. si quidẽ auiam. 1. responso. 6. q. 1. ex merito. & c. a. deteriores secundum Host. & Io. And. ad idem Matth. 7. c. & in princip. decretorum. Omnia quæcunq̃ vultis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. & c. Si dicit ei tale conuicium quod intereſt reipublicæ detegi, & publicari, & detegi sed nõ puniri: vt quia vocat eum leprosum, seu alio morbo inficienti morbosum tunc dic idem per oĩa quod in casu præcedenti. s. quando dicit tale conuicium, quod reipublicæ interest publicari, & puniri, & per eadem iura. Si dicit ei tale conuicium, quod reipublicæ non interest, detegi, vel puniri: vt quia vocat eum cucurbitam, vel bastardum, & tunc: aut nõ occurrit iusta ratio quare hoc dici possit, vt in cucurbita in quo non occurrit iusta causa, vel etiam in bastardo si hoc fiat ad infamandum tantum, & tũc tenetur per iura proximè allegata. Aut occurrit iusta ratio quare hoc dicit, puta in bastardo ad hoc. s. vt ipsum ab hæreditate repellat, & hoc licet, vt. s̃. qui filij sint legiti. c. causam quæ. & c. a. lator: ergo
2 non tenetur dummodo hoc probet. † In secundo casu. s. qñ hoc quod dicit non est verũ, vel non probat, quod perinde est quo ad forum iudicialem, in quo idem est de eo quod non apparet vel non probatur, ar. ff. de testa. tut. duo sunt Tit. s̃. de temp. ordi. c. ex tenore. in fi. & c. quæsitum in fi. tunc tenetur. Quia qui nõ probat quod proponit iniuriari seu calumniari præsumitur. 2. q. 3. c. calumniator. & ca. seq. & in eo quod legitur & notatur. s̃. de accusa. super his. j. de elec. statuimus. §. fi. libr. 6. vbi de hoc per G. & de excepti. pia. §. si quis igitur eo. li. Hæc distinctio potest colligi pro maiori parte ex dictis Hostiẽ. hic super verbo posse contingere, cum quo concor. Ioan. Andr. in qua satis concor. Pet. de bella pertica. & Cy. C. eo. titulo. l. si non cõuicij. in q. 8. Dicentes breuiter, q̃ aut quis dicit tale conuicium, quod detegi, & notum esse expedit reipublicæ, & tunc siue possum accusari. vt quia vocauit me homicidam, siue non, vt quia vocauit me leprosum non tenetur si verum dicat, vt. ff. ad. le. Aquili. ita vulneratus. ff. eo. l. eum qui. & l. quod reipublicę. Aut tale conuicium, quod non interest reipublicę detegi seu notum esse: vt quia vocauit me claudum, vel mancum, & huiusmodi, & tũc licet verum dicat, tenetur actione iniuriarum, quia defectus nostros detegi iniuriosum, & humanum est, vt. C. quando & quibus quarta pars. lege secunda circa medium. libro decimo. Sed quidam alij legistæ dicunt, quod aut dicit mihi conuicium, de quo aliàs poterã in iudicio accusari, & hoc casu si verum dicat
3 nõ tenetur, vt dicta. l. eum qui. † Aut dicit mihi illud de quo poteram accusari nec mea culpa nec vicio accidit sed diuino iudicio, vt quia vocauit me claudum, vel spurium, vel pauperem, & tunc licet verum sit quod dixit, tamen tenetur iniuriarum, vt dicta. l. 2. nisi probet, quod non animo iniuriandi dixit, vt in dicta. l. si non conuicij, & hanc opinionẽ tenebat Dynus. Alij dicunt, quod licet dicat mihi verbum de quo aliàs possem accusari, dum tamen non dicat in iudicio, tenetur mihi actione iniuriarum. secus si in iudicio, quia iuris executio & c. ff. eo. l. iniuriarum. §. j. sed prima distinctio plenior est.

Super eo. c. Si quæris, vtrum facta, vel dicta iniuriosa cum calore iracundiæ possint per pœnitẽ-
4 tiam reuocari, † distingue secundum Pet. de bella perti. & Cyn. C. eo. l. si non conuicij, quia quædam sunt facta vel dicta quæ sine præiudicio, & detrimento iniuriam passi reuocari possunt, vt repudium missum marito, & ista statim per pœnitentiam reuocari possunt, vt. ff. de diuor. l. diuortiũ. de regulis iuris. l. quicquid calore. Quædam sunt quæ sine præiudicio, & detrimẽto iniuriã passi nequeunt reuocari, vt vituperium factũ alicui vel dictũ, vnde qois læsus vel infamatus sit apud bonos & graues, & ista per pœnitentiã non reuocantur. Nam pœnitẽtia tua nõ satisfacit famæ meæ, ideo & c. ff. de pœnis. l. aut facta. §. causa. & sic intelligitur dicta. l. si non conuicij. ꝓm eos. sic etiã intellige istud. c. in principio. Et vide quod notat Io. 2. q. 3. c. si quis iratus gl. fi. vbi dicit quod qui reiterat conuicium non videtur ex ira, sed ex deliberatione dixisse arg. C. ad velleia. l. si mulier.

Super eo. c. Si quæris, vtrum iniuria, contumelia, vel cõuicium sit peccatum mortale, † Distin-
5 gue plene per Astensem lib. 2. ti. de contumelia, conuicio, & improperio. q. 2. Vbi dicit ꝓm Th. q̃ verba ꝓm essentiam. s. inquãtum sunt quidam soni audibiles nulli inferunt nocumentũ, nisi fortè grauãdo auditũ: vt cum quis nimis alte loquitur, inquantum verò sunt signa repræsentatiua aliquid in notitiam aliorũ, multa damna possunt inferre, inter quæ est vnum q̃ hõ damnificatur, inq̃tum ad detrimentum sui honoris, vel reuerentiæ sibi exhibendæ ab alijs. Hæc autem signatio ex interiori procedit affectu, & ideo in peccatis verborum maximè considerandum videtur, ex quo affectu proferat aliquis verba. Cum igitur conuicium siue contumelia de sui ratione importet quandam dehonorationem, si intentio proferentis ad hoc feratur, vt per verba quæ profert honorem alterius auferat, hoc etiam ꝓpriè & per se est dicere conuicium, vel cõtumeliam, & est peccatum
6 mortale non minus q̃ furtum, vel rapina. † Nõ. n. minus homo amat honorem suum q̃ rem possessam, vnde meretur pœnam inferni, ꝓm illud Matt. 5. Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis. Si vero aliquis verbum conuicij, vel contumeliæ dixerit alteri non animo dehonorandi, sed fortè ꝓpter correctionem, vel propter aliquod hmõi, non dicit conuicium, vel contumeliã formaliter per se, sed p accidens, & materialiter in q̃tum. s. dicitur illud qd̃ põt hoc esse conuicium, & contumelia, vnde potest hoc esse quãdoq; absq; omni peccato. vnde dominus dixit apostolis Lu. 24. O stulti & tardi corde &c. Quãdoq; vero potest esse peccatum veniale, vt si sit læue conuiciũ non multum hominem dehonestans, & proferatur ex aliqua læuitate animi. vel ex ira leui, sine firmo proposito aliquem de honestandi, & cum aliquis intendit per huiusmodi verbum ali
7 quem contristari. † Vnde requiritur discretio vt homo modeste vtatur huiusmodi verbis, quia posset esse ita graue conuiciũ q̃ per incautelam prolatum honorem eius contra quem dicet, auferret, & tunc homo peccare mortaliter posset, etiam si dehonerationem alterius non intenderet. Sicut etiam si quis, aliquem incautè ex ludo percutiens grauiter lædat, culpa non caret. Ideo dicit Augustinus libro de sermone domini in monte. Raro & ex magna necessitate obiurgationes sunt adhibendæ in quibus nõ nobis, sod vt domino seruiatur instemus. Sed objicitur q̃ conuiciari ꝓm Philosophum quarto ethi. est actio virtutis. s. eutrapeliæ. non ergo est peccatum. Respondet q̃ ad eutrapeliam pertinet dicere aliquod conuiciũ læue, nõ ad dehonorationem, vel contristationem eius contra quem dicitur. sed magis ad iocum & delectationem. & hoc sine peccato potest fieri, si debitè seruentur circunstantiæ. Si vero aliquis non reformidet contristari eum contra quem profertur huiusmodi iocosum conuicium, vt excitet in alijs risum, hoc est vitiosum ꝓm Thomam, & Astensem. Et vtrum aliquis debet contumelias sibi illatas sustinere, respondet ibi in quæstione. 3. q̃ sic ꝓm Thomam si expediens fuerit, non tamen tenetur semper hoc actu facere, vt haberi põt ex verbis Augustini libr. de sermone
8 domini in monte. † Quandoq; oportet iniuriam illatam repellere, cum propter bonum contumeliantis. s. vt eius audacia reprimatur, & decetero huiusmodi non attentet secundum illud prouerbiorum. 26. Respõdet stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapientia videatur, cum propter bonum multorum quorum perfectus impeditur per contumelias nobis illatas, quam rationem tangit Gregorius super homelia nona. Et oportet repellere moderate, scilicet ex officio charitatis, non ex cupiditate priuati honoris. Vnde Prouerbiorum vigesimo sexto. Vt respondeas stulto iuxta stultitiam suam ne eis similis efficia
9 ris. hæc Thomas. † Attendendæ etiam sunt conditiones conuiciantis, & conuiciati, & secundum hoc oportet conuicium sustinere, vel non sustinere. si enim conuicium dicatur, à prouocato personæ pari, vel inferiori, vbi non est in iniuriam officij, & præsumitur de medicina morbi, siue intemperanntiæ, sustinẽdum est, & est meritorium. Si vero di-

catur superiori in iniuriam officij,vel alij coram ipso,& de remedio temperantiæ nihil præsumatur,si sustineatur non est sustinendum: hoc autem difficile est cognoscere cum infertur conuicium pari. Qñ autem infertur inferiori, siue delinquens sit inferior,siue non,sustinere est optimum.Præterea aliud est arguere,vel corripere tempore quo conuiciās est in furore: qa tunc non competit:non.n.tunc aptus est ad recipiendū & aliud est iam se dato aliquantulum:quia tunc est sibi proficuum . secundum illud ecclesiast.20.quam bonum arguere,quam irasci, sed de primo dicitur ecclesiast.8 .Non incēdas carbones peccatorum arguens eos.s.tempore,quo ira eis dominatur . Et vtrū
10 contumelia sit grauior adulatione,vide ibi. †Item de derisione notat Altensis post Thomam, ꝙ sicut conuicians intendit depressionem , & detrahens infamiam, & susurrans discordiam: ita deridens erubescentiam,& est peccatum mortale , cum ille qui irridetur adeo paruipēditur,& vilis existimatur, ꝙ de eius malo non curatur,sed quasi pro ludo habetur, alias est veniale. Pro primo facit psalmus : Qui habitat in cœlis irridebit eos. Est autem illusio siue derisio peccatum tanto grauius , quanto maior reuerentia debetur personæ qui irridetur . Vnde graue peccatum est deridere iustos : qa hoc multos retrahit. Iob.12. Deridetur iusti simplicitas.& grauius est deridere parētes.prouerbiorum.30.Oculum qui subsannat patrem, & despicit partum matris suæ,effodiant eum corui de torrentibus,& comedant illum filij Aquilæ . & grauissimum est irridere Deum, & quæ sunt Dei.secundum illud Isod.27.Qui exprobrasti, & sequitur ad sanctum Israel.s.Deum . hanc distinctionem hic inserui ad instructionem scholariū,qui interdum ad irritationes, & contumeliam commouentur .

Super eo.c. §.sanè.Si quæris,vtrum qui occasionem, damni dat damnum dedisse videtur , Distingue vt dixi suprà,de homicidio.c.decætero.&c.

¶ De pœnis. Rubrica.

1 *Mulcta ad multiplicationem delicti iudicis arbitrio imponitur.*
2 *Pœna an multiplicetur,delicto.4 multiplicatio.*
3 *Pœnæ sunt medicinæ.*
4 *Pœnitentia sequitur peccati multiplicationem.*

EA quæ. Si quæris,vtrū ex iteratione delicti sequat̃ iteratio pęnæ, ita quod quotiens , quis deliquerit totiens puniatur , distin-
1 gue : aut loquimur in foro iudiciali, aut in foro pœnitētiali:si in iudiciali refert, † aut quæris de mulcta,quæ ꝓprio motu iudicis imponitur, & illā ad multiplicationē delicti pōt iudex tibi imponere intra an-
2 nū,& nō vltra,ſm formā.l.C.de mō mulctarū.l.eos.† Aut quæris de pęnaquæ ꝑ legē certa imponit̃ vt.ff.de verborū significatione.si qua pœna.& illa totiēs cōmittitur,& imponitur, quotiens quis deliquit:vt hic.& ff.de priuato delicto.l.nūquam . in principio.vbi ita distinguit gl.C.de episcopali audiētia.l. nemo deinceps.& de seruis fugitiuis.l. quicunque . vbi ita distinguit gl.C.de episcopali audientia.l.nemo deinceps . & de seruis fugitiuis.l.quicunque.vbi ita distinguit gl. & Iacobus de Rauenna.& Cyn.Ad idem facit. 31.quæstio. 1.quomodo. ibi quātum distant in numero pœnarum,tantum & in crimine.6. quæstione.1.imitare.25.quæstio.2.ita nos.de penit.distinctione. 1. considere t.ff.de iure patrona.l.1.de termino moto.l.fi.C. ad l.Iuliā de vi publi.vel priu.l.seruos.Et est ratio diuersitatis inter mulctam,& pœnam secundum Iacobum,de Raue. & Cynum ibi: quia si in mulcta iudex haberet multas habenas , iam posset nimium grauare subiectos,quos locupletes esse reipublicę interest,vt in authen.vt iudi.sine quo suffragio fiant.§.cogitandum. collatio.2. Sed castigabitur corporaliter si delinquat vltra ter, quam castigationem magis timere præsumitur cū sit grauior. ff.de his qui not.infa.l.quid ergo.§.pœna grauior.Et ideo ad illam est recurrendum.arg.de iudici.cum non ab homine.vt lite non contesta.quoniam frequenter.§.fi.Sed in pęna legis, secus est,quia semper est certa, nec iudex potest vltra procedere nisi ex causa,vt in dicto.§.pœna grauior . Et idem quod dictum est in pœna legis, intellige in pęna statuti , quod est lex municipalis.1.distin.ius ciuile. 11.dist.catholica.de conse.dis.3.pronunciandum.11.q.3.nemo condemnat.j.de senten. excom. nuper. §.in secundo.& de consti.vt animarum.li.6. cum ibi notatis ꝑ Archi.in gl.hic habes.Et ad hoc facit qđ no.Spec.tit.sententiæ prolatione.§.1.in fi.versi.sed pone in statuto.dicens, ꝙ si in statuto ciuitatis continetur,ꝙ si quis pugno vel palma alium percusserit soluat.capitu.solidos,& aliquis vno impetu in eadem rixa alium decies pugno percusserit , decies in centum solidis condemnabitur per l.allega.ff.de adulte.l.si adulterium.in principio.Tot enim sunt pęnæ,quot sunt alapæ, sicut dicitur in stipulationibus & legatis.ff.de verborum obligationibus.le. scire debemus.& l.quod dicit̃ de leg.2.l.2. Et hoc videtur vtile reipublicę, cuius interest ne maleficia remaneant impunita.ff.ad.l.aqui.l.ita vulneratus.de fideius.l.si a reo.§. id quod vulgo.j.de de sen.excom. vt famæ. Vnde secundum philosophum tertio
3 ethicorum . † Pœnæ sunt medicinæ. pro quo.j.de sen.excom. cum medicinalis.lib.6.& hanc opinionem Spec.videtur approbare Archidya.j. de re iudicata.cap.ad apostolicæ.super verbo multotiens. lib.6. Et præmissa intellige quando delictum reiteratur,secus si continetur. Vnde ex assidua cōtrectatione furis non renascitur noua actio furti , nec augetur prima actio furti.
4 ff.de fur.l.ei qui furti.& l.inficiando.§.infans. † Et ad hoc facit quod notat Spec.tit.de contumacia.§. vltimo.versic. sed pone iudex.vbi dicit quod si iudex præcepit alicui qđ iuret parere mandatis,vel aliquid,faciat sub pœna.10.librarum, sed quia ille non vult iure vel facere, iterum præcipit idem sub pœna viginti librarum,& quia nec sic obedit,præcipit tertio sub pœna quinquaginta librarum , nec adhuc obedit ꝙ est vnum solum delictum scilicet, inobediātia.Cum fuerit tantum vna species delinquendi , secus vbi sunt diuersæ species , vt si primo rapuit postea interfecit.ff.de priuatis delic.l.nunquam. Vnde vno banno,siue vna pęna tantum est puniendum,cum idem factum sit, vt.ff.de popu.actio.l.3.arg.ff.de actio.& obligatio.l.qui seruum. in principio.& l.qui plura.& le.cum ex vno. punietur autem in maiori banno , siue pęna. Vnde si aliquis vno impetu pluribus vulneribus aliquem occidit,erit tantum vna actio de occiso.ff. ad.l.Aquiliam.l.illud.§.vltimo. Item plures pęnales actiones se impediunt adinuicem,nisi quatenus plus est in vna, quā in alia. ff.vi bonorum raptorum.l.1.Et vnum factum videtur,quod fit vno impetu vel contextu.ff.de vi & vi arma.l.3.§.cum igitur.si certum petatur.l.lecta.s.de electio.capit.officij . & de testibus cogendis,capitu.2.Quæ distinctio non placet Dyn. in dicta.l. quicunq; . imo dicit , ꝙ aut delictum sæpius commissum redundat sæpius in alterius damnum,& semper incipit interesse de nouo,& tunc si millesies committatur, millesies debet puniri,siue puniat̃ ordinariè,siue extraordinariè : & ita intelligit dictas leges nonnunquam.quicunq;.Aut non redundat in damnum vel iniuriam alterius , vt quando quis punitur propter malos mores,& tunc habet locum dicta.l.eos.vt tantum ter punia-
5 tur in anno,prius dictum verius credo. †Si quæris in foro pęnitentiali,tunc dic quod quotiens deliquit quis,totiens pęnitere debet.Vnde quotiēs fornicationem committo , etiam cum eadem muliere,totiens pęnitentiam faciam , quod dic vt legitur & notatur.6.quæstione.1.imitare.& de pęnit.distinctio.1.mensuram,argum.ad hoc.ff.de adulte.l.si adulterium.Vnde Petrus, quia tertio negauit,dominum tertio confitetur.Matth.26.quæstio.1.imitare.Et vide quod notat Ioan.And.j.de regulis iuris. c.delictum.lib.6.in nouella, vbi quærit vtrum percutiens vno ictu tres clericos,sit excommunicatus tribus sententijs, vel inferens vni monacho bigamo tres ictus sit excommunicatus, vna vel pluribus sententijs.

1 *Pœna iniuriæ illatæ ecclesiæ eius prælato debetur.*
2 *Pœna iniuriæ illatæ religioso,eius monasterio debetur.*
3 *Pœna iniuriæ illatæ clerico ei debetur.*
4 *Pœna iniuriæ illatæ canonico ei debetur.*
5 *Pœnæ pecuniariæ pauperibus distribuendæ.*
6 *Pęnas pecuniarias Episcopus conuertit ad suos vsus si egeat.*
5 *Episcopus dat pauperibus de redditibus suis.*

PResbyteri. Ad declarationem gl. hoc ideo. Si quæris cui solui debeant pęnæ pecuniariæ ex iniurijs illatis ecclesiæ vel personę ec-
1 clesiasticæ competentes,distingue . † Aut iniuria fit loco,non personæ,& tunc pęna debet reddi , & solui ecclesiæ, id est prælato nomine ecclesiæ. quia satis dicitur dari ecclesiæ cum datur prælato ecclesiæ, qui est ipsius procurator, supra de dona.capit.2.cum distinctione tamen , quia si illi ecclesiæ præest Episcopus sibi solui debet . ita loquitur . 17. quæstio. 4. si quis contumax.Si est alia ecclesia,puta collegiata vel parochia debet solui prælato,qui est ibi.ita loquitur.17.quæstio.4.si quis in atrio.secundum Laur.& Archid.in dicto capit.si quis contu-
2 max. glo.adde cautè tangit.&c.†Aut iniuria fit personæ ecclesiasticæ,& tunc aut quæris de pęna iniuriæ illata ecclesiæ in ꝑsonam clerici.seu alterius subditi sui,& illa debet solui ecclesię infrà de senten.excommu.cū desideres.idest prælato ipsius vt est dictum.Et hoc notat Hostien.eo.titu.c.parochianos , Aut de pena iniuriæ illatæ ipsi clerico seu ꝑsonæ ecclesiasticæ,& tūc

aut

aūt interficitur,& tūc obtinet,quod dicitur ſm Laur.& Archi. vbi.s.Aut nō interficitur,sed percutitur, vel vulneratur,& tūc obtinet quod legitur,& notatur in d.c.parochianos.gl. sed cui dabitur &c.Vbi dicunt Ber.& Hos. ꝙ si iniuria fiat monacho, vel conuerso qui proprium non habet, satisfactio dabitur monasterio:quia quicquid monacho datur monasterio acquiritur
3 s.de statu monacho.cum ad monasterium.†Si clerico seculari, ei dabitur,nec per remissionem vnius fit præiudicium alteri: vt patet in dicto cap.cum desideres.& ff.de iniurijs.l.1.§.vsque
4 adeo.†In canonico vero siue beneficiato diuersarum ecclesiarum distinguendum videtur,vtrum habeat vtranque intitulatam ex dispensatione Papæ,vel vnam intitulatam , & aliā commendatam,& in cuius contumeliam fuit hæc iniuria irrogata, per.l.ff.de iniurijs.l.item apud labeonē.§. prætor ait qui seruū. cum se.ſm Hostien.in dicto capitul.parochianos. & ibi dicam de hoc.& vide quod notat Hostien.in summa eod.titul.§. quæ & quibus sub.§.sed cui applicabitur.& de officio.ordin.§. quid pertinet.versi.debet etiam delinquentes.

Super eo.c. & eadem glo. Si quæris, vtrū Episcopus pœnas pecuniarias,quas recepit teneatur conuertere in vtilitatem
5 ecclesiæ,vel pauperibus erogare,distingue.† Aut supersunt sustentationi suæ debitæ:& dic quòd sic vt hic.& 23.quæsti.5. dicat aliquis. 1.distin.ius militare.16.q.7.c.1. conferendo tñ magis egenti.86.dist.non satis.Cuius tñ contrarium faciūt hodie multi prælati,in quibus verificatum est illud Matt.23.in princ. 19.dist.c.ſm.3.q.7.ca.sacerdos.§.vlti. Super cathedram Moysi sederunt scribæ & Pharisæi,quicquid dicunt facite, quæ aūt fa-
6 ciunt nolite facere, dicunt.n.& non faciunt.&c.†Aut nō sunt sustentationi suę,nec habet aliàs vnde cōmodè sustētari possit, & tunc pōt eas conuertere in vsus suos,ita intellige.s. de offi. ordi.dilectus.& quod no.Archi.23.q.5.si vos.gl. antepen. in fi. & j.de sen.excom.c.venerabilibus.§.deniq;.lib.6.& Gemi.extra de elec.c.statutum.in clem.Et in hoc concordat Hosti. hic.
7 †dicens ꝙ etiam de redditibus proprię mensę Episcopi verum est ꝙ sunt in vtilitatem ecclesiæ conuertendi , vel pauperibus erogandi.16.q.1.c.fi.& no.s.de præben.ratio.Et tamen horum dispensationem habet Episcopus,& inde viuit, vt not.s.de electio.cum nobis olim.de peculio clerici.c.fi. & vtrum superiores præsumantur propter quæstum pœnas pecuniarias imponere,distingue vt dixi.s.de offi. ordi.irrefragabili.disti.vltima.

1 *Pęnam pecuniariam an iudex imponat.*
2 *Pœna pecuniaria an ab ecclesiastico imponatur.*
3 *Pœna secundum consuetudinem imponenda.*

LIcet. Ad euidentiam gl.Bernardi ex hac decreta.&c.Si quæris vtrum,& qñ iudex possit pœnam pecuniariam imponere,vel vtrum,& qñ ecclesia vel alia persona possit exigere pœnam pecuniariam,vel aliquid vltra sortē,distingue: † Aut
1 quæris de primo,& tunc potes dicere vt no. Ber. hic,& plenius vt dixi.s.de rap.in Archiepiscopatu. cū quo concordant Inn.& Host.hic,& Io.18.dis.c.quoniam quidam gl. fi.
2 & satis probabiliter. † Aut quæris de secundo.s.vtrum ecclesia vel alia persona possit exigere pœnam pecuniariam vel aliquid vltra sortem.Et tunc distingue vt dixi.s.de arbit. cap.dilecti.& vide quod notat Archi.in d.c.quoniam quidā.gl.vltima , dicēs ꝙ est dispensatio iuris,iudicis,& litigatoris,ex iuris, & iudicis dispensatione vel rigore,tam ecclesia quam quælibet alia persona,& duplum & quadruplum potest recipere , & hoc ideo vt malefactores coerceantur. 4. distinctione factæ sunt 23.q. quesitum,& ita exaudias dictum capitulum quoniam quidam,cū similibus. Ex litigatoris vero dispensatione , seu æquitate nec ecclesia,nec alia persona vltra sortem debet recipere : quia nec hoc vellet alij facere.& quod tibi non vis fieri , &c.vt in principio decretalis humanum genus.2. q.1.primo . Et sic potest intelligi 12.q.2.fraternitas. vbi dicitur ꝙ ecclesia non debet suū cum augmēto recipere. Vel dic ꝙ illud.c. loquitur de perfectione:hoc de rigore iuris,ſm Meland.ita no.Arch.ibi. Et quod dicit Ber.hic ꝙ Archidiaconi isti super criminibus his dispēsare non poterant,vnde non debebant pœnam pecuniariam infligere.pōt esse verum in casu vbi de crimine iudicare non possent, aliàs si de crimine iudicare possent de consuetudine præscripta
3 possent illā imponere:vt no.gl.94.dis.dictū.gl.j. † Pro hoc facit ꝙ dicunt aliqui pœnas infligendas ſm cōsuetudinē,prout recitant Inn.& Io.An.hic,ad ꝙ facit.j.de sent.exc. venerabilibus. §.deniq;.li.6.Consuluit tñ Host.j.de homici.pro humani. li.6. & Io.An.ibi,& hic,ꝙ ad suspicionē auaritiæ tollendam iudex ecclesiasticus pœnas pecuniarias conuertat in pias causas . &c.

1 *Aduocatus non tenetur de causa perdita si in culpa non sit.*
2 *Aduocatus tenetur de causa perdita sine culpa.*
3 *Victus victori an in expensis condemnandus.*
4 *Expensæ non sunt mera pęna.*

CAlumniam. Si quæris,vtrum aduocatus de cuius consilio clientulus litigat, & qui postea succūbit teneatur sibi ad dāna,& expēsas,quid iuris , distingue secundum Hostiens. hic,&
1 Io.An.post eum.† Aut clientulus veritatem facti tacuit: aut totam veritatem expressit . In primo casu refert : aut clientulus, scienter veritatem facti tacuit , & ideo aduocatus respondit ei ꝙ iustam causam habebat,& tunc de seipso conqueratur,argu. ff.de regulis iuris.l.ꝙ quis damnum culpa sua.Aut ipsam ignorauit,quia latebat,puta qa alij successit.ff. de regulis iuris.le.qui in alterius . & tunc nec quia aduocatus , quia aliàs in culpa non est aliquo obligatus,arg.s. de constitutionibus . cognoscentes.
2 cum suis concordantijs.†In secundo casu.s.quando sibi totam veritatem expressit,& ad hoc vt salarium habere possit,ipsum scienter decepit,ꝙ finis causæ manifestat.C.de iudic.rem non nouam.tūc obligatur insolidum aduocatus nedum ad damnū, sed etiam ad interesse argumen.C. de administratione tutorū. l.si bonam.& l.non est ignotum.ff.de administratione tutor.le. quotiens.§.sicut. Et idem si bonā causam habebat clientulus, sed propter imprudentiam , vel negligentiam aduocati ipsam causam amisit.arg.s.de contrahen.emptio.c.fi.ff.de offi.præsi. l.illicitas.§.sicuti.ad.l.Aquiliam.l.idem iuris.locati & condu. le. cum in plures.§.locator.s.de ætate & qualitate. ad aures . cum suis concordantijs.Et de materia huius capit.vide.s.de dolo & contuma.finē litibus.& 2.q.1.in primis,vbi de hoc per Archi.
3 in gl.tangit:quorundam sententiam, posset quæri hic,† nunqd in causis criminalibus victus victori cōdemnatur in expensis, saltem ex parte accusatoris,& videtur ꝙ non: quia sufficit pœna talionis,nec duplici pęna quis afficiēdus est:vt ff.nautæ , caupones,stabu.licet.§.fi.Credo contrarium:& de hoc videtur casus in ista decreta.cum gl.1.Bernar. maximè , quia hæc decret. ponitur in isto quinto libro,vbi tractatur de criminibus, vnde verba sunt intelligēda iuxta formam,& materiam subiectam. ff.loca.& cōduc.l.si vno anno.Pro hoc facit etiam.C. qui accu. non pos.l.qui crimen.vbi victus punitur extra ordinem , & nihilominus in expensis.& hoc tenet ibi Cyn.Nec ob.ꝙ duplici pęna &c.quia pœna talionis venit ob calumniam , & sic ob extrinsecam causam.Pœna verò expensarum venit. ob iniustum litigium,& sic ob causam intrinsecam,& sic non punitur ,quis
4 dupliciter ex eodem delicto,sed ex diuersis.†Itē pœna expensarum non est mera pœna,sed persecutio damni rei familiaris. s.tit.proximo,in nostra.cum ibi notatis. Et istam opinionem videtur tenere gl.s.de dolo & contu.finē.gl.sed nunquid. versi. sed in criminali.Et de gl.Inno.hic vide per Archid. 11.q.3. ca. certum.glo.penultima,vbi ponit gl. Inno. hic à principio vsq; ad versic.si autem iudex &c.Item Specul. ponit eam totam rubricam . de expensis.§. vltimo. versicu. tu autem iudex.vsque ad versicu.quando autem.

1 *Latrones degradati in monasterio recludendi.*
2 *Fures corporaliter non coercentur.*

QVæ. Hic dicit̃ ꝙ clerici in latrocinijs,vel alijs magnis sceleribus deprehensi degradati , sunt in arctis monasterijs recludendi.Vnde si quæris de quibus latronibus debeat intelligi hæc decretalis,distin-
1 gue.†Aut quæris de latronibus, qui de nocte & de die vadūt,& enormibus se immiscent,vt.j.de sen.excom.perpendimus, & de illis loquitur hæc decretalis.Vnde dicit̃ hic vel alijs magnis sceleribus,quasi dicat non furibus simplicibus , qui nō sunt corporaliter coercendi , sed de magnis , & insignibus latronibus, loqui intendimus,ad hoc.ff.eo.ti.l.capitalium.§.famosos. & §. grassatorum:& l.aut facta.§.locus. & §. tempus.& §.qualitate.
2 †Aut quæris de furibus simplicibus & de talibus non intelligitur hæc decretalis,vt est dictum:vnde latro plus , est quam fur, vt patet supra de homicidio.cap.si perfodiens.Sed tamen propter furtum est clericus deponendus suprà , de iudi. cum non ab homine secundum Hostiensem hic,& Ioan. An. post eum. idem Archidya.81.dist.presbyter.gl.1.&c.

1 *Pars eligit an fidem frangat frangenti,an pęnam exigat.* 3.
2 *Contractus claudicare non debet.*
4 *Pęnæ sit compensatio vbi in eam vtraque pars incidit.*

Constitutus. Si quæris, quando partes sibi adinuicem aliquid sub pœna promittunt, & vna pars frangit primo fidem, vtrum altera possit pro parte sua licite frangere sibi fidem, distingue vt dixi.s., de iu-
1 re iuran. peruenit. 2. dis. 1. †Sed si quæris, quod istorum altera pars potius debeat facere, vel fidem frāgere, vel eam seruare, vel pœnam petere cōmissam, distingue: Aut expedit magis, alteri parti pœnam prosequi, & stare pacto vel cōtractui, aut magis expedit sibi fidem rumpere. In primo casu licet fuerit fides sibi fracta, ipsa tamen pro sua parte seruet eandem, & sic pœnam poterit petere in effectu. In secundo casu secure frangat fidem, & fiet hic inde pœnarum mutua compēsatio: vt hic, & sic intelligas istam decretalem, & quæ hic notantur. Et est ad hoc simile, quod notatur de conuento super spoliatione, cui aut expedit habere magis rem propriam, aut retinere illam quam possidet. In primo casu agit: in secundo excipit. hoc notatur. s. de ordine cognitio. c. vltimo, secundum Ioā. And. qui ita distinguit. j. de regulis iuris. c. frustra. s. lib. 6. Cōtra quam distinctionem facit, quod notat Innocen. hic in glos. 1. & Hostien. post eum, dicentes, ꝙ in casu istius decretalis, vbi fuit facta compositio inter partes, ꝙ monasterium nomine procurationis faceret quandam pensitionem annuatim Episcopo, & ꝙ Episcopus occasione procurationis nihil vltra deberet exigere, & fuit hinc & inde pœna promissa, ꝙ Episcopus non debebat exigere procurationem licet monachi cessassent soluere pensionem: imo agere poterat ad pœnam promissam, vel cessante stipulatione pœna ad interesse, siue de dolo, si sub hac cōditione fuerat remissa procuratio vt daretur census: vt. ff. de præscriptis verbis. l. naturalis §. ꝙ si faciam. Contra quos facit, quod ipsi postea notant hic, dicētes, quòd si Episcopus promisit sub pœna se non exacturum procurationem, & ipsam nihilominus exigit violenter, in optione Abbatis est vel Episcopo denegare procurationem remissam, vel pœnam exigere. altero enim oportet eum esse contentum ff. de pactis. l. rescriptum. §.
2 si pacto. †Si ergo ita sit ex parte Abbatis, ꝙ habeat electionem pari ratione: ita erit ex parte Episcopi, qui non debet esse deterioris conditionis, maximè cum contractus non debeat claudicare. ff. de rescin. vendi. l. cum emptor. Vnde dictum illud Innocen. posset saluari in casu vbi ius seu actio competēs Episcopo ad procurationem fuisset extinctum seu extincta ipso iure, & in totum, vel per acceptilationem legitimam, vel remissionem factam auctoritate Papæ: & sic concordaret cum primo membro illius distinctionis, quam feci in dicto capitul. peruenit. aliàs credo distinctionem prædictam Ioann. fore
3 veram. †Nec obstat. §. ꝙ si faciam. quia loquitur in facto perfectè completo, & executo irretractabiliter, id est ꝙ factum faciens nequiuit petere, vt quia iuit Romam; vel manumisit seruum per quod factum nihil aderat aduersario. Hic per factum remissionis procurationis aliquid aderat monachis, & ꝙ factū Episcopus poterat retractare petendo procurationem integrā monachis non soluentibus pensionem. Item dicunt hic vltra. Innocentium, & Hostiens. & Ioannem, Andream post eos, ꝙ si Abbas procurationem simpliciter petitam extra iudicium sine compulsione aliqua gratis, & liberaliter soluit: tunc non videtur ꝙ Episcopus in pœnam inciderit: si autem ipsam exegisset, & recepisset, & Abbas soluisset vt debitam, nec reddit pensio-
4 nem. Ad hanc quæstionem Inno. non respondet. †sed Hostien. videtur dicere, quòd vterque in pœnam inciderit, Episcopus, quia exegit, & Abbas, quia pensionem non soluit, licet soluit procurationem, & sic fiat hincinde compensatio: vt hic, & ff. de pact. l. rescriptum. §. si pacto.

1 *Pœna an infamet sine sententia.*
2 *Incarceratio de iure ciuili non est pœna.*
3 *Incarceratio de iure canonico est pœna.*

Super his. Ber. hic in gl. fi. dicit ꝙ genus pœnæ per se non infamat, nisi sniā præcedat. C. qui. ex causis infa. irrogetur. l. nullā.
1 †Licet Gratian⁹ aliter senserit. 3. q. 7. c. infames. §. porro. Et cū Ber. concordat Vin. & Goffr. hic, & Io. in d. §. tria. quod intellige fore verū si ad inquisitionem veritatis, quis fustigetur. secus si in pœnam sui delicti quod certum est eum commisisse. ff. de his qui no. infa. le. ictus fustium. ſm Hug. & Archi. ibi in gl. adde dicit Hug. & alij &c. Et intellige ſm Inn. & Host. hic, ꝙ hic non fuit pœna sed fuit
2 custodia: †qa captio vel detentio non est pœna, sed custodia. ff. e. tit. l. aut damnum. §. solent. Non autē sic est in custodia sicut in pœna. s. vt præcedēti causa infamet. distingue ergo breuiter. Aut quæris de infamia facti, & illa pōt oriri ex sola pœna, & ex sola custodia ſm Inn. hic. Aut de infamia iuris, & tūc, aut quæris de pœna, & dic vt. s. Aut de custodia carcerali & tūc, aut car-
3 cer fit ad solam custodiā, & tunc dic vt. s. †Aut fit ad pœnā, ꝙ ut fit interdum, saltem de iure canonico: vt. j. e. c. quis. li. 6. Et fortè de iure ciuili sic posset intelligi. C. de exacto. trib. l. nemo. li. 10. licet glo. aliter ibi intelligat: & tunc idē iuris, quod in pœna dictum est, cum sit eadem rō. argumento. l. Aquiliam. l. illud. de fonte. l. vna. extra de officio vicarij. capi. vnico in clemen.

1 *Hærede vno non soluente canonem, an tota res emphyteutica in commissum cadet.*
2 *Recipiens canonem iuri suo renunciat.*
3 *Pœna an tota exigatur parte debiti soluta.*

Vam. Si quæris, vtrum ecclesia, vel persona ecclesiastica possit pœnam exigere, vel petere, distingue vt dixi. s. de arbit. dilecti. disti. 1. Item si quæris, vtrum res & pœna simul peti possint, distin-
1 gue vt dixi ibi distin. 2. †Hanc decretalem induxit Bartho. Brixiensis ad quæstionem dominicalem, quæ incipit quidam laicus, de laico, qui rē ab ecclesia in emphyteusim accepit singulis annis certa pensione soluenda, eo mortuo duobus hæredibus, relictis vnus partem pēsionis soluit, alter verò cessauit soluere pensionem, pro duobus annis, & pro tertio soluit prælato ecclesiæ hoc ignorante, rei veritate comperta vult prælatus vtrūq; expellere, quæritur an possit. Soluendo non credit ꝙ possit ecclesia vendicare, nisi partem non soluentis. idem Tancr. & Hu-
2 go. †Veruntamen si prælatus ex certa scientia cum canonicis, præteriti temporis recipiat pensionem, videtur renunciare iuri suo, alioquin petat restitutionem ecclesia ad partem petendā non soluentis si alio modo recepta fuerit pensio. & videtur iste casus expressus. ff. de public. & vecti. l. fraudati. secundum eum.

Super eo. c. Si quæris, vtrum sit vsura si pœna imponitur nisi soluatur certo tēpore, distingue
3 vt dixi. s. de pignori. illo vos. †Item de materia glo. Bernar. hic cum quo concordant Innocenti. & Hostiens. scilicet, vtrum partem debiti sub pœna soluendi non soluta, & parte alia soluta incurratur pœna tota, vel pro rata partis tantummodo non solutæ, vide plene in speculo titul. de arbit. §. fi. versicu. vt autem. de hoc etiam plenius notat gloss. & Iacob. de Rauen. ff. de verbor. obligationibus. l. eadem. §. Cato. & le. in executione. §. penultimo. & l. stipulationum aliæ. §. fin. de qua non plus dicam ne attediam canonistas, quorum non est materia propria, quæ etiā nonnullos legistas attediauit vsque ad intima cordis propter sui difficultatem. &c.

Dilectus: Ad euidentiam istius. c. & gl. Inno. hic. Si quæris, vtrum iudex ordinarius, vel delegatus possit iniuriam sibi, vel alicui partium litigantium coram eo factam vindicare, seu punire, distingue vt dixi suprà de offi. delega. ca. 1. & vt dicam post Inno. infrà de verbo. signi. ex parte.

1 *Vasalli læsæ maiestatis rei bona cui applicentur.* 3.
2 *Vasalli læsæ maiestatis rei feuda ad quem deueniant.* 4.
5 *Pœna patris, & posterorum non extenditur ad filias.*
6 *Liberorum appellatione an nepotes contineantur.* 8.
7 *Filius patrem sequitur.*
9 *Pœna posteris imposita vsque ad quotam generationem extendatur.*
10 *Consanguinitas, quo ad matrimonia ad quartum gradum porrigitur.*
11 *Consanguinitas, quo ad succedendum ad septimum gradum extenditur.*
12 *Agnatio ad decimum gradum porrigitur.*
13 *Pœnæ diuisio.*
14 *Pœna æterna an vnus pro alio puniatur.*
15 *Pœna corporalis diuiso.*
16 *Pœna corporali an vnus pro alio puniatur.*
17 *Spiritualis pœnæ diuisio, & punitio.*
18 *Punitur sæpe, quis sine culpa sua.*
19 *Pœna ex quo alij polluantur non remittenda.*
20 *Domus communis an destruenda pro delicto vnius consortis.*
21 *Patris delictum an filio nocet.*
23 *Filius an priuetur feudo ob patris delictum.* 24.

In quibusdam,

In quibusdam. Ad declarationem gl. deuoluatur. &c. Si quæris quando vasallus propter crimen læsæ maiestatis amittat bona ad quem deuoluantur, distin-
1 gue. †Aut quæris de bonis alijs à feudalibus, & illa omnia fisco principi applicātur. C. ad. l. iuli. ma. l. quisquis. ff. ad. l. iul. ma. l. fin. Et hoc leges veteres seruare vidētur in auth. vt nulli iudi. §. fi. col. 9. Nec prodest contra hoc aliquod priuilegium ad importunam instantiam ciuitatis, vel alterius impetratum. C. de bonis vacan. l. 1. & l. 3. & de peti. bo. subla. l. 1. lib. 10. Nec licet alicui cōfiscare sine licentia principis speciali, & certa scientia data. C. de iure fisci prohibitum. lib. 10. C. ne sine ius. principis. nisi certis iudi. liceat cōfiscare. l. vnica lib. 11.
2 †Aut quæris de feudalibus, & illa domino immediato feudi committuntur. sed si maiori domino satisfactum non fuerit feudo priuabitur secundum quod legitur in lib. feu. de prohi. feu. alie. per Federi. c. imperialē. §. penul. C. de his qui latro. occultant. l. 2. §. penultim. Alij dicunt quòd in crimine lesæ maiestatis etiam feudalia confiscantur. Nec obstat dicta. l. imperialem. quia intelligenda est de offensa contra alium dominum, quàm contra principem commissa, quod patet ex eo quod innuit, quod potest iuuare dominum inferiorem sine pœna, hoc autem non potest intelligi de principe, cum ipse non in omni fidelitate excipiatur, vt dicitur in eadem. l. in fi. Verumtamen si dominus à quo tenetur res, sine culpa sit: est ei restituēdum, argumento. ff. de rei ven. l. item si verberatum. §. item in forte. ff. loca. & condu. l. si fundus. ff. de euict. l. lucius. hæc Hostiensis. Sed hanc vltimam opinionem approbat Spec. titulo de feu. §. quoniā super homagijs. versi. 40. quæritur. & dixi. s. de hæreti. c. vergentis. circa medium. versi. aut quæris de secundo principali. Io. An. quærit hic in §. sacri. sup verbo beneficiati. an hanc pœnam incurrat canonicus occidens vel mutilās canonicum, vel prælatum eius ecclesiæ facit dubium, quia litera dicit. j. ꝙ
3 nil perueniat ad hæredes. †Videtur ergo intelligi de tali beneficio quod peruenire poterat, vt præcaria, emphyteutica, vel aliud tale quæ beneficia sunt. s. eod. ad aures. titulus autem beneficialis peruenire non potest. 8. q. 1. apostolica. s. de filijs presbyter. ex transmissa. ergo de illo non loquitur. Secundo, ista decretalis emanauit in fauorē ecclesiarum, & clericorum intitulatorum, in illis, ergo in quibus prouidet ad pœnam litigare non intendit, simile qđ notatur in cle. de rescriptis. c. 1. Tertio, videmus quod ista non sic sunt rigorosa in percussionibus clericorum, qui sunt in eisdem ecclesijs socij, sicut in alijs. j. de senten. excommu. ex tenore. s. de vita & honestate clericorū. quoniam communius. videtur locum esse pœnæ priuationis,
4 cum textus aperte de beneficiatis loquatur. †Nec obstat quod de hæredibus opponitur, quia illud adaptari debet casibus quibus potest. Ad secundum respondetur, negari non posse quin beneficiatus ab ecclesia qui offendit ecclesiā dignus sit pœna, de postu. c. fi. cum concordantijs. Ad tertium respondetur, ꝙ percutiens clericum socium bene incurrit excommunicationem, sicut si percussisset extraneū, licet facilius absoluatur Io. Andr. Item ibi est eis speciale ne detur eis materia vagandi vt ibi. Item quod dicit hoc text. prorsus amittant, expone secundum Hosti. & Io. Andre. i. ipso facto, sine alia sententia, & sine restitutionis spe. s. eod. ad aures. idem in hoc Cardi. & G. j. de præscript. cap. fin. lib. 6.

Super eo. c. Ad declarationē glo. & descendentis, &c.
5 †Si quæris, vtrum pœna ab homine, vel à iure imposita alicui, & eius filijs, seu posteris vsq; in certam generationem, extendatur duntaxat ad illos, qui per masculinam, & non per fœmininā lineam descēdunt, dic quod sic, nisi aliud in iure vel sententia sit expressum, vt. j. eodem. vbicun-
6 que. libro sexto. & dic vt ibi. †Quærit etiam Hostiensis hic, quid si Papa damnasset patrem & filios. & respōdet quòd vbi pater filium nominat, semper regulariter nomine filij cōtinetē nepos, siue de odio agatur siue de fauore, & sic intellige. ff. de verborum significatione. l. filij. & l. iusta. & l. liberorum. §. fina. Fallit hoc in tutelæ datione, vbi nomine filiorum non continentur nepotes, & si contineantur nomine liberorum, vt instituta, qui tutores dare possunt. §. fi. ff. de statu lib. l. quid si nepotes. Et est ratio specialitatis, diuersa verborum significatio, vt ibi, & onus tutelæ, quia nimis grauaretur tutor datus filijs, si intelligeretur in nepotibus datus, vbi vero extraneos filios nominat, nepotes non continentur, vt in dicta. l. liberorum. in principio. Fallit hoc in eadem. l. §. 1. Et est ratio specialitatis, ne agnatio diuidatur. C. communia vtriusq; iudicis. l. possessionū. Quando vero lex facit mentionem de filijs, & agitur de fauore, puta successione, tunc nomine filiorum etiam nepotes continentur. C. de fideicom. cum acutissimi. de liberis præteritis. l. maximum. ff. de iure immuni. l. immunitates. Si vero agatur de odio, puta de pœna infligenda, non continentur, argumento. ff. de liberis & posthu. l. cum quidem. de pœnis. l. interpretatione. Ideo cum macedonianum odiosum sit. ff. ad macedonianum. l. 1. iurisconsultus dixit declarando, ꝙ idem intelligi dēt de nepote, quod de filio, quasi dicat non intelligeretur hoc nisi istud expressisset. ff. ad macedonianum. l. filius. Quando ergo lex punit patrem & filios ex eo descendentes, non videtur nepotes inclusisse, nisi aliud dicatur, sed nec filias, argumento. ff. de ventre in posses. mit. l. 1. §. 1. Nec descendentes ex filia. vtē do enim genere masculino, potius videtur velle comprehendere agnationem quàm cognationem. arg. inst. de legi. agnato. tute. & de legiti. agna. succes. Quia etiam immunitas alicui cōcessa, & posteris suis siue liberis fœminas non comprehendit. ff. de muneribus & oneri. l. vacatio. de iure immunitatis. l. 1. §.
7 1. †Item quia natus de legitimis nuptijs sequitur patrē & non matrem. ff. de statu hominum. l. cum legitimę. & l. lex. Quod est intelligendum quo ad dignitates & honores, & pœnas euitandas. C. de decurio. l. eos indulserunt. & l. exemplo. & l. nullus. & l. si ille. libro decimo. ff. de pœnis. l. moris. §. penultimo. & fi. de decurionibus. l. 2. §. in filijs. C. de pœnis. l. decurionem. & l. decurionum filij. secundum Hostiensem, quod dic vt in
8 capit. allegato. vbicunq; secundum Ioan. Andre. †Item si vtraque linea sit damnata masculina & fœminina, & alius non damnatus ducit filiam damnati, tunc potest distingui, vtrum scienter ducta est, & tunc damnati sunt filij. vel ignoranter, & tunc non sunt damnati. s. de clandestina despōsa. cū inhibitio. §. pari modo. ff. de ritu nuptia. l. lege. & l. senatus. qui filij sint legitimi ex tenore. sic etiam posset intelligi. 32. q. 4. liberi. vel loquitur secundum. l. lombardorum. Fallit hoc forte in damnato ob crimen hæresis, tum in fauorem fidei, argumento. s. de hæreticis, vergentis. tum quia timendum est ne filia hæretici maritū catholicum, & filios corrumpat, quod dic vt notatur in dicto. c. vergentis. secundum Hostien. Sed Ioan. Andre. in dicto. ca. vbicunq;. dicit quod illud quod Hostien. dicit de sciēte, verum est, sed illud quod dicit de ignorante posset esse verum in ignorantia facti, s. quia nesciebam illum talem esse. Sed in ignorantia iuris, scilicet quia faciebam illum esse talem, sed ignorabam quod ius posteros eius damnaret, secus, ad hoc. j. de regulis iuris. ignorantia. libro sexto. Sed etiam in ignorantia facti videtur contra, sicut si quis credens contrahere cum libera, contrahat cum serua, tamen filij sunt serui domini ancillę. Sed ibi nō est mirum si ignorantia non excusat, per quam ipsi domino fieret præiudiciū, si excusaret, sed hic nulli infertur præiudiciū,
9 & ideo sustineri pōt illa solutio. †Et nota quod licet in isto. c. pœna extendatur vsq; ad quartam generationem, tamen in capitu. illo, si quis suadēte. circa principium. versi. ipsius filij &c. extra, eodem titulo. in clemen. pœna extenditur vsq; ad secundam generationem in linea masculina tātum. Item nota quòd sicut tales non possent adipisci de nouo beneficia, sic nec possent sua beneficia ante habita de nouo cum alijs permutare, cū sint inhabiles ad beneficia obtinenda, argumento not. per Io. Andre. & Gen. ibi super verbo obtinenda.

10 **Super eo. c.** Et eadem glo. dicit hic glo. †quòd vsque ad quartum gradum extenditur consanguinitas: vt. s. de consanguinitate & affini. non debet. Quod est verum quantum ad matrimonium impediendum, vt ibi
11 †Sed quo ad ius succedendi, extenditur vsq; ad septimum gradum inclusiue, ꝙ dic vt legitur & notatur. 35. quæst. 5. ad se-
12 dem. nota glo. s. de appel. c. postremo. †Imo etiam in agnatis vsque ad decimum gradum, quod vt legitur & notatur instit. de suc. cogna. §. fina.

Super eo. c & eadem glo. Hic habes in textu & in gl. quod filius propter delictum patris, & alius pro alio punitur. Sed contra. s. de his quæ fiunt à maiori parte capituli. ca. quæsiuit. Ideo si quæris vtrum vnus pro alio puniatur, & quando,
13 distingue. †Quia pœna est duplex scilicet æterna, & tempora-
14 lis, Aeterna pœna nō punitur vnus pro alio, nisi in crimine participet, vel succedat. 1. q. 4. c. homini. §. 1. & §. seq. vnde: Anima quæ peccauerit ipsa morietur, & filius non portabit iniquitatē patris, & pater nō portabit iniquitatem filij. Iustitia iusti super eum erit, & impietas impij super eum erit. Ezechielis. 18. ca. & 1. q. 4. ca. iam itaq;. 24. q. 3. c. quod autem. §. his ita respondetur. 47. distinc. c. sicut hi, versi. non enim iustus polluitur ex vicijs filiorum & c. Hoc tamen fallit in originali peccato quod ab

Adam

Adam ad omnes descēdit. Vnde Apostolus ad Romanos.5.c. sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit,& per peccatum mors,ita in omnes homines mors pertrāsijt, in quo omnes peccauerunt. Et iterum, in Adam omnes peccauimus.de pe.distinct.2.c.princeps.& sequentibus.Et est ratio quia nōdum aliquis ex illo fuerat materialiter seminatus vt in dicto.§.his ita.versi.vnde peccato Adæ. & sic semē suum corruptum & abominabile factum est, nec potuit postea aliquis non corruptus de tali semine generari. Non enim potest mala arbor,vel mala radix bonum fructum facere. Mathei.7.c.&.1.q.1.fertur.in fi.ibi aut qualem fructum &c. Et ideo conformato corpori de tali semine infunditur anima. vt.51.disti. nasci.necesse est vt ipsa anima quodammodo inficiatur,& corrumpatur.Sicut apparet,quando bonum vinū ponitur in vase corrupto,& ibi moram trahit, de pœnitentia distinctio.3.cap. intantum.§. siue autem quis dicat.&.c.sequenti.ibi,Vase enim fetido,vel oleum,vel vinum facile corrumpitur.&c. Ad idem. ff.commo.l.in rebus.§. penul. de actio.empt.& ven.l.tenetur. §.si vas.locati.& conducti.l.sed addes.§.1. Vnde à tali peccato quod naturaliter inest à natura corrupta procedens,non potest quis purgari nisi per baptismum, sine quo saluari non possumus.de conseera.dist.4.placuit.de pœni.dist.2.non est mirum
15 versicu.quicunq;.†Temporalis vero pœna est quadruplex,alia corporalis,alia realis,alia ecclesiastica,alia spiritualis. Corporalis pœna est duplex,quædam est circa corpus, quædam circa
16 statum.† Illa quæ est circa corpus non punitur vnus pro alio, vt.C.de pœnis.l.sancimus. secundum Hostien.hic. Sed Hugo.& Ioan.1.q.4.in summa. & Hostien.in summa, eo.titulo.§. quæ quibus.sub.§.non estergo.versic.corporalis. &c.& Cardi. ĵ.de vsuris.c.1.glo.& sic punitur.lib.6.contra.argumen.1.q.4. c.ecclesia.§.Itē pro peccato ciuium . ibi, arca vero & prophetæ &c.vsq; in finem . Dictum Hostiensis intelligo hic in pœna humana,& per hominem inferēda.dictum vero contrarium, in pœna seu vltione diuina,qua quandoq; vnus pro alio punitur,vt patet de pœni.distinct.1.sed & cōtinuo.& š.de excessi. prælato.c.clerici.vbi habes quod propter peccatum Sodomiæ ira Dei quinq; ciuitates igne consumpsit . Quarum duæ perierunt ex vicinitate, tres ex proprio delicto.Et in dicto.§. item pro peccato circa medium,hoc idem probatur in eo quod dixit dominus ad Moysen,Exod.22.ca.& transumptiuè lege. 1. q.4.c.homini.§.cōtra,dominus.23.q.4.c.vasis.§. his omnibus. 24.q.3.c.quod autem.§.his ita respondetur.š.de renun.nisi cū pridem.§.personæ. Ego sum Deus zelotes visitans peccata patrum in filios.&c. Probatur etiam ex verbis euangelij,Ioan.9. c.& recitatur in d.§.his ita. vbi discipuli Christum de cœco nato interrogasse dicūtur,Rabbi qs peccauit,hic,aut parētes eius vt cœcus nasceretur, &c. Ad idem in auth.vt omnes obediant iudi.prouinciæ.circa principium,ibi dum patrum iniustitia sobolem est secuta.colla.5.vbi gl.no. filium ex delicto patris pœna diuina puniri.Miracula enim diuina sunt admiranda,non in exemplum humanæ conditionis trahenda.4.q.3.c.fi. Illa pena quæ est circa statum.vt seruitus, & infamia,quandoq; punitur vnus pro alio.6.q.1.c.sunt plurimi.§.verum.15.q.8.cum multę.& hic,&.š.eo.ad aures.de fil.presby.quasi p totū.de purg.c. accedens.Reali pœna punitur quandoq; vnus pro alio, vt in d. §.item pro peccato ciuium.C.ad.l.Iuli.ma.l. quisquis.6.q.1.ca. sunt plurimi.§.verū. & l.si quis cum militibus.š.eo.ad aures.& de hæreticis.c.vergētis. Vnde & pro contumacia socij seu partiarij,villa communis comburitur, & arbusta succēduntur.ff. communi diui.l.si is cum quo.Ecclesiastica etiam pœna puni-
17 tur quandoq; vnus pro alio,vt hic.†Spiritualis vero pœna quadruplex est.Prima,est pœna excommunicationis, & illa nunquam punitur vnus pro alio,vt.24.q.3.si hæres.ĵ.de sentē. excommuni.Romana.§.fi.lib.6.quia non est Dei,qui iudicat omnem terram,vt condemnet iustum cū impio. vt dicitur Gen. 18.Secunda pœna,est interdicti loci, & illa frequēter vnus pro alio punitur.š.de offi.deleg.sane quia.&.c.P.& G.Sed Host.in dicto sub.§.non est ergo & hic.idem Cardi.in dicto.c.1.Dicēs quòd hac pœna nunquàm debet vniuersitas pro delicto singularis personæ puniri,vt in d.c.quæsiuit.š.de his quæ fiunt à maiori parte capi.nisi sit dominus,vt in dictis.c.sane.quia . &.c.P. & G.in d.c.1.ad fi.versi.quasi per mensem &c.de vsuris.lib.6. Tertia pœna,est remotionis ab oblationibus,& hac punitur familia propter delictum domini.17.q.4. miror . Quarta pœna est interdictionis ab ordinibus,& ista punitur maritus ob delictum vxoris. 34.distin.si cuius. secundum Ioan.qui de ista materia distinguit.1.q.4.in summa,idem notat Hostien.& Cardi. vbi.š.de hoc etiam per Ioan.24.q.3.in summa.& per Tho. in summa.18.q.articulo.4.& per fratrem Ioannem in summa cō-
18 fessionum eo.titu.q.8.vtrum vnus homo.†Et casus in quibus quis punitur vel etiam priuatur iure suo sine culpa sua,notantur his versibus Paupertas,odiū,viciū,fauor,& scelus,ordo,Personas spoliant,& loca iure suo.Quos vide per Ber.š.de consti. c.cognoscentes.mèlius de priuile.antiqua.per Hostien.in summa.eo.titu.§.quę quibus.sub.§.est igitur regula.š. de deci.suggestum.per Ioan.& Archidia.22.di. renouantes. & per Archi. 27.q.1.qui bona.in magna glo.circa fin. Item nota quòd Deus quinq; de causis punit aliquos in hac vita.vnde versus. Vt probet,aut dānet,aut expiet,aut mereatur.Aut pateat Christi gloria pœna datur, Vt probet, vt Iob & Thobias,& multi alij.45. dist.disciplina.&.c.sunt namq;.Nam vasa figuli.&c.de pe.disti. 2.si enim.versicu. vasa.ferrum quippè nostræ mentis.&c.7.q. 1.aduersitas.§.cum autem . Aut damnet,vt Herodem.act.12. 23.quæstio.5.c.vltimo.& quæstio.4.Nabuchodonosor.& Sodomitæ.gen.19.& Datham,& Abiron.Numeri.16.& similes. Aut expiet,vt Paulus cui datus est Angelus Sathanæ, ne magnitudo reuelationū eū extolleret,primo ad Cor.12 & 23.q.4. displicet. Aut mereatur, vt Thobias, Tho.2.c. & 13.quæstio.2. ebron.Aut pateat &c.vt cęcus natus,de quo dominus ait, Neque hic peccauit,neq; parentes eius,sed vt manifestentur opera dei in illo.Io.9.c.24.q.3.c.quod autem.§. his itaq; respondetur.& de pę.dist.3.adhuc instant.Hos versus ponit Archidiaconus.24.quæstio.3.in summa . Alios versus ponit Ray.in summa, eo.titu.§.7.alias.17. quod ergo &c. & frater Io.in summa confes.eo.titu.quæstio.9.item quæro &c.qui tales sunt.Et qui torquetur,ne fastus ei dominetur, vt Paulus . Est qui torquetur,vt ei meritum cumuletur.vt Iob.& Thobias & multi alij. Est qui torquetur,Deus vt sic glorificetur , vt cęcus natus est. Est qui torquetur,vt perpetuo crucietur , vt hærodes , & alij prædicti. Est qui torquetur , vt crimine purificetur , vt maria soror Moy.Numeri.12.c.& filij Israel,& quotidie multi Christiani quos dominus flagellat,vt conuertantur,vt.ĵ.titu. 1.ca. cum infirmitas.in principio . quod est idem in effectu,& licet flagellētur his de causis nescimus tamen pro qua imminet Dei
19 iudicium.7 q.1.cum percusio.†Item no.quòd non debet prælatus remittere pœnam delinquenti,ex qua remissione alij polluantur,vt.45.di.c.sed illud.ibi dum vni parcunt , vniuersæ ecclesiæ moliuntur interitum, quæ ista bonitas,quæ ista misericordia est vni parcere & omnes in discrimen adducere. Polluitur enim ex vno peccatore populus,sicut ex vna oue morbi-
20 da vniuersus grex inficitur† Hæc iura faciunt pro & contra ad quæstionem dominicalem Bar.Brixiensis quæ incipit, Duo cōmunem domum habebāt.de duobus communem domum habentibus, quorum alter qui partem inferiorem habebat homicidium commisit , potestas secundum consuetudinem ciuitatis vult ipsam destruere, quæritur, vtrum possit altero contradicente,& soluendo dicat quod dici potest, quod potestas partem inferiorem assignabit huic qui non deliquit , & superiorem destruet,& ita maleficium punietur . vel dic quod totum destruetur . Sed contra homicidam potest agere cum effectu, vel soluat precium fisco,& habeat totam domum,& de hoc vide quod no.Archidia.1.q.1.sacramenta . vbi remittit ad dictā quæstionem & Io.& Archidia.de pę.distin.1.sed & continuo.

Super eo.c. Hic habes quòd propter delictum patris filius,& nepos, & vlteriores amittūt ius patronatus , seu feudi,ex persona ipsius ad eos peruenturum,
21 gratia huius.†Si quæris,vtrum delictum , seu macula patris ipsum priuans , seu indignum reddens aliquo iure,puta patronatus,vel feudi,seu alterius priuilegij,impediat ipsum ius ad filiū peruenire,distingue , aut agitur de his quæ mediante ministerio filij possunt acquiri patri in cuius est potestate , aut de his quæ mediāte ministerio filij nō quærunt patri.Primo casu delictū patris nocet filio,vnde dicit lex,q̄ si pater exhæredet filiū, exhæredatio nocet nō solū filio, sed etiam nepotibus ex eo natis,& in eius potestate constitutis.ff.de bonis libert.l.quæritur cum concordan. suis ibi alle. & hoc tenet gl.ff. de iure pa.l.diui fratres.& Dy.& Ioan. An. post eum in nouella.ĵ.de regu.iuris.c.non debet.li.6.Secundo casu refert,aut illud ius seu priuilegium obueniebat sibi à patre suo , & vult vti & gaudere eo ex psona patris,aut obueniebat sibi ab auo suo,aut à genero, vel à ciuitate,vel à rerum natura,non ex persona patris.Primo casu dicit Dy.& Ioan. An.post eum in dicto.c.non debet.quod pater nocet filio, vt.ff.de interdic. & regula.l.3.1.responso.ad l.cor. de fal.l. si quis patris sui &.C. de quæstionibus.l. diuo
22 Marco . † Quod verum secundum Cyn.in d.l. diuo Marco. quādo pater est aspersus crimine, macula,vel infamia ante cōceptionem

ceptionem illius filij sui quæ vult gaudere illo iure, seu priuilegio,quia tunc non gaudet eo, vt ibi, maximè cum viciū pa-
23 tris noceat filijs nasciturıs.C.de libertis & eorum libe.l.3. † Si vero post conceptionem eius:tunc gaudebit illo iure, seu priuilegio.ff.de senato.l.emancipatum.1.2.3.&.4.respōso. Quod vltimum credo verum in iure , seu priuilegio quod est peruenturum ad filium vt ad filium , non vt ad hæredem,quia hæredem,vt priuilegium senatoris,de quo in l.emācipatum.vel ius patronatus in libe.vt.ff. de iure patro.l.iura ad l.Iuli. ma.l.corū. C.de obsequijs.l.etiam . Quod intellige vt no.C. de bo.libe.l. 1.Secus in iure quod est peruenturum ad eum vt ad hæredem & quia hæredem, vt hic in versi. & ne minus.& in dicta.l.3.in principio.ff.de interdic. & releg.C. de bonis dam.in aut. bona damnatorum.in secundo, tertio, quarto, quinto casibus scilicet, quando ab auo,genere,vel à ciuitate , vel à rerum natura, & non ex persona patris ad eum obueniebat,dicit Dyn.indistinctè, quod pater non nocet filio, vt dicta.l.3.2. responso.ff. de interdi.& relega. Sed quod dr̄ de auo.verum s̄m. Cy.in d.l. diuo Marco . quando filius idemq; nepos natus est ante mortem aui,vel saltem conceptus, vt in dicta.l.emancipatum.§.si. ff.de senatoribus.& in d.l.3.de interdic. & releg. Si autem est conceptus & natus post mortem aui,tunc non gaudet priuile-
24 gio habito.vt ff.vnde cogna.l.1.§.si quis proximior.† Per præmissa dicit Dy.in d.c.nō debet. quod soluta est quæstio de qua dubitari solet , an filius debeat priuari successione feudi propter delictum patris, quod si erat paternum,priuatur,si auitū, vel à genere vlteriori proueniens , non priuatur, per dictam.l. 3.ff.de interdic.& releg. Quod potest esse verum , secundum distinctionem præmissam , cum qua satis concordat Archidia. 16.q.7.c.filijs vel nepotibus.gl.adde,vel dic quod refert &c.Et 17.q.4.frater.gl. art. hic quod si patronus &c. Vbi quærit vtrū quo ad amissionem iuris patronatus ecclesiastici,delictum patris eiusdemq; patroni commissum in ecclesiam in damnum hæredum redundabit.Et dicit referre vtrum ius patronatus sit auitum vel non , vt dici consueuit in dicta.l.emancipatum.in fi.&.ff.de in ius vocan.l.adoptiuum . Et si sit paternum , dicit tempus conceptionis attendendum, nam si pater ante tempus conceptionis delinquit præiudicat filio , secus si post,vt in d.l. emancipatum.§.1.&.§.si quis conceptus.& de decuri.l.2.§.in filijs. Sed contra omnia videtur hæc decretalis in ver.& ne minus. vbi indistinctè filij & nepotes priuantur,sed est hic speciale,vt no.Ber.hic.Et est ratio specialitatis,quia crimen est commissum per vasallum , seu beneficiatum ecclesiæ in prælatum ipsius ecclesiæ , quod habet instar criminis læsæ maiestatis in principem commissi. Quo casu etiam iura patronatus libertorum confiscantur,vt no.in dicta.l.1.C.de bonis liberto.In alijs enim interfectoribus,vel mutilatoribus secundum Vin.& Io. An.non habet locum pęna huius.c. Pro quo facit quod no. Io. 2.q.7.sacerdotes. in fi. vbi dicit quod in eodem genere delicti
25 plus peccamus erga patres spirituales,quàm erga carnales. † Et ad præmissa facit. quòd no. Spe.ti.de loca.& conduc.§.fi.vero. 144.quæritur.dicens quod si pater accepit rem in feudum pro se,& filijs,ac nepotibus,deinde ipse cessans in solutione pensionis, vel alia culpa sua possessionem perdit , quod ex hoc filius innocens non perdit ius suum per iura allegata.Item finem huius.c.vbi dicitur,quòd vsq; ad quartam generationem posteritatis talium in clericorum collegiū nullatenus admittātur &c. intellige adeo,quòd nec beneficia ante habita possent de nouo cum alijs permutare,cū sint inhabiles ad beneficia. art.no.per Io.An.in cle.eo. tit.c.1. super verbo obtinenda. & idem Gen. ibi.Itē opi. Io.hic in gl.fi.scilicet,quod hoc casu potest Episcopus dispensare ex quo Papa non retinuit sibi dispensationē, ar. c.nuper.de sen.ex.tenent Vincen.Gof.Phi.& Io. An. pro quibus facit quia isti vicio alieno laborant.C.de nat.liber.l.legem. & vide in spec.ti.de lega.§.nunc de Episcoporum.ver.153.

1 *Procedetur quomodo contra hæreticum contumacem.*
2 *Excommunicati vasallus ad seruitium ei non tenetur.*

1 **Grauem.** Ad euidentiam gl. ideo dicit &c. † Si quæris qualiter contra contumacem in causa hæresis sit procedendum,dic hodie,vt legitur &.no.ĵ.de hæreticis.cap.cum contumacia.libro sexto.Et not.quod quādiu istę omnino in excommunicatione pstiterit,eius fideles ab eiꝰ fidelitate sunt absoluēdi , vt hic. Eo ergo absoluto recuperabit iura fidelitatis,quod dic vt not.š.de hæreticis.c.fina.sed.š.c.proximo absolutio fuit perpetna secūdum Hostien. Et est ratio,quia ibi priuatur pro crimine valde enormi,vt dixi ibi in fi.hic vero pro contumacia,quia nolebat iuri parere,& non pro iniurijs per eum irrogatis priuatur,qua
2 re secus.š.de constitur.ex literis.† Nota etiam secundum Hostien.hic in glo.sua fi.& Ioan. An.post eum,quod quandiu aliquis excommunicatus existit,vel à Rege bānitus, vasallus ipsius non est obligatus ad eum iuuandum , vel seruitium ei præstandum,immo à sacramento fidelitatis est absolutus , quousque ab ecclesia vel à Rege fuerit reconciliatus, vt in lib.feud. hic finitur lex,capitu.1.quod incipit,domino guerrā . Ad idē. 15.quæstio.6.alius.c.nos sanctorum.& capitu.iuratos š.de hæreticis excōmunicamus.1.§.credētes.&.c.si.pro hoc facit iste tex. in fi.pęnitus absolutos.i. ipso facto & ipso iure sc̄d̄m eos.

¶ De pœnitentis & remissionibus. Rubri.

Qui presbiterum. Ad euidentiam gloss. fina. Si quæris quæ, & quot impedimenta impediunt matrimonia contrahenda, & dirimunt iam contracta,distingue vt.š.dixi,de frigidis & malefi.c.fina.

1 *Penitentię arbitriæ in criminibus occultis.*
2 *Pœnitentiæ non sunt arbtitrariæ in criminibus publicis.*

Significauit. Super prima gloss. Si quæris in quo differant vrbes, ciuitas, castrum,& villa,vide per Car.ĵ.de sent.excommu. si ciuitas.lib.6.&c.

1 **Super eo.c.** Ad declarationem gloss.2. Si quæris vtrū pœnitentię sint arbitrarię,distingue, aut agitur de occultis criminibus,& tunc sunt arbitrariæ : vt hic, &.ĵ.eod.quæsitum.&.c.Deus qui.&.c.omnes.§. sacerdos.26. q.7.tempora.de pœn.disti.1.mensuram.Ita etiam intellige qđ
2 legitur.& notatur.š.de homicidio,sicut dignum.†Aut agitur de publicis,& tunc secus,vt.š.eod.capi.1.&.2.secundum Hostien.& Ioan. An. Et quod sunt canones pœnitentiales , notat plene frater Astensis libr.5.titu.31.de canonibus pœnitentialibus per totum.

1 *Indulgentiæ vt valeant quot necessaria.*
2 *Indulgentiæ generales de quo operentur.4.6.*
3 *Pœna duplex pro quolibet peccato mortali.*
5 *Deus omnia fecit in pondere & mensura.*
7 *Indulgentias ita consequuntur vicini sicut de longinquo venientes.*

Quod autem Si quæris quot sint necessaria ad hoc vt valeant indulgentiæ,seu remissiones,quæ fiunt in dedicationibus ecclesiarum , vel conferentibus ad edificationem,positiuū, vel ad aliud pium opus, & de quo
1 operentur,distingue.† Aut quæris de primo .s.quod sint necessaria ad hoc valeant,& dic quòd sex.Primum est, potestas ligādi & soluendi quæ est potestas apud prælatum & non alium. Secundum est,necessitas loci,& pœnitentis,puta quia non potest ieiunare,vel aliam pœnitentiam facere.Tertium est,deuotio fidei, quia credit tantam potestatem esse apud ecclesiam. Quartum, status pœnitentis.s.quod sit contritus.24.q.2. legatur, Quintum , discretio eiusdem.s.vt tantum det pro quanto vellet sustinere pœnitētiam iniunctam. Sextum est,iusta ęstimatio eiusdem, vt secundum quod ei dimitterentur,recōpenset,secundum Inn.Abb.& Io.An.hic & Hostien.ĵ.eo.cum ex eo. Ad quintum & sextum facit Hieronimus cōtra Susannam dicens,quòd pœnitentia necessaria est quæ aut crimen æquet, aut excedat . & Apocal.18.quātum glorificauit se & in delicijs fuit,tantum date illi tormentum, & luctum.Et e conuerso,per afflictiones huius seculi minuuntur futura tormenta , de quo vide in Hieron.ad Caprianum epistola.c.& ad Marcellum.16.
2 †Aut quæris de secundo.s.de quo operentur huiusmodi indulgentiæ generales,seu remissiones,& vtrū tantum valeant quātum sonant,& tunc vide quod no.Rayna.hoc.titu.rubricella. de indulgent.§.65.ad tertium. dicens, si dicunt quidam quòd valeant quo ad delicta ignorantiæ, alij quo ad venialia, alij quo ad pœnitentiam negligenter peractam,alij quo ad diminutionem pœnæ in purgatorio. Verum alia sententia est magis fauorabilis & cōmunis,illam magis approbo,videlicet quod valeant sicut sonant. Cum enim Papa sit vocatus in plenitudinē potestatis, inferiores autem prælati in partem solicitudinis.2. q.6.qui cessit.&.š.de vsu pallij.ad honorem,durum esset cōtra tātam potestatem,clauium disputare,de pœni.dist. 1.agite pę-
3 nitentiam.50.dist.ponderet.†Notandum est ergo , quod pro quolibet peccato mortali duplex pęna debetur,videlicet temporalis

poralis, & æterna. A eterna remittitur per cordis cõtritionem, remanet postea tẽporalis ab ecclesia infligenda, de pœ.di.1.si peccatum dauid. & di.7.c. vltimo. vbi dicit Augusti. quòd quãtus conuersus per pœnitentiam vita viuat & non moriatur, nõ tamen promittimus quòd euadat omnem pœnam. Nam prius purgãdus est igne purgationis, qui in aliud seculũ distulit fructum conuersionis secundum Ray. ibi. Hoc tamen intelligit glo. G. super Ray. ibi, quando peccatum nõ est omnino remissum quo ad omnem pœnam per contritionem, hæc enim tan
4 ta posset esse quòd si pœnitens statim decederet, statim euolaret. † Sed quia ecclesiæ non constat de quantitate contritionis, consueuit semper pœnitenti quantumcunq; contritio sit iniũgere pœnitentiam aliquam temporalem, in hoc concor. Host. in sum. eo. tit. §. quibus & quot. & Hosti. & Io. An. j. eo. Deus qui postea dicit Rayn. ibi. quod si aliquis est recte contritus, & confessus, & Papa faciat remissionem pro subsidio terræ sanctæ vel simili, si aliquis vndecunq; sit, fecerit eleemosinam habens piam & catholicam deuotionem credens simpliciter ac pure, illud, Quodcũq; solueris super terram. Mathei. 16. ś. de ma. & obc. solite. valet sibi talis eleemosia ad onus pœnitentiæ subleuandum. Et hoc propter duo. s. propter deuotam erogationem, & quia obligat eum qui facit remissionem, immo to-
5 tam ecclesiam vt suffragetur ei. † Pro quo facit quòd no. Inno. j. eo. omnis glo. 2. ad fi. & Io. An. post eum dicẽtes firmiter credendũ, quòd Deus qui fecit omnia in numero, pondere, & mẽsura, sapienti. 11. In multis sequitur arbitrium sacerdotis. Et quod dicit Hiero in expositione simboli. c. de remissione peccatorum, sufficere debet sola credulitas, quia enim causas aut rationes requirat vbi indulgentia principis est, cum ergo ter
6 reni principis liberalitas discutioni non sit obnoxia, cur ab humana fragilitate discutitur diuina largitios? † Sed Petrus in scriptis perfectius dicit, nam circa hanc quæstionem pluribus opinionibus recitat, tandem subiungit, Dicendum tamen videtur quod indulgentiæ valeant ad meritum remissionis pœnæ, non vitæ æternæ, nisi ex consequenti. Remittere vero totam pœnam. vel partem huiusmodi ad remissionẽ bene disposito potest prælatus de thesauro ecclesiæ. Vnde puto quod tãtum valent indulgentiæ de se quantum sonan. Valent enim. 40. dies indulgentiæ cuilibet habenti tantum quãtum valerent eidem. 40. dies pœnitentiæ, vel annus indulgentiæ, quantum vnus annus pœnitentiæ factæ secundum determinationem, vel taxationẽ factam, siue à sacerdote siue à iure, siue à iustitia diuina. Isti vero anni non sunt anni cœli, nec purgatorij, sed mundi, quia in mundo est huiusmodi distinctio dierum, non autem in cœlo, vel in purgatorio. Quia vero actus viuorũ nõ sunt nisi in patẽte & disposito, ideo nõ valent indulgentiæ oĩbus æqualiter, sed secundum quod sunt maius vel minus dispositi per meritum remissionis pœnæ. non adoptionis vitę. Vnde sicut. 40. dies pœnitentiæ canonicæ plus valent vni perficienti eam cum maiori feruore, & labore, quàm alteri qui cum minori feruore & labore, ita dico quòd. 40. dies indulgentiæ plus valẽt illi qui se ad eam magis disponit maiori. s. labore & feruore seu afflictione seu dati quantitate. Valent ergo omnibus suscipientibus. 40. dies indulgentiæ dati tantum quantum valerent eisdem. 40. dies pœnitentiæ in præsenti, non tamen æqualiter omnibus, sicut nec. 40. dies pœnitentiæ æqualiter valerẽt omnibus. Tho.
7 dicit etiam quòd simpliciter tantum valent quantum sonant. † Item dicit quod vicini ecclesiæ, & sacerdotis etiam & clerici consequuntur indulgentiam sicut illi qui veniunt à remotis. Et hæc oĩa ad vers. Aut quæris de secundo citra, recitat frater Io. in su. confes. hoc ti. rubricella de indulgentijs. q. 18 1. & frater Asten. lib. 5. ti. 39. de indulgentijs. artic. 2. pro tanto recitaui hic opi. Theologorum, quia hęc materia potius est Theologica quàm canonica. Et eãdem opinionem tenet expresse Hos. j. eo. cum ex eo. §. qui autem. super verbo satisfactio. & super verbo de injunctis pœnitẽtijs. Et de ista materia vide quod no. Host. in sum. eo. tit. §. quibus profunt. ver. ad quid valent. &c. idem etiam cum Tho. tenet Goff. in sum. huius titu. in fin. dicens simpliciter quod non refert qualitercunq; satisfaciat ecclesiæ & absolutus est quem absoluit & ligatus quem ligat. 24. q. 1. quodcunq;. & certum est quod ecclesiæ licet vtrunq;. de
8 pœn. dis. 1. verbum. † Quod etiam placet Io. An. hic dicenti quaiara vel amara interpretatio patienda non est, & quod prima opi. quam ponit glo. est contra priuilegium clauium cõcessum Petro quod. ad cœlum & terram extenditur Mathei. 16. Secunda nimis vilificat thesaurum, seu potestatem ecclesiæ, si ita est quod non possit recompensationem vel satisfactionem facere, nisi de superabundanti pœnitentia: contra tertiam quæ est quod dans indulgentiã non applicat propria merita, quæ quãdoq; sunt modica ad recompensationem pœnæ pro peccatis, quorum pœnitentias indulget. Contra quartam est, quia concludit ex negligentia quem reportare commodum. Contra quintam facit, quòd opera satisfactoria inquantum pœnalia ad solutionem debiti valentia facit quod soluit vnus pro alio secundũ Io. An. Et nota quod licet Episcopus ex certa causa aliquã indulgentiam in diocesi sua statuendo concedere possit, & indulgentia ipsa prosit etiam venientibus de diocesibus alienis vt hic dicitur. Non tamen concedere potest quod indulgẽtiæ ab alijs Episcopis in eius diocesi concessę valeant, licet quidam prælati fomentorum errorum sumentes ex isto. c. concedant passim indulgentias in Diocesibus alienis, adiecta clausula dum tamen diocesani consensus accedat. Sed hoc capitulum hoc non probat secundum Spe. tit. de eleemosynis colligen. §. 1. ver. & no. quòd episcopus alias est sub tit. de pœniten. & remis. vbi etiam de ista materia.

1 *Sacramenta denegantur ob peccata manifesta.*
2 *Sacramenta non denegantur ob peccata occulta.*
3 *Opera mortificata an reuiuiscunt.*
4 *Bona in peccato facta ad quinq; valent.*
5 *Dei mandatorum distinctio.*
6 *Peccatorum differentia.*
7 *Charitatis diffinitio.*

Vod quidam. Si quæris vtrum propter peccata possint alicui sacra
1 menta ecclesiastica denegari, distingue, † Aut quæris vtrum possint denegari propter peccata manifesta, & dic quod sic, vt. 95. disti. illud. cum sint malis ad iudicium, de conse. di. 2. qui sceleritate. &. ca. & sancta. Aut propter peccata occulta, & tunc, aut quæris vtrum possit aliquis per secretam admonitionem, vel etiam publicam in genere factam moneri, ne recipiat ecclesiastica sacramenta, & dic quod sic. de conse.
2 dist. 2. non prohibeat. † Aut vtrum sacramenta possint ei denegari publicè alias præcisè, & dic quod non, vt in d. capi. nõ prohibeat. & 1. q. 1. Christus quid fecit. Ita no. Goffre. in sum. tit. de sacramentis non iterandis. §. effectus. & Hostien. in summ. de sacramen. non iterandis. §. fin. circa prin. ver. effectus etiam sacramentorum. & Archidi. in dicto. c. illud.

Super eo. c. Si quæris vtrum bona opera facta in charitate, & postea per peccatum mortale sequens mortificata, vel bona facta in mortali, & per cõsequẽs mortua reuiuiscant, cum ipse peccator venetit ad pœnitentiã veram, distingue secundum Rayn. in sum. eo. ti. §. 54. ad illud
3 quod suit &c. † Vbi dicit breuiter quod opera viua quę fuerunt facta in charitate, mortificantur per sequens peccatum mortale. & si postea sequatur vera pœnitentia, reuiuiscunt. Illa vero quæ nunquam viua fuerunt, puta quæ in peccato mortali fuerunt facta, viuere nõ possunt, quia mortua nata fuerunt. Deus. n. cũ oĩum bonorũ nostrorũ nõ egeat, opera hoĩs nõ acceptat tanq; remuneratione digna nec tanq; satisfactoria, nisi acceptet operãtem. Vnde Gen. 4. & de pœn. di. 5. c. 1. in fi. prius dicitur, respexit dominus ad Abel. & post subiungitur & ad munera eius. Sed Deus nõ acceptat hominem existẽtem in peccato mortali, quia in illo statu est inimicus Dei, ergo opera existentis in peccato mortali non sunt Deo accepta, hcut dicitur. 1. ad corin. 13. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem autem non habuero nihil mihi prodest. ad idem Isaiæ. 19. & Mathei. 16. & recitatur. 8. disti. c. vlti. vbi dicit dominus, sine causa colunt me, mandata & doctrinas hominum docentis. Et secundum hoc exponẽdæ sunt auctoritates Augustini & Hieronimi de hac materia loquentes. de pœni. disti. 3. c. pium est credere. &. c. sequen. vsq; ad. §. pœnitentia ergo. Concor. etiam his beatus Tho. in scriptis. distincti. 14. & Pe. dist. 15. & Host. in sum. eo. titu. §. & an ficte. versi. sed pone quod aliquis. & frater Io. in sum. confes. eod. titu. rubricella de oratione. quæstio. 141. occasione prædictorum & c. & Asten. libro quinto titu. de effectu pœnitentiæ. artic. quarto quæstio. 6. & communiter alij docto. vnde vetsus, Illa reuiuiscunt quæ mortificata fuerunt.
4 Viuere non possunt, quæ mortua nata fuerunt. † Et not. quod bona quæ fiunt in peccato mortali valent ad quinq;, quorum tria habes hic in glo. Vnde versus, Quę cum mortali bona fiũt dant bona terræ. Cor faciunt humile, minuunt tormenta gehennæ. Quarto, secundum Hostien. & Ioan. Andr. valent quãtum ad assuefactionem, & humilitatem bonorum operum, sicut

sicut dicit de baptismo Beati Io. Ba. de conse. di. 5. non regenerantur. Quinto, quia in tali homine non habet diabolus tantam potestatem, quantam alias haberet, sicut patet in dialogo de iudæo, qui signauerat & muniuerat se signo crucis, ideo nõ potuit ei nocere, & excusauit se maiori suo dæmoni, & cęteris in hæc verba, inueni vas vacuum, sed signatum, secundum Hostien. Et per hoc dicit Abbas hic & Ioan. And. post eum quod aliquis dicendo horas suas ad quas ratione ordinis tenetur necessario. 91. dist. clericus. 1. ś. de celebra. misla. c. 1. &. c. dolentis, liberatur si excommunicatus existat, vel in peccato mortali quando dicit. Nam si bona quæ quis in eo statu facit prosunt ad minus supplicium, vt de pœni. distin. 3. ca. penul. & no. Bern. hic in gloss. 1. restat quod liberatur, & pœnam euitat sic dicendo, si dicere non prodesset eidem, pœnam non vitaret, sed potius augmentaret, si dicere in malo statu esset idem, quod non
5 dicere in bono statu, quo casu peccaret mortaliter. † Distingue tamen circa hoc, quia sunt quædam quæ semper obligãt & ad semper, vt prohibitionis non occides, non furaberis, non mẽchaberis &c. Et in his declinans mortaliter peccat, cum de sui natura sint mala. ś. de iureiurand. & si Christus. §. quædam. Assertiones vero mandatorum Dei semper obligant, sed non ad semper, sicut honora patrẽ & matrem & c. Ista quandoq; prosunt ad vitam æternam promerendam, & ad vitãdam pœnam. s. cum fuerunt in bono statu. Quandoq; prosunt ad euitationẽ pœnæ. s. cum fuerit in malo statu, quod patet quia prosunt ad minus supplicium vt dicit glo. Cum ergo quis tunc faciendo opera charitatis ad quæ præcisè tenetur pœnam euitet, quam non faciendo pœnam incurreret, patet quod excõmunicatus, vel in mortali ea faciendo liberatur, & declaratur quod est dictum. Præceptum de honorandis parentibus, pascendis pauperibus, & colendo sabbata, & his similia non obligant ad semper, nam propter in fidelitatem parẽtum excusor à primo, propter meam indigentiam à secundo, propter necessitatem, à tertio. Ad primum. 94. dist. diaconi sunt. 23. q. 3. legi. ad secundum de diuor. quanto ad fi. de pœni. dist. 3. qui vult. ad tertium. j. de regu. iur. quod nõ est. ś. de ferijs. licet. Et sic ex certis causis excusat impotentia à prædictis, sic & ab horis. Sed in prohibitionibus nulla necessitas excusat, quia potius debet omnia malapati &c. ś. quod met. cau. sacris secũdum Abb. & Io. An. † Item
6 not. licet secundum veritatem omne peccatum sit contra spiritum sanctum, alias contra veritatem, tamen peccatum commissum ex infirmitate dicitur esse contra patrẽ, cui appropriatur potentia, commissum ex ignorantia contra filium, cui sapientia commissa ex certa malicia contra spiritum sanctũ, cui
7 bonitas, vt not. Asten. lib. 2. tit. de blasphemijs. † Item no. tit. de charitate, quòd charitas sic diffinitur lib. 3. senten. dist. 27. charitas est dilectio qua diligitur Deus ꝓpter se, & proximus propter Deum. Admittitur autem charitas per hoc quòd auertitur à Deo volũtas quod fit per quodlibet peccatum mortale. Vnde Aug. 8. super Gen. dicit quod homo Deo præsente sibi illuminatur, absente vero continuè tenebratur, à quo non locorum interuallis, sed voluntatis aduersione discedit. Recuperatur autem charitas per pœnitentiam, quæ tollit auersionẽ illam. Vnde Aug. lib. 5. responsionum, pœnitentia est quędam res optima & perfecta, omnes defectus reuocãs ad perfectum quod dic plene vt ibi. & facit quod legit. & not. 32. q. 1. cum renunciatur. Consulo tamen cuilibet, quod quia nemo scit vtrum odio vel amore dignus sit ecclesiastici. 9. quod semper bene agat.

1 *Pęnitentiæ diffinitio.*
2 *Pęnitentiæ diuisio.*
3 *Pęnitentia solennis.*
4 *Pęnitentia publica.*
5 *Pœnitentia priuata.*
6 *Pęnitentiæ pro quo peccato imponuntur.*
7 *Pœnitentiarum iteratio.*
8 *Pœnitentiæ quare imponantur.*

Væsitum. Si quæris quid est pœnitentia, quot sunt species pœnitentiæ,
& pro quo crimine vel peccato iniungẽda est pœnitentia solennis; & vtrum sit iteranda, distingue. aut quæris de primo. s. quid est pœnitentia. & dic secundum magistrum sentẽtia. di. 9. & idem Asten. li. 5. tit. de
1 virtute pœniten. arti. 1. † Pœnitentia est gratia, vel virtus cum emendationis proposito, qua præterita mala plangimus & odimus, & plangenda iterum committere nolumus. Hæc diffinitio est completa, tangit enim genus eius actum, & obiectum,
2 pro hoc de pœni. dis. 1. c. 1. j. de verb. sig. nouimus in fine. † Aut quæris de secundo. s. quot sunt species pœnitẽtiæ. & dic quòd
3 tres, nam alia est solennis, alia est publica, alia priuata. † Solẽnis est, quæ fit in capite quadragesimæ, & cum solennitate quæ habetur. 10. dist. in capite. vbi de hoc. Dicitur etiam solennis licet non ita propriè, quando aliquis inuitus ad pœnitentiam agendam mittitur ad monasterium. 50. dist. si ille. Et hęc solennis pœnitentia imponi debet ab Episcopo tantum, vel mandato eius à sacerdote, & non nisi pro crimine publico & vulgatissimo, quod totam vrbem, ciuitatem, vel castrum, vel villam commouerit, & quòd tantum ad Episcopum pertinet, puta pro homicidio. 50. dist placuit. sacrilegio, incestu & similibus, quæ grauia sunt horrenda, & publica, de conse. dist. 3. de pœnitentibus, & de omni tali peccato per Episcopum pœnitentia indici debet. 26. q. 6. c. fina. presbiteri autem de occultis tantũ pœnitentiam dare possunt 26. q. 6. presbiteri. de occultis. notoria vero debẽt peccatores Episcopo publicè confiteri. de pœni. disti. 1. indicet. &. c. in accusatione pœnitẽtiæ. & cap. quem pœnitet. in fine, non inferiori etiam si Abbas sit, nisi super hoc sit priuilegiatus, vel alia iusta causa subsit puta necessitatis. ś. de excess. prælato. accedentibus Item hæc solennis pœnitentia nõ debet imponi clerico nisi deposito, & pro graui crimine publico, hic intellige istud. c. Et qui hanc egerit promoueri non debet, nec debet si ꝓmotus sit ministrare in ordine sic suscepto. 50. distincti. confirmandum. & capitu. illud. & capitu. alienum. hæc not. Raynald. in summa. eod. titul. §. sex species. pœnitentiæ &c. & Hostiens. in summa. eod. titul. §. vtrum pœnitentia sub. §. his prælibatis &c. & frater Ioan. in summ. confessio. eod. titu. q. 8. quot sunt species. &. q. seq. Et in hoc satis concord. Bern. hic, &. ś. de offi. Archi. pref. c. 2. glo. penul. vbi etiam dicit Hostiens. quod tales solenniter pœnitẽtes sunt infames. argu. 50. distinctio. pœnitentes. 6. q. 1. infames. & legi. & nota. ś. de biga. c. 1. Hoc autem non est ratione pœnitentiæ, sed ratione peccati per pœnitentiã publicati. 3. q. 7. c. infames. §. porro. quia si peccatum esset occultum, & pœnitẽtia occulta, nõ infamat sed renouat & emendat. ś. de sum. trini. c. 1. 50. di. ferrũ. Idem si maior pœnitentia quàm debeat secundum canones imponatur. ff. de pœnis. l. in seruorum. Idem si quis ex deuotione pœnitentiam publicã assumat, arg. ff. de postul. l. 1. §. bestias. quem Christus nedum verbo sed etiam facto commendauit secun-
4 dum Hosti. hic. † Publica vero pœnitentia dicitur illa quæ. ś. dicitur solennis hac ratione, quia publicè fit. j. eo. quęsitum. Sed propriè dicitur publica illa quæ fit in facie ecclesiæ, non cum prædicta solennitate, sed quando iniungitur peregrinatio per mundum cum baculo & pera benedictis. Quam quilibet sacerdos potest iniungere, multo fortius pœnitẽtiarij Episcoporũ generales, quia nec prohibitũ inuenitur. argu. ś. de offi. Archipresbi. c. 2. versi. si Episcopus defuerit. Nisi forte sit contraria consuetudo in aliqua ecclesia. argu. de conse. di. 4. de trina. ś. de cogna. spiritua. super eod. Hæc etiam non imponitur clerico, nisi deposito, & pro graui crimine. de pœni. distin. 6. sacerdos. hæc no. Raynald. in dicto. §. species. & Hostiens. in dicto. §. vtrum pœnitentia. in fin. & frater Ioann. in summ. confessio. eod. titu. quæst. 12. deinde quæro &c. Tho. vero in scriptis dicit quod talis pœnitẽtia publica etiam clerico posset imponi, quando crimen est publicum, & in hoc concord. Bern. hic in glo. tunc enim in princip. pro quibus facit iste text. ibi in fin.
5 in publicum &c. † Priuata autem pœnitentia dicitur illa quæ quotidie fit singulariter cum quis peccata sua soli sacerdoti cõfitetur, & quæ saltem semel in anno est facienda. j. eo. omnis. secundum Ray. & Hostien. vbi. ś. & fratrem Io. in sum. cõfes.
6 eo. tit. q. 15. quæro etiam. † Aut quæris de tertio. s. pro quo peccato iniungenda est solennis pœnitentia, & dic vt est dictum quod pro omni peccato quod totam commouerit ciuitatem, castrum vel villam, hæc per Episcopum pœnitẽtia imponi debet. 26. q. 6. ca. vltim. secundũ eos. Et pro poblico peccato debet publica pœnitẽtia imponi. 2. q. 1. si peccauerit. de cõse. dist. 2. ego Berengarius. in fi. &. ś. eod. ca. 1. vbi de hoc. pro occulto vero occulta. j. eod. omnis. † Aut quæris de quarto. s. vtrum pęnitentia debeat iterari, & tunc refert, aut quæris de solemni, & illa non debet iterari, nisi sit contraria consuetudo, de pœnit. distin. 3. reperiuntur. Aut quæris de publica, vel priuata, & dic quod quælibet ipsarum potest iterari, quoties homo peccat, de pœni. distin. 3. septies in die. &. ca. adhuc instant. secundum eos. Quare autem solennis pœnitentia non iteratur, assignat Tho. in scriptis tres rõnes. Vna, ne ex iteratione vilescat. Secũda, propter figurationem, quia figura est expulsionis hominis de paradiso

de paradiso,quæ tamen semel facta est.Tertia,quia solennizatio est quasi quædam professio perpetuo pœnitentiam conseruandi,& ideo iteratio solennitati obsistit.Si tamẽ postmodum peccauerit, non clauditur ei locus pœnitenti, sed pœnitentia solennis non est ei iterum iniungenda.& idem no. frater Ioa. in sum.confess.eo.tit.q.10.vtrum solennis. & Asten.lib.5.titu.
8 34.† Item causa quare imponitur pœnitentia publica,vel solẽnis,quælibet in suo casu quadruplex est.Prima, vt peccatũ publicum publicam habeat medicinam . Secunda , quia maxima confusioue etiam in hoc mundo est dignus , qui grauissimum crimẽ commisit. Tertia, vt sit alijs ad terrorem.Quarta,vt sit ad exemplum pœnitentium ne desperent qui grauibus peccatis detinentur,secundum Tho.in scriptis.& fra.Io.eod.titu.q. 13.quæro etiam.Et vide quod no.Archidia.de pœnit.dist.3.talis.super verbo,non poterint.vbi no.argu.quod si quis non potest explere pœnitentiam iniunctam ab ecclesia in hac vita,ob hoc quia nõ exploeuit illam in alia vita: nullam patietur pœnam secundum Pe.&c.

1 *Episcopales casus.*
2 *Papales cas s.*

DEus qui. Abbas no. hic arg.& idem recitat Io. An. quod simplex sacerdos , & inferior Episcopo potest iniungere pœnitentiam super homicidio , & ita super enormi quale est hoc.ś.de
1 tempo.ordi.c.vlti.†Sed Guil.de mon.lau.no.extra de sepul.super cathedram. super verbo,à iure concessam.in cle.quod casus homicidij Episcopo reseruatur,vbi no.quod casus Episcopales his versibus continentur.Qui fecit incestum, deflorans, aut homicida, sacrilegus, patrum percussor,vel sodomita, trãsgressor voti,periurus,fortilegusque,& mẽtita fides,faciens incẽdia,prolis oppressor,blasphemus,hæreticus, omnis adulter. pontificem super his.semper detentus adibit . Item Cardi. in d.c.super cathedrã : enumerat ibi nouẽ casus & eosdẽ casus ponit Hostiẽ.in sum.eo.tit.§.cui considerandum.in 2.col.ver.nisi in calibus &c. Et dic quod Episcopi possunt per suas constitutiones alios casus sibi reseruare,dummodo hoc malicioſè non faciant , cum sanguis subditorum de eorum manibus requireretur,nec iniuriam alteri facit vtendo iure suo.ff. de iniur.l. iniuriarum.&.ś.de elec.cum ecclesia vulterana.secundũ Card. & Io.An.&.G.& Gen.ibi.& de hoc,per Hosti.in sum.eod.tit. §.cui confitendum.in 2.colum. & per Io.ỷ.eo.si Episcopus.li.
2 6.† Item casus reseruati Papæ not.his versibus.Per Papam clerum ferens,falsarius, vrens, soluitur . Et quisquis audet celebrare ligatus,Simõ si fuerit,sed fallit regula talis.Impubes,monachus,mulier,vetulus quoque pauper,lanitor hostis hos releuabit. Item & casus Papæ reseruatos no.per Specu.tit.de lega. §.nunc ostendendum.

1 *Filio adulterino legitimos , hæredes excludente quid mater, agit.3.*
2 *Malum minus eligendum.*
4 *Filijs legitima relinquenda.*
5 *Filijs de patre non dubitantibus bene est.*

FFicij. Si quæris quid facere debeat mulier quæ de adulterio susceperit alium filium.vel supposuit alienum partum , & ita legitimi hæredes priuãtur hæreditate propter spurium vel suppositum,
1 qui creditur filius vel hæres†distingue . Aut illa mulier est diues,& habet vnde satisfaciat illis qui alias venissent ab intestato vel ex testamento,vel non.In primo casu refert,aut scit vel potest verisimiliter opinari quos hæredes maritus ab intestato habuisset,vel hæredes instituisset,vel quibus bona sua reliquisset si hoc non fuisset , & tunc debet tantum dare de suo quantum valet id quod habuissent.argu.14.q.6. si res . & illud quod est alij restituendum,tradat Episcopo in pœnitentia,quę satisfaciat exinde ita quod nesciatur vnde veniat . Aut nescit nec potest hoc probabiliter opinari,& tunc det pauperibus secundum id quod legi.& nota.ś.de vtur.cum tu.§.1.In secundo casu.s.quando mulier non habet vnde satisfaciat , tunc aut habet probationes paratas,per quas posset succedentes ab intestato releuare,à damno,quod haberent sua occasione,vel non. In primo casu,aut potest sine periculo fraudẽ huiusmodi releuare , & tunc debet eam releuare , & de ipsa fidem facere . Aut non potest sine graui periculo hoc releuare , puta forte homicidiorum indubitanter vel verisimiliter imminentium,& tũc conteratur & taceat.arg.22.q.2.ne quis.Nam in hoc casu cum ex vna parte sit damnum tãtum rerum si taceat, ex altera vero periculum animarum & corporũ si probationes inducat cum
2 vtrunque vitare non posit † inter hæc duo mala tenetur eligere quod minus malum est,argu.13.dist.duo.&.c.nerui.Taceat ergo cum damno rerum,quia illud minus malum est,vt patet in eo quod legi.& no.ś.de pig.c.1. nec obstat quod vtilius scandalũ nasci permittitur , quam veritas relinquatur.ś. de renũc. nisi cum pridem.§.pro graui.ỷ.de reg.iur.c.3.Quia in hac taciturnitate non perit veritas iusticiæ,quia hæc mulier nec iudex est , nec testis esse potest, in quibus & similibus illa auctoritas
3 locũ habet,sed est tm̃ accus.vel denũciatrix.† In secũdo casu.s. qm̃ non habet probationes paratas sileat.2.q.7.plerq;.ita in effectu distinguunt Inno. & Hostien.Ab.& Ioã.An. hic . Et de hoc vide quid no.Hostien.in sum.eo.ti.§. quibus & qualiter. sub §. quid de muliere . vbi dicit quod sacerdos super hoc consulendus debet considerare qualitates personarum , tam mariti quam mulieris,& filij putatiui, quia si mulier dominetur viro,vel periculum in reuelatione non immineret, & tũc potest ei cõsulere quod reuelet marito, & ex quo cõsentiet quo ad restitutionem est mulier absoluta, quia concessum est marito de suo disponere sicut placet.C. de iudæ.nemo exterus.C.mãda. l.in re mandata.Si vero periculum immineret in relatione marito facienda,& filius putatiuus sit homo simplex, & spiritualis,& timens Deum , recepto iuramento à muliere quòd hoc non proponit malicioſè,& à filio quòd secretum teneat,reuelabit hoc filio, & inducetur vt intret religionem, vel ad remotas vltra mare vel alibi se transferat religiones,& de hæreditate nihil habeat,vel contingat , & sic quo ad satisfactionem hæreditatis mulier similiter est in toto: quòd si filius non est talis nec vult credere mulieri, nec consilio sacerdotis acquiescere, vel ei periculum est reuelare,tunc nullum restat remediũ, nisi quod mulier si proprium habeat his qui ab intestato venirent, vel alijs scriptis hæredibus quo ad valorem istius partis filij putatiui,& estimationem per eum consumptorum satisfaciat cõpetenter , vel si tales non extant,faciat inde eleemosinam de Episcopi diocesani consilio & consensu. Verum si proprium non habet,vel non potest ad plenum satisfacere,doleat de peccato proponeus firmiter in mente quod quam cito poterit satisfaciet iuxta posse ; & si facultas satisfaciendi adest caute fiat per eũdem sacerdotem,vel aliam interpositam personam,quæ hoc caute sciat facere,videlicet sic dicendo , quædam persona tenetur vobis in tãtum.Ecce ego vobis reddo,accipiatis quod vestrum est,vel si non potest satisfacere,mulier poterit dicere: Quædam persona tenetur vobis in tantum, pœnitet multum de peccato, supplico pro Deo & salute animæ vestræ quòd ei remittatis.sic intellige hic & Archid.22.q.5.hoc videtur secũdum Hostien.ibi cum quo concor.Ray.in sum.ti.de rapto.rubricella de filio concepto per adulterium,& de partu sumpto. §.11.& frater Ioan. in sum.cõfes.eo.tit. de rapto.rubricella,de filio concepto per adulterium.q.23. deinde quæro &c. &.q.
4 seq.vbi de hoc.† Et quod dictum est.ś. quòd maritus cui reuelatur hoc potest de sua disponere sicut placet , intellige quãdo non habet descendentes quibus tenetur dimittere legitimam debitam iure naturę.s. dimidiam vel tertiam secundum numerum liberorum in aut.de triente & semis.§.1.col.3.& situatur. C.de inoffi.testa. in aut.nouissima.Nam si haberet non posset eos defraudare dicta legitima . De hæreditate ipsius mulieris potest dici, quod ipsa tenetur tantum filijs suis naturalibus & legitimis si quos habeat tantum dimittere quòd habeãt suam legitimam debitam iure naturæ.& isto modo computato,qui nec computari debet cum sit spurius vel suppositus. † Io.An.
5 hic alleg. Hiero. contra Iouinia. 6. bene est liberis quibus nec de matre erubescendum , nec de patre dubitandum est. Qui etiam intelligit id quod supra dictũ est de inducẽdo filiũ intrare religionem vnã mendicantium, nam de alijs nõ videtur plene prouisum cum succedant.18.q.1.c.vno.&.19.q.3.c.vlti.

1 *Sacramentorum diuisio.*
2 *Sacramenta necessaria.*
3 *Sacramenta voluntaria.*
4 *Necessaria ad salutem.*
5 *Sacramenta à quibus ministranda.*
6 *Baptismum in interdicto non comprehendi.*
7 *Interdicti localis tempore quæ sacramenta permittantur.9.*
8 *Presbiter negans pœnitentiam reus est animarum.*
10 *Interdictis sacramenta denegantur.*
11 *Cemeterio in interdicto nemo sepeliendus.*
12 *Interdicti diffinitio.*

13 Interdicti

13 *Interdicti quando absoluendi.*
14 *Priuilegium an extendatur ad assumptos post priuilegij datã.*
15 *Censura facile non eneruanda.*

QVod in te. Ad euidentiam primæ glossaa. Si quæris quæ sacramenta sint
1 necessaria,& quæ voluntaria, distingue.† Quia sacramentorum quædam sunt generalia,siue necessaria,
2 alia specialia siue voluntaria . † Generalia dicuntur quæ omnes contingunt , & omnibus conueniunt , & dicuntur necessaria, quia sine eis vix aut nunquam salus haberi potest. Et sunt quinq;.s.baptismus confirmatio,eucharistia, pœnitentia,& extrema vnctio.Horum aliud introeuntium , vt baptismus , vnde Ianua & introitus omnium sacramẽtorum dicitur. 3 2.di.c.præcer hoc.§.verum.&.c.ad hoc. Aliud pugnantium, vt confirmatio, vnde datur ad robur. de conse.dist.5.c.1.&.2. ś.de sacra vnc.c. vnico.vnde dicitur quod per cõfirmationem spiritus sanctus datur ad augmentum & rubor. Aliud progredientium,vt eucharistia , vnde viaticum dicitur.26.q.6.qui recedunt.&.c.si quis corpore.Aliud redeuntium,vt pœnitentia vt pœni dist. 1.c.2.Aliud exeuntium, vt extrema vnctio, quæ tantum exeuntibus de hac vita confertur . Sed illud verum est quod baptismus magis propriè dicitur sacramentum necessitatis , quia in quibusdam vt in pueris nulla salus sine ipso esse potest,de conse.di.4.c.nulla præter baptismũ.sed sine alijs sic.Sed in adultis & discretis põt esse salus sine eo , & sine alijs, non dico spretis sed non receptis.Vel potest dici quod sine baptismo interiori vel exteriori, & sine confirmatione interiori vel exteriori,& peeptione eucharistiæ corde vel ore, & sine pœnitentia interiori vel exteriori,& sine extrema vnctione interius vel exterius facta,salus esse non potest in adultis, sed in
3 paruulis non exigitur nisi baptismus exterior. † Specialia sunt quæ non omnibus sed quibusdam conueniunt , quæ & voluntaria dicuntur,quia cum eis & sine eis salus esse potest , & sunt duo.s.ordo & cõiugium.Et inter ista sacramenta,sacramẽtum ordinis dicitur dignitatis , quia à dignioribus.s. Episcopis confertur,vel quia non nisi dignis conferendi sunt.ś.de eta.& qualita.cum sit ars.hæc omnia no. Archi. 1.q.1.§. hi qui baptisma. ver.sed notandum.glo.fin.& in hoc concor. Hug.Io.& Pe.ibi & Ber.& Hostien.ś.de transac.veniens. glo. 1. De sacramẽto tamen pœnitentiæ dicit Tho.& Asten.post eum lib. 5.tit.2.arti. 4.quod est de necessitate salutis,Lucæ.12.Si pœnitentiam non
4 egeritis omnes simul peribis.† Sciendum tamen quod aliquid est necessarum ad salutem duplicitur,vno modo absolute , alio modo ex suppositione . Absolute quidem est necessariũ illud, sine quo nullus salutem consequi potest,sicut gratia Christi,& sacramẽtum baptismi,per quod aliquis renascitur Christo.Ex suppositione autem est necessarium sacramentum pœnitẽtiæ non omnibus, sed peccato subiacentibus.dicitur enim secundo paralipomenon vlt.in oratione Manasses.Tu Deus iustorũ non posuisti pœnitẽtiam iusti,Abraam Ysaac & Iacob , & his qui tibi non peccauerunt, Peccatum autem cum consummatum fuerit generat mortem.Io 2. Et ideo necessarium est ad salutem peccatoris,quod peccatũ ab eo remoueatur , quod fieri non potest sine sacramento pœnitentiæ, in quo operatur virtus passionis Christi per absolutionem sacerdotis simul cum opere pœnitentis , qui cooperatur ad destructionem peccati. Vnde dicit Augu.super Io.qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te . Vnde patet quod sacramentum pœnitentiæ est necessarium ad salutem post peccatum , sine medicatio corporalis postquam homo in morbum periculosum inciderit secũ
secundo imponere pœnitentiam: tertio absoluere sacramenta
li. er dicendo: Et ego auctoritate Dei omnipotētis, & Apostō
lorum, Petri, & Pauli, & officij mihi commissi in hac parte, ab
soluo te ab his peccatis mihi confessis, & ab alijs de quibus nō
recolis, vt patet ex ordin. tex. in extrauagauti Bonifacij 8. j. de
sepulturis. c. super cathedram. §. statuimus. in fi. & innouata p
concilium Viēnense, de sepulturis super cathedram. aliàs, dudū
à Bonifacio Papa octauo prædecessore. in clem. Nec debet pri
mo absoluere, quam pœnitentiam imponere, quia cum in pœ
nitentiæ impositione appareat tertia pars principalis materiæ
debitæ huius sacramenti. f. satisfactio quantū est ex parte pec
catoris, sine qua saltem in effectu non est perfectum huiusmo
di sacramentum, non pōt forma debita imponi per ministrū,
donec prius ipsa debita materia integre sit peracta, Quæ in tri
bus. f. cordis contritione: oris confessione, & debita operis sa
tisfactione, saltem in effectu consistat. argu. ff. eo. q̃ quidam, &
hoc notat Guil. de mon. lau. in d. c. super cathedram. super ver
31 bo audire: & Gen. super verbo imponere, ¶ Aut quæris de quar
to. f. vtrum eadem peccata, quæ quis confessus est fratri prædi
catori, vel minori deputato ad audiendum confessiones, iuxta
formam constitutionis super cathedram, quæ per Clemētem
quintum prorogata fuit ad Augustinenses. & per Ioann. 22. ad
Carmelitas, tenetur semel in anno confiteri proprio sacerdoti.
& Archidiaconus dicit q̃ sic, de pœni. dist. 1. iudicet. glo. fi. idē
Cardina. in dicto cap. super cathedram. §. statuimus. ver. si vero
ijdem super verbo concedimus. & hæc iterata cōfessio fit nō
ex defectu sacramenti, non quia peccata non sunt dimissa, sed
quia contempsit salubre statutum huius concilij vt hic, nisi cū
iusta causa subesset non confitendi proprio sacerdoti secundū
Cardina. ibi: & de hoc prolixe tractantem. Sed Io. And. & Gen
cel. ibi super verbo impartiri, contra, dicentes qd absoluti non
habebunt necesse vlterius confiteri proprio sacerdoti. Nec ob
stat hæc decretalis, quia intelligit̄ de illo qui alteri legitimè cō
fessus non est, vt dicebat Benedictus in constitutione inter
cunctas. quod de facto tenetur vt verius. Aliàs potestas, & offi
cium huiusmodi fratrū de modico vel nihilo operaretur, im
mo forsan in quadā derisione haberetur, cum pauci confite
rentur eis, videtes se teneri nihilominus sacerdoti proprio ea
dem peccata confiteri, & sic pluribus ea detegere, cum maiori
erubescentia & labore & cū duplici pœnitētia, quā vnā & sim
plicem haberent, si ad sacerdotem proprium accederent recta

via. Nam circuitus vitandus est, & frustra fit per plura, quod
potest fieri per pauciora. ff. de condict. indebi. l. dominus testa
mento. cū concordant. ibi alleg. & q̃ nimis emungit elicit san
guinem prouerb. trigesimo capite, quarta distinctī. denique.

Super eo. c. Si quæris, vtrum quis teneatur peccata
mortalia statim habita opportunitate cō
fiteri, & vtrum teneatur confessionem factam iterare, distin
32 gue. ¶ Aut quæris de primo. scilicet vtrum quis teneatur pecca
ta mortalia statim habita opportunitate confiteri. Et quidam
dicunt, quod sic, nec decreta. ista excusat eum quia intendit ar
37 ctare tempus propter negligentiam hominum & non ampli
38 fe. Alij dicunt, communis, quòd cum sit præceptum affirma
tiuum non obligat, nisi pro loco & pro tempore. Ecclesia verò
in hoc præcepto potuit tempus determinare, cum sit præce
ptum disciplinæ non naturæ. Vnde regulariter non teneturho
mo confiteri nisi semel in anno, scilicet in pascha, quādo etiam
necesse habet communicare vt hic. saluo eo quod legi. & nota.
extra de statu reg. ne in agro. §. sanè. in clemen. Et hanc opinio
nem beatus Thom. dicit esse probabiliorem. sed Innocē. dicit
33 hic primam opinionem esse securiorem. ¶ Tamen in quatuor
casibus secundum Petrum de Tarentasia tenetur ante confite
ri. Vnus est ratione sacramēti, scilicet si vult communicare, vel
ordinem recipere, vel huiusmodi. Secundus est, ratione pericu
li, vt si est in periculo mortis, & istos duos casus ēt beatus Th.
ponit in scriptis, & quadam. q. de quolibet. Tertius est ratione
conscientiæ, vt si dicat sibi sua conscientia quod statim teneat.
Quartus est ratione dubij, vt si non sperat copiam confessoris
sibi amplius & illo anno occurrere, vt si habet casum de quo so
lus Papa potest absoluere, & habet modo copiam pœnitētiarij
Papæ. Dicit etiam Tho. in q. de quolibet, q̃ laudabile est quod
peccator peccatum suum, quàm citius poterit confiteatur.
Quandoque tamen posset dilatio meritoria esse, dummodo
non differat vltra annum, videlicet si ad hoc differret in pru
dentiori confiteretur, vel deuotius propter sacramentum tem
poris. De obligatione verò quę est ratione periculi legi. & not.
infrà. cap. proxim. Præmissa nō. frater Ioan. in summ. confes. ti
39 tul. ifto, rubricella de confessione & absolutione. quæstio. 70.
vtrum peccata mortalia. & de hoc no. Asten. libr. 5. titu. de con
34 fessionis tempore per totum. ¶ Aut quæris de secūdo. f. vtrum
quis teneatur confessionem factam iterare, & videtur quod
non, vt de pœni. distin. 1. c. quis aliquādo. §. item illud. Sed con
tra de pœni. distin. 1. quem pœnitet. Sed circa hoc dic secundū
Pet. quòd cōfessio est in remedium & in præceptum. In reme
dium, si quis vult iterum confiteri, bonum est ad maiorem gra
tiam, & remissionem citius obtinendam, vt dicit dictum capi.
quem pœnitet. non tamen tenetur per præceptum, nisi velit
postquam chirographus peccati quo se semel dyabolo obliga
uerat est solutus. 22. dist. c. 2. 15. q. 1. non est. de pœni. dist. 1. me
dicina. Nam obligatio semel extincta &c. de pœn. dist. 7. si quis.
ff. de solu. l. qui res. §. aream. & est expressum de pœni. dist. 1. la
uant lacrimæ. §. non ita. vbi dicitur q̃ non est necesse vt quæ se
35 mel sacerdoti confessi fuerimus denuo confiteamur. ¶ Sed hoc
fallit in quatuor casibus in quibus tenetur iterare confessionē.
Aut propter defectum confessoris: aut propter defectum con
fitentis: propter defectum confessoris dupliciter: Aut quia de
fecit ei clauis potentiæ, eo q̃ non potest de peccato absoluere,
& remittit eum ad superiorem cum literis vel aliter. ar. 33. q. 2.
lato rem. §. e. significauit. quam tamen remissionem intelligas si
occultum est de consensu pœnitentis tātum, non aliter. ar. 22.
q. 5. hoc videtur. Aut quia deficit ei clauis scientiæ: quia nescit
discernere, nam tunc discretioni iterū confitendum est vt hic,
& de pœni. dist. 6. placuit. Propter defectum confitentis dupli
citer. aut quia dimidiauit confessionem. i. quia scienter tacuit
aliquod mortale, de pœni. dist. 3. sunt plures. Aut quia contēpsit
seu neglexit satisfacere & oblitus est satisfactionem iniunctā.
Nam si sciret & eam implere vellet non oporteret ob hoc con
fessionem iterare, de pœniten. distinct. 3. si Apostolus. cum præ
missis concordat frater Ioannes in summa confessionum eo.
titu. quæstio. 71. & glos. Guiliel. super Rayn. in summ. eo. titul.
§. 61. sed nunquid. Sed ipse Rayn. ibi, & Hostien. in summa eo.
titu. §. an peccata ponunt pro quarto membro casum de eo qui
confessus est in proposito non deserendi, aliàs discernendi pec
catum, vt in dicto capitu. sunt plures. & sic potest esse quintus
casus. Sextus casus potest esse in casibus in quibus secundum,
quosdam peccata semel dimissa iterum redeunt, qui casus non
videtur verus: vt 23. q. 4. si illic. de pœniten. distinct. 4. qui rece
dit. & c. diuina clementia. de quo casu vide plene per Hostien.
in sum. co. titu. §. & vtrum peccata,

Super eo. c. in versiculo suscipientis. Si quæris, vtrum
sacerdos possit dare corpus Christi ei
quem scit in peccato esse mortali: & vtrum aliquo casu debeat
hostia non consecrata pro consecrata dari: & vtrum debeat da
ri suspecto de crimine, distingue. Aut quæris de primo. f. vtrū
sacerdos possit dare corpus Christi ei quem scit esse in pecca
to mortali, & tunc refert, ¶ aut talis non petit eucharistiam sibi
35 dari, & tunc sacerdos peccat in dando. Aut petit, & tūc aut pec
catum illius, qui ipsum petit est occultum: aut est manifestum.
37 ¶ Si est occultum, tūc aut exigit in occulto, & tunc debet sacer
38 dos ei denegare, & monere eum ne in publico petat. ¶ Aut exi
git in manifesto: & tunc debet ei dare, vt patet de consecratio
ne distin. 2. non prohibeat. argum. 32. distincti. nullus. 2. q. 1. de
manifesta. 6. q. 1. si omnia. & hoc propter quatuor rationes. Pri
mo, quia pro peccato occulto pœnam publicam inferēs, est re
uelator confessionis, aut proditor criminis. ff. de officio ordin.
si sacerdos. Secundo, quia quilibet christianus habet ius in pce
ptione eucharistiæ, nisi illud per peccatū mortale amittat. Vn
de cum in facie ecclesiæ non constet istum amisisse ius suum,
non debet ei in facie ecclesiæ denegare, aliàs daretur facultas
malis sacerdotibus pro libito punire maxima pœna quos vel
let. Tertio propter incertitudinem status sumentis, quia spiri
tus vbi vult spirat Ioan. 3. 19. quæstio. 2. duæ sunt. ff. de renunci.
nisi cum pridem. §. verum, versicu. sed dices. & de regula. licet.
vnde subito potest esse compunctus, & peccato mundatus, &
diuina inspiratione ad sacramentum accedere. Quartò, quia
esset scandalum si denegaretur. Si peccatum est manifestum, de
bet ei denegare siue in occulto, siue in manifesto petat, secun
dum Thom. in vltima parte summæ. q. 80. articu. 7. argumē 2.
idem Albertus in libro de missa. in fine. & Petru. & Albertus in
scriptis distinctione. 12. & frater Ioan. in summa confessio. ti
tulo. de sacramento eucharistiæ. quæstio. 78. vtrum sacerdo
tes &c. Idem notat Ioannes & Archidyacon. in dicto capitu.
non prohibeat. de consecra. distinctio. 2. pro dilectione. dicen
tes, quod pro peccato occulto non debet sibi denegari vt in pri
mis iuribus. ¶ Sed pro notorio seu manifesto & infami debet
39 denegari, vt in dicto, capi. pro dilectione. & 23. quæsti. 5. placuit.
tales enim sunt infames. vt. ff. de his qui no. infamia. leg. 2. §. ait
prætor. Idem Ricardus. & Asten. libro. 4. tit. de vsu eucharistię
articu. 4. quæstio. 1. qui accipiunt hic manifestum non pro eo q̃
probari potest. Vnde si sacerdos sciret parrochianum suum in
crimine esse, quod legitimè contra eum posset probare, ita qd
illud crimen nescirent nisi duo vel tres testes, per quos hoc p
bare posset, non propter hoc debet eucharistiam denegare illi
in publico petenti, quia iam inferret ei pœnam ante criminis,
probationem, quod fieri non debet. 11. quæstione. 3. eorum
qui. Sed accipiūt manifestum pro notorio. Et quod dictum est.
ff. q̃ occulto peccatori publicè petenti ipsam presbyter dare de
bet, intelligo secundum Asten. quando petens est presbytero
subditus, aliàs secus, de consecr. dist. 2. tribus. vbi præcipitur q̃
40 non det extraneo, de cuius conscientia nihil constat. ¶ Aut quæ
ris, de secūdo. f. vtrum in aliquo casu debeat dari hostia nō con
secrata: & dic ꝑm Thomam, & Petrum, & alios theologos, &
iuristas, q̃ nullo modo danda est hostia non consecrata, p con
secrata, tum quia in sacramento veritatis non debet esse aliqua
fictio, tum quia māducans adorat quod manducat, vt dicit Au
gusti. daret sacerdos ei occasionem Idolatrandi: Nam falsa sunt
abijcienda remedia, quæ veris sunt periculis grauiora, suprà de
celebra. missa. de homine. hoc idem no. frater Ioann. in summa
confess. titu. de sacramento eucharistiæ. quæstio. 79. vtrum in
aliquo. & Asten. vbi supra. quæstio. 2. ¶ Aut quæris de tertio, sci
licet vtrum debeat dari suspectis de crimine. & tunc dic secun
dum Thomam, & Petr. vbi suprà, & fratrem Ioan. dict. tit. q.
80. vtrum debeat dari quod triplex est suspicio. Quædam vio
lenta, quæ pro facto reputatur, vt si inueniatur suspectus cum
suspecta, nudus cum nuda, & soli in eodem lecto, vt suprà, de
præsumptio. cap. literis. & propter hāc debet negari. Quædam
probabilis, vt si inueniatur solus cum sola, loquens tempore, &
loco suspectis, & frequenter, & propter hāc non debet negari,
quia pœna infligitur vbi culpa ignoratur. argu. 2. quęst. 1. Deus
omnipotens. ver. mala vero. Quædam leuis, vt si appareant ali
qua signa, non tamen omnino certa, & propter hanc non debet
negari. argu. 11. quæst. 3. in cunctis. Quandoq; ergo suspicio est
violenta procedens ex publica fama, non debet dari nec in oc
culto nec in manifesto. Si autem sit suspicio talis non ex publi
ca fama sed solius sacerdotis: tunc debet dari in publico, sed nō
in occulto, sicut ante dictum est quādo crimen sit. De alijs quæ
tangunt materiam eucharistiæ, vide plene per fratrem Ioan. in

dicto tit. de sacramento eucharistiæ per totum. & per Asten. in titu. allega. de vsu eucharistiæ. & 8. titul. præcedentibus, & duobus sequentibus, & de impedimentis multis sumptionis huius sacramenti, vide ibi in titu. de impedimentis vsus eucharistiæ
42 per totum. † Et de lex effectibus ipsius, vide ibi in titu. sequen. de efficacia eucharistiæ in principi. Vnde Innocen. dicit eucharistia liberat à malo, conseruat in bono, delet venialia, cauet mortalia. Huius etiam virtute sacramenti vniuersæ virtutes augentur, omnium gratiarum fructus exuberant. de hoc etiam Thom. in summa.

Super eo. c. §. caueat. Si quæris vtrum, & quãdo aliquis possit reuela
43 re ea quæ in secreto sunt sibi dicta, vel reuelata, distingue. † Aut quis reuelat sacerdoti, vel alteri in confessione, consilio, vel secreto talia quæ non sunt de sui natura peccata, vt quia reuelat sacerdoti ea quæ debet vel sibi debentur: vel deponit penes aliquem pecuniam, quam ipse depositarius recipit sub sigillo con
47 fessionis. Et tunc dicit gloss. Guiliel. super Rayn. hoc titu. §. 61. de pœna super verbo, peccata sua. quod sacerdos non debet talia recipere sub sigillo confessionis. Si tamen per indiscretionem suam sic receperit, i. on tenetur celare, nisi per modum consilij, vel secreti. Et iura quæ puniunt reuelantes confessiones non extenduntur nisi ad peccata. Vnde sic authoritate Episcopi vel iudicis super hoc potestatem habentis, compellatur sacerdos iurare, vel dicere veritatem de huiusmodi debito, taliter sibi reuelato, vel depositarius de pecunia penes se deposita tenetur vterque dicere veritatem, quocunque modo iustè per iudicem fiat inquisitio, vel occupatio huiusmodi debitorum, aut rerum depositarum, vel quia cessit bonis ille cui debetur, debitum, vel qui deposuit, aut alia iusta ratione confiscãtur, vel occupantur huiusmodi bona, non obstante quòd per indiscretionem sub sigillo confessionis talia sunt recepta: Quia qui sic recepit de hoc casu non cogitauit, vel cogitasset, vel etiam iurasset, quod non reuelaret: in huiusmodi casu illicitum esset iuramentum, nec esset obligatorium, nec etiam obseruandum in præiudicium iuris alieni. In ista conclusione concord. beatus Thom. distinct. 22. & Hostien. hic & frater Ioan. in summ. confess. hoc titu. rubricella de confessionis celatione. quæstio. 28. quid si aliquis. Si autem per potestatem, vel tyrannum requiretur iniustè huiusmodi debitum, vel depositum, conscius huius debiti vel depositi requisitus, deberet tacere, vel transferre sermonem ad aliud, vel respondere sophisticè secundum glos. Guiliel. & fratrem Ioan. Aut quis reuelat sacerdoti, vel alteri in confessione, cõsilio, vel secreto talia quæ sunt de sui natura peccata, puta se habere pecuniã per furtum, vel rapinam, vel aliàs eum peccato: & tunc, aut sunt sibi dicta, vel reuelata vt iudici,
44 aut vt sacerdoti & Dei ministro, aut vt priuato. † Si vt iudici tunc potest ea reuelare. vt. ẽ. de cleri. per sal. promo. c. vnic. vbi Hostien. super verbo secreto. ita intelligit illud capitu. Si vt sacerdoti & Dei ministro: tũc aut quæris vtrum liceat sacerdoti reuelare peccatum auditum in confessione, si illud etiam aliàs
48 scit extra confessionem, & tunc dicunt Petr. de Tarantasia & Thomas distinctio. 22. quod quamuis quidam dicant quod tenetur celare illud quod aliter scit, siue ante confessionem siue post, alij autem dicant quod tenetur celare id quod ante sciuit,
45 non id quod post. Itamen verius dicitur, quod solũ eo modo quo sciuit per confessionem debet celare, quod autẽ altero modo scit, potest & debet dicere si compellitur, non tamen debet dicere q̃ hoc audiuit etiam in confessione, sed tantum sic, ego audiui vel vidi hoc, nihilominus propter scandalum vitandum debet abstinere, nec etiam de hoc loquatur, nisi necessitas imminear. In his concordat Innocen. hic in fine & gl. super Ray. hoc titu. §. 62. pone quod aliquis. & frater Ioan. in summa confess. hoc tit. rubricella de celatione confessionis. quæst. 93. vtrũ liceat sacerdoti. & frater Asten. libro. 6. titu. de confessionis sigillo. q. vtrum sciens. Aut quæris vtrum liceat sacerdoti reuela
46 re peccatum quod scit in confessione tantum, & tũc aut quæris vtrum confessor possit ipsum reuelare de licentia confitentis, vt quia ipsum confessorem producit in testem, & dic q̃ sic. vt. ẽ. de simo. c. nemo. & de adulterijs, significasti secũdũ Host. & Ioan. And. ibi. & hic & in d. c vnico. de cleric. per sal. promo. & ẽ. de excess. præla. dilectus. vbi de hoc. & in hoc cõcor. Ber. ẽ. de testibus. c. nuper. glo. fi. in fi. & Goff. Ber. Innocen. Hostiẽ. & Io. And. eod. tit. c. testimonium, in fi. & Ber. de excep. c. 1. gl. si fuerit, & Goff. & Host. & Io. And. ibi. & Hosti. in sum. de testi. §. 3. in fi. & Specu. titu. de teste. §. 1. 4. col. versi. item opponitur q̃ est criminosus. & Archid. 50. distin. in capite. & Bar. Brix. & Archi. 2. q. 7. ipsi apostoli glo. adde. Sic etiam notant. & Archidia. 2. q. 5. quanto. gl. adde dicas quod vbi. Quod intellige vt nõ. frater Io. in sum. confes. hoc titu. rubricella de confessionis celatione. q. c. vtrum sacerdos &c. vbi dicit secundum Pet. de Tarantasia & Tho. dist. 23. aliàs. 33. q̃ illud quod sacerdos scit solũ per confessionẽ, nullo modo debet dicere, sed põt iste qui confitetur ei etiam per alium modum, intimare, quod fecit dando licentiam vt dicat, & tunc põt dicere, Nihilominus debet scandalum vitare propter duo, namque tenebatur confessionẽ celare. s. propter sacramentum quia quasi de essentia sacramẽti est confessionem celare, & propter scandalum primum tollitur, per licentiam confitentis, sed secũdum nihilominus manet, iõ. vbi scandalum timetur non debet vti tali licentia. Ille autẽ cui aliquando reuelatur peccatum ex aliqua causa de licentia confitentis, tenetur illud celare, sicut dicit Tho. nisi fortè peccator velit q̃ ille absolutè sciat & libere. Aut quæris, vtrum possit ipsum peccatum reuelare sine licentia cõfitentis & tunc, aut peccatum est committendum, aut est commissum, † Si committẽdum, vt si confiteatur se velle hominem occidere, vel aliud maleficium committere, petens consilium, & dicens, quod nõ potest tentationi resistere, tunc dicunt quidam vt Rodoff. q̃ hoc poterit sacerdos reuelare his qui possunt prodesse, & non obesse. arg. 22. q. 5. hoc videtur. & q. 4. si aliquid. &. ca. non solum. & c. seq. 2. q. 1. si peccauerit. Alij vt Richar. Bononiẽ. Scotus. Tho. Pe. & communiter alij theologi in scriptis suis, & frater Asten. tit. de confessionis sigillo. versi. ex prædictis. dicunt quod omnino celare debet. vt hic & in d. c. dilectus. ẽ. de offi. ordi. si sacerdos. In hoc dicit Host. hic, nos dicimus quod quicquid poterit bono modo circa hoc facere vt peccatum impediatur sine expressione personæ, & sine proditione confitentis hoc faciat, vt in primis concordantijs, proditionem vero confitentis quantumcunque malum exinde possit sequi, eidem non negamus, vt in vltimis concor. Posset tamen dici in prædicto casu cõtrarium. nec. n. est vera confessio, vbi non confitetur peccatũ cõmissum, sed committendum, de quo nec pœnitẽtia dari posset quod quilibet impedire tenetur, vt notari consueuit. ẽ. de iure iu. quemadmodum. §. vlti. j. ti. proximo si vere. &. c. quantæ. ff. de pac. l. si vnus. §. pacta. secundum Host. hic. Sed primam opinionem Rod. de pœni. dist. 6. sacerdos. qui exponit ibi verba in text. confitentur peccata. s. iam commissa, non intelligas de cõmittendis, quia si quis confiteretur sacerdoti quòd vult hominem interficere, vel aliquid aliud iniquum operari, nõ tenetur sacerdos omnino celare, sed tali personæ debet reuelare quæ possit prodesse, & non obesse, vt in d. c. hoc videtur. Et in hanc sententiam videtur declinare Archid. ibi in glo. quid si confiteatur. in fi. Et ad hoc bene facit quod no. Ioan. 2. q. 1. si peccauerit. super verbo proditorem, dicens, quod non est proditio reuelatio de peccato futuro, sed de præterito. Credo quod confessor nõ tenetur celare hoc peccatum committendum in vi sacramẽtalis confessionis, quia ibi non est, sed bene in vi secreti, vt dixi. ẽ. in primo membro, & hoc innuit dictum Host. ẽ. Et quod sequitur. j. in vers. si aliquod periculum. † Si peccatum est commissum, quod in confessione reuelatur tunc, aut per talem confessionem nescitur aliquod periculum futurum, aut scitur. Si nescitur tunc dicunt Petrus, & Thomas distinctio. 22. & frater Ioannes in summa confessionum hoc titulo. rubricella de confessionis celatione. quæstio. 91. post hæc &c. quod sacerdos in omni casu hoc celare tenetur vt hic. In sacramentis enim illud quod geritur exterius, signum est eius, quod geritur interius. Nam sicut Deus peccatum hominis tetigit interius, ita confessor debet tegere exterius, & ideo tanquam violator sacramenti peccat qui reuelat. Et præter hæc sunt multæ vtilitates huius celationis, quia per hoc homines ad confessionem magis attrahuntur, & simplicius peccata confitentur. Vnde etiam si prælatus præcipiat alicui dicere crimen alicuius, quod solum scit per confessionem, non tenetur obedire, nec excommunicatio propter hoc in eum lata teneret, nec in testem adductus tenetur de hoc aliquid dicere, & potest iurare quod nihil de hoc sciat, quia non scit vt homo, sed vt Deus. Et in hoc concordat Thom. in summ. c. quæstio. articu. 1. argumen. 2. & frater Ioann. in summ. confes. titu. de rapto. rubricella de testibus quæstio. 185. vtrum liceat, dicentes, quod de illis, quæ homini sunt commissa in secreto per confessionem, nullo modo debet testimonium ferre, qa huiusmodi non scit vt homo, sed tã quã Dei minister, & maius est vinculum sacramenti quolibet hominis præcepto, quorum dictum posui. ẽ. de testibus cogendi. dilectorum. in fine. Vnde quod plus est dicunt gl. Guilielmus super Ray. hoc tit. §. 31. ad aliud. & Rodoffredus & Archidiaconus, de pœnitentia distinctio. 6. sacerdos. gloss. adde. Hugo. credit

credit &c. q̃ sacerdos iudici quærenti etiam per iuramentũ potest respondere, nihil inde scio omnino: quia subintelligitur vt
49 homo, vel nihil scio etiam per confessionem: quia subintelligit, nihil scio. s. tibi reuelandum, sicut dicitur Marci. 13. de die illa & hora nemo scit neq; angeli in cœlo neq; filius. & subintelligitur, q̃ filius nihil scit ad reuelandum nobis. Et in hoc concordat frater Ioannes in summa confessionum hoc titu. rubricella de confessionis celatione. q. 92. quid si iudex. & Asten. lib. 5. titu. de confessione sigillo. q. quid si presbyter. dicens etiã q̃ huiusmodi quæstio. s. quando expresse quæreretur de sciẽtia p confessionem contemnenda esset, & quærẽs tanq; tyrãnus ad idolatriam, vel ad aliud mortale peccatum inducens obiurgan
50 dus, & ei esset in facie resistendũ. † Et præmissa de celando confessionem intellige secundum Innocẽtium, & Hostiẽsem hic nẽdum si sit sacerdos cui peccator est confessus, sed etiam si sit laicus cui peccator in necessitate cõstitutus in foro pœnitẽtia
53 li confitetur, vt de consecratione distinctio. 4. sanctũ est. & notatur. ẽ. de officio ordina. pastoralis. §. præterea. Nam quamuis talis non habeat, tamen in hoc Dei minister est, & omnino debet celare peccatorẽ, sicut & sacerdos. Nec ad testificandũ debet cogi: quia quasi eadẽ rõ est quæ in sacerdote. argumentum. ẽ. de constitutio. translatorum. in hoc concordat Thomas distinctione. 22. & frater Ioannes in summa confessionum. hoc tit. rubricella de confessionis celatione. q. 96. quid cum quis. & quæstio. sequ. Si aliquod periculum futurum sciretur per talem confessionem, vt de hæretico qui intenderet corrũpere, fidẽ populi, vel de dãno aliquo temporali futuro, vel de cõsanguinitate vel affinitate inter aliquos volentes matrimoniũ contrahere, tunc dicunt Thomas, & frater Ioan. in di. q. post hęc &c. q̃ debet adhibere aliquod remedium quãtũ potest sine reuelatione confessionis, sicut monendo eos qui confitentur vt desistant, & alijs diligentiam apponendo ne corrũpantur per heresim, vel alias damnificentur. Potest etiam dicere prælato, q̃ diligentius inuigilet super gregem suum, ita tamẽ q̃ non dicat aliquod per quod verbo vel nutu prodat confitentem. Et in ista conclusione concordat satis Hostiensis, hic & in summa. e. tit. §. in quo tenetur. versi. q̃ si aliquis. & Archidyaconus de pœn. distinctio. 6. sacerdos. gl. pone q̃ aliquis. Ray. tamen in summa eo. tit. §. 62. versicu. pone q̃ aliquis. & gl. Guiliel. in §. 61. de pœna. super verbo qui peccatum. & Innocen. hic ponunt opiniones quorundam, q̃ quando ex confessione scit aliquid vbi imminet aliquod futurum periculum, q̃ tunc possit reuelare talibus, qui possunt prodesse non obesse. argu. 22. quæstio. 5. hoc videtur. Sed hæc opinio omnino reprobatur à Tho. & Petr. & alijs theologis, vt dicit frater Ioannes in dicta quæst. posthæc. & bene vt credo. Et not. q̃ sub sigillo confessionis cadit p̃sona cum qua confitens confitetur se peccatum fecisse, quod dic vt plene notat Asten. lib. 5. tit. 20. de confessionis sigillo. quæstio.
50 vtrum sub sigillo confessionis. † Item nota q̃ quilibet alius à confessore audiens à proposito, vel à casu peccata confitentis, ignorantis q̃ alius à confessore audiret peccata sua, tenetur celare illa, & hoc ex præcepto iuris naturæ, & iuris diuini, & positiui, vt notat ipse ibi in q. vtrum alius. Idem de illo cui cõfessor reuelat confessionem alicuius si sciat q̃ ille qui dixit hoc sibi, nesciebat illud nisi per confessionem, vt no. ibi in q. vtrum ille
51 cui confessor. † Sequitur quãdo dicta, vel reuelata sunt alicui in consilio, & secreto extra confessionẽ, vt priuato, & tũc potest dici q̃ si illud sciat aliter extra cõsilium, vel secretũ, vel si sciat solũ in secreto, & de licentia reuelat, vel sine licentia, dũmodo peccatum sit committendũ, q̃ possit illud reuelare, sicut de cõfessione dictum est per regulam si illud, de quo minus videtur inesse & inest, & illud de quo magis. ẽ. de electio. cum in cũctis. in princip. cum ibi alle. Aliàs autẽ q̃ in casibus prædictis refert secundum Tho. in sum. c. q. artic. 1. argu. 2. & fratrem Ioann. in dicta quæstione vtrum liceat. quia quædam sunt homini sub secreto. Quando verò peccatum in secreto reuelatum est commissum, refert secundum Tho. in sum. c. q. ar. 2. & fratrem Ioannem in dicta quæstione vtrum liceat. quia quædam sunt homini sub secreto cõmissa seu reuelata quæ statim cum ad notitiã hominis venerint hõ ea manifestare tenet, puta si pertinet ad corruptionem multitudinis spiritualem, vel corporalem, vel in graue damnum alicuius personæ, vel si quid aliud est huiusmodi. quod quis propalare tenet, vel testificando, vel denunciãdo, & contra hoc debitũ obligari nõ potest per secreti cõmissum, quia in hoc frangeret fidem quam alteri debet. Quædam vero sunt talia quæ quis prodere non tenetur, & tunc nullo modo tenetur ea prodere etiã ex præcepto superioris, qa secretũ seruare, est de iure naturali. Nihil aũt potest præcipi homini contra id quod est de iure naturali, & sm hoc aliud est quando per secretũ scitur aliquod periculum futurum, & aliud quãdo per
52 confessionem sacramẽtalẽ, vt. ẽ. dictum est. † Et potest esse ratio, quia confessio sacramentalis continet secretum quod est de iure naturali, & continet ipsum fidei sacramentum quod est de iure diuino: ideo non mirum si astringat fortius ad celandum: quia duplex vinculum fortius ligat q̃ vnum. in auth. de consan. & affini. & vter. fratribus. §. j. collatio. 6. & ẽ. de treuga & pace. c. 1. in fine. Item lex diuina sacramentalem confessionem inducens superat omnem legem. 21. distinct. inferior. ẽ. de maiorit. & obedientia. cum inferior. cum concordantijs.

Super eo. c. & eod. §. Si quæris, quæ sit pœna illicitè reuelantis confes-
53 sionem secretum, distingue, aut quæris de reuelante confessionem, aut de reuelante secretum. Si de reuelante confessionem & tunc, aut talis est sacerdos, & tunc, † aut conuincitur de hoc per confessionem in iudicio factam. ẽ. de confes. capitul. fina. vel per testes qui hoc audierunt ab eo publicè dicente & asserente, q̃ talis tale peccatum in pœnitẽtia sibi confessus fuerat, argum. ẽ. de excess ib. præla. q̃ sit graue. Et tunc secundum hoc olim imponebatur pœna de qua de pœn. distin. 6. sacerdos. hodiè verò imponitur pœna istius. §. caueat. & illud per istud corrigitur. Vel potest dici secundum Hosti. hic, & in sum. eo. tit. §. in quo. versi. caueat. q̃ omnibus diebus vitæ suæ peregrinando pergit vt ibi dicitur. Intelligas tamen quãdiu est in pœnitentia temporali, puta vsq; ad septennium, vel decẽnium, vel plus, vel minus secundum q̃ est pœnitentia limitata. 30. quæstio. 1. si quis sacerdos. Quo elapso est in monasterium detrudendus, vt ibi perpetuam pœnitentiam agat, & sic vnũ ius suppletur per aliud. ff. de legibus. le, non est nouum. & ll. sequent. Sic igitur est talis sacerdos finaliter ad exemplum pœnitẽtis simoniaci, vel hæretici puniendus, vt. ẽ. de hæreticis. cap. penul. & de simonia. capit. quoniam. §. 1. in fi. Aut de hoc non conuincitur per confessionem, vel per testes, sed cõfitetur q̃ bene dicit quod talis parrochianus suus tale peccatũ commiserat, quòd tũ diceret qd̃ istud sibi in cõfessione reuelasset, hoc penitus negat, & tũc videt quòd nisi aliter conuinci possit per testes sacerdos absoluendus sit. Nã solus soli confitetur. vt. ẽ. eo. in principi. nec magis credendum est parochiano accusanti, q̃ sacerdoti neganti imo est reus in dubio absoluendus. 6. q. fina. actor. ẽ. vt eccle. benefi. capi. vnico. Econtra videtur. s. quòd in hoc casu standum est verbo accusatoris nisi sacerdos probare valeat quod ad ipsum aliunde peruenit. argumentum opt. 6. quæstio. 2. si tantum & ca. placuit. Tu dic secundum Hostiensem, quod ex quo non conuincitur hanc pœnam ordinariam non patietur, vt in iuribus primis allega, sed nisi probet quòd aliunde ad ipsum peruenit, siue ipsum parochianum de crimine conuincere nõ possit arbitrariè punietur, vt in secundis iuribus. argu. ff. de iniurijs. l. eum qui nocentem. in hoc concordat frater Ioa. in sum. confessio. eo. tit. rubricella de confessio. celatione. quæstio. 99. que
54 sit pœna &c. & Ioannes Andreas hic. † Aut talis non est sacerdos, sed est fortè laicus cui peccator in necessitate constitutus in foro pœnitentiali confitetur, vt de consecratione dist. 4. sanctum est. & no. ẽ. de offi. ordi. pasto. §. præterea. qui in hoc dei minister est, & oĩno debet celare peccatorem, sicut & sacerdos. Nec ad testificandum debet cogi, quia quasi eadem ratio est quæ in sacerdote, argumen. supra de constitu. translato. Et talis si peccatorem prodat non potest habere locum pœna huius. §. cum nec sacerdos sit. Sed cum certa pœna scripta non sit contra talem, arbitrariè punietur suprà de offic. delega. de causis. in fin. secundum Innocen. & Hostiens. Et in hoc concordat frater Ioann. hoc titul. in dicta rubricella. quæstio. 97. vtrum non sacerdos &c. dicens etiam idem in non sacerdotibus, qui interdum in necessitate sunt interpretes confitentis, qui tenentur celare confessionem. idem Asten. libro. 5. titul. de confessio. sigillo. ad fi. † Aut quæris de reuelante in secreto sibi re-
55 uelatum extra confessionem, & talem credo arbitrariè puniendum, vt in d. ca. de causis. lenius tamen quam in casu proximo præcedẽti, cum minus delinquat, licet vterque mortaliter peccet, & crimen proditionis incurrat.

1 *Romanæ ecclesiæ exemplaſ. quenda.*
2 *Membra capiti coaptanda.*
3 *Resurgemus in iudicio corporaliter.*
4 *Resurgemus in iudicio nudi.*
5 *Cadauera quare sepeliuntur vestita.*
6 *Eleemosinæ diuisio.*

7 *Spiritualia opera à quocunque facienda.*
8 *Monachus quomodo eleemosinam faciat.*
9 *Vxor quomodo eleemosinam faciat.*
10 *Eleemosinam quomodo domesticus faciet.*
12 *Eleemosina cui facienda.*
13 *Eleemosinæ faciendæ considerationes.*
14 *Eleemosina de quibus rebus facienda.*
15 *Medici ægrotos emungunt.*
16 *Meretrix an eleemosinam facere possit.*
17 *Illicitè tripliciter acquiritur.*
18 *Eleemosina qualiter facienda.*
19 *Eleemosinæ faciendæ considerationes.*
20 *Eleemosina an sit sub præcepto.*
21 *Pauperes facilius saluantur, quam diuites.*
22 *Eleemosina aliquando iuste denegatur.*
23 *Indulgentiæ an sæpius eodem die lucrentur.*
24 *Absolutio à pœna & culpa solus Papa conceditur.*
25 *Cœlestis ædificij columnæ.*
26 *Alæ ad volandum ad cœlum.*
27 *Indulgentiæ vltra concilium generale concessæ an valeant 29.*
28 *Priuilegio abutens id non perdit.*
30 *Electus ante consecrationem an indulgentias concedat.*
31 *Indulgentia est mixtæ potestatis.*
32 *Capitulum sede vacante an det indulgentias.*
33 *Papalis potestas an sit penes cardinales mortuo papa.*

1 Vm ex eo versic. formam. Si quæris vtrũ, consuetudo Romanæ ecclesiæ sit sequenda, & in quibus, distingue vt dixi suprà, de consuetu. cum olim. & de serijs. quoniam. † Vnde dicit Hostiensis hic, q̃ sequendum est exemplum sedis apostolicæ in huius formæ obseruatione, vt hic in sacramentorum exhibitione, vt suprà de tempo. ordinan. capitu. 2. de hæreticis ad abolendam. infidelitatis, iuramenti suffraganeorum receptione suprà de maioritate & obedientia. dilecti. in causarum diffinitione supra de re iudi. in causis. in morum obseruatione, vt legitur, & notatur supra de
2 constitutio. ex literis. §. fin. † Et breuiter, & generaliter debẽt se membra capitis coaptare. 11. distinctione, quis nesciat. ś. de præscript. cum non liceat. salua tamẽ ipsius sedis prærogatiuè vsurpatione, vt patet in eo quod legitur & notatur. ś. de transla. episcop. ca. 1. de tempo. ordinan. c. 1.

Super eo. c. versic. quoniam vt ait Apostolus. hoc habet. 2. ad Corinth. 5. cap. & aliqualiter habetur ad Roma. 13. Et si quæris vtrum homines post diem iu
3 dicij erunt vestiti, distingue. † Aut quæris de vestitu seu habitu intrinseco, & essentiali, puta carnis, seu corporis humani, de quo habitu loquitur Apostolus, ad Philippenses. 2. capit. ibi, & habitu inuentus est vt homo. Et constat, quod tales erunt vestiti, vt patet in symbolo Apostolorum, & in symbolo Anastasij. & primi ad Thessalo. 4. capi. ad Corinth. 15. capitul. Iob. 19. capi. ibi, & in carne mea videbo Deum saluatorem meũ. Et intellige de eadem carne in numero, quam gesserunt in hoc mũdo, vt ibi & expressius. 23. distinctio. capitul. qui Episcopus. ibi quærendum est etiam ab eo si credat huius, quã gestamus carnis, & non alterius resurrectionem. & ś. de summa trinitate. c. 1. vltra medium ibi, qui omnes cum suis proprijs corporibus resurgent, quæ nunc gestẽt &c. Hoc dico propter aliquos quos
4 vidi malè sentire de isto articulo. † Aut quæris de habitu seu vestitu extrinseco, & accidentali, & videt q̃ sic, tum quia in ecclesiã militante celebrantes & ministrãtes sunt inducti, ś. de sacramen. non iteran. capit. 2. de celebra. missa. ca. sanè, & per totũ. de consecratio. distinct. 1. vestimenta. Tum quia clerici mortui induuntur vestimentis sacris. arg. 14. quæs. 2. nullus. & no. Ioan. de consecratio. distinct. 1. nemo per ignorantiam. gl. 1. Tum quia Angeli semper apparent vestiti, & Christus in trãsfiguratione vestitus apparuit Matth. 17. vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix &c. Econtra videtur q̃ debeant esse nudi, Exodi. 21. dicit de seruo hebræo qui sex annis seruiuit filio Israel, q̃ in septimo egreditur liber gratis, & cum quali veste intrauit cũ tali exeat &c. & recitatur, 7. distinct. in sum. sed nullus cũ veste intrauit mundum; ergo nec cum veste exeat &c. Item quia in eadem forma erimus in qua fuit Adam ante peccatum, & etiã in meliori, sed ante peccatum nudus fuit: ergo post diem iudicij nudi erunt homines: quòd credo verũ esse: quia tũc nulla deformitas erit in corporibus beatorum, quam oporteat tegi. Et
5 hæc quæ fiunt mortuis fiunt in figuram. † Omnes enim sepeliri debent aliqua veste induti, ad ostendendum, q̃ indumento virtutum, & beatorum operum vestiti sunt repræsentandi domino secundum petr. & Hugo. & Archidya. in dicto. c. nemo per ignorantiam glos. antepenult. De damnandis verò non est cura, quia illi ibunt in ignem æternum, vt in symbolo Anastasij. Et quia hic loquitur de spe, vide plene de spe, & de desperatione per Asten. libro. 2. titul. de spe, & de charitate & odio, vide ibi in titu. sequen.

Super eo. c. §. cum igitur. Si quæris quis possit & debeat facere eleemosinam, & cui possit &, debeat fieri, & de quibus rebus, quomodo, & qualiter, & quan
6 do est sub præcepto, & quando non, distingue. † Aut quæris de primo. ś. quis possit & debeat facere eleemosinam: & tunc refert: quia quædam sunt eleemosine corporales puta septẽ quæ his versibus continentur: Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo. Quædam spirituales quæ his continentur versibus: Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora. de quibus dixi su-
7 pra de spon. inter opera. distingue nunc. † Aut ergo quæris de eleemosinis spiritualibus, & illas, quilibet ad hoc aptus debet & potest facere; sicut alia opera charitatis suprà de testi. in omni. & in dicto. capit. inter opera. de accusationibus. ex parte. 2. quæstio. 1. si peccauerit. Et notabiliter dico quilibet ad hoc aptus. secus si esset inhabilis respectu eleemosinæ largiendæ, vt religiosus vel secularis promotus ad sacros ordines, vel alius inhabilis ad matrimonium contrahendum, qui illud opus charitatis de quo in dicto capitu. inter opera exercere non potest, suprà qui clerici vel vouen. per totum infra de voto. capit. vnico. libro. 6. de consanguinitate & affinitate. capitu. vnico. in clem. Aut quæris de eleemosinis corporalibus: & tunc, aut quæris, vtrum quis possit & debeat eas facere pauperibus in extrema necessitate constitutis, & dic quòd sic, vt infrà dicam quantuncunque sit excommunicatus, vel peccator notorius. 86. distinctio. non satis. in fin. quod dic vt not. Innocentius & Hostiensis, infrà de sententia excommunicationis. cum volũtate.
8 ibi dicam. † Aut alijs, & tunc aut: quæris de religiosis, & tunc si sunt simplices non habentes administrationem, vel habentes inferiores cum Abbatibus aliàs vt in Abbatibus dic vt dixi suprà de tempo. ordinan. ad aures. Si sunt Abbates, tunc dic idem quod in secularibus. Aut quæris de secularibus & tunc, aut quæris de vxore, aut de filiofamilias: aut de seruo, vel ancilla, vel alia familiari: aut de alijs. † Si de vxore, tunc aut quæris vtrum pos-
9 sit & debeat dare eleemosinam de licentia viri sui, & dic quòd sic: distingue vt notat Hostiensis in summa eodem titul. §. quibus & qualiter. sub. §. quid de vxore. pro quo. ff. de donationibus. l. 2. & de donatione causa mortis. l. tam is. §. 1. Aut sine licẽtia ipsius mariti: & tunc dicit Ioannes. 33. quæstio. 5. quòd de pari. quòd non potest facere eleemosinam sine licentia viri de rebus dotalibus, quorum dominium est de iure naturali penes mulierem, de iure vero ciuili penes maritum. C. de rei vendicatione. l. docc. vnde rebus dotalibus intelligitur illud capit. quod Deo pari. Sed de parafernalibus potest: cum quo satis concordat ibi Hugo. dicens, quod de rebus viri, vel de communibus, nõ potest, de proprijs potest; etiam viro inuito. argumen. C. de pactis conuent. l. hac lege. Quod dictum est de proprijs seu parafernalibus, approbant Raymundus in summa de negocijs secularibus. §. item quid de de vxore. & glosa ibi, & Hostiensis in summa eodem titulo. §. quibus & qualiter. versiculo, quid de vxore. De rebus autem viri, scilicet de pane & vino, & similibus, quæ de bono & approbato more consueuerunt ad dispensationem vxoris pertinere, potest & debet moderate dare pro Deo, informans sibi conscientiam, quod maritus debeat hoc ratum habere, quod sibi non displiceat in corde, licet fortè hoc aliquando prohibuerit ore: Solent enim mariti facere talem prohibitionem vxoribus absolute, vt sic temperent eas non à toto sed ab excessu, quando suspicantur, debet etiam informare sibi cõsciẽtiam ex calamitate & miseria pauperis, de quo credit, quod si maritus eũ videret ei porrigeret. arg. inst. de obligationibus. quæ ex delicto nascũtur. §. placuit. Si aũt oĩno & præcisè credit, & dicit sibi cõscientia q̃ marito displiceret, & scandalizaretur, indelsi daret, nec põt conscientiã aliter informare: tunc nullatenus det cum scãdalo mariti. sic intelligunt dictũ. c. q̃ deo pari. quia nec votũ põt emittere sine consensu viri. 33. q. 5. vna. & c. manifestũ. & c. noluit. nisi videret pauperẽ famæ morientẽ: ga tũc posset eleemosinã facere sine licentia sponsi sui. Summistæ cũ Ray. & Host. concordãt Tho. in su. art. 8. & in scriptis. & Albertus. Addit tã Albertus, q̃ si vxor nõ habet res parafernales, si tamen esset lucrosa laboribus suis, vel plus, q̃ maritus, adhuc potest

potest eleemosinam dare. Si autem nec res parafernales habet nec est lucrosa, dicẽdum videtur q̃ non debet dare sine cõsensu viri sui, nisi forte panẽ, & vinũ &c. quæ in quotidiano vsu sunt domus, & hoc moderate, & in his concor. frater Ioannes in summa confessionum tit. de negocijs secularibus. rubricella, vtrum de illicitè acquisitis possit fieri eleemosina. q. 28. sed
10 quid de vxore: † Si quæris de filiofamilias, distingue, quia aut dat de consensu patris, & hoc facere potest. ff. de colla. l. 1. & de donatione causa mortis. l. tam is. §. 1. Aut sine cõsensu patris: & tunc dicit Hostien. in dicto capitu. quibus & qualiter. ś. quid de filiofamilias. de castrensi & quasi castrensi peculio potest facere eleemosinam, nam quantum ad illud paterfamilias censetur. ff. ad macedonianum. l. 1. §. fina. & l. 2. C. de inofficioso testamento. l. si. De aduentitio autẽ vel profectitio, quãuis primum suum sit quo ad proprietatem, secũdum quo ad spem successionis, & sic intelligẽ quòd quodammodo dominus rerum paternarum etiam viuente patre intelligitur, instituta de hære. quali. & differen. §. sui. nõ potest nec debet facere eleemosinam nisi sicut dictum est in monacho & vxore, & in his casibus in quibus põt alias donare de quibus per Hostien. in summa de donationibus. §. quis possit donare. versi. quod dixi &c. & in hoc concordat Tho. in sum. arti. 8. arti. 3. & Albertus in scriptis. & frater Ioan. in sum. confes. dicto titu. de negotijs secularibus. rubricella vtrũ de illicite acquisitis eleemosina fieri
11 possit. quæstione. 31. quid de filiofamilias. † Si quæris de seruo vel ancilla vel alio familiari, tunc dicunt Tho. in scriptis vbi. ś. & frater Ioan. in dicta rubricella. q. 32. vtrum. seruus &c. quod de istis dicendum est sicut de filiofamilias dictum est. ś. quòd non possunt eleemosinas dare de rebus dominorum suorum sine eorum consensu, nisi panem & huiusmodi quæ non inferunt sensibile damnum, seu nocumentum, qui & si sit dispensator rerum, non tamen ponitur dispẽsator quasi potestatem aliquam in re domini habens, sed quasi tractãs eam ad vtilitatem domini, de precio aũt sui seruitij constat quòd potest eleemosinam dare quando vult & quantum vult. Si quæris de alijs dic
12 quod illi possunt & debent, vt hic. † Aut quæris de secundo. ś. cui possit & debeat fieri eleemosina, & tunc aut quæris de eleemosinis spiritualibus & illæ possunt & debent fieri omnibus ad hoc capacibus & idoneis. vt in d. c. inter opera. Aut de corporalibus & tunc aut quæris de pauperibus in extrema necessitate constitutis, & illis fieri debẽt de necessitate præcepti, vt statim dicam. 86. dist. pasce. & hoc nedum bonis sed etiam malis. ita intellige Mathæi. 5. qui autem petit à te, da ei. & Lucę. 6. omni petenti te tribue. iuxa quod etiam dicitur Lucę. 11. & 12. quæstio. 1. quia tua. quod superest date eleemosinam & ecce omnia munda sunt vobis. Expone qui petit à te. ś. ex necessitate & indigẽtia, da ei. ś. ex charitate & beniuolentia. Et quod dicitur ad rom. 12. & 23. quæstione, 4. c. hæc autem. si esurierit inimicus tuus ciba illam. si sitit potũ da illi. Et intelligitur hoc præceptũ de his quæ iustè & honestè dari possunt, res autem quæ est necessaria, ita quod nullo modo ea carere possum, non potest dari honestè. Res vero aliena non potest iuste dari. Et nota quod licet proprie loquendo nullus possit sibiipsi eleemosinam facere cum eleemosina sit opus misericordię, quæ misericordia non est propriè adse. Tamen ex persona alterius potest sibi forte eleemosinam facere; vt cum quis eleemosinarũ ponitur distributor, potest & ipse accipere sibi si indigeat eo tenore quo alijs administrat. Sed quia ad subueniendum sibi in corporalibus, natura satis inclinat, ideo de hoc non oportuit dari præceptum, sed solum de subueniendo animæ, ad quod nõ multi inclinantur, vnde dicitur ecclesiastici. 39. Miserere animæ tuæ placens Deo. hoc notat Asten. lib. 5. titu. de elemosina. articu. 6. Aut de alijs quam de ribaldis quotidie ludentibus ad asardum, & illis fieri potest & debet vt hic. Distinctione tamẽ habita inter illos qui petunt eleemosinam ex debito vt prædicatorũ, & prælati, qui si sint noti eis & constet eos missos sunt recipiendi, alias sunt primo examinandi, an tale officium sit eis commissum. Et illos qui petunt pro sustẽtatione corporis, quo. casu si potest omnibus sufficere, omnibus dare debes. 42. dist. quiescamus. ad idem actuum. 4. & 32. dist. ca. si qui vero. ibi diuidebant autem singulis prout cuiq; opus erat. † Si nõ
13 potes omnibus sufficere, tunc dicit Ambrosius nouem esse cõsiderandа ś. causam. fidem, locum, tempus, modum, necessitatem, sine sanguinis propinquitatem, debilitatem, ætatem, conditionem, siue nobilitatem, quod dic plene vt legi. & nota. in dic. quiescamus. glo. ergo omnibus. & 86. dist. non satis. & plenissime per fratrem Ioan. in summa. confes. titu. de hospitalitate. q. 6. quibus danda sit eleemosina. Aut quæris de illis ribal-
14 dis qui ludunt quotidie ad asardum, & talibus non debemus facere eleemosinam, argumento. C. de mendicãtibus validis. extra ciuitatem expellen. l. vnica. libro. 11. 42. distin. quiescamus. 86. dist. qui venatoribus. vt hoc no. Bernardus & Archidyaconus. 23. q. 4. nimium. Quod intelligo verum de illis eleemosinis quæ tendunt ad alimenta seu sustentationem corporis, sicut est pascere, potare, vestire, & hospitare. Nam cum sint immeriti dignum est vt egestate laborent. ff. deposi. l. bona fides. Secus de alijs vt visitare infirmum, redimere captiuum, & sepelire mortuum cum ecclesia redimat, & sepeliat omnes tales. 10. q. 1. hoc ius porrectũ. 12. q. 2. aurum. ś. de sepult. per totum. † Aut quæris de tertio. ś. de quibus rebus fieri possit & de beat, & tunc aut quæris de rebus licite acquisitis, & de illis regulariter fieri potest vt hic. Vnde Tho. 12. eleemosina à morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam æternam. qui autem faciunt peccatum & iniquitatem hostes sunt animæ suæ, & prouerbio. 13. redẽptio animæ suæ viri diuitiæ suæ. nota tamen quòd indignum est dare Deo, quod dedignatur homo. 49. distinct. c. vltimo. Aut de rebus illicitè acquisitis, & de illis vide qd̃ dixi. ś. de deci. peruenit. dist. 1. versic. Aut quæris de iniustè & illicitè &c. de hoc etiam notat Bereo. tit. ex transmissa. &. ỹ. de verbo. significatio. c. causa carpensis. & Ioan. 1. quæstio. 1. non est putanda. gl. hic dicitur vbi Archidya. in glos. adde. Circa hanc materiam sic distingue breuiter, quæruntur aliqua aliquando licitè aliquãdo illicitè. Si licitè, aliquãdo à bono, ex talibus bene acquisitis potelt eleemosinas licitè facere. 14. q. 5. eleemosina. Aliquando à malo, & tunc nõ sunt ei eleemosinæ vitæ æternæ meritoriæ. 14. q. 5. scriptũ est. Expedit tamen agere illud consilium interim quicquid boni potes age, vt dominus cor tuum illustret ad pœnitent. am. de pœni. dist. 5. falsas. Si illicite, aut nõ sunt in bonis alicuius domini talia illicitè acqsita, puta clericꝰ vel Episcopꝰ vel monachus, deditus venationi, ex venatione aliqua acquirit cõtra ea quæ leg. & notã. ś. de cleri. venato. per totum. & extra de statu monacho. ne in agro. §. porro. in clemẽti. & eo casu ex istis illicitè acquisitis possunt fieri eleemosinæ. Aut sunt in bonis alicuius domini, & tunc, aut acquirũtur inuito domino, quo casu nullo modo potest facere eleemosinas. 14. q. 5. forte. & in hoc casu concurrunt vis compulsiua, & vis ablatiua, & sic est vsura secũdum quosdam. Aut domino ignorante, quo casu nec eleemosinam facere potest. 14. q. 5. immolans. in hoc membro cadunt quod res inuentas non habitas pro derelicto abscondunt. 14. quæst. 5. si quid inuenisti. Aut domino tradente, & tũc, aut versatur turpitudo ex parte accipientis tantum, quo casu non potest accipiens eleemosinam facere. † In hoc membro secundũ
15 quosdam cadunt vsurarij, & aduocati exigentes immensa salaria & immoderata, sic & medici qui per immoderatã improbitatem plurima extorquere solent. 14. q. 5. non sane. Aut ex parte dantis tantum vt quod datur meretrici, & hoc accipiens eleemosinas facere põt. Aut vtrunq;, vt in pecunia simoniacę acquisita, quo casu non contingit eleemosinã fieri. vt in dicto. c. non est putanda. In hoc membro cadunt data iudici propter iniustum iudicium. 11. q. 3. c. non licet. Sic & data testi propter iniquum testimonium. 14. q. 5. non sane. † Sic secundum quosdã & data meretrici vt se strupo supponat, quo casu secundum eos etiam post pœnitentiam meretrix ex sic quæsitis eleemosinam facere non potest, iuxta illud deuteronomij. 33. non offeres mercedem prostibuli. Alij dicunt quòd post pœnitentiã
16 potest, dicunt quòd illa auctoritas locum habet quãdiu meretrix est in peccato mortali, siue in prostibulo. Alij dicũt quòd ex tam turpi quæstu non sunt oblationes faciendę, possunt tamen inde fieri alię eleemosinę. Sic non licuit triginta denarios mittere in corbanam, quia precium sanguinis erant, sed licuit agrum figuli emere in sepulturam peregrinorum, hęc Archid. ibi circa hoc etiam distinguit Ray. breuius in summa titu. de negocijs secularibus. §. 7. Item quæritur & Tho. in sum. q. arti. 7. & in scriptis super quarto sententia. distinctio. 15. & Petrus & Albertus ibidem cum quibus concordat frater Ioannes in summa confessio. de negocijs secularibus. q. 21. vtrum de illicitè acquisitis. † Dicentis quòd tripliciter potest aliquid esse illi
17 citè acquisitum. Vno modo quòd illicitè acquisitum debetur ei à quo est acquisitum, & de tali cum teneatur ad restitutionẽ fieri eleemosina non potest. hoc idem notat Innocen. in dicto capit. ex transmissa. ita etiam potest intelligi quod ipse not. in dicto. c. cum voluntate. glosa. 3. & Hostien. post eum. Alio modo quia ille qui acquisiuit non potest retinere, nec tamen debetur ei à quo acquisiuit, quia. ś. contra iustitiam accepit, & ille

ille contra iustitiam dedit, vt in simonia, vbi vterq: contra legem Dei agit, & hoc debet in pias causas erogari arg.no.ẽ.de simo.de hoc. Tertio, non quia ipsa acquisitio sit illicita, sed quia id ex quo acquiritur est illicitum. in his quidem transfertur dominiũ, nec competit repetitio, vt patet de eo quod mulier acquirit per meretricium, & illud retineri & de eo eleemosina fieri potest, sed non oblatio publica ad altare, vel sacrificium, & ita intelligitur illud deuteronomij. 23. nõ offeres mercedem prostibuli &c. & hanc distinctionẽ approbat Augusti. 14.q.5, non sane. Sic & de ijs quæ de histrionatu acquiruntur, vel ex improbitate officiali qui interdum excorquet à subditis, aliqua eleemosina fieri potest, vt ibi. hæc distinctio satis cõ
18 cordat cum præcedenti. † Aut quæris de quarto. s. quo modo est facienda, & qualiter, & dic quod liberaliter, & largiter vt patet. 86. distin. non satis. 45. distinctione duẽ. &. ẽ. de donatio. c. 1. secundum Hostien. hic. Et intellige largiter pensatis facultatibus dantis. vnde Thobiæ. 4. si multũ tibi fuerit habundanter tribue, si exiguum tibi fuerit etiam exiguum libenter impartire stude. Item non ad vanam gloriam, nam eleemosinam dare ad vanam gloriam peccatum est. argumen. 23. q. 1. noli. & 24. q. 1. odi. & no. Ioh. 1. q. vide quantum glo. 1. & plenius Archidia. de pœnit. distin. 1. qui vult. glo. 2. † dicens secundũ Ray.
19 quòd circa hoc tria sunt consideranda. s. iustum, ordo, & intentio. Iustum, vt. s. de iusto fiat, non de illicite acquisitis. 1. q. 1. nõ est putanda. Ordo, vt primo sibi, deinde proximo, vt in. c. alle. qui vult & in euangelio Mathei. 7. Lu. 6. & 3. q. 7. c. infames. §. porro hypocrita eijce primo trabẽ de oculo tuo, & tunc prospicies vt educas festucã de oculo fratris tui. & Salomon miserere animæ tuæ placẽs Deo. ecclesiastici. 30. & in c. alleg. qui vult. Intentio recta vt fiat propter Deum, non ad vanam gloriam, ne sicut ait Gregorius vnde cœlum meriri poterat, inde
20 minimum transitorij sermonis quærat. † Aut quæris de quinto. s. quando est sub præcepto & quando non, & dic secundum Tho. in sum. q. 32. articul. 5. quod quia præcepta dantur de actibus virtutum, necesse est quod hoc modo dominum eleemosinę cadat sub præcepto, secundum quòd actus est de necessitate virtutis. s. secundum quod recta ratio requirit, secundum quam est aliquid considerandum ex parte dãtis eleemosinam, & aliquid ex parte eius cui est danda. Ex parte quidem dantis considerandum est, vt id quod est in eleemosinas erogandum, sit ei superfluum non solum respectu sui ipsius quod est. ẽ. id quod est necessarium naturę siue vitæ proprię, sed etiam respectu aliorum quorum cura sibi incumbit, quia prius oportet q̃ vnusquisq; sibi prouideat, & his quorum cura ei incumbit, & postea de residuo aliorum necessitatibus subueniat, ratione quorum dicitur necessariũ personę secundum quod personæ dignitatem importat. Ex parte autem recipientis requiritur quod necessitatẽ habeat, alioquin non esset ratio quare ei eleemosina daretur, sed cum possit ab aliquo viro omnibus necessitatem habentibus subuenire, non omnino necessitas obligat ad præceptum, sed illa sola, cum is qui necessitatem patitur sustentari nõ potest. Vnde dic breuiter quod dare eleemosinam de superfluo est sub præcepto, & similiter dare eleemosinã ei qui est in extrema necessitate, de hoc loquitur Lucæ. 11. 12. q. 1. quia tua. 86. distinctione pasce. ad idem Mathei. 7. cap. & in princip. decretorum. Quæcunque vultis vt faciant vobis homines & vos eadem facite illis. Alias autem eleemosinam dare est in consilio, sicut & de quolibet meliori bono notantur consilia. Et dic quòd superflua de necessitate præcepti sunt erogã-
da, quia licet istius sint quantum ad proprietatem, tamen aliorũ sunt quoad vsum. s. qui ex eis sustentari possunt, vt hic notat plene Archidiaconus. 47. distinctione si cut 2. super verbo indigentibus. & plenius frater Iohannes in summa confessio. titulo de hospitalitate ordinandorum. q. 4. vtrum dare eleemo-
21 sinam † Et hinc est quod Hostien. notat. ẽ. de iude. ad liberandã. in parte decisa. & Ioannes Andreas post eum super verbo ligandi, quod pauperes facilius saluantur quam diuites, quia facilius faciunt quod possunt, dominus autem interrogat cor non
22 manum. 14. q. 5. si quid inuenisti. & 15. q. 6. ca. 1. ad finem. † Ad hoc no. quo licet negare rem petenti aliquando propter propriam indigentiam, sicut excusat se mulier Helie. 3. regum. 19. Aliquando propter petentis sufficientiam, Hieronimus, diuitibus dare nihil aliud est quam perdere. 1. q. 2. pastor. Aliquando propter petentis malitiam, ecclesiastici. 12. bene fac humili & non dederis impio. Aliquando propter conferendi melius prouidentiam secundum id, desudet eleemosina in manu tua, donec inuenias cui des: quòd forte sumptum est ecclesiastici. 29. eleemosina viri quasi sacculus. cum ipso hoc notat Asten. lib. 1.

de præceptis euangelij articu. 7. & in præmissis omnibus satis concordat ipse Asse. lib. 5. titu. de eleemosina per totum. Item nota quod nedum de alijs acquisitis, sed etiam de eleemosinis eleemosinę sunt faciendę. argu. 16. q. 1. decimæ. & 23. q. 4. duo ista, vt notant Goffre. & Laurentius. 86. distinctione non satis.
23 in fi. & Archi. in d. c. duo ista. † Sed quid dices si eadẽ psona plures eadẽ die cõuenit ad locũ, pro quo indulgetur remissio, vel sępius dat denarium, dic quod sępius habebit indulgentiam, argumen. eorum quæ leguntur & notantur. 6. q. 1. imitare. vt notant Vincen. hic & Specula. titu. de sentẽtia & ijs quæ ipsam sequuntur. §. species autem. versic. sed pone in statuto ciuitatis. Et in quarta parte titu. de eleemosinis colligendis. alias est tit. de pœniten. & remissio. §. sciendum. versi. quid si eadem persona. & Archidiacon. in d. c. imitare. gl. fi. & j. eo. c. fi. super verbo conceduntur. in fine. & Asten. libro. 5. titu. 39. de indulgentijs, articu. 2. q. vtrum quoties. Sed Thomas dicit hoc verum quando indulgentia est perennis. Si vero sit ad tempus determinatum, vt cum dicitur quicunque iuerit vsq; ad tale tempus ad talem ecclesiam, habeat tantum de indulgentia, intelligitur tantum semel. Sed quia bona diuersitatis ratio mihi non oc-
24 currit, primam opinionem credo veriorem. † Item scias quod absolutionem à pœna & à culpa solus Papa concedere potest, vt innuit Hostien. in summa eo. ti. sub rubricella, de remissio. §. quibus prosunt. versi. quid ergo si Papa. & versi. fina. Et hoc expresse notant Hostien. & Ioannes Andreas. ẽ. de iude. ad liberandam. in parte decisa super verbo ligandi atq; soluendi. &. G. & Gencel. extra de priuileg. capitu. 1. super verbo culpa. in clemen. Item per istum versic. & nos per hæc dicunt quidam, quod regnum Dei potest emi precio, quod tamẽ nihil est spiritualius, de pœni. distinctione. 1. medicina. sed hoc falsum est. s. regnum Dei emi: Sed ex misericordia meritis pendentibus acquiritur, vt in dicto capi. medicina. & 13. q. 2. animæ. vt no-
25 tant Ioannes. 1. quæstio. 1. ordinationes. glos. 1. † Et vide quod notat Hostie. in sum. eo. tit. §. quis sit effectus. in fine. vbi dicit quod sunt quatuor colũnę cęlestis ędificij quibus sine astu diabolico potest quis ad cœlũ leuari. Prima columna est, vt despicias mundum. quia ipse perit, & concupiscentia eius secundũ apostolum. 23. quæstio. 5. capitu. quid ergo. Secunda columna est vt neminem despicias, quia nescimus qualis vnusquisq; in die iudicij apparebit. 11. quæstio. 1. sacerdotibus. 45. distinctione, vera iusticia. Tertia est, vt despicias teipsum, non tamen quo ad virtutes & opera ipsarum, sed quo ad hoc ne credas nimis valere. 30. distinctione. si quis virorum. Quarta est, vt contemnas te sperni, quia secundum Apostolum, si hominibus cõ placeres seruus Christi non esses. 2. q. 7. accusatio. vnde versus.
26 Spernere mundum, spernere pullum, spernere sele, spernere se sepui, hæc quatuor bona sunt. † Adhuc tamen alię necessarię sunt ad volandum, alias autem volare non poteris & sunt hæc, fides recta & vera spes firma, ex vno latere charitas geminata ad Deum & proximum ex altero. Item suffragia quibus peccata tolluntur. 13. q. 2. animæ defunctorum. vnde versus ponit Petrus de samp. ẽ. de sepultu. capitul. vltimo. & Ioannes Andr. post eum: Missa frequens, sanctęq; preces ieiunia sacra. Defunctis prosunt prodest elemosina crebra. &c.

Super eo. c. §. ad hæc.

Si quæris, vtrum indulgentiæ ab vno vel pluribus Episcopis in ecclesiarum dedicationibus, vel alijs quibuscunque casibus concessę valeant: si statutum excesserint conci-
27 lij generalis † Iohannes & Bernard. hic in glosa final. dicunt quòd valent in totum, nedum infra statutum, sed etiam vltra. Sed Hostien. hic contra, dicens quod in nullo valent etiam in eo quod est infra statutum, argu. ẽ. de priuile. tuarũ. §. 1. cuius opinionem approbat Cardina. j. eo. c. vltimo libro. 6. pro qua opinione bene facit illud. c. vbi dicitur, quod tales indulgentiæ vires non obtinent per quod reprobatur prædicta opinio Ioan. & Bernard. Sed Archidiaconus & Ioannis Andreæ ibi dicunt quod licet indulgentia non valeat in eo quod excedit vt ibi, valet tamen in eo quod non excedit & quod poterat seu poterant dare. argumen. j. de desponsa. impube. ca. vnico. §. 1. lib. 6. Quia regulariter vtile per inutile non vitiatur. 12. q. 5. qui Ioannes. 17. q. 4. quæstio. de consecrat. distinctione. 4. si non sanctificatur. ff. de vsuris. l. placuit. j. de regulis iuris. c. vtile. libro. 6. Specialiter in separabilibus sicut hic, vbi agitur de numero dierũ. ff. de aqua quotidia. & æstiua. l. 1. §. Trebatius. Pręterea hæc est quædam liberalitas, & in liberalitatibus, vel donationibus dicimus quòd tenetur vsq; ad legitimũ modum, & in residuo non. C. de dona. scimus. 12. q. 2. si quos de seruis. & hoc puto
28 verum, nec obstat. 11. quæstio. 1. priuilegium. † quia qui abutitur priuilegio non perdit illud, licet mereatur perdere vt ibi secundum Archidya. & Ioan. Andre. in d. c. fina. idẽ tenet Asten. lib. 5. tit. 39. de indulgentijs. art. 3. versi. si tamen Episcopi. vbi etiam dicit quod qui indulgentiam recipit, illam alij dare non potest, & de materia huius. §. vide quod notat Hostien. in summa eo. titu. sub rubrica de remissionibus. §. quis possit facere. Et nota secũdum Hostien. hic quod si metropolitanus & Episcopus diocesanus simul conueniant ad vnam basilicam dedicandam. i. consecrandam, & quilibet ipsorum annum dederit, vnusquisq; subditorum Episcopi biennium reportabit, & singuli de prouincia annum tantum modo reportabunt, vt patet hic, & in eo quod legi. & nota. ẽ. eo. quod autem. &. j. c. 1. idem videtur tenere Guliel. j. eo. c. fina. glo. vlti. libro. 6. Sed Ioannes Andreas hic & ibi contra per hanc literam. Item quia sequere tur quod si omnes Episcopi prouincię conuenirent ad illã consecrationem, & quilibet daret annum, & Archiepiscopus, annum, quod quilibet prouincialis haberet biennium contra mẽ
29 tem huius literę, & hoc tutius. † Item nota secundum Speculatorẽ in quarta parte hoc titulo, alias est Rubrica de eleemosinis colligendis. §. sciendum. in fine. versicu. quid si ipse & c. & Vincen. hic, & Ioannem Andream post eum, & Guliel. j. eo. tit. c. vltimo super verbo conceduntur. libro. 6. quòd Episcopus vel Archiepiscopus concedens indulgentiam generalem propter aliquod opus meritorium non consequetur illam indulgentiam nec erit particeps ipsius remissionis licet faciat factũ illud sicut & alij. argumen. C. ne quis in causa sua ius sibi dicat. l. vnica. & de solutio. inquisitio. ff. loca. & conducti. l. qui insulã. §. vltimo. Ad idem, ẽ. de institutio. capit. fina. de baptis. debitũ. & hoc secundum Guliel. expresse probatur. ẽ. eo. quòd autem. Sed quidam theologi vt Petrus in quarto suo. & Thomas & Asten. lib. 5. tit. 39. de indulgentijs. arti. 5. q. vtrum indulgentia, dicunt quod si non prodesset indulgentia ipsi concedenti, iam contingeret quod esset deterioris conditionis quam alij sibi subditi, quod esset inconueniens. Et ideo dicunt quod quamuis Episcopus non possit sibi dare indulgẽtiam primo & principaliter & directẽ, vt. ẽ. eodem, q̃ autem. potest tamen vti indulgentia alijs data sub eadẽ forma & sic sibi sicut & alijs prodest, pro quorum opinio. bene facit. ff. de pactis. l. cum in eo. de administratione tutorũ. l. cum hæreditas. de his quibus vt indig. l. post legatum. §. sunt qui putant. &. l. tutorem. C. de contrahenda emptione. l. cum ipse. j. de præben. hi qui. §. 1. libro. 6. melius. ff. de in ius vocando. l. sed si hac lege. §. 1. & quod notat ipse Guliel. j. de constitutioni. vt animarum. gl. hic habes q̃ Episcopus versi. idem credo si ipse Episcopus. & de senten. excommuni. romana. §. porro. super verbo fecerint. lib. 6. vbi tenet quod in statuto penali excommunicationis comprehenduntur Episcopus statuens, & eius successor, si qua velint ergo
30 idem & multo fortius in statuto fauorabili indulgẽtiæ, seu remissionis. argumento. j. de regulis iuris. c. odia. libro. 6. & in cõcordantijs ibi allega. Quæ opinio est æqua & pia. † Et vtrum electus confirmatus, non consecratus, & si sacerdos non sit, has solennes indulgentias dare possit, videtur quod sic, cum sint iurisdictionis. ẽ. eo. quod autem. quam ille habet. ẽ. de electioni. transmissam. hoc tenet Thomas & Asten. lib. 5. titu. 39. de pœnitentijs. arti. 3. q. vtrum aliqui. Sed contra secundum quosdã sunt Episcopalis ordinis, & procedunt ex potestate clauiũ, & per eas pœnitentiæ eneruantur, vt hic. Hosti. ẽ. de excesi. præla. accedentibus. dicit quod hoc non potest, cum caret Episcopali & sacerdotali ordine, sicut Episcopus qui renunciauit oneri caret iurisdictione. ẽ. de ordi. ab Episcopo. c. 1. Duo vero imperfecta facere possunt vnum perfectum, ita quòd si alius Epi
31 scopus ad ecclesiam talis confirmati descendat de ipsius licentia poterit suis subditis indulgentias dare sicut, & illos posset ordinare. de hoc. ẽ. de electio. suffraganeis. † Et sic secundum eũ indulgentia est mixtę potestatis. s. quia partim accedit ad ordinem, partim ad iurisdictionem. Fatetur tamen quod de cõsuetudine electi non presbyteri has indulgentias etiam presbyteris faciendas committunt, maxime quando prædicant. Ipse tamen dicit quod in non sacerdote irrationabilis sibi videtur hęc consuetudo, cum fori sacerdotalis sit pœnitentias imponere, & diminuere, quod idem est in effectu quòd indulgentias dare. Ioannes Andreas dicit in d. cap. accedentibus. & frãciscus vercellis in decretali, at si clerici. de iudicijs, tractans hanc quæstionem tenet quod confirmati in Episcopos etiam si sint presbyteri indulgentias dare non possunt, dicens, quod & si dicatur q̃ dare indulgentias non sit ordinis Episcopalis, negari non potest quin sit ordinis sacerdotalis. Illas autem ex quo in Episcopum confirmatus est vt simplex sacerdos concedere nõ potest

p decretalẽ quod sicut. de electione. & ne videatur decrescere. ẽ. de transla. licet. 93. distinctione. legimus. Et eadem ratione dicit idem de benedictione fontium, & de vnctione infirmorum, & similibus, inducit etiam quòd vbi Papa de indulgẽtijs loquitur de Episcopis mentionem facit vt hic, &. j. c. proximo. & sic non de electis. Nec obstat illa decreta. accedentibus. in fine. quia secundum eum non dicitur ibi quod talia per inferiores prescribi. quod si diceretur, procedat illud in Abbatibus qui possunt presbyterale officium exercere, sed confirmati in Episcopos id non possunt, vt dictum est. Sed Ioannes Andreas dicit ibi quòd licet de Archiepiscopo non habente pallium habeamus quòd impeditur etiam in officio Episcopali, vt nota. in allega. capit. quòd sicut. tamen de Episcopo vel Abbate non habemus quòd ante cõsecrationem vel benedictionem impediatur in officio presbyterali, non habet hoc rationẽ, alias nec eucharistiam conficere posset, & facit. 74. distinctione. gesta. &
32 c. honoratus. † Ex prædictis videtur quod capitulum sede vacãte non det literas indulgentiarum, licet quidam seruent cõtrarium secundum Ioannem Andream ibi. idem Archidyaconus j. eodem titulo, capitu. romana. glosa penultima. libro. 6. vbi tenet opinionem prædictam Hostien. Ipse tamen Hostiẽ. tenet in summa. eo. titu. §. quis possit. in fine. primam opinionem, dicens quòd potest dici quod electus confirmatus licet nõdum, consecratus tales indulgentias concedere potest, licet hoc facere non debeat, cum quo concordat Speculator eodem titu. §. sciendum. versi. sed nunquid electus. Tu vero dic vt. ẽ. Item notant Vincentius & Ioannes Andreas hic de pœnitentia iniuncta per Ediscopum non posse sacerdotem remittere. Sed econtra sic. Item papam vel Episcopum non posse sibi remittere pœnitentiam sibi per sacerdotem iniunctam sine illius autoritate. j. eo. capit. fina.

Super eo. c. in fine.

Si quæris vtrum Papa mor tuo iurisdictio papalis sit penes cardinales. † Hosti. hic de hoc prolixe tractãs, tenebat quòd
33 sic, cuius opinionem tenebat Garsi. j. de electionibus. cupientes. §. quòd si per viginti. lib. 6. & Cardina. j. de sentẽ. excõ. solet. glo. 1. eo. lib. 6. quod hodie corrigitur extra de electio. ne romani. in clemen. quod dic vt ibi per Ioannem Andre. & alios.

1 *Archiepiscopus an sit iudex in foro contentioso subditorum sui suffraganei.*
2 *Archiepiscopus an in pœnitentiali foro sit iudex subditorum suffraganei sui.*
3 *Archiepiscopus portat crucem per suam prouinciam.*
4 *Præpositos animæ tres habemus.*

Ostro postulasti certificari.

Si quæris vtrum Archiepiscopus sit iudex ordina-
1 rius subditorum suffraganei sui, distingue. † Aut in foro iudiciali seu cõtẽtioso. & dic quod non, nisi in casibus notatis per Bernardum. ẽ. de officio ordinarij. pastoralis. in glos. fl. Est tamen iudex ordinarius &c. Et plenius per Hostiẽsem ibi, & per Cardinalem. j. de supplen. negligentia prælatorum. capit. romana. libro. 6. vbi ponit viginti vnum casus, & versus quos etiam ponit Hostiensis in summa. de officio ordi. §. quid pertinet. sub. §. sunt autem distinctè. Ad hoc concordat quod notat Ioannes Andreas. ẽ. de filijs presbyterorum. ad extirpãdas. vbi quærit, cum metropolitanus visitat prouinciam, an possit dispensare dicẽs, quòd Vincentius dicit quòd potest id quod potest ordinarius, pro quo facit. c. istud. &. j. de censi. c. vltimo. libro. 6. Sed ista loquuntur in his quæ respiciunt forum pœnitẽtialem, dispensationem ergo cum illegitimis, vel his similẽ, nõ puto quòd facere possit, cum non sit permissum secundum Ioannem Andream ibi. & facit quod ipse notat. j. de tempo. ordinando. cum nullus. gl. non dicit in nouella. Et adde quod dixi. ẽ.
2 de officio legati. c. 1. † Aut quæris in foro pœnitentiali, seu quo ad forum pœnitentialem, & videtur quod sic, per hoc q̃ Archiepiscopus per suam prouinciam remissionis literas possit concedere generales vt hic. Certum est autem quòd Archiepiscopus non potest facere remissiones, nisi in suis subditis. ẽ. eodẽ. quòd autem. Aut alius seu alijs de voluntate ipsorum prælatorum vt ibi. Ergo subditi suffraganeorum suorum, quãtum ad hoc sunt subditi Archiepiscopi, vt notat Archidyaconus. 9. quæstione. 2. capi. 3. glossa adde, vbi de hoc &c. Qui tamen talem iurisdictionem non credit extendi ad absolutiouem excõmunicationis minoris, quod colligitur. j. tit. 1. capitulo nuper. §. in secundo. vbi patet quod licet quærens quæsierit de Archi-

episcopo

episcopo an haberet potestatem absolucdi in hoc casu, tamen Papa in responsione quam fecit ad hoc subticet ipsum Archi. episcopum. Per quod patet, quod Archiepiscopus talem potestatem non habet. Alias ita respondisset Papa quærenti de Archiepiscopo, sicut de Episcopo, & proprio sacerdote. argumẽto. ẽ.de decimis. ad audientiam. Et facit ad hoc optime, sumpto argumento à contrario sensu. j. de censi. perpetuo. §. fina. lib. 6. vbi dicitur quòd Archiepiscopus dum visitat, potest cõfessiones subditorum suffraganeorum audire, ac absoluere cõfitentes, & ipsis pœnitentias iniungere salutares, quasi dicat non alias, Cum regulariter non sit iudex animarum subditorũ suorum suffraganeorũ, & sic illas nõ potest absoluere vel ligare. ẽ. eo. omnis. secundum Archidiaconum ibi, & in dicto. cap.
3 perpetuo. glo. finali. & hoc teneas. † Potest etiam Archiepiscopus per quæuis loca etiam exempta suæ prouinciæ crucem facere portari ante se, benedicere populo, diuina officia etiam in põtificalibus celebrare, & in sua præsentia facere priuatim vel publicè celebrari, qd̃ dic vt legitur & nota. extra de priuileg. c.
4 Archiepiscopo. in clementi. † Et nota quemlibet habere tres qui præsunt animę, Papam cum suis vicarijs, Episcopum cum ciuitatensi Archipresbitero in hoc eius vicario, & curatum parochialem. ẽ. eo. omnis. secundum Hostien. & Ioan. Andre. ẽ. de offi. archipresby. c. officium. Et licet Inno. & Abbas ibi intelligãt quod Archipresbyter posit absoluere de casibus Episcopo reseruatis, tamen dicit Hosti. quòd sine special. commissione Episcopi Archipresbyter in illis non absoluet, ꝙ Ioan. Andr. credit ibi verum per. c. si Episcopus. j. eo. lib. 6.

1 *Prælati confessorem sibi eligunt.*
2 *Episcopus an diuersos eligat confessores.*
3 *Vicarius Episcopi an det licentiam confessorem eligendi.*
4 *Electio an vnica vice consummatur.*

E pro dilatione pœnitentiæ periculum. Breuiter intelligas istud. c. quòd Episcopi, & superiores etiam non exempti, & inferiores Episcopis exempti in occultis peccatis etiam grauibus, & publicis leuibus, possunt sibi eligere etiam sine superioris licẽtia prouidum, & idoneum confessorem. Licet aliqui ipsum intelligant in exemptis & remotis tantum, dicentes quod illa dictio exemptis, determinat illam clausulam Episcopis, & alijs superioribus. Sed male notauerunt mentem illorum verborũ, nec non & illius superioribus. Nam si de se tantũ intellexisset, non dixisset superioris, sed serui seruorum. j. de sententia excommunicatio. relatum. in fine. vel sedis apostolicæ. argumẽto. ff. de legibus. de quibus. ẽ. de maioritate & obedientia. legebatur. 15. quæstio. 6. c. primo ad finem. Et ad hoc quod dicit vbi nõ habet copiam proprij sacerdotis, facit. ff. quibus modis vsufructus amittatur. l. sicut in annos. & notatur per Cardinalem. j. de verborum significatione. c. vltimo. glo. prima in fine. versi.
1 & c. nupẽr. ideo, dicit Episcopis etiam non exemptis. † Vnde dic quòd Episcopus sine licentia Archiepiscopi. Et Archiepiscopus sine licentia primatis. Primas sine licentia Patriarchæ, & exẽptus sine licentia Papę potest sibi eligere cõfessorẽ, quo electo si vterq; sit presbyter, & electus subditus eligentis, & contingat ambos participãdos cum excommunicato minori excommunicatione ligari adinuicem poterit vnus alteri absolutionis beneficium impartiri. j. titu. 1. permittimus. secundũ Hostien. hic, & in summa eo. tit. §. cui confitendum sit. versi. verum. Vbi de hac materia in fi. versicu. de talibus &c. Et nota secundum Ioannem Andream hoc. c. loqui de inferioribus exẽptis, secus in alijs inferioribus, nec valet contraria cõsuetudo.
2 j. eo. c. penulti. in fine lib. 6. † Et si quæris vtrum Episcopus potest diuersos sibi eligere confessores, & sępius variare, dicit Hostien. in §. cui confitendum. 5. colum. sub. §. sed nunquid Episcopus. & post eum Asten. libro. 5. tit. 15. de quibusdam specialibus personis quibus debent confiteri, circa mediũ sic. Non consulo ꝙ hoc faciat, quandiu illius quem elegit potest habere copiam, & si posit alij in subsidium confiteri, & tamẽ si mortale sit, confiteatur illi quem elegit quàm citius ipsius habebit copiam proprij confessoris. Sed si non habebit copiam proprij confessoris, puta, quia mortuus est, vel recessit ab eo, tute sibi alium eligat, argumento. suprà de secundis nuptijs. capi. penultimo & finali. C. de iudicijs properandum. §. fin autem. in medio. Dicit etiam ibi quòd eo ipso quod Episcopus confitetur alij, videtur ipsum sibi in confessorem eligere. In talibus. n. plus est in factis & intentione mentis quàm verbis, argumẽto. ff. de legibus. de quibus. ẽ. de maioritate & obedientia. legebatur. 15. quæstio. 6. c. primo ad finem. Et ad hoc quod dicit vbi nõ habet copiam proprij sacerdotis, facit. ff. quibus modis vsufructus amittatur. l. sicut in annos. & notatur per Cardinalem. j. de verborum significatione. c. vltimo. glo. prima in fine. versi. sed quomodo Episcopus. Et vide quod notat Ioan. Andreas. j. eodem. capitu. si Episcopus. glosa prima. libro. 6. dicens illud capitulum locum habere etiam si Episcopus daret licentiã generalem sacerdoti de confessionibus audiendis, cum eadem sit ratio quæ ibi sequitur, & facit extra de sepultu. dudum. alias
3 super cathedram. versic. & per huiusmodi. in clementi. † Putat etiam Hostiensis quòd licentiam istam vicarius Episcopi generalis dare non posit: hoc notatur in summa eo. titulo. §. cui cõfitendum. tertia columna, versi. quid si quis Episcopus. & versi
4 culo sequenti. † Item quid si Episcopus subdito suo concesserit, vt sibi posit idoneum eligere cõfessorem, an vnica electione consumetur hæc licentia, videtur quod sic argumen. eorũ quæ leguntur & notantur. j. de præben. non potest. §. 1. lib. 6. propter id vtile esset exprimi, quòd quotiescunq; confiteri voluerit posit sibi eligere &c. secundum eum ibi.

¶ De sententia excommunicationis. Rubrica.

1 *Minor non doli capax non peccat.*
2 *Excommunicatio quando ipse iure incurratur.*
3 *Canon, si quis suadente, quando locum habeat.*
4 *Clerici temperate se percutientes non sunt excommunicati.*
5 *Clerici enormiter se percutientes sunt excommunicati.*
6 *Clericus excommunicatus percutiens est excommunicatus.*
7 *Pater filium odio percutiens excommunicatur.*
8 *Pater filium percutiens intemperate est excommunicatus.*
9 *Pater non percutiat filium in sacris constitutum.*
10 *Pater castiget filium clericum.*
11 *Magister discipulum clericum castiget.*
12 *Dominus domesticos corrigat.*
13 *Prælatus subditos corrigat.*

V per eo vero. Ad euidentiam glos. 2. Si quæris vtrum, & in quibus casibus minor peccare posit, & inquantum peccatum ipsius puniatur, distingue vt dixi.
1 ẽ. de delic. pue. c. 1. † Et dicit Host. & Ioan. Andr. quòd non sunt doli capaces, talis. n. ętas quid videat ignorat. C. de fal. mo. l. 1. in fi. de consec. dist. 4. eos. Sed quando sunt doli capaces tunc non excusat à sententia excõmunicationis, sed à misfione ad curiam tãtum, & sic intellige quod dicit Bernard. hic, sicut plene potest colligi ex eo quod legi. & nota. in dicto. c. 1. secundum Hosti. † Et casus in quibus quis incurrit sententiã excõmunicationis ipso iure per antiqua iura, notat Inno. hic, & plenius Hosti. in sum. eo. titu. §. quis posit excommunicare vbi ponit 33. & frater Io. in sum. confes. eo. titu. quæstio. 34. in quibus casibus &c. & plenissime in Specu. eo. tit. §. Sciendũ est: Et casus in quibus quis per sextum librum sententiam excom
2 municationis incurrat, not. Io. Andr. j. eo. titulo. c. eos. lib. 6. Et casus alios in quibus per clementinas no. Io. Andre. extra eo. tit. c. 1. in cle. De hoc etiam ponit Asten. lib. 7. eo. titu. centum
3 casus & tam antiquos quam nouos. † Et notat secundum Io. Andr. quòd in primo casu huius. c. locum habet sola prima regula canonis, si quis suadente. & in casu sequenti neutra locum habent: in vltimo vero, vtraq;.

Super eo. c. versi. ne clericis. Si quæris vtrum clerici iocose seinuicem percutientes sint ex-
4 communicati, distingue. † Aut se percutiunt temperate, puta leuiter, & tunc nõ sunt excommunicati, vt hic. licet enim clericis adinuicem ludere, & solaciari etiam manualiter temperate, vt patet in eo qd̃ legit. & nota. ẽ. de homi. lator. Sed quia sæpe de tali ludo peruenitur ad iram & rixam, tutius est absti
5 nere secundũ Hosti. Abba. & Ioan. Andre. † Aut se percutiunt enormiter, & tunc sunt excommunicati, quia ludus noxius in culpa est. ff. ad. l. aquil. l. non ludus. ẽ. de præsumptioni. c. 1. �means Abba. Et viginti vnum casus in quibus clericum percutiens non est excommunicatus, vide per Hosti. in sum. eo. tit. §. quis posit excõmunicare. sub. §. super illo autem canone. & j. eo. cum voluntate. §. fi. vbi etiam de hoc notat Ber. & Inno, j. eo. veniens. & frater Ioan. in sum. confes. eo. tit. quæstio. 35. post hęc &c. Vnde versus æqui comprehendunt aliquos casus. Ludens, ignorans, me defendendo, docendo. Prælati iussu, si post
6 monitum ferat arma, percutiens clericum sine pœna casibus istis. † Et per. c. istud satis probatur percutiens clericum excõmunicatum sententiam excommunicationis incurrit, & hoc tenet Spec. in vltima rubrica sui operis. §. vnico. versic. sed quæritur vtrum &c.

Super

Super eo. c. versic. nec magister. Ad declarationem glo. fi. si quæris, vtrum pater filium, vel
7 magister discipulum clericum percutiens, vel manum in eum inijciens, sit excommunicatus, distingue. † Aut hoc facit ex odio, inuidia, vel indignatione, & non causi disciplinæ, vel correctionis: & tunc est excommunicatus, vt hic, & j. eo. cum voluntate. à contrario sensu. Quod intellige si vehementer est iratus, secus si aliquantulum sit commotus, quod dic vt not. j. eo. veniens. §. 1. secundum Hosti. hic, & ibi Io. And. j. eo. vniuersitatis. Aut hoc facit non ex odio, inuidia, vel malitia, indignatio
8 ne, sed causa disciplinę, vel correctionis, & tunc † Aut hoc facit intemperate, & tunc est excommunicatus, arg. d. c. cum voluntate. à contrario. ẽ. de homi. presbyterum. & c. ad audientiam. Aut temperate, & tunc, aut quæris de patre, aut de magistro, si
9 de patre tũc † Aut filius quem percussit, vel in quem manus iniecit est in sacris ordinibus constitutus, & tunc est excommunicatus, vt in in d. ca. cum voluntate. §. fin. ibi inferiorum graduum &c. à contrario sensu. & hoc no. Ber. ibi in glos. fin. Licet Dama. Ro. Tancre. & Bern. Brixien. in q. venereali quę incipit,
10 quæritur vtrum pater in hoc contra, & ma. † Aut solum est cõstitutus in minoribus, & tunc nõ est excommunicatus vt ibi, & j. eo. ex tenore. & ita loquitur glo. ista. & 23. q. 5. circuncellio nes. vbi hoc not. in gloss. magistri &c. vnde patri inobediẽs graiter peccat, Deutero. 21. Si genuerit homo filium contumacem, & proterum qui nõ audiat patris & matris imperium, lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur. Itẽ prouerb. 13. Qui parcit virge, odit filium suum, qui autem diligit illum, instanter erudit. Ad idem Prouer. 24. c. & recitatur. 45. dist. c. cum beatus. §. Salomon. 23. q. 4. c. displicet. noli subtrahere à puero disciplinam: si enim percusseris eum virga, non morietur. Tu virga percutis eum, & animam eius de inferno liberas, ad idem. 47: distin. c. sicut. §. necesse. Vnde Paulus apostolus ad Ephe. 5. c. scribens dicit, vt vxores suas sicut sua corpora diligant, & filios suos non ad iracundiam prouocent, sed enutriãt illos in omni disciplina, & correctione domini. Vnde de beato Iob. 1. c. dicitur, quod pro filijs suis quotidiana offerebat Deo sacrificia, offerens holocausta per singulos &c. Et quia Hely facere dissimilauit, ac falsa pietate superatus, filios delinquentes ferire noluit, sicut in libr. 1. Regum. 2. cap. legitur, apud districtũ iudicem semetipsum cum filijs suis crudeli damnatione percussit, vnde ei diuina voce dicitur, honorasti filios tuos plus quam me. Hinc etiam Dauid erga filios benignitatem non disciplinę seueritatem exercens, eorum iuuentutem experimento didicit perniciosam. Vnus quippe eorum. s. Amon sororẽ suam stupro corrumpens, à fratre eius Absalone inter epulas quas fratribus suis fraudulenter parauerat obtruncatus est. Absalon vero postquã veniam à patre eius obtinuit, de regno eius illum expulit, & ad concubinas eius ingressus est, demum per inuia deserti patrem persequens quercui inhæsit, atque ita suspensus interijt, vt habetur originaliter. 2. Regum. 18. capitu.
11 † Si quæris de magistro tũc, siue discipulus sit in sacris siue nõ, non est excommunicatus, vt hic, & j. eod. ex tenore. & in dicto. c. cum voluntate. §. fi qui vero. versi. & ij qui. vbi generaliter loquitur, non distinguendo inter discipulos existentes in sacris, & alios. Modica enim & leuis castigatio permissa est doctori, vt. ff. ad leg. aquil. l. præceptorum. & l. sequen. & hoc not. Ber. ibi, & Hostien. hic & ibi. & Io. in dicto. c. circuncelliones. Vnde maiorem potestatem habet magister in discipulo quam pater in filio vt ibi not. Io. Dic tamen quod si eum leuiter percussit magister, tamen inde mortuus scholaris nõ tenetur magister, si sanus erat puer vel robustus. Si vero esset tener & infirmus, secus esset, quia iam non est ista leuis percussio. ff. ad legem Aquil. l. qua actione. §. sed si quis. hoc notat Vincentius. ẽ. de electione. cum in magistrum. & Archidiaconus in dicto c. circuncelliones. glo. adde sed quid si leuiter & c. Quod dictum potest esse verum in omnibus alijs qui clericum leuiter percutere possunt, cum sit eadem ratio. ff. ad. l. aquil. l, illud. de fron
12 te. l. vna, extra de offi. vica. c. vnico in cle. † Et idẽ quod dictum est in patre, dic idem per omnia in dominis, & superioribus illos de sua familia corrigentibus. Eccles. 33. seruo maliuolo tortura & compedes. Per hoc autẽ qd̃ apostolus dicit ad Ephes. 6. Patres nolite ad iracundiam prouocare filios, non prohibetur patribus quin verberent filios causa disciplinę, sed ne affligãt eos verberibus immoderate. Et quod subditur ibi. Et vos domini eadem facite seruis, remittentes minas, dupliciter potest intelligi, vno modo quod remisse minis vtantur, alio mo
13 do, quod nõ semper compleant quod sunt comminati. † Item quod dictum est in magistro, dic per omnia in prælato subditum suum corrigente, vt no. Ber. in dicto. c. cum volũtate glo. penul. pro quo facit. j. eo. ex tenore. vbi no. Vinc. & Io. An. post eum, quod si quis habet clericum seruientem, non incidit in canonem si moderate illum castigauerit. j. eo. veniens. & c. cũ voluntate. In patre tamen dicit Tancre. quòd si animo corrigendi verberat filium in sacris ordinibus constitutũ quòd non est excommunicatus, quia manus illa non est iniuriosa, cũ non faciat animo iniuriãdi, vt hic, prout recitat Ber. Brixi. 45. dist. cum beatus. glo. 1. & in q. venereali, quæ incipit quæritur vtrũ pater. Dicit tamen idem Bar. Brixiẽ in d. q. quod hæc quæstio videtur hodie soluta in d. ca. cum voluntate. §. fin. Et per illum §. dicit Hostien. ẽ. de ęta. & quali. indecorum. quod pater verberans filium in sacris constitutum sententiam excommunicationis non euitat. & ideo forte dicebant ma. & Ber. hyspanus quod vsque ad. 25. annum danda erat potestas patri in correctione filij, prout recitat Archidiaconus in dicto. c. cum beatus in gl. adde quæstio venerealis &c. vnde prius dictũ credo verius & tutius. Et vide quod not. frater Io. in sum. confess. eo. titu. q. 35. post hæc &c. versi. sed quid si magister. vbi dicit qd̃ licet magister cum ira percutiat, non est excommunicatus, ex qoo causa correctionis hoc facit. moueatur ira per zelum, & idem posset dici eadem ratione in alijs supradictis qui percutere possunt. Vnde Io. And. j. eo. vniuersitatis. putat quod quã tumcunq; sit commotio dummodo non sit ad personam, sed ad crimen & ipsius corrigendi causa hoc faciat excõmunicatus nõ erit, ad hoc. c. illud. & c. cum voluntate. & 86. dist. odio.

1 *Excommunicatio de enormi lęsione à Papa absoluenda.*
2 *Excommunicationem de leui lęsione Abb. absoluit.*
3 *Diocęsanus de grauioribus cognoscit.*
4 *Sacerdos quilibet in mortuo articulo absoluit.*

M Onachi. Si quæris vtrum monachi, vel canonici regulares se inuicẽ irato animo percutientes absolui debeant, seu posint ab excommunicationis sentẽtia per Abb. distingue, Aut sunt eiusdem monasterij, aut diuersorum.
1 † Si eiusdem, tunc, Aut percussio seu lætio est enormis, & dic quòd non, sed sunt ad sedem apostolicam mittendi. At. j. eo. c. proxi. 1. respon. & c. cum illorum. §. quod si claustrales. in fin.
2 versi. nisi excessus secundum Inno. & Hosti. hic. † Aut est leuis, & tunc, aut discretio abbatis vel prioris sufficit ad eorum correctionem, & tunc poterunt absolui per eum. vt hic in fi. à contrario. Aut non sufficit & tunc non poterunt per eũ, sed potius per Episcopum debebunt absolui, vt hic in fin. Idem si talis religiosus ꝓlato sacerdote careat, quo casu in casu in quo posset absolui à prælato proprio, si ipsum haberet, est ad diocesanum Episcopum recurrendum, sicut & in monialibus obseruatur. j. eod. c. de monialibus secundum Hostien. hic. Idem frater Io. in sum. confes. eo. tit. q. 29. post hæc in fi. & ita potest intelligi, quod dicit tex. hic de discretione. Et idem secundum Inno. & Host.. hic si discretio Abbatis, vel prioris deficit, quia non superest, & in his concordat Hosti. j. eo. cum illorum. §. si vero claustrales. & c. de monialib°. & frater Io. in d. q. post hoc dicentes, quòd vbi prælatus monachi, vel alterius religiosi nõ est sacerdos, vel est excommicatus, vel mortuus, vel alias qualitercunq; deficit, in defectu ipsius semper est ad diocesanum Episcopum recurrendum vt hic. & j. eo. de monialibus. & c. ca
3 canonica. † Et sic nota duo, primum, quod in grauioribus, secũdum, quod deficiente prælato religiosorum ad diocęsanum recurrendum est. Pro primo facit quod leg. & not. ẽ. de offi. archypresby. c. fi. Pro secundo facit. ẽ. de offi. ordi. quanto, secũdum Hosti. Idem Io. An. post eum si sunt diuersorum monasteriorum, vt quia religiosus vnius monasterij percutit religiosum alterius, tunc dic vt leg. & no. j. eo. cum illorum. §. si vero claustralis. Et quod hic dicitur intellige verum siue isti monachi sint professi siue non, sed sunt in probatione secũdũ Inno. & Host. his & Hosti. in sum. eo. tit. §. fi. in fi. versi, tu dicas. & j. eo. cum illorum. licet Inno. contra ibi super verbo. prælatis. & etiam Abb. ibi, quorum opin. approbat Ray, in sum. eo. tit. §. 17. Item quid si aliquis in casu vbi possent redire ad seculum alias non, sed primã opi. tenet glo. Guil. ibi & frater Io. in sum. confes. eo. tit. q. 45. sed nunquid tempore &c. quia cum prælatus eorum si delinquant posit tales excommunicare, poterit & absoluere: quorum opi. approbatur. j. eo. religioso. in fi. lib. 6. Et etiam si illam sententiam incurrerint antequam intrarẽt monasteriũ ꝓm Gemi. ibi: & nedum si seinuicem percussirint in claustro vt hic, sed etiã si extra claustrum, dum tamen intra septa monasterij, secus si extra secundũ Hostiẽ. qui hoc not. j.

eod.

eod. cum illorum. §. si vero claustralis, vbi dicam de hoc. Idem dicunt Vincen. & Abb. & Ioan. Andr. ibi & hic. & si extra septa cum vbi monachus ibi claustrum vt ibi. Et istam distinctionem intellige veram etiam in fratribus hospitalitatis: vt.
4 j. eod. canonica secundum Hostien. † Item intellige eam, quando percutiens non est in mortis articulo constitutus, alias qui libet sacerdos posset absoluere: vt. j. eo. nō dubium. & c. ea noscitur. & not. Inno. & Hosti. j. c. proximo.

1 *Clericum percutiens ad sui tuitionem non excommunicatur.*
2 *Clericum percutiens ad proximi tuitionem non excommunicatur.*
3 *Clericum percutiens ad rerum suarum defensionem non excommunicatur.*
4 *Clerico res meas asportanti vi auferre possum.*
5 *Adulter ab extraneo non percutiendus.*
6 *Adulter à marito detinendus.*
7 *Adulter à patre detinendus.*
8 *Adulter verberari potest.*
9 *Adulter an occidendus.*
10 *Adulterum mulier verberare debet.*

SI vero alicuius. §. si vero clericū. Si quæris vtrum & quando clericū percutiens causa tuitionis, vel defensionis dūtaxat sit excōmunicatus, distingue. † Aut quis percutit clericum ad tuitionem sui corporis, & tunc non est excōmunicatus p p hoc, vt patet. j. eo. ex tenore ibi nisi defendendo &c. nisi modum excedat in defendendo quod est sic intelligendum. Quod si clericus percutit semel laicum non intendens amplius percutere, & de hoc sit certus laicus, non debet percutere clericum. alioquin excommunicatus est. Si vero clericus venit ad iterato seu repercutiendum, vel parat se ad repercutiendum, vel de hoc laicus probabiliter dubitat, tunc licet laico percutere clericum ad imminentem violentiam repellendam, argu. ff. ad. l. aquil. l. scientiam. §. qui cum aliter. & l. sed & si quæcunque. C. quando lice. vnicuique sine iudi. se vindi. l. 1. ad legem Cornel. de sica. l. 2. 23. q. 3. non inferenda secundū Innoc. & Hostiē. hic. & adde quod leg. & not. ē. de homici.
2 significasti. 2. † Aut qui percutit clericum ad tuitionem & defensionem proximi, puta filij sui, vel vxoris, vel patris, vel matris, vel familiæ suæ, vel etiam extraneorum, & dic quòd non est excommunicatus, argumē. ff. quod met. causa. l. isti quidem. §. fi. ff. ad fil. l. 1. §. si vir. Ad hoc facit quod etiam socij iniuria propulsanda est, vt in dicto. cap. non inferenda. & eadem causa. & c. q. fortitudo. ē. de restitu. spolia. olim causam ad fi. & j. eo. quante secundum Inno. Hosti. & Ioan. An. Idem Asten. lib. 7. tit. 3. de canone illo si quis suadente. ver. 10. Idem frater Io. in summa confes. eo. titu. q. 35. versi. sed quid si non ob sui tuitionem. Quid enim si aliquis vellet alium occidere, nōne cum capies, & ligabis antequam eum occidi permittas. 22. q. 2. ne quis arbitretur. Immo si hoc timore illum occidas non incidis in canonem, licet sis irregularis, secundum Innoc. ad hoc de
3 homici. si furiosus in cle. Ioan. And. † Aut quis percutit clericū pro tuitione rerum, & tunc refert secundum quod innuit Innoc. hic. Aut in percutiendo modum excedit vt qui occidit, & tunc est excōmunicatus. ē. de hom. suscepimus. Aut non excedit modum, & tunc non solum personam sed etiam res suas defendēdo, vel etiā incōtinēti recuperādo, vel ēt aliorū, quod plus est non incidit in canonē, & maxime ar. ad hoc in c. allega. olim causam. & c. suscepimus. vbi dr qd tunc solū tenet qñ excedit modum. arg. ff. de ijs quæ in fraud. credi. l. ait prætor. §. si debitorē. Ad idē. ff. ad. l. Cor. de sica. l. furē ad. l. Aquil. quemad modum. §. item labeo. C. vnde. vi. l. 1. Ita innuit Innocen. hic, cū quo cōcor. gl. Guil. super Ray. eo. tit. §. 48. alias 167. quid si
4 quis. & frater Io. in sum. cōfes. eo. tit. q. 205. † quid de eo qui arestat dicentes, quod qui arestat clericum asportantem res suas, vel alienas apud se depositas, & per violentiam aufert, nō incidunt in canonem, si res illas ei auferat dum est in asportando antequam asportans se recipiat ad locum destinatū & adeptus fuit illarū rerum possessionem plene & perfectè, alias incidit in canonē, qa nō licet ei sibi dicere ius in re sua ex interuallo.

Super eo. c. §. nec ille. Si quæris vtrum inijciens manus violentas in clericum, quem inuenit eum muliere turpiter agentem, sit excōmunicatus, distingue,
5 † Aut inuenit eum turpiter agentem cum alia muliere quàm cum vxore, sorore, vel matre, vel filia sua propria, & tunc est excommunicatus, vt hic in versi. cæterum. secundū Hostien. & Ioan. And. hic. Quia tunc non interest eius: immo in culpa est, se immiscendo rei ad eum non pertinenti. ff. de regu. iur. l. culpa. & j. de regul. iur. non est sine culpa. lib. 6. Licet Innocen. hic dicat quod nomine matris intelliguntur omnes ascendentes, & nomine filiæ omnes descendētes, pro quo. ff. de verbo. significat. l. appellatione. & l. libellorum. Sed secundum Bernar. & Hostien. alij non recedunt à verbis huius capituli. nec ipsa excedunt, quod tutius est secundum Hostiē. hic & ibi in summa, eo. titu. §. quis posit excommunicare. versic. 11. vbi dicit quod has personas priuilegium huius capituli, non excedit. Idem Ray. & frater Ioan. in summa confes. hoc tit. q. 25. post hæc & c. versic. 11. & Asten. libro. 7. tit. 3. de canone illo, si quis suadente. versicu. 11. Hostien. tamen dicit quod lex addit excipiendo neptem & sponsam, in authenti. vt lice. ma. & auie. §. quia vero ita comparuit. colum. 8. Ioan. And. vero distinguit inter neptem ex filio, & neptem ex filia. ff. de fena. l. liberos. in
6 si. primum teneas † Aut inuenit eū turpiter agētem cū vxore, matre, sorore, vel filia propria: & tunc, aut inuenit solum cum sola sedentem, & confabulantem, non tamen opere turpiter agentem. aut inuenit eum turpiter agentem. In primo casu est excommunicatus, argumen. hic quando dicit turpiter inuentum à cōtrario sensu secundm Hostien. & Io. And. post eum. Fallit in casu vbi maritus aliquem ter monuisset ne cum vxore sua conseruaretur, vel cōfabularet iuxta ea quæ lega. & nota. in authen. vt liceat matri & auiæ. §. his quoque. colum. 8. C. de adulte. authenti. si quis ei. Et postea in domo, vel popina, vel suburbanis inuenerit non turpiter agentem, sed tamen sedentem, vel confabulantem cum vxore inuenit. Nam cum talem liceat secundum leges punire, multo fortius capere, vel detinere, & conuocatis testibus iudici tradere, sine alia audientia puniendum. vt ibi. Et potest ipsum detinere per. 20. horas, & testes conuocare, vt non sit locus inficiationi vbi non vult; alias non licet ipsum perimere. ff. de adulte. l. capite quinto. Ergo detineat ipsum, quia non licet eum perimere aliquo casu, si aliud fieri potest secundum canones. ē. de pœnis. c. 2. & ē. tit. 1. ca. 2. ne cleri. vel mona. c. clerici. & c. sententiam. secundum Hostiē. & Ioan. And. post eum. Idem Asten. vbi. ē. Vnde talem interficiens peccaret mortaliter, vt leg. & not. 33. q. 2. inter hæc. Et ad hoc quod dicit Hostien. de detinendo eum per. 20. horas, concor. Ioan. 81. distinctio. presbyter glo. penul. & Bar. Brixiē. quinquagesima distinctione, de his. 2. & Bernar. ē. de iudi. cum non ab homine, & Hostien. in summa de diuor. §. quibus modis ad fi. versi. & not. quod si maritus. & frater Ioan. in summa confes. hoc titu. q. 35. post hæc. versicu. 11. in fine. Sed contrarium tenet Hostien. j. eo. vt fame. super verbo. prælatorum & Guil. de monte laud. & Gensel. extra de offi. ordi. c. 1. super verbo clericalis, in clemen. & dixi. ē. de iudi. cum nō ab homine. distinct. 1. Quorum opinio potest esse vera in deprehensis in alijs criminibus quā in adulterio, vel etiam in adulterio per alium quàm per maritum. Si vero per maritum fuerit deprehensus qui iusto labore, & dolore laborat: vt. C. de adulte. l. l. gracchus. prior opinio potest esse vera, qd detineri posit vt maius malum euitetur. Quia forte maritus videns quod nō
7 posset eum detinere sine excommunicationis pœna, & quod si fugeret pœnam euaderet, posset verisimiliter præ nimio dolore eū occidere, vel taliter verberare quod inde moreretur. j. de homicidiis qui. lib. sexto. † Quæ ratio posset habere locū etiam in patre, qui adulterantem cum filia potest occidere de iure ciuili, vt in dicta. l. capite quinto. Cum. n. tales possint occidere, multo magis cōtumelijs afficere, vt probatur expresse. ff. de adulterijs. l. nec in ea. §. ius occidendi. Secus in filio, vel fratre qui non posset turpiter agentem cum patre, vel sorore de-
8 tinere. † In secundo casu. s. quando inuenit eum in opere turpiter agentem, refert, quia aut ipsum percutit citra mutilationē vel mortē, & tunc non est excommunicatus, vt hic argumen. versicul. sequen. cæterum in fin. ibi nō erit à sententia illius excommunicationis immunis, ergo à cōtrario, in tam proxima linea est immunis, quod argumētum fortissimum est in iure. ē. de his quæ fi. à prælat. cum apostolica, secundum Hostiē. & Ioannem Andream hic. Idem. s. quod non sit excōmunicatus, tenet Hostien. in dicto. §. quis posit excommunicare. versic. 11. & frater Ioan. in dicta quæsti. post hæc. versi. 11. vbi etiam dicit secundum glos. Gui. super Ray. hoc non solum ad coitū esse restringendum, sed etiam ad amplexus, & osculationes, & quando aliquis parat se ad opus carnis. Item si constat per aperta signa. cp clericus iam expleuit factum credit quod si talia sunt signa & tam propinqua negocia, quod constet turpitudinem coitus ibidem expletam, nō est excōmunicatus statim

yerberans

verberans talem, si sit de præfatis personis. Si autē nō sint probabilia signa, nec incontinēti verberat post factum, sed postquam clericus iam ad alia diuertit & à loco decessit, verberās
9 incidit in canonem. † Aut ipsum mutilat vel occidit, & tunc secundum gloss. Guilel. super Rayn. [& fratrem Ioan. vbi. ē. quod & si posit dici quod tali parcitur quo ad excommunicationē quasi tam iustum dolorem compescere non posit, vt in dicta. l. graccus. cum hic non distinguat inter atrocem iniuriam & non atrocem: & pœnę sunt restringendę, quia cum hic non videtur excusare nisi illos qui simpliciter manus inijciunt violentas, in tales. c. ē. 1. respon. Distinguit inter hostiarios qui clericos vulnerant: & eos qui sine vulneribus lædunt eos. Videtur tutius dicendum cp eos taliter mutilantes, vel occidentes incidunt in canonē: & in hoc satis concord. hic Hostien. s. & in hoc quod dicit quod non licet talem clericū perimere si aliud fieri potest. ē. de pœni. c. 2. vt. ē. dixi. Dicunt etiam gloss. Guil. & frater Ioannes ibi, quòd qui procurat quod clericus vocetur ab vxore sua ad turpem actum, & taliter vocatum verberat vna
10 cum vxore sua, incidit in excommunicationē. † Sed si mulier percutiat clericum inipetentem eam pro coitu si solis verbis, eam impetat, incidit in canonem. Si autem tanquam eam inuitam turpiter, aut vim inferat corporalem si illa cū moderamine inculpatę tutelę se defendendo eum percutiat ex zelo castitatis & iusta indignatione mota, non credunt quod incidat in canonem per istum. §. Securius tamen est vt dicunt quod huiusmodi mulier super hoc se faciat ad cautelā absolui per Episcopum. Item intellige quod hic in tex. dicitur de matre, filia, vel sorore tam legitima quam etiā naturali, sed nō de adoptiua. argu. ff. de in ius vocan. l. 4. §. parentes. & ll. sequen. secundum Hostien. hic & fratrem Ioan. vbi. ē. Idem etiam quod hic dicitur de vxore vera, intellige etiam de vxore putatiua, licet ratione impedimenti perpetui non posit esse vxor secundū Vincen. Goffre. & Ioan. An. pro quibus faciunt ea quæ leg. & notantur. ē. de donatio. inter virum & vxorem. ca. plerumq; in fi.

1 *Percutiens laicum credens clericum an excommunicetur. & num. 3.*
2 *Iudicatur secundum factum.*
4 *Percutiens clericum, credens laicum an excommunicetur. 6.*
5 *Error à pœna excusat.*
7 *Clericum ignoranter percutiens an excommunicetur.*
8 *Percussus alieno nomine an actionem habet.*
9 *Percutiens animo lædendi tenetur.*
10 *Percutiens non animo lædendi non tenetur.*
11 *Delinquens præter conscientiam an teneatur.*
12 *Voluntas, & propositum distingunt maleficia.*
14 *Cognoscens solutam quam coniugatam credebat an adulterij teneatur.*
15 *Conscientiæ alicuius statur in foro pœnitentiali.*
16 *Conscientiæ non statur in probandis.*
17 *Conscientiæ non credendum in scandalosis.*
18 *Conscientiæ supinæ non credendum.*
19 *Conscientiæ iuratæ creditur.*
20 *Conscientiæ propriæ quando quid relinquitur.*
21 *Occidens clericum pro laico an teneatur.*

SI vero aliquis. Ad euidentiam gloss. 1. Si quæris vtrum per
1 cutiens vel verberans laicum credens percutere seu verberare clericum vel ecōtra, sit excommunicatus, distingue. † Aut quæris primo quando percutit laicum credens percutere clericum, & tunc aut errat in persona, vt quia percutit Seium laicū, credens percutere titium clericum. Et tunc dicit Ray. in summa eod. tit. §. 49. Item pone quod in maleficijs attendatur intentio. j. eo. cum voluntate. tñ iste non est excōicatus: & hoc dicit propter literā canonis si quis suadēte, quæ exigit actū, cum dicit si quis iniecerit manus violentas in clericū. Itē quia dicit lex, si credens verberare titium verberō Seium, non ille quem verberare intendo, sed illi quem verbero teneor iniuriarum. ff. de iniur. l. eum qui. §. si iniuriarū. Idem not. Bernar. & Hostien, j. eodem. in audientia. & Hostien. in sum. eo. tit. §. qualiter proferatur. in fi. & frater Ioan. in summa cofes. eod. tit. q. 211. quid
2 si aliquis verberat &c. & frater Asten. libro. 7. eo. tit. in fi. † quia iudicandum est secundum quod fit, non secundū quod faciens intendit. ff. ad. l. cor. de sica. l. diuus. ff. de iniurijs. l. si cū seruo. & l. præcedēti. in fi. ff. de iur. & fac. ignoran. l. regula. §. qui igno-
rauit. Aut nō errat in persona sed solum in qualitate personæ, vt quia percutit titium laicum, credens eum esse clericum, forte quia ipsemet se fecerat à barbitonsore tōsurari non ab Epi-
3 scopo. † Et tunc dicit idem. s. quod non est excommunicatus. arg. ff. de furt. l. inter omnes. §. penulti. in fin. Sed in vtroq; casū quanditu conscientiam habebit lęsam, debet se excommunicatum reputare, & abstinere postea quousq; scierit veritatem, argu. j. eod. inquisitioni. ē. de simoni. ca. per tuas. de purg. vulg. c. 2. & 11. q. 3. quoniam multos secundum vnam lecturam, secundum Ber. hic. & in q. quid si in veritate & Hostien. hic in dicto. §. qualiter proferatur circa fi. versicu. quid si in veritate. & secundum Bar. Brixien. in q. venereali quæ incipit, aliquis percussit aliquem laicū. Et in isto casu potest intelligi quod not. Ray. in dicto. §. 49. item pone & frater Ioan. in dicta. q. 211. si quis verberat & quod not. Ioan. And. extra de cōsang. & affini.
4 c. vnico super verbo scienter. in fi. in clemen. † Aut quæris ecōtra quando percutit vel verberat clericum credens percutere vel verberare laicum, & tunc refert vt prius. Aut errat in persona, vt quia percutit seium clericum, credens seu volens percutere Titium laicum, & tūc sunt opin. Alanus dicit & Bern. & Hostien. post eum hic, quod in sententiam incidit, quia iniuriari voluit. ff. de iniur. l. eum qui. §. si iniuria. ff. quod vi aut clam. l. aut qui aliter. §. si quis dum putat. & ē. de iniurijs. c. vlti. Idem tenet Hostiē. in d. §. qualiter proferatur. ad fi. versi. quid si credas. Tancre. & Innocen. hic contra peristud capitulum, quod dicit quod si percutias clericum quem credebat laicum
5 non est excommunicatus. † quia si error solius qualitatis excusat à pœna vt hic, forti° debet excusare error qualitatis & personæ, vt in q. ista ad hoc. 29. q. 1. §. 1. sola enim temeritas & violentia considerantur in hoc argu. ē. eo. ca. 1. & j. eo. veniens. ff. de iniur. l. illud. §. vlti. & l. seq. Idem tenet dominus Odoffr. de senis in suo libro tit. quod vi aut clam. in q. item pone tu volēs qui addit etiam quod ille pecutiēs tenetur Scio clerico quem in veritate percussit actione iniuriarū tanquam laico, quia aliter non voluit delinquere, sic loquitur dictus. §. si iniuria. Ad idē. ff. de furt. l. vulgaris. §. si quis ęs. tenetur furti nomine æris, licet circa ęs sua intentio non versetur sic in sacco. ff. de furtis. l. si quis saccum. & c. 50. di. qui saccum. Idē videtur tenere Ioan. And. hic. Et hæc opi. est probabilior, nisi adeo esset crassa ignorantia quod colorem excusationis nō haberet, vt not. gl. Guil. super Ray. in d. §. item pone, & frater Ioan. in sum. confes. eo. titu. quæstio. 212. quid de illo &c. & frater Asten. vbi supra.
6 † Aut errat non in persona, sed solum in qualitate, vt quia percutit titium clericum credens eum esse laicum, & tunc aut est crassa ignorantia, vt quia videt eum in habitu clericali, & cæteri habent eum pro clerico, & tunc incidit in canonem, quia tunc dissoluta negligentia prope dolum est. ff. manda. l. si fideiussor. in princip. pro hoc. ff. de iniur. l. eum qui. §. si iniuria. & ita intellige quod no. Bernar. hic in prin. ibi quidam si consuram &c. cum quo concord. Hostien. hic, & in d. §. qualiter proferatur ad fi. versi. quod si percutiens. Aut ignorantia non est crassa sed probabilis, vt quia videt eum in habitu clericuli nō gerentem se pro clerico, vel si habet habitum clericalem credit cum ludo esse impositum vel assumptum, & habet probabilē causam hoc credendi, & tunc non incidit in canonem vt hic. argu. ē. de cleri. ex minist. apostolice. de eo qui fur. ordi. re. ca. 1. & 2. j. de consti. vt animarum. li. 6. hoc tenent Tancre, Philip. Goffre. & Io. And. hic & ita intellige quod not. Bernar. hic in princi. & Hosti. hic & in d. §. qualiter proferatur ad fin. versicu. quid si dicat, & gl. Guil. super Ray. & frater Ioan. vbi. ē. Et quo ad ecclesiam militantem probatione deficiente, si velit iurare quod hoc ignorabat, suæ conscientiæ relinquitur, vt hic & in concord. alleg. hic in glo. 2. Si tamen veritas se habet in contrarium, & hoc postea denudet in pœnitentia, debet induci vt ad apostolicam sedem accedat, & læso satisfaciat competenter, & sic loquitur. j. eo. porro. Sed de periurio est ei pœnitentia indicenda. 6. q. 1. quicunq; secundum Hostien. in dicto versi. quid si dicat hæc vera, quando credit eum quem percutit esse cleri-
7 cum vel laicum. † Si vero nihil credat, sed simpliciter ignorabat eum esse clericum, cum tamen sit, tunc dic vt notat Inno. Hostien, & Abb. j. eo. cum non ab homine gloss. fi. vbi dicunt, quod si quis clericum occidat ignorans eum esse clericū, forte quia eum in nocte occidit, non credunt eum esse excommunicatum. Credunt enim necesse quod dolus interueniat, & quod clericum se percutere intendat vt hic. Sed gl. Guil. super Ray. in d. §. item pone. & frater Ioan. in d. q. quid de illo &c. dicunt quòd si ita est affectus vel commotus quod & si sciret eū esse clericum nihilominus percuteret, incidit in canonē, si autem

non percuteret

non percuteret, non incidit. Quorum distin. licet sit probabilis quo ad ecclesiam triumphantem: Opinio tamen Vincen. videtur verior quo ad ecclesiam militantem.

Super eo. c. & eadem glos. Glo. dicit hic &. ff. de iniurijs. l. eum qui. §. si iniuria. quod si credes percutere titium, percutiat Seium tenetur sciō actione iniuriam. † Gratia huius si queris. si quis mihi damnum dederit, vel me læserit, credens alium lædere & non me: nunquid possum eum conuenire. distingue. Aut sentio damnum ex delicto alterius, qui vult contra alium delinquere indirecte, & mediate, & nō obligat mihi, vt sunt plures creditores tui, ex eis latitasti in fraudē eorū, & nō in fraudē mei, nō teneberis mihi. ff. ex quib.
9 cau. in pos. datur. l. fulcinius. §. quid si aduersus. † Aut in media te & indirecte sentio damnū & tunc, aut delinquēs habuit animum lædendi alium, seu iniuriādi alij secundum naturā actus quem agit. & tunc tenetur mihi læso ex tali delicto, Vt quidā voluit aliū lædere de lapide, actus suus ordinatus est ad lædēdū
18 & me lædit, vel vult iniuriari titio & iniuriatur mihi credens me esse titium, tenetur mihi. vt. ff. ad legem aquil. l. scientiam, §. qui cum aliter. & de iniurijs. l. eum qui. §. si iniuria. & cōcor.
10 eodem titu. l. item apud Labeonem. §. interdum. † Aut secundum naturam actus non habuit animum lædēdi alium, seu iniuriandi alij, vt quidam verberat seruum suū causa castigationis, vt si me interponendo lædit, nō tenetur mihi: vt. ff. de iniurijs. l. cum seruo. Ita dist. dominus Lābertus de sali. in dicto. §. qui cum aliter, & satis potest colligi ex glos. posita in dicta. l. eum qui. §. ac cum aliquis.

Super eo. c. Hic habes quod percutiens clericū ignoranter excommunicationem non incurrit. Et sic cum quis delinquens incidit præter cōscientiā suam
11 in maius delictum, non tenetur ex illo maiori delicto. † Circa qd distingue aut delinquēs qui incidit in maius delictū incidit in eandē speciē delicti: aut in aliā. Si in eādē: tūc aut circa plures res, & tunc non tenet vltra ppositū delinquēdi, vt. ff. de furtis. l. vulgaris. §. si quis es. &. §. idem Iulianus. Aut circa candē rem: & tunc aut plus delinquit respectu eiusdem rei, aut respectu
20 plurium personarum. Si respectu eiusdem rei, & tunc tenetur prout est delictum commissum, non prout fuit animus delinquētis, vt in dicto. §. si quis es. Si respectu plurium personarū, tunc non tenetur vltra propositum, vt. ff. de iniurijs. l. eum qui. §. cum aliquis. Si incidit in aliam speciem delicti, in quam incidere non proposuit tunc. Aut illud delictū quod ex animo seu proposito cōmisit nō ordinatur ad illud aliud delictum quod sine animo seu proposito, & præter conscientiam commisit, & tunc non tenetur, & est exemplum in l. qui iniuriæ. &. l. ve-
12 rum. ff. de furtis, † quia voluntas & propositum distinguunt maleficia, vt in dicta. l. qui iniuriæ. & j. eo. cū voluntate. & hoc est verum regulariter. Aut illud delictum quod ex animo seu proposito commisit ordinatur ad aliud delictū, quod sine ani
13 mo seu proposito commisit, † & tūc tenetur etiam ex illo, vt. C. ad. l. Iuliam de vi publica vel priuata. l. quoniam multa facinora. Vbi inuadens incidit in homicidium, & sic in aliam speciē delicti, & tamen tenet, & est ratio quia violentia est crimen ordinatum ad illud, & ad alia multa facinora. ad idem. j. de ho-
14 micis. is qui mandat libro. 6. † Hæc faciunt ad. q. de illo qui credens cognoscere solutam, cognoscit coniugatam, vtrum adulterium committat. quidam dicunt quod sic, per dictam. l. quoniam multa. &. C. de repudijs. autem. hodie. & hoc tenet Ioan. 5. quæstio. 1. illud glos. 3. in fine. Sed contrarium tenet Pileus in quæstionibus suis. in quæstio. titius amore cuiusdam virginis: quia adulterium non committitur sine dolo. ff. de adulterijs. l. penultima. ad idem facit. ff. de iniur. l. item apud labeonem. §. si quis virgines. Item tenent Petrus de bella pertica & Cynus in dicta. l. quoniam multa facinora. & est ratio: quia simplex fornicatio quam proposuit committere non est inordinata ad adulterium, & ideo tantū de fornicatione tenetur, argu. C. de adulterijs. l. eum qui. & in dicto. §. cū aliquis. & dicta. l. qui iniuriæ. probabiliter posset dici vltimam opinionem esse veram in foro iudiciali seu quo ad ecclesiam triumphantem, in casu etiam vbi nullatenus cognouisset si eam coniugatam sciuisset, alias opinio Ioan. videtur esse vera.

Super eo. c. In glos. 2, Si quæris vtrum quando de conscientia alicuius quæritur debeat si-
15 bi credi, distingue. † Aut in foro animæ seu pœnitentiali, & dic quod sic. ś. de spon. c. tua, quia non est verisimile quod sit immemor suæ salutis. 1. q. 7. sancimus. de consecra. distin. 4. cum itaque &. c. si nulla extant. ś. de homici. significasti. in versicu. cum de cæteris. Et hoc not. Bernar, Innocen, & Hostien, ibi. & Hostien. j. eodem. sicut nobis & Ioan. Andr. extra de pe. si quis suadente. §. fi. in clem. Aut in foro contentioso seu iudiciali,
16 † & tunc aut quæris vtrum debeat stare conscientiæ suæ in & super his, quæ possunt alias legitimè probari, & dic quod non, vt in dicto. c. sicut nobis. &. ś. de offic. ordina. c. ex parte. 8. q. 5. c. vno. Adeo quod consuetudo in contrarium nō valeret, quod dic vt leg. & not. ś. de proba. c. ad nostrā. & est ratio, quia tunc demum ad suffragium iuramenti recurrendū est, cum aliæ probationes deesse noscuntur. ś. de probatio. c. sicut consuetudo.
17 † Aut in & super his quæ non possunt alias legitimè probari, & tunc aut in & super his in quibus scandalum vel fama publica laborat contra eum, & tunc non statur conscientiæ suæ seu sacramento suo soli, sed debet solenniter se purgare iuxta ea quę leguntur & notātur per Bernar. Hostien. ś. de homicid. c. ex lateris. 1. & per Hostien. de purg. cano. c. petitio. & per totum. Et ita intelligo quod not. Ioan. And. in d. c. si quis suadente. §. fin.
18 glos. antepenult. † Aut in & super alijs, & tunc aut conscientia quam allegat est crassa & supina, & tunc non debet sibi credi. argu. j. de regu. iur. ca. ignorantia. libro. 6. quod dic vt dixi. ś. de const. c. cognoscētes. versi. nec credo quod maior &c. pro hoc ś. de præsumptio. c. quanto. & quod dicam. j. eo. super. distin.
19 vlti. in fi. † Aut non est crassa & supina: & dic quod relinquitur conscientiæ suæ saltem iuratę: vt hic & in concord. hic alleg. ś. in iureiur. mulieri. & in d. c. petitio. vbi hoc not. Hostien. idem no. Bernar. eo. titu. ś. de homicidic. significasti. 1. glo. sed qualiter & Hostien. ibi. & in c. significasti. 2. & Vincen. & Ioan. in c. Petrus. & Goffr. Ray. Tancre. Philip. hic. & Ber. & Hostien. ś. de calum. c. 2. & Ioan. 82. distinctio. proposuit. glo. ex hoc videtur & Archid. ibi in glo. adde, ad hoc facit. 1. q. 4. quia præsumptus glo. fi. & satis hoc probatur. ś. de regula. c. licet. in fi. melius. j. de electio. vt circa. libro. 6. &. c. nonnulli. eo. lib. Et est ratio quia aliter probari non potest: nemo. n. potest diuinare de intentione alieni cordis, quia nec Paulus spiritu dei plenus potuit diuinare. 22. q. 2. beat'. no. Bernar. ś. de simonia. c. & si quę-
20 stiones. super verbo intentione. Vnde Iere. 17. c. pratū est cor hominis & imperscrutabile quis cognoscet illud. † Et vide qd not. Guil. j. de hære. c. vlti glo. vlt. lib. 6. dicens quod tribus de causis relinquitur aliquis iudicio suo vel cōscientiæ suæ. s. Quādo nō debet prohiberi, quia illud de quo agitur facere & omittere potest sine peccato. 33. quæstio. 4. vir. cū propria. Vel quia timetur scandalum, sicut cum multitudo est in causa. 4. distin. deniq;. 1. q. 7. quotiens. 23. q. 4. non potest. &. c. ipsa pietas. Vel quia deficit iudicium, & hoc dupliciter, vel propter Papā, qui non potest iudicari. 17. dist. hinc etiam. 21. distin. nunc autem: vel propter crimē quod occultū est. 23. disti. habuisse. in fi. 35. q. 6. si duc. 2. q. 5. consuluisti. sic etiam scripsit Hugo. in d. c. de-
21 nique secundum eum & Ioan. And. ibi post eum. † Hæc decretum facit ad quęstionem disputatam per dominum Egid. tremona, & dominum Galterum de galigaleto, & per dominum Nico. de matarel. quam ponit Io. And. j. de regu. iur. quod quis. lib. 6. in nouella. De illo qui occidit pmissione iudicis vel statuti clericum bannitum qui laicus putabatur, an excusetur & à dolo & à pęna: & post multa soluit Egi. occisorem immunem, per. l. si ignorans. ff. locati & condu. cum suis concordan. Cum solum circa purum factum fuerit hæc ignorantia, & iuuat eum præsumptio qua præsumimus aliquem laicum, & communis opinio, & sic non fuit in dolo, culpa, vel negligentia. Et iura cōtraria loquuntur vbi prædictorum aliquod affuit. idem Galterus ex quo ille ignorabat eū iniuste bannitum, & allegat decretum, & in dubio præsumitur ignorans in facto alieno. ff. de probat. l. verius. Nicolaus vero distinctio. vt potes ibi videre per Ioan. And.

1 *Conuersi qui dicantur.*
2 *Conuersi an gaudeant priuilegio canonis. 4.*
3 *Conuersi matrimonium contrahunt.*
5 *Clericum volens percutere, & non percutiens an excommunicetur.*

On dubium. Ad euidentiam primæ glo. si queris qui dicantur conuersi, vel oblati, & vtrum conuersi vel oblati gaudeāt priuilegio canonis si quis suadente, ita quod eos verberantes sententiam excommunicationis incurrant, distingue.
1 Aut quæris de primo. s. qui dicantur conuersi vel oblati, & tūc Ioan. 17. quæstio. †. vt lex. super verbo cōuersi. distinguit inter conuersos transeuntes ad ecclesiam regularem: quia tales intelliguntur vouisse & renunciasse proprijs: & conuersos transeuntes ad ecclesiam secularem, quia tales non intelliguntur vouisse, nec

uisse, nec renunciasse proprijs, nisi dixerint do me & mea huic
17 ecclesiæ, cuius opi. tenet Io. fa. ibi. Sed Hu. dicit ibi q; si aliquis conuertatur ad aliquam ecclesiam secularem, & nō facto voto
18 dicat, ego, do, vel reddo, vel offero me, & oīa bona mea huic ecclesiæ, hoc ipso non intelligitur vouere continentiā, vel abrenunciare proprijs, vel dare vel offerre etiam futura bona. Et si plus non exprimitur, intelligit quod per illa verba dat se ecclesiæ pro eo nuerso. & omnia simpliciter quæ tūc tēporis habet nec intelligit eum vouere ob hoc vel proprijs abrenūciare. Vnde etiam propria postea habere poterit, & matrimonium contrahere, & contracto vti secundum Hu. cuius opi. approbat Archid. ibi in gl. fi. Adde Hu. dicit &c. nisi ecclesiæ consuetudo ha
2 beret contrarium arg. ff. de auro & arg, leg. l. si ita. † Aut quæris de secundo, scilicet, vtrum gaudeant priuilegio canonis si quis suadente. & tunc aut sunt conuersi religiosi religionis approbatæ, qui assumpserunt vitam & habitum regularem, & dic quod sic. vt hic: & j. eo. parochianos &. c. ex tenore etiā si sint nouicij vt. j. eo. religioso. §. fi. lib. 6. Aut non. & tunc dicit Ioan. 12. q. 1. duo sunt glo. i. quod sic indistinctè siue sint conuersi ecclesiarū regularium siue secularium: idem Ber. ex quo tradiderūt se & sua diuinis obsequijs siue in regulari ecclesia siue seculari. arg. 17. q. 3. q. si quis. 12. q. 1. duo, & hoc dicit esse benignius vt eorū gaudeant priuilegijs, quorum vitam, & religionem assumunt. ś. de sta. mo. reccollentes. Idem tenet. Gui. de mon. lau. & Gen. extra de decis. c. 1. in fin. in clem. Sed alij contra vt Ioan. Vincen.
3 qui no. suprà de mai. & obe. dilecta. † quod cōuersi vel conuersæ ecclesiæ seculares possunt contrahere matrimonium, vt etiam no. Bernard. ibi in glo. penultim. non habent priuilegium illius canonis, si quis suadente, quod tamen habent conuersi vel conuersæ ecclesiæ regularis laici vt hic, & in frā eod. parochianos. & cap. ex tenore. & idem no. ibi Ioann. Andrea. & idem tenet Vincen. & Abb. de priuilegijs. vt priuilegia. §. 1. vbi de hoc di-
4 xi. † Hostien. vero dicit hic quod si est conuersus remanens in domo propria, & tanquam laicus viuens, non gaudet hoc priuilegio. argu. hic & in d. c. vt lex cōtinentiæ. Sed si est cōuersus qui tradit se & sua ecclesiæ, & est tonsuratus, & vadit ad horas suas audiendas, & viuit honestè sicut & clericus viuere debet, talis ex toto in forum ecclesiæ intelligitur esse translatus, & immunitate ecclesiastica gaudere debet. argu m. ca. alleg. quisquis. Et hæc distinctio probatur in di. c. vt priuilegia. §. 1. secundum Hostien. hic, & Ioan. An. & in sum. eo. ti. §. qualiter proferatur. sub. §. finautem. versi. quid si de cōuersis. Idem frater Ioan. in summa confes. eo. tit. q. 34. in quibus versi. quintus. in q. sed qd de conuer. & hoc teneas. Et ita videntur sentire primi, & specialiter Berna. hic, quando dicit ex quo tradiderunt se & sua diuino obsequio &c. Et vide quod no. Specu. in quarta parte hoc titu. versi. sed quæritur. vbi dicitur, quod clerici excommunicati gaudent priuilegio illius canonis. si quis suadente. ad hoc. ś. e. cap. 1. vbi dixi de hoc in distin. 2. Et idem dicit Laur. de eo qui nullum habet ordinem, & tamen coronam portat qui est clericus animi destinatione, de quo not. suprà, de institut. in ecclesijs. Sed Bernard. Hyspa. in hoc contradi. quod dic vt per Arch.
5 in dicto c. si quis suadente. in glo. adde idem de eo &c. † Et vtrū ille qui voluit manus in clericum inijcere violentas, & non potuit sit excommunicatus. Ioan. dicit quod sic, in dicto. c. si quis suadente. sed Hug. & Archid. ea causa. & q. ca. sicut. & Hostien. in sum. eo. ti. §. qualiter proferatur. versi. in primis contra. quod. videtur verius & primam glo. Inno. hic ponit Bern. infrà, eod parochianos, & ibi dicam.

1 *Absoluit quilibet in mortis articulo.*
2 *Absolutio iniurię atrocis est papalis.*
3 *Absolutio iniuriæ leuis est episcopalis.*
4 *Mulieres ab Episcopo absoluuntur indistinctè.*
5 *Religiosi ab Episcopo absoluuntur.*
6 *Serui ab Episcopo absoluuntur*
7 *Canon si quis suadente, mulieres comprehendit.*
8 *Masculinum concipit fœmininum in grammatica.*
9 *Masculinum non concipit fœmininum in specificatis.*
10 *Masculinum non concipit fœmininum in ei promissis.*
12 *Masculinum concipit fœmininum in materia indifferenti.*
12 *Masculinum comprehendit fœmininum in materia ei conuenienti.*
13 *Masculinum concipit fœmininum in fauorabili.*
14 *Masculinum non concipit fœmininum in odiosis.*
15 *Masculinum concipit fœmininum in contractibus.*
16 *Masculinum comprehendit fœmininum in verbis iudicis.*
17 *Masculinum comprehendit fœmininum in statutis fauorabilibus laicorum.*
18 *Masculinum non concipit fœmininum in statutis odiosis laicorum.*
19 *Masculinum non comprehendit fœmininum in statutis ecclesiasticis.*
20 *Masculinum concipit fœmininum in rescriptis.*
21 *Masculinum comprehendit fœmininum in priuilegijs.*
22 *Percutere volens clericum non excommunicatur.*
23 *Percutiens in casu licito excusatur.*
24 *Mandans percuti clericum an excommunicetur. 26.*
25 *Excommunicatio non fertur nisi pro peccatis.*
27 *Ratificans percussionem clerici an excommunicetur. 29.*
28 *Gestum alieno nomine non ratificatur.*
30 *Consulens percutienti clericum, an excommunicetur.*
31 *Ratihabitio non retrotrahitur quando non habetur ratum eo modo quo gestum est.*
32 *Ratihabitio non retrotrahitur in actu post tempus gesto.*
33 *Ratihabitio non retrotrahitur si sit defectus de iure tommuni.*
34 *Ratihabitio non retrotrahitur defectu consensus in substantialibus.*
35 *Ratihabitio retrotrahitur quamuis consensus deficiat in accidentalibus.*
36 *Ratihabitio an in delictis retrotrahitur. 38.*
37 *Voluntas per alium adimpletur.*
39 *Ratifico, quod meo nomine gestum non est in spiritualibus.*
40 *Ratificare an possint quod meo nomine non geritur in temporalibus. 42.*
41 *Res potius deberet valere quam perire.*
43 *Libellus, quomodo concipiendus in manuum violentarum iniectuone.*
44 *Manus violentæ quot modis inijciuntur.*

Vlieres. Si quæris, vtrum omnes mulieres, & omnes personæ non sui iuris possint ab Episcopo suo absolui pro iniectione manuum in clericum violenta, distingue. † Aut in mortis articulo, & ille casus semp
1 est exceptus, vnde in illo casu quilibet potest, absolui nedum ab Episcopo, sed etiam à simplici sacerdote, vt probatur. 17. q. 4. si quis suadente. ś. c. proxi. & j. e. quod de his.
2 &. c. quamuis. Aut aliàs, quam in mortis articulo & tunc † aut in iuria est atrox, & ille casus semper excipitur ita quod eo casu non poterit ab Episcopo absolui, vt no. ś. eo. si verò alicuius. in princip. j. eo. cum illorum. &. c. relatum. Licet Ioan. Andre. hic dicat per. j. proxi. sequentia, quod videtur in enormi læsione vel morte possit absoluere mulieres. arg. j. de electio. indemnitatibus. §. sed cum eas. li. 6. Sed ille. §. parum facit: quia loquitur in mulieribus religiosis, quæ non tenentur personaliter ire ad curiam pro facto electionis, hic in enormi reatu, qui omnem honorem excludit. C. vbi de crimi. agi opor. l. 1. Dic ergo secūdum Roma. & Assen. libro. 7. titu. quis potest absoluere ab excommunicatione. argu. 2. versicu. 5. quod expedit eas mitti ad
3 curiam. † Aut iniuria non est atrox, & tunc aut sunt impediti infirmitate, inimicitia, inopia, puerili vel senili ætate, seu alia corporis impotentia, de qua. j. eod. quamuis. & tunc potest per
4 Episcopum absolui vt ibi. Aut non est & tunc † aut quæris de mulieribus, & illæ omnes absoluūtur de cōsuetudine, quæ omnino amplectanda est. Vtinam enim nunquam peregrinarentur, quia nec vagatio mulierum, & mariū secura est, sed nec decens, vt patet. 18. q. 2. perniciosum. C. de procura. maritus. & in eo quod leg. & no. ś. de vita & honestate clerico. c. monasterio de cohabitatio. clericorum & mulierum. capitulo primo. Et cōsuetudo hanc potestatem dare potest saltem generalis, & per Papam tacite approbata, vt. ś. de offi. leg. quod translationem. Nec obst. quod hic dicitur, quia disiunctio sequens vel non, disiungit hanc dictionem mulieres, nec illa verba sui iuris non sunt, eam determinant, sed sequentia tantum. q. d. mulieres & si sui iuris sint necnon, & masculi qui sui iuris non sunt &c. Et est hic subaudiendum necnon, & exponendum vel pro &, qd sæpe accidit in iure. ff. de verbo. significa. l. sæpe secundum Hostien. idem Io. An. Quod intellige etiam si sunt mulieres robustę, & fortes, & hoc propter fragilitatem sexus, vt hoc no. Specu. titu. de sententiæ prola. §. nunc autem. ver. illud quoque. ver
5 sicu. quid si mulier. vbi de hoc: & Ioan. Andr. hic. † Aut quæris de personis masculis non sui iuris, & tunc aut de religiosis, &

illi possunt absolui ab Episcopo:vt.ſ.eod.monachi.Aut de se-
6 cularibus,& tunc faut de seruis, & illi possunt absolui ab Epi-
scopo secundum distinctionem illius.c.relatum.j.eo. secundũ
Bernar.& Hostien.Aut de filijsfamilias, & tales debent ad cu
riam venire, nisi sint intra pubertatem.j.eo.quis.&.c.vlt. secun
dũm Lau.Bernard.& Innocen. hic.& idem Specu.in d.§. vt au
tem.versi.illud quoque.versi.quid de filiofami.Sed Hostien.di
cit quod hic,scilicet quod filijfa. puberes illuc mittantur non
dicitur ibi,& nõ solum per seruos:sed etiam per filiosfamilias
nobis acquiritur,insti.per quas perso.nobis acquiritur. in prin
cip.Et idem eadem ratio videtur in his quæ & in seruis,vt not.
j.eo.relatum.nam & hi sui iuris non sunt:vt.ſ.de conuer.insi.
c.fi.& tales excipiuntur:vt hic dicit secundum Hostien. cuius
opinio videtur veri or per istud.c.quod generaliter loquitur.ar
gu.ff.de publiciana de precio.de leg.prælẽtã.l.1.§. generaliter.ſ.
de priuile.quia circa.maximè fauore patris fui,cui fortè seruit,
sicut seruus domino: & quia in nullius est præiudiciũ videtur
ampliandum.j.de reg.iur.c.odia.libr.6.Vel potes dicere secun
dum Ioan.And.quod priorum opinio vera est quãdo sunt seor
sum habitantes à patre regentes se: & fortè familiã vxoris, &
filiorum, & habent bona separata, alias vera est opinio Hostiẽ.

7 **Super eo.c.** †Hic habes, quod canon latæ sententiæ,
si quis suadẽte.17.q.4. loquens de mascu
lis extẽditur ad mulieres, & sic masculinum concipit fœmi-
ninum Gratia huius,Si quæris, vtrum & quando masculinum
concipiat fœmininum,vide per doctores iuris ciuilis,puta per
Lamb.de sal.ff.de consti.pecu.l.1.per dinum.ff.de verb. sig.l.1.
per Cy.C.de ser.fugi.l.quicunq;& per doc. iuris canonici,puta
per Host.ſ.de offi.deleg.c.1.de test.Ray.in prin. per Specula.
tit.de disput.aduoc.§.post hæc autem.4.col.ver.super quo dic
12 per Car.& Io.And.j.de elec.generali.libr.6.& Gensel. extra de
sepultu.c.1.in prin.in cle.& plenissimè per Archi.in d.c. si quis
13 suadente.Vnde circa hoc distingue. Aut quæris significatione
propria verborum grammaticalium, & tunc masculinũ genus
concipit fœmininum,vt Petrus,& Maria sunt albi,non ecõtra
14 secundum Lamb.& Cy.Aut quæris de legis vel canonis inter
15 pretatione,& tunc sunt diuersæ opiniones Cõmuniter dici so
let q̃ in fauorabilibus masculinum concipit fœmininum.ff.de
pact.l.tres fratres.& de consti.pecu.l.1.de verb.sig.l.1. In odio
sis nõ,& ideo si pater exhæredat filium nasciturum, si nascitur
filia non erit exhæredata,vt.ff.de ven.in pos.mit.l.1.§. quare si
ita.Alij dicunt q̃ si masculinum verbũ proferatur ab homine,
& est odiosum,non comprehendit fœminam, & sic intelligit
prædictus.§.quare si ita.Sed si à lege siue sit odiosum siue non.
fœmina continetur,vt hic.& ff.de iurisd.omn.iudi.l. si quis id.
Odof.dicebat q̃ etiam si à lege proferatur verbũ odiosum, nõ
comprehendit fœminam,nisi id lege cauetur.Gar.& Io.And.
in d.c.generali.dicebant quod verbum masculinum prolatũ à
canone comprehendit fœminas,vt in d.c.si quis suadente iun-
cto.c.isto.quod verum nisi cadẽ vel alia constitutione excipia
tur fœmina.j.de elec.indemnitatibus.§. sed cum eas.j.de hær.
9 c.statutum.2.& de pœnis.c.quæcunq;.lib.6.Tu dic latius,†aut
masculinum præcisè specificat masculinum, & tunc siue ma-
sculinum proferatur à lege siue ab homine eius appellatione
non continetur fœmininum,vt.C.de vesti.ole.l.1.& 2.C. nulli
licere.l.vna lib.11.Insti.quibus mod.fi.tu.§.1.& in d.c. Raynal
dus.in princip. ibi filijs masculis :& ibi filios masculos &c.Aut
masculinum non specificat præcisè masculinum , & tunc, aut
constat de mente proferentis,& illa est sequenda.ff. de condic.
& demon.l.in conditionibus.ff.de verbo.signifi.l.nepos procu
lo.de reg.iur.l.semper in stipulationibus. & l.in ambiguis.ſ.de
offi.deleg.super quæstionum.§.intentionis.j.de verbo.signifi.
intelligendum.& est expressum.ff.de leg.3.l.Lucius.§.quæsitũ.
aliàs fieret fraus.ff.de legibus.l.contra legem.j.de reg.iur.c. vl
10 tim.lib.6.Aut non apparet,& tunc faut in illo casu est aliàs pro
uisum sexui fœmenino, & tunc masculinum non concipit fœ
mininum,vt.ff.de libe.& posthu.l.si ita scriptum.C. de his qui
ve.æta.impe.l.2.de interdic.matri.l.1.&3.ad legem Iul.maie.l.
quisquis.§.ad filias. Aut non est aliàs prouisum, & tunc refert
secundum Archi.in d.c. si quis suadente. aut sunt verba legis,
aut canonis,siue testamentorum,siue cõtrahentium , aut iudi
cis,aut statutorũ,aut rescriptorum,aut priuilegiorum,aut be-
11 neficiorum,seu immunitatum.Si legis vel canonis , tunc † aut
masculus profertur in materia indifferenti ad vtrumq; sexum,
& tunc porrigitur ad fœmininũ , siue tractetur de fauore siue
de odio,vt.ff.de iurisdi.om.iudi.l.si quis id.de pactis.l. tres fra-
tres.de neg.gest.l.3.de consti.pecu.l.1.§.1.C.de sacrosan.eccle.
habeat vnusquisq;.C.de seruis fug.l.quicunq;.vnde vi.l. si quis
in tantam.extra de deci.c.1.cum ibi no.per Io.And. super ver-
bo quandoq;.& Gemi.& Gensel.& econtra.in cle. Si proferat
fœmininũ porrigitur ad masculinum non vi conceptionis, sed
virtute indemnitatis rationis: quia iura non in singulas perso
nas,sed generaliter constituuntur.ff.de legibus.l. iura. quia tũc
lex videtur scripta causa exempli : vt patet in discurrendo per
oẽs libros.ff.orum.& ſ.de rescriptis significauit.& de foro com
peten.ex parte.de concess.præb.c.vlti.j.eodem contingit inter
dum.1.Fallit secundum Archi. quandocunq; ex hmõi conce-
ptione damnificaretur respublica.ff.de iure immunitatis.l.1. in
fine.vbi habes quod immunitates datæ generi posterisque ad
eos,qui fœminis sunt nati non pertinent. Item fallit in tutela
patronorum,quia dicit lex vbi commodũ successionis & onus
tutelæ.insti.de legiti.patro.tu.§.vlti.Itẽ fallit, quia prohibetur
patronus petere vel exigere operas à libera voluntate eius nu-
pta propter sinistram suspicionem,sed patrona non vetabitur:
quia suspicio hic nõ cadit.ff.de oper.libert.l.sicut patronus vel
potes dicere quod ibi loquitur in materia differẽti vt sequitur.
Aut fertur in materia differenti:& tunc, aut in materia conue
nienti soli sexui masculo,& tunc non concipit fœmininum, vt
patet in tractatu de procur.dicit lex.ff. de procur.l.11.quod pro
curator est is qui aliena negocia mandato domini administrat,
& sub prolatione masculi non continetur fœmina, quæ regula
riter non potest esse procuratrix, quia virile officiũ est.ff. de ꝓ
cura.l.neq; fœmina.C.de procur.l.alienam. Et in tractatu de fi
deiussoribus:quia mulier regulariter nõ potest esse fideiustrix.
ff.& C.ad velleia.& per totum.Et in tractatu de tute. quia mu
lier regulariter non potest esse tutrix.ff.de tute.l.tute.& l.si.de
ren.iur.l.2.C. quando mulier tut.offi.fungi.potest.l.1.& not.ſ.
12 de appel.ex parte.a.†Aut in materia conuenienti soli sexui fœ
minino,& tunc masculinum concipit fœmininum , imo solus
13 sexus fœmininus cõtinetur,vt.ff.de vsuris.l.equis.†Si sunt ver
ba testatoris,tunc,aut tractatur de fauore, & tunc masculinum
concipit fœmininum.ff.de test.tu.l.si quis ita.de le.2.l. si ita sit
scri.de leg.3.l.Lucius.§.quæsitũ.& l.seruis legatis.& l.qui duos.
14 †Aut de odio,& tunc non cõcipit fœmininũ.ff.de ven.in posl.
15 mit.l.1.§.quare si ita.†Si sunt verba contrahentium, tunc ver-
bum non egreditur suos terminos.quia non reperitur cautum
in iure quod in hoc casu masculinum concipiat & cõtineat fœ
mininum,quia in potestate pacisentis fuit leges apertius scri-
bere.ff.de pactis veteribus,de verbo.oblig.l. quicquid. Nec mi
rum,quare aliud hic,quam in testamentis, qm̃ plenior habetur
interpretatio in testamentis, quam in cõtractibus inter viuos.
16 ff.de reg.iur.l.in testamentis.ſ.de don.cum dilecti.†Si sunt ver
ba iudicis proferentis verba contra perturbantes iurisdictio-
nem ipsius,& contra rebelles,tunc masculinũ concipit fœmini
num.ff.si quis ius di.non obtempe.l.vna. Et hoc ideo ne iuris-
dictio iudicis vilipendatur,& sit delusoria.ff.ne quis in loco pu
blico.fi.l.vlti.ſ.de offic.deleg.præterea.&.c. ex literis secũdum
Hostien.& Archi.& in hoc concordat Iaco.de ra.& Cy. in d.l.
quicũq;.Tu verò hoc casu potes dicere idem per omnia quod
dictũ est.ſ.in verbis prolatis à lege.arg.ff.de iusti. & iure.l.nam
& ipsum secundum Lamb.Si sunt verba statutorum tunc, aut
statutorum personarum secularium , vt ecclesiasticarum . Si se
17 cularium,tunc secundum Hostien.& Archi.†Aut tractatur de
odio,& tunc masculinum nõ concipit fœmininum , quia statu
ta sunt stricti iuris,& odio sunt restringenda.ff.de libe.& post
hu.l.cum quidam.j.de reg.iur.c.odia.li.6.& pœnæ sunt mollie
18 dæ.ff.de pe.interpretatione.de pe.distin.1.pœnæ.†Aut tracta-
tur de fauore, & tunc masculinum concipit fœmininum.arg.l.
alle.ff.de ven.in pos.mit.l.1.§.quare si ita.& q̃a fauores amplia
tur vt in d.l.cum quidam.Et ratio quare aliud in statutis homi
num,quam in legibus communibus , in quibus est supra dictũ
indistinctè quod siue tractetur de fauore,siue de odio,masculi
num concipit fœmininum,quod est cõtra illud, mitius agitur
cum lege q̃ cũ ministro legis.ff.de arbi.l.celsus.Rõ est, q̃a ma-
ior pœna debet ligari ille qui offendit legẽ principis scriptã,&
eiusdem legis magistrum.i.iudicem, q̃ priuatos hoẽs seu statu
priuatorum hominum,quia ratione maioris dignitatis, & au-
thoritatis augetur crimen.ſ.de male. statuimus. Item alia ra-
tio,nam leges cum maxima deliberatione conduntur & publi
cãtur.35.q.9.apostolicæ.C.de legi.l.humanum.Sed statuta secu
larium personarum plerumq; sine distinctione, & iniqua per
ipsos laicos conduntur,vt patet.ſ.de constit. quæ in ecclesiarũ.
de re iudi.cũ causa.& de immuni.eccle.nõ minus.j.eo.nouerit
&.c.grauem.& idcirco inquantum sunt fauorabilia ampliãtur,
& inqtum odiosa restringuntur. Et per hoc potest decidi quæ
stio:statutum est de facto,q̃ mater non succedat filio , nũquid
potest

potest succedere filiæ? & certe cũ statutum sit odiosum in præ
iudicium matris,& contra ius restringẽdum est, vt non exclu
datur à successione filiæ ꝓm Host.& Archid.Et si quæris quæ 24
est ratio quare verbum masculinum prolatum à iudice conci-
pit fœmininum indistinctè , in statutis autem distinguitur,vt
prædictum est,dic secundum Archid.quod ratio est, quia non
est præsumendum quod iudex sine magna causa durum statuat
vel iniquè decernat.ff.de iusti.& iur.l.1.j.de verbo.sig.forus.§:
in omni.sed statuta secularia plerunq; conduntur sine delibera
tione vt dictum est:& probatur.C.de sacrosan.eccle.auth.cassa
& irrita de furtis auth.nauigia.vnde propterea seculares cõsue
uerunt ponere in statutis pœnalibus vtrumque sexum, dicen-
19 do si quis:vel si qua contrarium fecerit &c. †Si sunt statuta per
personarum ecclesiasticũ, tunc masculinum prolatum ab ipsis
statutis indistinctè concipit fœmininum , nisi fortè vilitas exi
mat aliquem,vt patet in eo quod leg.& no.ſ.de loc.c.1. de clan
de.despon.cum inhibitio.§.pe.ad idem.C.de adul.quæ adulte-
rium.Et est ratio inter statuta ecclesiastica & secularia,quia ec
clesiastica cũ magna deliberatione & maturitate conduntur.ar.ſ.
de his quæ fi.à præl.nouit.de excess.præ.c.1.& potissimè conci
lia synodialia.ſ.de ma.& obedi.c.quod sup. & de accusati.c. q̃
sicut.Ad hoc facit qd̃ no.Gen.extra de priuile.ca.1.gl.2.in cle.
dicens q̃ statutũ pœnale.extenditur propter identitatem ratio
nis.Est & alia & rõ,q̃a non sunt odiosa,sed fauorabilia:vt patet
in eo qd̃ legi.& no.j.eo.c.penu.eo.ti.c.cum medicinalis.li.6.se
cundum Host.qui quædam posuit in di.c.Raynaldus. & Guil.
de mõn.lau.in d.c.1.gl.2.extra de priuileg.in cle. & plenius Ar
20 chid.in d.c.si quis suadente.†Si sunt verba rescriptorum , tunc
masculinum concipit fœmininum:vnde sub illa clausula qui-
dam alij de qua traditur.ſ.de rescrip.sedes apostolica.poterunt
21 conueniri fœminæ:vt no.Bern.compost.ibi.†Si sunt verba pri
uilegiorum siue immunitatum:tunc masculinum concipit fœ
mininum, vt si concessum est priuilegium vel immunitas fi-
lijs meis vel posteris meis,extenditur ad filias meas.ff. de iudi.
immunita.l.4.Et merito quia principis immunitas siue benefi
cia largissimè interpretãda & amplianda sunt.ff.de consti.prin
cip.l.1.& vlti.ſ.de dona.cum dilecti.j.ti.1.olim quod intellige.
vt no.ſ.de consan.& affi.quod dilectio . & quod no. compo.ſ.
de rescri.causam quæ.Et quamis communiter dicatur masculi
num concipit fœminin.tam en econtra regulariter fœmini
num non concipit masculinum vt.ff. de leg. 2.l. si ita rescriptũ.
Sed fallit in verbis fœmininis prolatis à lege causa exempli seu
facti accidentis non iuris ministerij : vt.ſ.dixi in versi. & econ
tra si proferetur.Item in casu nã si patronus fecit iurare liber-
26 tam ne nubat,amittit iura patronatus , & idem si fecerit iurare
libertum ne nubat,amittit iura.ff.de iure patrona.l.adigere.

Super eo.c. Ad declarationem gl.fi.Bern.hic.Si quæ-
ris,vtrum propter iniectionem manuum
violentam in clericum factam per aliquem de mandato vel au
thoritate alterius,vel altero ratum habente,vel cõsulente inij-
cíens vel mandans , vel ratum habens, vel consulens: excom-
22 municationem incurrat . Distingue. † aut iniectio facta est so-
lum voluntate & affectu etiam procedente ad factum in perfe
ctum,tum vt quia volens manus temere violentas inijcere in
clericum ipsum insultauit,& visus fuit percutere: sed non per
cussit nec tetigit,& ex hoc nullus excommunicationem incur
rit.Quia verba illius canonis. 17.q.4.si quis suadente . ibi vio-
lentas manus iniecit &c.cum effectu sunt intelligenda. argu.ſ.
de cle.non resid.relatum.vt hoc no.Ioan.de pe.distinc.1.si quis
pulsatus.& expressius Hug.in d.c.si quis suadente .& Archidi.
eadem causa.& q.c.sicut.glo.1.& 17.q.1.qui bona.§. si ergo.in
magna gl.sua.ad fi.versi.in pœnis autem spiritualibus. & Card.
j.de pe.c.fœlicis.li.6.super verbo ratum habuit & Archid.ibi
in §.præsenti.Ioan.An.ibi in nouella Licet Ioan. contra Inn.d.
c.si quis suadente.& malè fallit in illo qui cardinalem est hosti
liter insecutus,licet ipsum nõ tetigerit, quod est speciale in car
dinali vt in c.allegato fœlicis.§.præsenti secundum Card.Arch.
23 & Io.And.ibi.†Aut iniectio facta est realiter & de facto,& tũc
aut iniectio facta est in casu licito & permisso à iure,& tũc nul
lus est excommunicatus,& de hoc habes plures casus.ſ. eo.c.1.
& 3.& per Bernar.& Host.j.e.cum desideres gl. nisi in casibus
&.c.cum voluntate & Host.ponit.21.casus in sum.eo.ti.§.quis
posit excommunicare sub.§.super illo autem canone.& frater
Io.in sum.confes.eo.ti.q.35.post hæc.&.c. Aut est facta in casu
prohibito & damnato,& tunc aut quæris primo de iniijciente
seu percutiente,& constat quod ille dummodo sit capax excõ
municationis,quia doli capax & sanæ mentis,est excommuni-
catus.17.q.4.si quis suadẽte.& est expressum.j. eo. vniuersita
tis.&.c.quantæ.Nec præceptum iniustum hoc casu excusat,vt
j.eo.relatum.11.q.3.Iulianus.&.c.non semper.vt no.Bern.hic
in versi.sed contra,verum est & Hostien. †Aut quæris de man
dante,& tunc aut ipse mãdans moritur ante manuum iniectio
nem,factam aut non.Si moritur ante,tunc dicit Ber.hic in ver-
sed pone q̃ non est excommunicatus, quia mandatum morte
extinguitur.ff.manda.inter causas.inst.mand.§.rectè.ſ.de offi.
leg.licet.&.c.relatum.Idem tenet Vin.& Inno.hic.Sed Hosti.
hic contra,dicens quod si non pœnituerit satis est excommuni
catus,cum cõstet quod decesserit in peccato mortali, vt patet.
j.e.à nobis.2.24.q.2.legatur.25.distin.qualis.Idem Goff.hic di
cens,quod est excommunicatus nisi reuocet ante mortẽ man
datum,& maximè cum intelligatur decedere in eadem volũta
te.ſ.de baptis.maiores.ff.de manumis.vind.l.si pater . Et bene
excommunicatur quis post mortem,vt patet.24.q.2. sanè pro
fertur.ad idem.24.q.2.nec quisquam.idem Archi.78. dist.c.vl
tim.& j.eo.cum quis super verbo incurris.li.6.idem Odof.de
senis.ti.de vi & vi armata.3.q.quod si ego , quod credo verius.
Si non moritur ante,tunc aut non pœnituit nec reuocauit man
datum ante iniectionem , & tunc verè est excommunicatus,
vt hic.nam qui per alium facit.&.c.ſ.de restit.spolia. cum ad se
dem ad fi.&.c.j.de reg.iur.qui per alium.li.6. cum concor.alle.
hic & ibi.Aut pœnituit ante iniectionem,& tũc, aut reuocauit
mandatum & mandati reuocatio re integra ad procuratorem
seu mandatarium peruenit, & tunc non est excommunicatus.
ar.ff.de procu.l.si procuratorem.ff.mandati.l.si mãdassem.Aut
non rauocauit mandatum vel reuocauit ita tarde q̃ reuocatio
non potest ante iniectionem ad mãdatarium peruenire, & tũc
dicit Inn.quod licet de culpa valeat redargui & puniri, tamẽ in
canonem non incidit,nisi qui dolo facit.ad hoc facit quod ipse
Inno.no.ſ.de homi.ad audiẽtiam . Idem.ſ.quod non incidit in
25 canonem tenet gl.Guil.super Ray.eo.ti. †quia sententia cano-
nis,quæ semper est iusta vt no.11.q.3.c.1.& in Spec.tit.de posi
tionibus.§.7.ver.quid si pono aduersariũ.& per Archi.50.dist.
ex pœnitentibus,non ligat illũ qui est in charitate , alias iniqua
& iusta esset,nec fertur nisi pro peccato mortali.11.q.3. nemo
Episcoporũ.sed Ber.& Host.cõtra.hic per dictã.l.si mãdassem.
ff.ad mace.l.si tñ,& l.si filius.ff.quod iussu.l.1.in prin.ſ.de pecu.
mandato.&.c.ex insinuatione.& ſ.de rescriptis.ex parte decani.
Et idem Host.in sum.eo.ti.§.qualiter proferatur . versi.sed
quid si mandauerit.& frater Io.in sum.confes.eo.ti.q.215.quid
si mandauerit &c.Idem Specu.titu. de lega.§. iuxta propositio
nis circa.10.col.versi.sed quæritur an occisione.versi. si autem
postquam.& Odof.de senis,in dicta.q.quid si ego.& idẽ tenet
Lamber.ff.de offi.procura.Cæsaris.l.2.dist.2.in fine.†Sed Bar.
Brixien.in fine quæstionis venerealis . in q.quæ incipit aliquis
mandauit dicit quod talis , quo ad Deum non tenetur, tamen
quo ad ecclesiam excõmunicatus est,quod verum videtur ꝓm
Io.An.j.eo.cum quis gl.2.li.6.idem Alten.lib.7.ti.3.ad fi.versi.
quid si quis non iniecit.Et hoc credo verius,quod,quantum ad
ecclesiam probatur per iura alleg.quantum verò ad Deum pro
batur Ezechiel.18.& 33.c.& 26.quæst.6.agnouimus. de pœni.
distinctio.1.hæc idem.& distinctio.7.nullus.ver.quod quãuis.
vbi dicitur in quacunq; die impius egerit pœnitentiam ab om
nibus peccatis suis quæ operatus est liberatur, & custodierit,
omnia præcepta mea & fecerit iudiciũ & iustitiam,vita viuet,
& non morietur, omnium iniquitatum eius quas operatus est
non recordabor &c.arg.ad idem.ſ.de iureiuran.quemadmodũ
in fine.j.eodem.à nobis.2.Et ad rationem Innocen. respõdeo
quod mandans in mandando est in dolo, sed in reuocando in
tempestiuè est in culpa:& illa reuocatio intempestiuè facta nõ
purgat nec reuocat dolum præcedentem . Malum.n.seu pecca
tum sequens non excusat malum seu peccatum præcedens,sed
magis aggrauat vt leg.& not.86.distinctio,tanta nequitia.C.de
episco.audien.l.nemo.ſ.de temp. ordi.c.literas.ſ.de pœnis.c.1.
Nec obstat quod.ſ.dictum est,quod sentẽtia canonis,quæ sem
per est iusta,non ligat illum qui est in charita.&c.quia verũ est,
si constaret eum esse in charitate,sed ecclesia nõ præsumit talẽ
in charitate,tum propter mandatum dãnabile & dolosum præ
cedens,tum propter tardam & morosam reuocationem.arg.ff.
ad.l.Aquil.si putator.j.eo. quantæ. quam reuocationem præsu
mo fictam vt canon illudatur.Quæ reuocatio si tueretur reuo
cantem daret occasionem delinquendi,cũ quilibet posset man
dare clericum percutere,& scienter,tarde reuocare,qd̃ esse nõ
debet:quia iura quæ maleficia puniunt nõ debent viam malefi
cijs aperire.C.de indi.vidui.tollen.l.2.in fi.& p impunitatis au
daciam fierent qui neq; fuerãt nequiores,vt.j.e.vt famæ. Quæ
ratio cessat in moriente pœnitẽte,de quo nõ est verisimile qd̃

 fictæ

fictè pœniteat, & quod sit immemor salutis æternæ.C.ad.l.Iu.
27 repe.l.sancimus.1.q.7.sancimus.† Aut quæris de ratũ habente,
& tunc dicit Innocen.indistinctè quod incidit in canonem.ar.
C.de incestis nuptijs.l.3.ff.de offic.proconsul.& leg.l. obserua
re.§.fin.non faciendo mẽtionem vtrum factum fuerit nomi
ne suo vel non.& idem innuit Hostien. Tu verò subdistingue.
Aut iniectio manuum violenta facta est nomine ipsius postea
ratum habentis:aut non.Si sic tunc, aut habet ratam iniectio-
nem tanquam nomine suo factam,& tunc incidit in canonem,
quia ratihabitio etiam in male fi. mandato comparatur.ff. de vi
& vi armata.l.1.§.quotiens.versi.sed & si cum aliquis.ad quod
facit quod not.glo.ibi de restit.spolia.cum ad sedem.Et hoc te
net Tancred.& Berna.hic & est expressum.j.eo.cum quis.1.re
sponso lib. 6. Aut habet ratam iniectionem nõ vt nomine suo
faciam,sed vt quilibet alius homo puta, quia dicit benedictus,
Deus quia talis verberatus est,quia malus homo erat, & tũc nõ
incidit in canonem per ea quæ no.doc.ff.de vi & vi armata.l.1.
§.quotiens,& Archid.2.q.5.auditum.glo.adde sed hoc non ad
mittas, dicentes quod si aliquod maleficiũ fit nomine meo &
ratum habeam quod illud factum sit,nõ tamen ratum habeam
quod illud factum sit nomine meo,non tamen teneor quasi ra
tum haberem,& sic etiam sentiebat dominus Albericus. Et si
iniectio non est facta nomine ratum habentis:tunc nõ incidit,
28 vt est expressum in d.c.cum quis in fine.†quia quis non potest
habere ratum,quod eius nomine non est gestum,vt ibi & j.de
regu.iur.c.ratum quis.lib.6.ff.de nego.gestis.l.si pupilli.§.sed si
ego.& §.seq.de prec.si seruus,& hoc idem no.Gem. & Io.An.
j.de pœnis.c.fœlicis in princi.super verbo habuerit.li.6. Istam
distinctionem vtrum iniectio facta sit nomine ratum habẽtis,
vel non approbant Tancre.& Bern.hic & Ioan.17.q.4.omnes
ecclesiæ.glo.fi.& vide Archi.ibi in glo. antepenulti. penulti. &
fi.Istam etiam distin.approbat Archi.17.q.4.cap.qui bona.§. si
ergo.in magna glo.circa.7.column.versicul. sed fallit in casu.&
29 Acur.ff.de regu.iur.l.deiecit.† Et intellige quod dictum est de
ratum habente iniectionem nomine suo factam, quod incidit
in canonem.si à tempore ratihabitionis, & non à tempore inie
ctionis,vt no. Archidia.in d.c.omnes gl.fi.& Archid. & Ioann.
Andr.in d.c.cum quis,super verbo incurris. Et istam ratihabi-
tionem in corde retinuerit,ita qd̃ de ipsa non possit fieri fides,
& si talis sit ligatus,quo ad Deũm,non tamen quo ad ecclesiam
militantem,quæ non iudicat de occultis,vt patet in eo quod le
gatur & notatur.ś.de simo.sicut tuis.&.c. tua nos.j.e. à nobis.
2.secundum Hostien.hic idem Gemi.in dicto.c.omnes.& Ge
mi.& Ioan.And.in dicto cap.cum quis.& Aften.lib.7.titu.3.ad
30 versicu.quod si quis iniectionem.† Aut quæris de consulente,
& talis etiam nedum verberans clericũ est excommunicatus,
nam talis videtur consentire in delicto:ergo ligatur. argumen.
17.q.4.omnes infrà,eod.quantæ.ff.de adul.l.is cuius opere. de
verbo.signi.l.sæpe.ad fin.institu.de iniur.§.1.Nam & de persua
su tenetur quis.ff.de seruo corru.l.1.§.fi.ad.l.Aquil. item si ob-
stetrix.§.1.86.dist.tanta. Talis etiam secuto homicidio homi-
cida clerici censetur:vt patet.ś. de homici. sicut dignum.§.qui
verò.vbi hoc no.Host.super verbo inflammasse.& §.fi. &.ca.si
gnificasti.2.§.1. ibi & si percussor. ergo & pro absolutione est
ad sedem apostolicam transmittendus.j.eod.perpendimus. Et
hoc intellige quando iniectio ex consilio est secuta, vt probãt
iura inducta,quod dic vt no.suprà de offic.delegati.c.1.vel quã
do participat in crimine præcedenti infrà eodem nuper.§.in
secunda.secundum Hostien.

Super eo.c. Si quæris,vtrum ratihabitio retrotraha-
tur,& mandato comparetur, distingue:
Aut quis ratum habet quod suo nomine non est gestum, & de
31 hoc dic vt dicam,j.dist.proxim.† Aut quis habet ratum,quod
suo nomine est gẽstum;& tunc aut habet ratum negocium nõ
eodem modo quo gestum est nomine suo sed aliàs, vt quia di
xit gaudeo quod contraxisti,non tamen quod contraxisti no-
mine meo,vel gaudeo quia talem interfecisti, non tamẽ quod
interfecisti nomine meo, & tunc retrotrahitur, nec mandato
comparatur,vt no.gloss.& doct.ff.de vi & vi arma.l.1.§. quo-
tiens.ver.sed & si cum aliquis.& in ijs quæ dixi.ś.dist.proxi.ar.
bonum ad hoc.ff.de preca.l.si seruus.vbi dicitur quod si seruus
tuus mãdato tuo precario rogauerit,vel ratum habuerit, quod
ille rogauit tuo nomine,teneberis,quasi precario habeas, ergo
à contrario si ratum habeas q̃ ille rogauerit, non tamen q̃ ille
rogauerit tuo nomine non teneberis.Ad idem.ff.de calum.l.2.
ad fi.hoc etiam probatur ar.l.qui dicit q̃ potest quis approbare
factum & non qualitatem facti,vt.ff.arbi.tu.l. cum interdictæ
ar.etiam ad hoc.ff.sol.matri.l.Lucius, & ff. quorum lega.l.1.§.
q̃ ait prætor.2.& Cy.C.de accu.l.nõ eo minus.vbi de hoc.Aut
habet ratum negotium eo modo quo gestum est nomine suo,
vt gestũ est nomine suo,& tunc, aut quæris in cõtractibus vel
quasi,aut in delictis vel quasi.Si in contractibus vel quasi,tunc
32 † aut quis ratificat actum in eo tempore quo ipsum actum ge-
rere non potest,& tunc non retrotrahitur nec mandato compa
ratur,verbi gratia, defertur tibi bonorum possessio, debes eã
agnoscere intra.c.dies si est de collateralibus.pone ergo,agnoui
bonorum possessionem nomine tuo intra.c.dies postea tu rati
ficasti ãgnitionem meam post.ca.dies, non prodest ratificatio.
Vel cõdemnatus es,appellaui pro te intra.10.dies, post 10.dies
tu ratificasti, non valet ratificatio nec retrotrahitur, quia istis
temporibus quibus ratificasti nõ potuisti bonorum possessio
nem agnoscere,vel appellare,vt.ff.rem ratam ha.l.bonorum.de
gerat vt euadat q̃ persequẽs incidit in canonem, secus si cleri
cus fugiendo lædatur. Item ℣m Ray. in §. 48. & Go. in sum. eo.
ti. & Host. in d. c. sub. §. sinautem. versi. in primis ergo. & fratrẽ
Io. in q. 207. & Asten. vbi. ℣. ver. quid si super caput clerici ele
uat pugnũ, vel gladiũ, vel hastã, vel baculum volẽs eũ percute
re, non tũ percutit: non incidit in canonẽ. Nã canon iniectionẽ
& iniuriã, & violẽtiã exigit, nisi in casibus. p̃ius expressum de
terminatis, & interpretatis vt in clerico incluso vt hic, vel vo
luntariũ verberato in cõpensationem delicti. j. e. contingit. 2.
Et vtrũ ille qui cũ fugeret inimicos petijt à sacerdote q̃ ei ob
uiauit vt concederet sibi equũ ad euadendũ, & cũ negaret per
vim ei abstulit, & postq̃ euasit remisit ei equũ, est ex hoc ex
cõicatus. Bar. Brixi. in q. dominicali quæ incipit, quidam cum
fugeret, dicit quod dicunt quidam quod non est excommuni
catus, quia hoc non fecit diabolo suadente, tamẽ ad cautelam
potest ablolui à suo episcopo. Alij dicunt eum esse excommu
nicatum

nicatum sed mitius est agendum cum eo. 50. dist. presbiteros.
Tancr. ibi dicit eum esse excommunicatũ, sed propter hoc nul
la pœna est imponẽda, quod verius credit, cuius opinionem vi
detur tenere Archid. 18. q. 4. quis suadente. gl. 1. & Asten. lib. 7.
tit. 3. q. quid de eo qui fugiens. &c.

Super eodem c. §. in secunda. Ad declarationem Inno. super verbo orando. Si quæ
ris vtrum, & quando in ecclesia in qua est excõmunicatus, pos
sit quis orare, vel audire seu celebrare diuina, distiugue. Aut est
10 excommunicatus minori excommunicatione: aut maiori. † Si
minori tunc credo quod licet sit notoria homini minor exeõ
municatio, quia tamen non est suspensus, quo ad alios nullus te
netur vitare eius officium, quia non est priuatus seu suspensus
à communione hominum, nec ab executione sui ordinis, sed
tantum à participatione sacrorum, quæ in sola perceptione con
sistit, vt. ℣. de cle. ex. mi. si celebrat. & hoc no. glo. G. super Ray.
eod. titu. §. 58. cæterum minori. super verbo scienter, & frater
Ioan. in summ. confessio. eod. titu. q. 170. vtrum ligatus. Et pari
ratione credo quod vna cum eo seu ipso præsente poterit quis
orare, vel audire diuina per ea quæ dixi suprà eodem cum non
ab homine. Sed vtrum ipse excommunicatus minori possit si
ne peccato intrare ecclesiam & missam audire, Rayna. in sum.
eod. titu. §. sed nunquid. & Hostien. in summ. eod. tit. §. fin. sub.
§. sed nunquid. dicunt quod rutius facit si nun intrauerit ante
quam fit absolutus. Si tamen intrauerit causa orandi cum nihil
ibi dicitur, non videtur peccare, quia non est remotus nisi à sa
cramentis. Imo fortè potest intrare ad horas, dum tamen non
ad missam: sed primum securius est. Et in hoc videtur concor-
dare Goffred. in summ. eod. titu. §. quæritur de excommunica
to. dicens, quod potest audire diuina præter missam: sed secu
rius facit si ex deuotione abstineat. argumen. 5. dis. ad eius. ver.
sed gloss. Guilielmi super Rayn. in dicto. §. sed nunquid credit
sine præiudicio, quod & missę poterit interesse, dum tamen ibi
non communicet, quia minor excommunicatio non separat ni
si à participatione sacramentorum, quæ in sola perceptione
consistit, vt in dicto. capitul. si celebrat Hugo tamen notauit.
11. quæstio. 3. si inimicus, quod ab introitu ecclesiæ est separa-
tus, & quod non credit quod huiusmodi excommunicatus pa
cem debeat recipere cum aliis post agnus dei, quia osculum il
lud succedit loco eucharistiæ. Et idem not. frater Ioan. in sum.
confessione eod. titul. quæstio. 169. sed quid de excommuni
cato, & Asten. s. libr. 7. titul. de damnis excommunica. articulo.
11 2. quæstio. sed nunquid talis quod satis credo. † Si est excom-
municatus maiori excommunicatione, tunc, aut est publicè ex
communicatus, aut occultè. Si publicè tunc, aut ille excommu
nicatus est in ecclesia causa orandi vel audiendi diuina: aut est
ibi non causa orandi sed pro alio negocio. Si causa orandi vel au
diendi diuina tunc, aut est nominatim & publicè excommuni
catus: aut occultè. Si nominatim, & publicè tunc, aut quæris
vtrum posit cum eo orare, vel audire diuina, & dic quod non,
quia videtur sibi communicare, cum eundem. s. Deum simul
pro eodem. s. pro populo christiano rogent vt hic secundum
Innocen. & Hostien. hic pro hoc. 24. quæstio. 1. omnis qui. Aut
vtrum posit eo præsente diuina officia celebrare & tunc, aut
missam, aut vesperas seu alias horas. Si missam tunc aut nondũ
incepit communionem seu canonem missæ & tunc non secun
dum Innocen. Abba. & Ioan. An. hic qui dicunt quod in canonẽ
excommunicatus, qui intrat ecclesiam vt audiat missam statim debet
cessare missam sacerdos, & alij orantes exinde recedere. Item
dicit Hostien. hic si extra ecclesiam audiret missam. s. quod sta
tim debet sacerdos cessare, & alij orantes exinde recedere, vt
patet in eo quod le. & no. suprà titu. 1. capit. quod in te. §. & in
conuentualibus. vbi idem no. Bern. & Hostien. & G. de mon.
Laud. & Gen. extra de priuilegijs. c. 1. super verbo perforatis in
clemen. Et in hoc concord. Altens. in dicta. q. sed nunquid talis
&, q, quid si ligatus. & titul. de interdicto, & suspensione argu.
12 3. versiculo denegatur etiam † Aut iam incœpit canonem mis-
sæ, & tunc debet ipsam perficere, quia non capit diuisionem.
7. q. 1. illud & cap. nihil. Et per consequens scholaris, qui ipsi sa
cerdoti seruit potest remanere. arg. ℣. de vita & ho. clerico. cap.
3. de filijs presbyt. proposuit in fin. & tutius est quod socius sit
sacerdos vt patet in dicto. capitu. nihil secundum Innocen. Ho.
Ab. & Ioan. An. & de hoc vide quod no. Ioan. 11. q. 3. sicut apo
stoli. gl. signo. vbi dicit, & idem Lau. ibi quod si incepisset mis-
sam non debet recedere. Sed Archiepisco. exponit ibi missam,
i. canonem missæ, concordans cum Inno. Ab. & Ho. hic & ibi,
ponit totam istam glossam Inno. & idem no. j. de priuile. c. epi
scoporum. super verbo publicè. lib. 6. idem Ioan. ibi in nouella
13 & extra. eod. cap. grauis, super verbo, expleta in clem. † Si vespe
ras vel alias horas, tunc statim exeat, quia ipsas alibi finire po
test, secundum Innocen. & Host. Ab. & Ioan. And. Si est occul
tè excommunicatus tunc dic prout no. Rayn. in summ. eod. ti
tul. §. item quæritur, dicens quod ille qui occultum excommu
nicatum scit in ecclesia, exibit si caute posit ita quod non ti
meatur scandalum vel proditio. i. manifestatio excommunica
tionis occulte. Aliàs nõ exibit, quia in secreto debet eum vita
re nõ in publico: q̃a non debet quis esse proditor criminis ℣m
id quod leg. & no. 6. q. 2. si tantum. glo. 1. 2. q. 1. si peccauerit. 46.
dist. clericus qui. ℣. eod. cum non ab homine Idem cũ Ray. no.
Go. in dicto. §. quæris. in verficulo si verò. idem no. G. in dict.
c. episcoporum. super verbo publicè lib. 6. & Io. An. extra eo. c.
grauis super verbo publicè in cle. & Asten. in dicta. q. quid si li
gatus. & idem frater Io. in sum. confes. e. ti. q. 171. si excommu
nicatus maiori & q. sequenti vbi ipse frater Io. & Ray. & gl. G.
super Ray. vbi. ℣. & Gof. in d. §. quæris de excommunicato. ver
siculo si verò etiam. & Ho. in dicto. §. fi. sub. §. sed nunquid. ver
sicu. sed quid si aliquis. & ver. sequenti & se. concord. cum Inn.
in hac glo. Et addunt ibi Goffre. gl. G. Ho. & frater. Ioan. quod
si sacerdos videat vel percipiat antequam inchoauerit canonẽ
publicè excommunicatum in ecclesia, moneat eum publicè vt
exeat, si non vult exire debet dimittere missam. argu. c. allega.
omnis qui. 24. q. 1. Si verò postquam inchoauerit canonem, eũ
percipiat, procedat & terminet, ita tamen quod finito canone
& sumpto sacramento illum moneat vt exeat antequam dicat
14 post communio. de con. di. 2. relatum. † Dicunt etiam Host. &
frater Ioan. quod si nõ exeat poterit eum sacerdos eijcere etiã
si clericus sit sine effusione tamen sanguinis, argum, ℣. eod. ve
niens. Si verò sit occultè excommunicatus, tunc dicunt Goff.
& frater Ioan. quod occultè moneri debet vt exeat. Sed si nõ
vult exire nihilominus missa seu officium diuinum celebrẽ.
15 † Sequitur quando excommunicatus est ibi non causa orandi
sed pro alio negocio, & tũc dicit Innocen. hic quod non videt,
quare alius in eadem ecclesia orare non posset, cum tunc in ora
tione non communicet sibi qui non orat. Alij contra, pro qui
bus dicit Hostien. faciunt hæc verba in oratione, & quod sequi
tur aut orando secum, quasi dicat non est orãdũ in loco in quo
ipse hoc posit audire, vt hic nec ipso respondente, vt sequitur:
aliter non diuersificantur hæc verba Quinimo nec ecclesiam
debet excommunicatus ingredi, etiam si ibi non celebrentur,
diuina. 25. di. c. 1. 24. q. 3. clerici. 1. q. 1. non liceat. nisi causa audiẽ
di verbum Dei. j. eo. responso. secundum Ho. cum quo conco.
Asten. vbi. ℣. Sed opinio. Inno. approbat Ab. hic, & G. j. eo. sta-
tuimus. gl. 2. li. 6. & credo quod bene, & vide quod not. Guil. j.
e. is cui gl. 1. li. 6. vbi dicit post Ray. quod excommunicati, vel
interdicti, vel suspensi ab ingressu ecclesiæ, nullo tempore de-
bent intrare ecclesiam quandiu sunt in sanctimonia. ar. 33. q. 4.
vir cum propria. 21. d. cleros. in fi. Et de materia orationis not.
plene Asten. li. 5. tit. de oratione per totum, vbi inter alia ponit.
6. causas quare vocaliter oratur, quæ his versibus continentur.
Collige. 6. causas quare vocaliter oras, vt torpor cedat, mentis
deuotio crescat, vt cor mundetur, & proximus ædificetur, lin
gua laudetur opifex, demonque fugetur. Et vtrum excommu
nicatus, sit priuatus ecclesiæ suffragijs, & vtrum liceat orare, p
eo, vide per Asten. in dicto tit. de damn. excomm. in principio
ver. Item ecclesiæ suffragijs, & ver. sequentibus.

Super eo c. & eodem. §. Ad declarationem gl. Innocent. super
verbo comedendo. vbi dicit etiam Hostien. post eum, quod co
medendo, bibendo, eundo, sedendo, loquendo, & in omnibus,
alijs denegatur communio cum excommunicato, vt est ex-
pressum. 11. q. 3. excommunicatos. † Si tamen ego pro meis ne
17 gocijs, & excommunicatus pro suis simus in eadem domo,
propter hoc tantum nisi aliud interueniat. non videor commu
nicare ei. Secus si simul iremus ad Papam vt pro eo rogaremus:
quinimmo, & si haberemus vnam communem cameram, be-
ne possumus in ea bibere, comedere, & iacere, diuisi tamen, ita
quod non in eadem mensa, nõ in eodem lecto, & quod caueam
quod nec in colloquio, nec in aliquo ei communicem. argum.
j. eo. si verè. in fi. vbi de hoc. Quia non dicitur facere iniuriam
18 qui vtitur iure suo. ℣. de elec. cum ecclesia vulterana. † Sed con-
tra, quia non solum aue, ei dicendum est. Sed nec in eisdem bal
neis licitum est lauare cum ipso. 23. q. 1. omnis qui. solutio il-
lud fuit de & super abundanti iustitia. Vel aliud est dimittere
delicias propter præsentiam excommunicati, quod commẽda
bile est, vt ibi aliud est ius suum dimittere ad quod nemo tene
tur, secundum Innocen. & Hostien. hic & Ioan. An. in dicto. c.

si verè.& idem per omnia Hug.& Archi.in dicto.c.excommu
nicatos.gloss.2.Et præmissa possunt probabiliter intelligi de il
lo qui incidit in communionem ante excõmunicationem, &
etiam de illo qui incidit post,ex facto tamen alieno,vt quia suc
cessit domino loci communis, secus si facto proprio scienter,
& gratis in communionem incidit, vt emendo. ar.ff.de arbi.l.
19 non distinguemus.§.sacerdotio.j.eod.si verè.†Ex quibus po
test concludi quod communicatio necessaria, vel quasi vtendo
iure suo toleratur,sed voluntaria & maximè deliciosa damna
tur.Vnde dominus vasallos suos etiam excommunicatos, po
test vocare, cum ex debito fidelitatis ei teneantur astricti arg.
11.q.3.quoniam multos.& in eo quod le.& no. suprà de iud.in
telleximus.& j.eo.inter alia.&.c.si verè.secundum Hostiẽ.j.§.
proxim.cum quo concor.Ioan.And.in c.allegato si verè. Sed si
quæris vtrum,& qualiter socius vnus, vel plures cogent talem
20 excommunicatum vt faciat se absolui,distingue. †Aut quæris,
de socijs in domo vna commorantibus, & tunc potest socius,
contra socium agere,vel quod exeat de domo.vel quo faciat se
absolui vt no.gl.G.super Ray.eod.tit.§.sed nunquid.& frater
Ioan.in sum.confess.eo.ti.q.175.quid si vnus. Aut de socijs,in
ecclesia,in choro,vel in claustro,& tunc excommunicatus mo
nendus est vt faciat se absolui, & si non vult obedire potest
procedi contra eum tanquam contra inobedientem, & incor
rigibilem.ś.de iudi.cum non ab homine. Non tamen tenẽtur
omnes propter hoc exire chorum: sed potius inobedientẽ in
aliqua camera eum teneant, cui etiam si proprium non habet
de communi prouideat secundum Hostiẽ. qui hoc no. in sum.
eod.titu.§.vltim.in fine.ver.tu dicas & idem frater Ioan.in di
cta.q.quid si vnus.Et de ista materia no.Asten.libro.7.titul.de
pœnis illicitè participantium cum excommunicatis. arti.1.q.
quid si sim hospitatus & q.sequentibus.

Super eo.c. §.in primo.Si quæris,vtrum ille qui nomi
natim excommunicato cõmunicat pos
sit absolui à suo proprio sacerdote, vel episcopi seu Archiepi
scopi sit absolutio requirẽda,distinguẽ. Aut communicat igno
ranter:aut scienter.aut est dubium vtrum scienter:vel ignoran
21 ter.†Si ignoranter tunc non incurrit aliquam excommunica
tionem,vt hic quando dicit scienter à contrario sensu.ś.e.cum
desideres.ibi,quia qui cum &c.&.c.significauit.& 11.quæstio.
22 3.quoniam multos†.Si scienter tunc,aut quæris de tertio parti
cipante scienter cum tali qui scienter participauit, vel commu
nicauit cum excommunicato,& dic q̃ talis non est excommu
nicatus minori,& hoc est quod dicimus,quod excommunica
tio non transit in tertiam personam.11.q.3. quoniam multos.
secundum Hostiẽ.Aut de illo met qui communicauit scienter
cum excommunicato:& intellige in casu non permisso à iure,
alias nec esset excommunicatus nec absolutione indigeret.11.
q.3.quoniam multos.j.eodem inter alia.& no.Bernar.ś.eo. cũ
desideres,& tũc.Aut communicat excommunicato cum om
nibus,suis participibus vel fautoribus,vel qui dedissent sibi au
xilium ad aliquid faciendum,& de hoc dicam.j.cap.proxi.Aut
communicat cum excommunicato simpliciter non cum suis
participibus vel fautoribus,vel consiliatoribus,& tunc,Aut cõ
municat excommunicato in crimine criminoso seu damnato
.i.occasione cuius est excommunicatus,per quam communi
cationem aliàs excommunicationem communicans,tunc re
gulariter incurrit excommunicationem maiorem.Aut com
municat excõmunicato alias quam in crimine criminoso, per
quod regulariter incurrit excommunicationem minorem. Si
communicat in crimine criminoso,tũc aut communicat cum
eo indirectè aut directè.Si indirectè,vt si quis excommunica
est qu.a ecclesiæ vel alij facit,guerram,& vnus tertius non intẽ
tione iuuandi illum facientem guerram,sed alia de causa insur
git contra illum eundem,contra quem fit guerra,& sic auxilia
tur excommunicato in crimine qui melius ex hoc potest guer
ram facere,tamen non est excommunicatus, si hoc non inten
23 dat,secundum Inno.hic,super verbo communicet. † Pro quo
facit quia voluntas,& propositum distingunt maleficia. j. eodẽ
cum voluntate.cum concor.ibi.alleg.Alias si cõtrarium dicere
tur,fortè iste tertius,qui iustè & necesse, ductus, quia alias ius
suum consequi non potest,insurgit contra illum impediretur
consequi ius suum,quod esse non debet. Quia cõmunicatio ne
cessaria vel quasi vtendo iure suo tolleratur,vt patet.ś.dist. pro
xim.licet hoc non placeat Host.qui recitat dictum Inn. in hoc
casu vbi aliquis est excommunicatus propter guerram, quam
facit ecclesiæ vel alij, & ego & alius, quartus habemus guerrã
adinuicem,quod eo casu mihi licet auxilium excommunicati
24 inuocare,vt fortior sim,& ei auxilium similiter præbere.†Sed
in isto casu quem ponit. Ho. patet quod directè participat ex
cõmunicato in crimine criminoso:vnde dictum Innocen.ap
probat Ricardus.& Asten.li.7.titũ.de pœnis partitipantium il
cite cum excommunicatis articul.1.q. vtrum fauens excom
municato quod verius credo. Si directè, tunc aut aut ab eo qui
excõmunicauit vel eius superiore erit absoluẽdus vt hic,intel
lige ab eo quę excommunicauit,& episcõpus cum tali excom
municato cõmunicauit in crimine criminoso. Nam ille sacer
dos istum Episcopũ absoluere poterit,nec ob.ś. de ma. & obe
cum inferior.quia ratione huius delicti est eo inferior vt no.6.
q.3.placuit.3.q.q.6.c.1.vt hoc no.Io.de Deo.Ioan.glossator &
Archiepis.11.q.3.qui merito.Item intellige.quod à superiore.
excommunicatorum poterit absolui per negligentiam ipsius,
excommunicatoris,vel quando est ad eum appellatum,alias nõ
j.eod.per tuas.& eod.titu.venerabilibus in prin.li.6. Vnde qui
cunque ei participans in crimine est excommunicatus etiam si
sit de aliena dioc.Et dic hunc ligari non sententia excommuni
catoris sed sanctimonia canonis, sed tamen non potest absolui
nisi ab excommunicatore propter iniuriam, quæ fit eius sentẽ
tiæ,quod probatur.j.§.proxi.ver.quamuis.n.tunc &c.secundũ
Inno.& Ho.& Io.And.Licet Ber.hic contra in gloss.colligitur
hic in prin.dicens,qnod eadem sententia ligatur non sententia
canonis.Et idem Goffredus in sum.eo.ti.§.Item quid si episco
pus.& §.sequenti,dicens,q̃ non auctoritate iurium sed senten
tia iudicis ligatur per hoc quod hic dicitur, quod si excommu
nicatus videtur in eum delinquere qui damnauit: licet Archi.
dicat.6.q.3.placuit gl.2.quod posset videri verũ vbi esset cõ
25 stitutionis episcopalis sententia. † secus fortè vbi esset tantũm
sententia hominis quæ non ligat non subditos,vt.ś.eo.à nobis.
& j.eod.Romana.§.porro.li.6.& hoc clare innuit Bernar. in di
cto.c.à nobis gl.sed contra.in fi.Primum.s.quod ligetur senten
tia canonis,& non hominis credo verius.Et ex hoc potes con
cludere quod vbicũque participatur cũ tali in crimine crimi
noso,siue in iurisdictione siue extra iurisdictionem excõmu
nicantis ligatur participans.ś.de consti.cap.1.quod non fieret si
esset hominis.j.de consti.c.2.lib.6. Ex hoc etiam conclude,q̃
si excommunicans participaret cum tali excommunicaretur,
sicut & quilibet alius,& per superiorem absolueretur,quod nõ
esset si sententia hominis,per ea quæ no.Inno.j.c.proxi. super
verbo participibus,& hoc expresse tenet Ray.& gl.Gui.super
Ray.in sum.e.ti.§.28.quid si Episcopus,& Hostiensis hic in §.
verum.super verbo excommunicatorem.& in sum.eo.ti.§.vl.
sub.§.sed quid si episcopus.vers.mihi videtur. & frater Io. in
sum.confes.e.ti.q.169.quid si Episcopus communicat &c.&
q.se.& G.j.e.statuimus super verbo alijs constitutionibus.lib.
6.& Card.ibi super verbo damnato.& ibi Io.An. in nouella &
Asten.li.7.ti.de pœnis participantium cum excommunicatis.
arti.3.q.vtrum Episcopus & q.sex.†Et licet Bern. ibi contra si
cõicat excommunicato, nõ in crimine criminoso, sed aliàs in
oratione,vel oculo,vel mẽsa, vel similibus per quod cõicãs re
gulariter incurrit excommunicationem minorem tm̃, tũc po
terit absolui a suo Episcopo vel à proprio sacerdote.i. à ꝓprio
curato.vt hic in §.2.Sed fallit in casu.ś.e.significauit.vbi est spe
ciale,quod incurrit maiorem,nec absoluitur citra Papã. Et dic
quod talis excõicatus minori non absoluetur ab Archiepiscõ
po de quo.ś.quæsiuerat,an haberet potestatẽ absoluẽdi in hoc
casu,cũ in responsione sua q̃ facit hic ad hoc ipsum subijciat,
per q̃ vr̃ eũ tacite exclusisse,Alias ita respondisset Papa quærẽ
ti de archiepiscopo,sicut de episcopo & ꝓprio sacerdote ar.ś.
de deci.ad audientiam �means Arch.qui hoc notauit.9.q.3.c.2.gl.
adde vbi de hoc etiam,vbi concordat Io.An.hic. Et q̃a archie
piscopus nõ est iudex subditorum suffraganei in foro pœnitẽ
tiali,nisi quando visitat,vt in dicto.c.2.& quando concedit litẽ
ras remissionis.ś.titu.proxi.c.pe.vt notat Archi.j. de censi.c.
perpetuo.glo.vlt.lib.6.Et in hoc quod dicitur in §.isto in secũ
do in fin.verum est nedum in canone papali,sed etiam in cano
ne seu statuto inferioris,puta legati,scilicet quod prælatus pro
prius excommunicati auctoritate statuti vel canonis illius po
terit eum absoluere,ex quo conditor absolutionẽ sibi vel alij
nõn reseruauit,siue ille episcop⁹ vel proprius prælatus sit sub
ditus conditoris illius canonis siue non, secundum gloss. super
Ray.eo.titu.§.59.hic etiam &c.& frater Ioan.in sum. confes.
e.titul.quæst.87.deinde quæro.& satis innuit Hosti.hic qui ex
27 ponit hic verbum alijs.i.ꝓprijs ordinarijs.†Sequitur quando
est dubium vtrum communicat scienter vel ignorãter, & tũc
dic vt no.Archi.11.q.3.si quis laicus.gloss.2. dicens qd̃ si mo
ratur in loco vbi facta est excõmunicatio, tũc præsumit scire,
nec est necesse ei significari vt ibi.Et ita intellige gl.Io.ibi secus
si moratur

si moratur remote à loco vbi facta est excommunicatio, siue
in eodem episcopatu,siue in alio,argum.11.q.3.curæ. & ca.de
bent.§.qui matrimonium accusare possunt,cum in tua.

1 *Excommunicato participans licitè non excommunicatur.*
2 *Excommunicato participans minori excommunicatur.*
3 *Excommunicato in crimine damnato participans excommunica*
tur maiori.
4 *Excommonicato in leui crimine participans non excommuni*
catur.
5 *Crimini perpetrato fauere, & eius immunitati differunt.*

Quod in dubijs. Ad euidentiam huius
capi. Si quæris,vtrum,
& quando participantes scienter cum publicè
maiori excõmunicatione ligato sunt ipso facto
excommunicati,vel excommunicãdi,distingue.
1 †Aut participant in casibus cõcessis à iure, de quibus no. Ber.
suprà,eo.cum desideres.gl.nisi in casibus: & tunc nec sunt pro
pter hoc excommunicati,nec etiam excommunicandi regu
lariter,nisi ex causa excommuniceutur,vt dicam infrà,ca.pro-
2 xim. Aut in casibus non concessis à iure & tunc † aut quæris,
vtrum sint excommunicati excommunicatione minori, &
dic quod sic:vt.ś.c.proxi.§.in secundo quod me. causa, sacris.
de cleri.excomm.minist.si celebrat. Quod verum etiam si epi
scopus excommunicet aliquem,& postea ei communicet.s.q̃
incurrit minorem vt no.Gof.in sum.eod.tit.§.quid si episco
pus excommunicet.& Host.in sum.eod.tit.§.vlt.sub.§.quid si
episcopus aliquem.& Ber.& Ioan.And.j.eo.c.statuimus.super
verbo constitutionibus.lib.6.& Asten.lib.7.tit.de pœnis parti
cipantium cum excommunicatis articu.2.q.vtrum Episcopus.
Et ab ea absoluet ordinarius excommunicati cum sit sentẽtia
3 canonis & non hominis,vt in dicto.§.in secundo.†Aut vtrum
sint excommunicati excõmunicatione maiori,& tũc aut parti
cipant in crimine damnato.s.occasione cuius est excommuni
catus & tunc sic.j.eod.si concubinæ.& ab ea absoluet excom
municator,quod dic vt dixi.ś.di.proxi. posset etiam talis parti
cipans in crimine excommunicari à superiore arg.notatorũ.ś.
de Iudæis ita quorundam.& tunc esset ligatus duplici senten
tia maioris excommunicationis,vna iuris,& alia hominis:& ab
illa sententia hominis ille homo absoluet secundum quod no.
Host.in sum.e.ti.§.vl.ver.sed pone.& frater Ioan.in sum. con-
fess.eo.ti.q.163,quid si episcopus,& Host.Car.G.& Io. An.in
nouella.j.eod.statuimus.li.6.super verbo damnato. vbi etiam
dicunt Hostien.& Card.& Io.And.quod in his,quæ participãt
in crimine non prohibetur ferri generalis excommunicatio,
4 imo poterit ferri generaliter in oẽs participantes in crimine.
†Aut aliàs,quam in crimine damnato,& tunc non sunt excom
municati maiori excommunicatione, nec à iure nec ab homi
ne, nisi sint moniti nominatim trina monitione,vel vna pro
omnibus per competentia interualla,nisi facti necessitas ea sua
ferit aliter moderanda,quod dic vt le.& no.j.e.statuimus &.c.
constitutionem.li.6.per quod.c.corrigitur finis huius.c. secun
dum.G.& Io.An.in dicto.c.cõstitutioneni. super verbo nomi
natim.Sed hoc quod dictum est.s. quod non sunt excommuni
cati à iure maiori fallit in clericis scienter, & sponte participan
tibus in diuinis cum excommunicatis à Papa,vt.ś.eo.significa
uit,quod dic vt ibi.Et no.secundum Inno.hic super verbo par
ticipibus.quod si excommunicator participat excommunica
to in crimine damnato,incidit in excommunicationem, quia
à se ligatus nõ est,sed à canone.ś.c.proxi. & in hoc concor. gl.
super Ray.Host.frater Io.in sum.confess.Car,& g, licet Ber.&
Gof.contra prout plenius dixi.ś.di. proxi. Sed si aliquis excõ
municasset aliquem cum omnibus qui dedissent ei auxilium ad
aliquid faciendum,& ipse excommunicator fuerit de ipsis au-
xiliatoribus,non ligatur,quia dici non potest quod talis sit ex-
communicatus à iure sed à se tantum quod esse non potest, qa
nemo potest se absoluere vel condemnare, sed superior tm̃ su
prà,de maio.& obe.cum inferior ꝓm Inn.& Io.An.hic & Gof.
& Asten.dicto artic.2.q. quid si episcopus excommunicet, &
idẽ not.Gui.& Io.An. in nouella in d.c. statuimus.super verbo
alijs constitutionibus.Et vtrum iudex delegatus posit in fau
tores excommunicationis sententiam ferre, no.ipse Gui.11.
5 q.3.rogo.gl.penu.& in d.c.statuimus.gl.1. †Item scias q̃ nõ est
idẽ fauere perpetrationi criminis.& fauere impunitati iã ppe
tratę,quia fauentes secundo modo ipso iure non incurrũt eãdẽ
excõicationem cum crimine:excõicandi tm̃ sunt si canonicè
admoniti non desistantq̃que tm̃ ratione horribilitatis crimi-
nis cuius impunitati fauent incurrat ipso iure maiorẽ.ś.de he
ret.excõicamus.i.§.credentes secundum Ricar.& Asten. li. 7.
tit.de pe.particip.cum excommunicatis,artic.1.q. vtrũ fauẽs.

1 *Excommunicati subditi ei communicant.*
2 *Excommunicati consanguinei ei non communicent.*
3 *Excommunicatus in spiritualibus superiori communicat.*
4 *Excommunicatis filijs non communicent parentes.*
5 *Excommunicatæ vxori non communicet maritus.*
6 *Excommunicatis mercenarijs dominus non communicet.*
7 *Excommunicato socius non communicet.*
8 *Papa solus non interpretatur concilium.*

Inter alia §.vt igitur. Si quæris,vtrũ
excõmunicato,
teneantur cõmunicare sibi subditi vel alij quibus ipse
est subditus, sicut ante. Distingue aut excõicatio,
ne durante durat subiecto: aut non. In primo casu, aut quæris,
primo.de sibi subditis,vel inferioribus rõne officij,vel potesta
tis,vel dominij quibus necesse est obedire.ff.de iustitia, & iur.
1 l.2.ad.l.Aquil.l.liber hõ.2.†Et tunc aut quæris de illis qui erant
prius ad familiare obsequiũ obligati,& vt familiares ei seruire
tenebantur,sicut sunt vxores filijfa.serui,& ancillæ,rustici terrã
suam colentes,& seruiẽtes,& omnes alij subiecti, qui nõ adeo
curiales sunt vt eorum consilio scelera perpetrẽt.l. qui sunt de
curia non de consilio.Et tales tenenẽ sicut prius,dũmodo nihil
interuenerit,propter quod hmõi obligatio dissoluatur, alias se
cus vt hic,in ver.vt igitur.& 11.q.3.quoniam multos.secundũ
2 Inno.& Host.†Aut quæris de illis, qui non erant ante ad fami
liare obsequium obligati, vt sunt matrices, & consanguinei,
& similes,qui si à domino recederent non haberent vnde viue
rent,& illi non tenentur communicare, sed tamẽ possunt si ve
lint,vt.j.e.si verò.ꝓm Host.in sum.eo.ti.§.vlt.sub.§.humile.&
frater Io.in sum.confes.eo.ti.q.131.sequitur.humile &c. & q.
seq.& frat.Asten.li.7.ti.de personis excõmunicantibus cũ ex-
communicatis.ar.1.& artic.3.& 5. Vnde clerici non tenentur
communicare episcopo suo excommunicato.93.di.c.miratus
ś.de excess.prael.c.fi.& arg.4.q.5.quisquis. Quod intelligas nisi
sint eius seruitio deputati conductiuẽ, in talibus.n.est eadẽ ra-
3 tio,quæ in alijs laicis mercenarijs ꝓm Hosti.ibi.† Aut quæris,
de illis quibus excommunicatus est:subiectus rõne officij vel
potestatis vel dominij,& tũc aut ratione officij vel potestatis
spiritualis,quales sunt prædicatores,& tales in his, quæ ad offi
cium suum spectãt excommunicatis commmunicare tenenẽ,
si curam eorum habeant,vt patet in eo quod le.& no.ś.de offi.
ordina.irrefragabili.Et idem de alijs qui mittũtur à Papa, vel
à diocœsano.ś.de hæreticis,excommunicamus.1.§. quia vero
ś.de offi.ordin cætera.ꝓm Host.& Io.An.hic pro hoc etiã fa-
cit.j.e.responso.Aut ratione officij vel potestatis secularis, seu
temporalis.†& tũc aut quæris de parentibus, vel dominis, vel
4 patronis,& tũc aut q̃ris vtrũ pater mater, dominus, vel patro
nus,possint vel debeant communicare filio,vel liberto, vel ser
uo,excommunicato,alia ratione quam vt ab eis debitum reci-
piant:& dic quod non,cum non sint eorum obnoxietati subie-
cti,imo præ alijs eos excommupicatos vitare tenentur: & pec
cant grauius,quam alij,& in excommunicationem incidunt si
eis cõmunicent,cum à sua cohabitatione eos repellere debẽt.
37.dist.hinc etiam filius.&.c.præcedenti.27.q.1.de filia.Aut ea
ratione vt ab eis debitũ recipiant siue in alimentis siue in alijs:
& tunc possunt eis communicare,vt.j.eo.si verè. &.c.relatum.
secundum Inno.Petr.de Samp. Abb.& Host.& Io. An. hic. &
concor.Goff.in sum.eo.ti.§.excipiuntur. versi.sed nunquid pa
rentes.& Hostien.& frater Io.vbi.ś.& Io.in dicto. c. quoniam
multos.gl.sed nũquid potest.dicentes,quod maiores non excu
santur communicantes suis inferioribus,& hoc in pœnam ip-
forum maiorum,qui corrigere debent minores, nec incideret
5 in excommunicationem,arg.d.c.de filia. †Aut quæris,de mari
to,& dic quod talis non potest communicare vxori excommu
nicatæ,quia vir est caput mulieris, & mulier famula viri.33.q.
5.cũ caput.&.c.est ordo. Vnde præcipere potest vir vxori,vt
se ponat in statu,non econtra,vt no.Goff. in dicto,c. excipiun
tur.Idem Rayn.idem Asten.in titu. allega. de personis comm.
cum excommunicatis articulo.2.Sed fallit in debito carnis exi
gendo,vel reddendo,in quo vir & vxor parificantur.30.quęst.
1.si quis vxorem.1.& hoc not.Card.j.eo.statuimus. super ver
6 bo minori.libr.6.†Aut quæris,de dominis seu magistris, quo
rum mercenarij sunt excõmunicati, & dic quod eos debẽt vi-
tare sine magno incommodo hoc facere possunt,aliàs eis licitè
communicabunt.j.eo.relatum.&.c.si verè. & argumẽ. 11.q.3

7 anteceſſor.41.diſti.quiſquis.23.q.4.c.† Et idem intellige de ſo
ciis ſecundum Hoſtien.in dicto ſub.§.humile. vbi etiam dicit,
quod licet in certis caſibus ſupra dictis cõmunicare poſsit cũ
communicatis,ſunt tamen etiam in illis inquantum bono mo
do fieri poterit euitandi,vt patet ex mente huius.c.& dicti.ca.
quoniam multos.& infra,eo.ſi verè.in fine. Item quod prædi
cti de quibus dictum eſt,quod communicare poſſunt, excuſan
tur niſi vt eis,ſpecialiter communio interdicatur ex cauſa: &
ſic poteſt intelligi dictum capitulum iuratos.93.diſ.15.q.6.nos
ſanctoram.&.c.iuratos.de exceſ.præla.c.fi.deſpon.non eſt vo-
bis.de iureiur.ex reſcripto.In ſecundo caſu principali.ſ.quãdo
excommunicatione durante finitur ſubiectio: & tũc dic quod
eis communicare non tenẽtur nec debent, imo ceſſante ſubie
ctione ceſſare debet communio.arg.ff.de iure pat.l.adigere.§.
quãuis.s̈.de iureiur.& ſi Chriſtus.Et in hoc ſatis concor. Vinc.
& Io.And.poſt.eum hic,qui per finem huius.c. ibi niſi articu
lus neceſsitatis immineat &c.arguunt,ꝙ nullus debet de nouo
intrare familiam excommunicati. Et quod mercenarius fini-
to ſuo tempore reincipere annum cum excommunicato non
debet.Vnde non ſequitur ſi heri communicaſti, ergo & hodie
potes communicare.Idem etiam dicit Abb.& Ioan.And.poſt
eum de obligatione coniugis ſi ſoluatur per diuortium: vel pa
triæ poteſtatis ſi ſoluatur per emancipationem.ſ. quod nõ po
teſt poſtea eſſe communio ſine pœna.Item no.Goff.& Hoſti.
vbi.s̈. quod omnes perſonæ contentę in dicto c. quoniam mul
tos.vſque ad illud verſi.quicunque autem aut orator &c.tenen
tur communicare ſuis ſuperioribus excommunicatis,propter
obnoxietatem qua illis tenentur aſtricti: ſed aliæ perſonæ quæ
in eodem.c.ſubſequuntur communicare non debent:imo de-
bẽt euitare,niſi articulus neceſsitatis immineat, vt hic in fi.vel
etiam ſecũdum Inno. &Abb.hic vtilitatis de qua loquitur.11.
q.3.c.prædeceſſor.j̈.eo.ſi verè.Sed Hoſt.dicit quod illa iura nõ
probant de vtilitate,ſed de damno vitando.cætera vide per eos
ibi,& per fratrẽ Io.in dictis quæſtionibus ſequitur humile, &
ſequẽti.vide etiam quod no.Io.24.q.3.ſi habes ſuper verbo pę
na.Et quia textus iſte facit mentionem de interpretatione,vi-
de de multiplici interpretatione per Ioã.11.quæſtione.3. ſicut
8 enim.& per Bern.s̈.de poſtula.præla.c.1.†Et iſtud.c. eſt in argu
mentum,ꝙ Papa ſolus non poſsit ſine maiori parte Epiſcopo
rum qui interfuerunt in conſilio generali ipſum interpretari:
ad idem.s̈.de iudi.cum veniſſent.contrarium tamen tenet Ioã.
17.di.nec licuit.gl.2.argum.s̈.de conceſ.præben.dilectus.Item
quia fit hic mentio de ambiguitate,vide de triplici ambiguita
te iuris & facti & perſonæ per Ioan.33.diſtin.c.fi.

2 *Iniectores violenti à Papa abſoluuntur.*
2 *Caſus epiſcopales.*
3 *Caſus atroces papæ relinquuntur.*
4 *Monachatus in excommunicato tenet.*
5 *Excommunicatus an in monachum recipiendus.*
6 *Excommunicatum monachum an Abbas abſoluet.*
7 *Excommunicati noui à quo abſoluendi.*
8 *Excommunicatum ob manuum iniectionẽ,quis diſpenſat.* 10.12.
9 *Exceſſus enormis quis dicatur.*
11 *Priuilegium ampliandum.*
13 *Excommunicatus ordines recipiens à quo abſoluendus.* 15.
14 *Abſoluere poteſt,qui & ligare.*
16 *Abbas diſpenſat cum irregulari.*
17 *Religioſorum peccatum grauius ſecularium.*
18 *Religioſus facilius à peccato corrigitur.*
19 *Religioſi iuſtiores ſecularibus.*

1 **CVm illorum.** Hoſtienſ. dicit hic ſuper ver
bo quibuſdã caſibus. † quod
regula eſt quod iniectores violentarum, ſeu iniurio-
ſarum manuum in perſonas eccleſiaſticas abſolui nõ
poſſunt niſi per Papam vel alium de ſpeciali mandato ſuo, vt.
17.q.4.ſi quis ſuadente,ſuprà eod.parochianos.&.c.porro.Hoc
2 autem fallit in caſibus,qui comprehẽduntur his verſibus. † Re
gula, hic comprehenduntur omnes religioſi qui abſolui poſ-
ſunt per proprium prælatum ſi ipſum habeant.infrà eod.§.nos
tamen.dum ſacerdos ſit infrà.eod.canonica.& s̈.eod. nuper.§.
pe.vbi de hoc.Alioquin per diocœſanum.j̈.eod.de monachis.
& s̈.eod.monachi.mors.s̈.eod.non dubium. Sexus,s̈. eod.mu
lieres.Hoſtiẽ.s̈.eo.decætero.Puer.j̈.eod. quamuis.& c.fin. s̈.e.
c.1.officialis.s̈.eo.c.3.§.1.delicioſus. Sed primo conſulitur Ro
manus pontifex.s̈.eod.mulieres.inops, quia nobilis cui ire ho
ſtiatim mendicando eſt verecundum,quod dic vt plene not. s̈.
eod.quod de his.ſenex,s̈.eo.quod de his.&.c. ea noſcitur æger,
qui eſt incurabilis,vel de cuius morte dubitatur vel cuius mor
bus chronicus,& longus eſt,quod dic vt leg.& no.s̈.e.quod de
his.&.c.ea noſcitur.Sodalis,s̈.de vita & ho.cle.quoniam.§.fin.
s̈.eo.ex tenore.ianitor.s̈.eo.c.3.1.reſpon. aſtrictus poteſtati pa
triæ vel dominicæ,s̈.eo.mulieres.j̈.eo.relatum.in fin. Dubius,
quod dic vt le.& no.ſupra,eo.cum deſideres.§. ſecundæ quæ-
ſtioni.&.c.ſi verò aliquis cauſæ.l.iuſtæ quæcũque præſtant im
pedimentum ſedem apoſtolicam non adeundi, ſuprà eo.quod
de his.vbi de hoc.&.c.decetero.j̈.eo.quamuis.leuis ictus idelt
leuiſsimus, quod dic vt leg. & no.ſuprà,eod.peruenit.debilis,
3 s̈.eod.ea noſcitur.Abſolui ſine ſumma ſede merentur. †Atro-
ces verò ſoli Papæ retinentur,vt.j̈.eo.§.nos tamen:&.c.relatſi.
in fin.&.c.canonica.Iacobus ſere.ebredun.ſecundum Hoſt. &
Ioan.And.poſt cum . Sed tu potes dicere quod hodie iſti caſus
ſi intelligantur de leui iniuria redacti: ſunt ad ius commune.ſ.
quod epiſcopus poteſt abſoluere à leui iniuria,vt in c.alleg. per
uenit.vel ſi intelligãtur de mediocri,vel graui iniuria, quod ſit
etiam hodie in eis ſpeciale,vt ibi dixi.

Super e.c.§.nos tamen. Si quæris vtrum te-
neat monachatus in
excommunicato,& eum recipientes peccent:& vtrum Abbas
4 talem receptũ in probatione abſoluere poſsit, diſtingue. †Aut
quæris de primo.ſ.vtrum teneat monachatus,& dic quod ſic,
arg.hic,& hoc tenet Innocen.hic ſuper verbo prælatis: & Ioã.
And.poſt eum.idem tenet Archi. 11.quæſtio. 3.excommuni-
catos.gl.2.& frater Ioan.in ſum.confeſsio.eod.titu. quæſti.44.
quid ſi aliquis veniens &c. Et pro hoc facit.s̈. de eo qui duxit
in ma.q̃ pol.per adulteriũ.c.ſignifi.vbi habes, quod excõicatus
5 põt cõtrahere matrimoniũ carnale.† Aut quæris de ſecundo.ſ.
vtrũ recipiẽtes eũ peccent.& tũc aut recipiũt ignorãter, & tũc
nõ peccãt.ar.s̈.de cler.exc.miniſt.apoſtolicæ.Aut ſciẽter,& tũc
dicit Ray.in ſum.eo.ti.§.quod ſi aliquis veniens. quod videtur
ſibi quod non debent eum recipere, quia non debent ei com-
municare.Sed alijs videtur contrarium, quia excommunicato
poſſumus participare in his quæ pertinent ad abſolutionẽ eius
vt.j̈.eo.1.reſpon.Vnde cum huiuſmodi receptio ſit via ad abſo
lutionem obtinẽdam,vr̃ quod licita ſit, ſicut licitũ eſt recipere
iuramentum ab eo qui abſoluendus eſt. Sed ſententia Rayn.vi
detur tutior: quia cum excommunicato non licet orare, licet
quodammodo pertineat hoc ad ſalutem animæ 11.quæſtio.3.
cum excommunicato.& hoc no.Archid.19.diſtinctio. mona
6 ſterij.†Aut quæris de tertio.ſ. vtrum Abbas talem receptum
in probatione abſoluere poſsit,& dicit Inno.quod non dicens
quod melius facit Abbas,qui hoc ſcit,& ipſum non recipit, qa
nec receptum in probatione abſoluere poteſt.Idem Ab.hic &
Ioan.And.hic.& j̈.eo.c.religioſo.ſuper verbo poſsit.in nouel-
la.libr.6.Cum ante profeſsionem ille nec ratione criminis nec
ratione perſonæ ſit de ſuo foro.Quod non placet.Hoſtiẽ.quia.
hæc litera & mens ipſius contradicit:vnde dicit indiſtinctè qd̃
talis prælatus talem poteſt abſoluere pure, & ſine aliqua condi
tione,vt no.hic & ſuprà de regula.ſtatuimus.& in ſum.eodem,
titulo.§.quis poſsit ab hac ſententia abſoluere in fin. Idem te-
net.G.infrà,eod.religioſo.§.quamuis.libr.6.dicens, quod hoc
ſatis probatur hic,in verſicu.præcedenti,qui incipit & alibi,ibi
qui religionis habitum receperunt &c.iuncto cum iſto.§.Nam
ex eo quod dicit habitum in monaſterio receperunt, innuitur
ipſos poſſe abſoluere aſſumpto habitu.Et huius ſententiæ fuit
gloſſ.ſuper Rayn.in ſum.eod.titulo.§.17.item quod ſi aliquis.
& frater Ioan.in ſumm.confeſsio.eod.tit.quæſtio. 45. ſed nun
quid tempore.& Innocen.& Hoſtien.ſuprà,eod.monachi.vbi
7 de hoc dixi.†Licet Ioann.Andr.hic dicat illud dictum Innocẽ.
poſſe intelligi de nouicijs qui in probatione incurrunt hanc ex-
communicationem.Iſtud verò dictum ipſius Innocen. hic in-
telligitur de his,qui prius incurrerãt.& hoc approbat.G.infrà,
eod.religioſo ſuper verbo non poſsit libr.6. Quod credo verũ
etiam ſi poſt abſolutionem habitam intra annum profeſsionis
religionem exiret,licet Hoſtien.in hoc vltimo contra in ſum.
eod.ti.§.& qualiter hæc abſolutio ſub.§.quid igitur ſi quis.Cu
ius ſententia poſſet habere locum in caſu vbi fraudulẽter pro
abſolutione facilius obtinenda, & non alias religionem intraſ-
ſet,& de hoc conſtaret,vel eſſet præſumptio violenta, vt quia
ſatis cito poſt abſolutionem obtentam exiuit ar.ſuprà de elec.
cap.officij cum ibi no.in prin.primæ.gl.quod intellige verum
iuxta diſtinctionem huius.c.§.ſtatim ſequitur in di.ſe.

Super eodem c. &eodem.§. Ad euidẽtiam huius
c.Si quæris,à quo abſolui poterit
ille qui ſententiam excommunicationis incurrit auctoritate
canonis

canonis ſi quis ſuadẽte. Et ſi taliter excommunicatus ordines
8 receperit quis cum eo poterit diſpenſari† diſtingue, aut quæ-
ris de primo.ſ.à quo poterit abſolui, & tunc aut eſt laicus &
tunc dic vt dixi.s̈.eod.peruenit.Aut non eſt laicus, & tunc aut
eſt clericus ſecularis: aut clericus regularis. Si ſecularis dic
vt ibi dixi.&.s̈.de vi.& ho.cle.quoniam. qui cle.vel vo.ca.1.Si
regularis refert, aut iniecit manus violentas in Epiſcopũ vel
Abbatem vel alium prælatum ſuperiorem, & tunc cum iniu-
ria ſeu exceſſus ſit enormis non poteſt abſolui citra ſedẽ apo-
ſtolicam vt hic. Nam ſecundum legem tale delictum capite
eſt puniendum.ff.de re mili.l.omne delictum.ſecundum Ioan.
And.& Ho. Idem ſi in priorem ſuum locum abbatis tenentẽ.
s̈.de ma.& obe.cum in eccleſijs. Et per hoc videtur ſolui quæ-
ſtio de monacho, qui abſente Abbate percuſsit vicariũ quem
Abbas dimiſerat in clauſtro alium tamen clauſtralem ſecun-
dum Ioan.And. Aut in alium clericum ſecularem, vel religio-
ſum,& tũc aut exceſſus eſt enormis,vt quia mutilauit, vel effu
ſionem ſanguinis grauem, & enormem fecit ſecundum iura.
51.diſt.qui in aliquo.s̈. ne cle.vel mo. ſentẽtiam.& tunc idem
9 vt hic. † Dicitur enim exceſſus difficilis & enormis ſi oculus
effodiatur.55.diſtin.ſi euangelica.ſi quis vulneretur,ſi fuſtibus
cedatur,ſi in theatro, vel ſoro.vel in cõſpectu iudicis quis per-
cutiatur,vt hæc omnia ponuntur inſtit.de iniur.§.atrox. Mul-
to fortius ſi in eccleſia,vel cemiterio,ſeu dormitorio verbere
tur.s̈.eod.cum pro cauſa.17.q.4.quiſquis. ſi quocunque modo
mutiletur ſecundum Hoſtien.hic & Io.An. poſt eum,vel ſecũ
dum Innocen.quæ lęſio dicatur grauis,vel enormis arbitrio iu
dicis committitur Idem tenet ſpe.prẹter tamen homicidium,
& membri mutilationem.titul.2.§. nunc dicamus.ver.hoc ta-
men. Et habẽt locum pręmiſſa & in his qui ante ingreſſum in
10 canonem inciderunt,& in his qui poſt ſecundũ Hoſtien.†Aut
exceſſus non eſt enormis & tunc aut ante monachatũ, ſeu in-
greſſum religionis in canonẽ incidit, ſeu excommunicationẽ
incurrit & tũc poterit abſolui per prælatum ſuum regularem,
vt hic,& in §.nos tamen.quando dicit prælatis &c. Et hoc cõ
ceditur nedum abbatibus,ſed etiam prioribus & alijs quibuſcũ
que religionum prælatis,exceptis templarijs, & hoſpitalarijs,
qui magiſtros laicos habent,ſed per priores qui debent eſſe ſa
cerdotes abſoluentur.j̈.eod. canonica ſecundum Innocen.hic
in gloſſ.ſua quarta.Idem Hoſti. dicens etiam quod Innoc.ex il
la glo. ſentit qd̃ à tali vinculo ſolus ſacerdos abſoluere poteſt:
& hoc no.expreſſe.Idem Innocen.s̈.de conſue.quanto.& Ho
ſtien.hic & ſpe.titul.de ſententia.§.vt autem.ver.item ſcias.qd̃
dic vt dixi.s̈.eo.à nobis.diſtin.2.Aut poſt ingreſſum religionis
incidit in canonem,& tunc aut pro iniectione manuum in cle-
ricum ſecularem, aut in religioſum. Si in religioſum eiuſdem
monaſterij ſeu clauſtri, & tunc per proprium prælatum abſol-
uitur vt in §. iſto quod ſi clauſtrales. & in §.nos. tamen. ſimul
iunctis.& s̈.eod.monachi,vbi vide quod de hoc dixi. Aut reli
gioſum alterius monaſterij ſeu clauſtri, & tunc habet locum.
§.ſi vero clauſtralis.ſ.quod per Abbatem proprium abſoluentẽ
& iuramentum recipientem, & prælatum illius religioſi qui
paſſus eſt iniuriam egregie eum verberantem loco ſatisfactio
nis pecuniariæ cum proprio careat abſoluetur. Vnus tamẽ alij
hoc committere poſſet, & congruentius fieret abſolutio.s̈.de
offi.ordin.c.fi.& de off.archi.c. ad hoc.& c.fi. Et hoc intelligit
Hoſt.verum quando inijcit manus in eum in clauſtro proprio,
vel infra ſepta domus,vt.j̈.eod canonica. Immo dicunt quidã
vbicunque, cum indiſtinctè loquatur. ſed primum videtur ve
rius arg.69.diſtin.quoniam videmus.s̈.de æta.& qua.cum con
tingat.& quod le.& not.s̈.de priuileg.cum capella, & in hoc ca
ſu eſt ad dioceſanum proprium recurrendum.arg. expreſſum.
s̈.§.pro vi.s̈.eod.peruenit.& cap.monachi. & hic, vbi eiuſdem
dioce.ſunt ambo, alias amborum dioceſanorum arbitrium re
curratur ſecundum Hoſtien. Sed abbas hic tenet,quod vbicũ
que in clauſtro vel extra in religioſum eiuſdem, vel alterius mo
naſterij manus inijciat,abbas poſsit abſoluere. Quod probat:
quia in vltimo caſu quando in religioſum alterius monaſterij
duo abbates concurrunt, & impoſsibile eſt de facto qd̃ in duo
11 bus clauſtris monachus vno ictu percuſſus fuerit † & qa iſtud
eſt priuilegium abbatum fauorabile, & ſic ampliandum.ff. de
liber.& poſthu.l.cum quidam Nec ob. quod eccleſiaſtica iuriſ
dictio confunditur, ſi ſua cuique Epiſcopo iuriſdictio non ſer
uetur.11.q.1.peruenit. & ſic ex quo in ſuò territorio commiſ
ſum eſt delictum ipſe abſoluat.Quia data quod in clauſtro mo
naſterij non exempti fiat percuſsio,tamẽ ſit in territorio Epi-
ſcopi, & tamen abſoluit abbas vt hic, quæ litera bene facit ad
hoc. Nam hic abſoluit ligatum ante ingreſſum, & ſic non ha-
betur conſideratio clauſtri.Ioan.And.qui opin.Ab.tenere vide
tur dicit quod in hoc dubio quãdoque ſeruari fecit, quod Epi
ſcopus commiſit abbati,quorum opinio videtur verior.Nota.
etiam ſecũdum Hoſti.hic.& j̈.c.proxi. quod vbi ſuperior præ
latus religioſi non eſt ſacerdos, vel eſt excommunicatus, vel
mortuus,vel alias qualitercunque deficit,in eo caſu in quo ceſ
ſante impedimento poſſet abſoluere,in defectu ipſius ſemper
eſt ad dioceſanum proprium recurrendũ,vt patet in eo quod
12 legi.& not.s̈.eod.monachi.j̈.c.proxi.&.c.canonica.†Aut quę-
ris de ſecundo principali.l. ſi pro iniectione manuum facta in
clericum ſecularem tunc habet locum.§.quod ſi clericum.vbi
dicitur quod per Papam abſoluetur.quod verum ſecundũ Ho-
etiam ſi ſit eiuſdem monaſterij. arg.s̈.de ſta.mo.c.fi.Quod.n.
in hoc caſu moniales abſoluantur per Epiſcopum dioceſanum
ſpecialiter indulgetur.j̈.c.proxi. vnde de monachis tacite pro
hibetur vt ibi no. ſecundum Hoſt. Hodie vero hoc caſu per
Epiſcopum abſoluetur per.c.1.eo. religioſo.in prin. lib.6. vbi
dicitur quod religioſo qui manus violentas in clericum ſecu-
larem iniecit poterit ab Epiſcopo eo caſu abſolutionis benefi
cium exhiberi,quo ſeculari clerico poſſet ſi aliũ clericum per-
cuſsiſſet. In præmiſsis à principio vſque huc concor. Ray. in
ſum. eod.titul.§.13. Sed quis poteſt &c. & Gloſſ.ibi, & frater
Ioan.in ſum.eo.titul.q.39.poſt hæc.& q.ſe.& Hoſti.in ſum.eo.
titu.§.vl.ſub.§.igitur &c. & Aſten.li.7. titu. quis abſoluere po-
teſt ab excommunicatione arti.5.Et not.quod Ioan.An. in di-
cto.c.religioſo,ſuper verbo euagandi in nouella,dicit qd̃ quia
ratio illius.c.communis eſt ad exemptos & non exemptos, vi
detur quod Epiſcopus etiam exemptos in caſu illius.c.poterit
abſoluere,maximè illos qui deliquerunt in loco nõ exempto.
Hoc autem conceſſo ſatis patet quod & talem nouicium mo
naſterij exempti Epiſcopus abſoluere poterit, quod intelligit
etiam ſi ante nouiciatum delinquit, cũ ex eo prius Epiſcopus
13 poterat illum abſoluere. † Sequitur quando talis excommuni-
catus in excommunicatione receperit ordines,& tunc aut eſt
ſecularis,aut regularis.Si ſecularis aut recepit ſcienter & in cõ
temptum, vt quia ſciebat factũ & ius, & talis eſt à ſic ſuſceptis
ordinibus in perpetuum deponendus, de hic in prin.ver.pri-
mos,ſi fuerint &c.& hoc niſi forſan multitudo grauis in cauſa
eſſet quod dic vt.s̈.de cleri.ex.miniſ.c.latores. Aut erat facti,
cuius non recolebat,vel iuris,quod neſciebat ignarus,& cũ tali
diſpenſari põt non per Epiſcopos vel Archiepiſcopos, ſed per
Papam vt hic in princ.ver.in reliquis. Et dico notabiliter facti
quod non recolebat, & ſic nõ erat tolerabilis error.ff.pro ſuo.
l.1.in fin.s̈. de reſcrip.ab excommunicato. idcirco non poteſt
Epiſcopus diſpenſare. Si vero ignoraret excommunicationis
ſententiam in ſe latam non fieret irregularis.s̈.de cleri.ex.mi-
ni.poſtulaſtis.& arg.s̈.eod.ſignificauit.ſecundum In.& Hoſti.
& Ioan.And. Et hoc verum quãdo ille qui recepit ordines eſt
eocommunicatus à canone,vt hic fuit ſecundum Hoſt. qui di
cit quod vbi Epiſcopi excõmunicant clericos ſuos,& ipſi ex-
communicati hoc negligentes ſe faciunt ordinari, in hoc ca-
ſu ab Epiſcopis ab excommunicationis ſententia abſolui poſ
14 ſunt,† Quia regulariter eius eſt abſoluere cuius eſt & ligare,vt
not.s̈.de ma.& obe.cum inferior. Sed nunquid cum talibus
poterunt diſpenſare, dic vt not.s̈.de cle.ex.mini.c.2.&.3.ſecũ
dum Hoſti.ſed Ioan.And.dicit quod de celebrante ibi tracta-
tur non de caſu iſto. Sed videtur per iſtũ verſic.& maiora &c.
à contrario,quod cum excommunicatis à iure vel ab homine
quos Epiſcopi poterant abſoluere, & interim ſunt ordinati,
& ꝑ Epiſcopos abſoluti,poſsint Epiſcopi in ordinibus diſpen
ſare,quaſi deficiente excommunicatione deficiant impedimẽ
tum.Contrarium putat Ioã.An.quia ſi cum exercente, & tũc,
executionem ordinis iam ſuſcepti non diſpenſant, multo mi
nus cum tunc ordinato. De primo notatur in prædictis iuri
bus.vltra hoc ſatis eſt caſus.s̈.de eo qui fur.ord.recepit per to
tum, vbi patet quod contra excommunicationem ordinatus
indiſpenſabilis eſt ab alio quam à Papa.Nec ob.iſta litera, quia
non conuertitur.i. non ſequitur ſi vetito minori vetitum eſt
maius, ergo conceſſo minori conceſſum eſt maius.ergo licet
poſsit abſoluere non ſequitur quod poſsit diſpenſare. Sed be
ne ſequiur,ſi non põt abſoluere: ergo nec diſpẽſare argumẽtũ
.n.à minore non ſumit affirmãdo,de hoc.s̈.de elec.cum.in cũ-
15 ctis ſecundum Ioan.And.cuius dictum credo verum. † Si ſit
regularis,tunc ſi ſcienter in comtemptum eccleſiaſticæ diſci
pline ſe fecerit ordinari, ab executione ſuſcepti ordinis & of
ficij debet perpetuo manere ſuſpenſus, vt hic in §.fin autem.
Sed ſi erat facti vel iuris ignarus,tunc monaſterij vtilitate pen
ſata poterit abbas cum tali poſt iniunctam pœnitentiam regu
larem &

larem, & peractam dispensare. Et hoc verum nisi graue fuerit & notabile factum, quale est illud de quo hic in ver. nisi excessus, & ver. quod si clericum. Tunc enim cum absolutio sit abbatibus interdicta, vt ibi, multo fortius & dispensatio vt. š. in prin. c. Aut is qui fecit adultus fuit & discretus vt violenter circa obliuionem. ſ. facti vel ignorantiam. ſ. iuris præsumatur, nec ci crederetur contra id quod in iudicio inquisitionis repertũ esset contra eum vt hic in fine. Secus vbi per se veniret ad pœnitentiam & remedium peteret salutare, tũc enim ei omnino credi deberet, & secundum conscientiam quam habet, & confessionem suam esset ei pœnitentia iniungenda, vel aliud dandum consilium salutare. š. de homici. significasti. 2. ver. cum de ceteris. j. eo. inquisitioni. secundum Hostien. idem gloss. Guil. & frater Io. vbi. š. † Et licet Innocen. hic in gloss. pe. dicat quod abbas potest dispensare cum monacho & super irregularitate: tamen ante monachatũ contracta. Hostien. tamẽ dicit & Ioã. And. post eum quod hic expresse loquitur de contracta etiam post ingressum: hanc tũ gratiã ad casus alios non extendit, arg. in eo quod leg. & not. š. de priuileg. sane. Idem tenet gloss. Gui. & fra. Ioan. vbi infrà in præmissis à ver. sequitur quando talis &c. citra concor. Ray. & gloss. guil. super Rayn. hoc titul. §. 15. si autem tales &c. & frater Ioan. in sum. confessio. eo. tit. q. 41. quid de his &c. per totum. Et intellige quod dictum est de recipiente ordines etiam minores, vt not. Ioan. and. in sum. confess. ticul. de lap. & dispen. q. 8. in fin.

Super eo. c. in fine. Ex fine huius. ca. iuncto tamẽ principio videtur quod religiosus eodem genere peccati leuius peccat quam secularis, sed contrarium probatur. j. de hæreticis. accusatus. §. vlti.
17 li. 6. † Circa quod dicit tho. in sum. q. 186. articulo 9. quod peccatum quod à religiosis committitur potest esse grauius peccato secularium eiusdem speciei tripliciter. Vno modo, si sit cnnaaa votum religionis, puta si religiosus fornicetur, vel furetur, quis fornicando facit contra votum continentiæ: & furando facit contra votum paupertatis, non solum contra præceptum diuinę legis. Secundo modo si ex contẽptu peccet: quia ex hoc videtur esse magis ingratus diuinis officijs quibus est sublimatus ad statũ perfectionis, sicut apostolus dicit ab Heb. 10. quod fidelis grauiora meretur supplicia, ex hoc quod peccando filium dei conculcat per cõtemptũ, vnde & dominus cõqueritur Iere. 11. quid est quod dilectus meus in domino mea facit scelera multa. Tertio modo peccatũ religiosi potest esse grauius propter scandalum, quia ad vitam eius plures respiciũt. Iere. 23. in prophetis Hierusalem vidi similitudinem adulterãtium & iter mendacij, & confortauerũt manus pessimorum, vt non conuerteretur vnusquisq; à malicia sua. Si vero religiosus non ex contẽptu, sed ex infirmitate, vel ignorantia aliquod peccatum quod non est contra votum suæ professionis committit, absque scandalo, puta in occulto leuius peccat eodem genere peccati quã secularis. Quia peccatũ eius si sit læue quasi absorbet ex multis bonis operibus quæ facit, & si sit mortale facilius ab eo resurgit primo quidem propter intentionem quam habet erectam ad Deum, quæ & si ad horam intercipiatur, de facili ad pristina reparatur. Itẽ scit delicta corrigere, iuuatur etiam à socijs ad corrigendum secundum illud Eccles. 4. Si vnus ceciderit ab altero fulcietur, vc soli, quia si ceciderit nõ habet subleuantem se. Et idem per omnia notat frater Ioan. in sum. confess. titu. de sententia præcepti. q. 26. vtrum religiosus. & Ioan. An. dicta decret. accusatus. §. vlt. lib. 6. super verbo gravius, in nouella, & frater Asten. lib. 6. tit. de regularibus arti. 2.
18 q. 6. † Vbi etiam dicit quod videtur alijs quod prædictę rationes ostendunt quod religiosus in casu illo resurgit, & corrigit se facilius & citius. Nõ ostendunt quod peccat leuius. quin potius ex hoc quod religiosus est magis instructus: sequitur qd peccat grauius, quia scientia est circunstantia aggrauans peccatum, pro qua distinctione satis facit istud. c. & illud. Item hic habes quod religiosi sunt fauorabiliores quam clerici seculares
19 concordat. š. de apostatæ. c. 2. & de filijs presbit. c. 1. † Item sunt sanctiores & iustiores, & sic maiores. Primũ. ſ. quod sunt sanctiores probatur 47. dist. quantumlibet. Secundum quod sunt iustiores probatur. 40. di. c. vlt. sed dic clericos maiores monachis vt patet. 55. dist. priscis. 16. q. 1. alia. &. c. legi. mutilatus. n. vel alias irregularis posset esse bonus monachus, non tamen bonus clericus, vt ibi, & contraria loquuntur de maiori ate meriti, cui ꝓponitur maioritas administrationis, qd dic vt. š. de of. archipresb. c. 1. ita not. Ioan. And. š. de regula. super rubrica.

1 *Excommunicatum percutiens excommunicatur.*
2 *Hæreticus prodit priuilegia clericatus.*
3 *Ecclesia non iudicat de occultis.*
4 *Excommunicatus minori excommunicat.*
5 *Excommunicatus publicè non excommunicat.*
6 *Excommunicatus occultus an excommunicet.*

Si vere. Ad euidentiam glo. Inno. hic, Si quæris vtrum contractus, vel alia facta seu gesta per excommunicatum valeant, & teneãt, distingue vt dixi. š. de dolo & contu. veritatis. di. 2.

Super eo. c. Ad euidentiam eiusdem gloss. Innoc. in vers. Item videtur qd &c. dicit hic Inno. & Io. An. post. eum, quod qui percutit vel verberat clericũ excommunicatum incidit in canonem, quia hoc priuilegiũ concessum est in fauorem ordinis quem adhuc retinet excommunicatus, & non personarum. j. eod. cap. contingit. 1. licet iste sit excommunicatus tamen retinet ordinem. Idem notant Ioã. 17. quæstio quarto capitu. si quis deinceps. & Archidiaco. ibi in gloss. antepenultim. & 23. quæstio. quinta. capitul. excommunicatorum. alias est in capit. se. quis enim vestrum. & Vincent. & Goffre. §. de immunitate ecclesia. c. pe. idem sentiunt Goff. Vincen. Ber. & in c. alleg, contingit. primo. idem notat expresse archi. j. de rescrip. c. 1. super verbo. articul. vers. sed quid si ex-
1 communicatus. lib. 6. circa quod distingue. † Aut queris de excommunicato non hæretico, & verum est quod talem percutiens incidit in canonem. & ita intellige opiniones prædictas. Nam & clericus depositus verbaliter retinet suum priuilegiũ, vt. 81. distinc. dictum. vt hoc not. Gof. in sum. de immu. eccl. §. item quæritur. & Spe. hoc titul. versic. sed quæritur vttum verberans. & Ioan. And. j. de regulis iuris. c. delictum. lib. 6. & Astẽ. lib. 7. titu. 3. ad fi. vers. quid de excommunicato. Et quod excõmunicatum percutiens sit excommunicatus probatur. š. eo. c. 1. ibi, se adinuicem &c. vbi clericus primo percutiens excommunicatus erat; & tamen clericus percussus qui repercussit ad vindictam clericum primo percutientem est excommunicatus per eandem viam. facit. §. cęterum. est ibi sese. &. c. 2. &. ca. cum illorum. &. c. proxi. ibi, si vel in se inuicem &c. Nam planum est quod sub Episcopo conueniendus est ratione ordinis sui quem retinet cuius ratione vsque ad degradationem est de foro ecclesiæ. de iudic. cum non ab homine. Nam & tunc ordinem suscipit, vt in ca. allegato, cum illorũ. fortius ergo retinet hoc: patet quia post absolutionem non ordinatur ad ordinem quem suscepit. Nec ob. š. eod. in audientia. j. eod. contingit. 2.
2 vbi per trinã monitionem perditur priuilegium hoc fortius. ergo per excommunicationem, maximè cum nec illa feratur sine monitione hominis. j. eod. sacrosan. quia ibi monitio fit ad finem. & pœnam excommunicationis, & ideo si non paret merito illam iucurrit. Satis est autem quod excommunicatio, operetur suos effectus priuatione communionis fidelium & sacramentorum, in contrarij s monitio fit ad alium finẽ seu pœnam. Licet Hostien. in dicto ca. contingit. 1. dicat hoc verum quando est corrigibilis alias secus, vel quando non stetit in ex-
2 communicatione per annum alias secus. † Aut quæris de excõmunicato hæretico: & tunc aut constat eum esse hæreticum, & vt talis est traditus iudici seculari, & talem verberans non incidit in canonem. ita intellige in aut. de priuile. dotis hæremul. non præst. §. 2. secundum Inno. & Ioan. Andre. hic quod notat Archidia. vbi. š. vbi ponit gloss. Innoc. hic ab isto versic. item videtur. vsq; ad versicu. item dum tolerantur, & ita intelligit Guil. de mon. lau. extra de electi. ca. ne romani. super verbo repelle. in cle. In hoc concor. Asten. in d. vers. quid de excõmunicato. dicens secundum Vin. quod excõmunicatus depositus, & vt incorrigibilis traditus curię seculari, non gaudet priuilegio clericali. † Aut non constat eum esse hæreticum, & cre-
3 do quod talem percutiens incidit in canonem saltem quãtũ ad ecclesiam militantem, quæ non iudicat de occultis. š. de simo. sicut tuis. in fi. &. ca. seq. vnde & Iudæas proditor licet excommunicatus & hæreticus occultus, tamen retinuit priuilegium prædicanti. & hoc innuit Guil. de mõ. lau. vbi. š. Nota tamen quod interpretatiuè & generaliter loquendo, omnis excommunicatur dicitur hæreticus. vt leg. & no. 4. quæstio. 1. quod autem. 23. q. 4. ipsa pietas. 24. q. 3. capit. illi qui. §. quia vero sermo de hæreticis. glo. vario modo &c. & per Archidi. & Guil. de mon. lau. vbi. š.

Super eo. c. Ad euidentiam eiusdem glo. in versi. irẽdum toleratur &c. Si quæris vtrum excommunicatus possit aliũ excommunicare, distingue. † Aut
4 quæris de excommunicato minori excommunicatione, & talis potest alium excõmunicare, & absoluere, perinde ac si non esset excommunicatus, per ea que le. & no. per Ber. Inno. & Hostien. j. eo.

Hostien. j. eo. duobus. Et quia talis est priuatus à perceptione sacramentorum tantum, & non à communione, nec à potestate iuridica. š. de cle. ex. mi. si celebrat. & dixi. š. de re iudi. c. ad probandum. & hoc not. Hostien. in sum. eod. titu. §. quis possit ab hac sententia. sub. §. si vero sententia. versicul. 2. fallit. &c. & idem sentit Ber. j. eo. sacro. super verbo interdictum. & Inno.
5 & Hostien. ibi. † Aut de excommunicato maiori excommunicatione, & tunc, aut est publicè excommunicatus, & dic quod non potest excommunicare, cum enim sit extra ecclesiã, aliũ eijcere extra ecclesiam non potest. Nam qui extra domũ est quam nec tangere potest, nec apprehendere, nec ab eadem domo alium excludere non potest naturali, actu interueniente. arg. ff. de ac. poss. l. 1. ita loquitur. 24. q. 1. c. 1. &. 2. &. c. audiuimus secundum Inno. hic. Idem Archi. 24. q. 1. in sum. super verbo gloss. tolleranda. vbi ponit istam gloss. Inno. à. vers. isto. Itẽ dũ vsque ad versi. & videtur. & ita intelligo quod notant Bern. & Hostien. š. de ordi. ab Episcopo qui re. Epi. c. 2. &. j. eo. contingit. in glo. in quouis ordine. ver. Item quid de excommunicato. ibi: & quia non posset &c. & Hostien. & Ioan. An. j. de offi. vicarij. ca. romana. in fin. lib. 6. & Cardi. j. eo. præsenti. lib. 6. vbi dicunt indistinctè quòd sententia excommunicationis lata ab excommunicato non tenet. Et quod no. abbas. š. de offi. dele. cum contingat. dicẽs ibi q̃ nedum delegatus, sed nec etiam ordinarius excommunicatus potest excommunicare, per. c. ad-
6 uersus. š. de immu. eccle. pro hoc. j. de offic. vicarij, romana. in fine. ibi. 6. † Aut est occulte excommunicatus, & tunc prædicti doc. videntur tenere quod non potest, cum generaliter loquãtur, & hoc expresse tenet Ioan. 24. q. 1. in sum ma: licet quãdiu sit occultus & tolleratus per ecclesiam excommunicatio per eum lata sit tolleranda secundum eum ibi. idem Hostien. j. de excep. pia. libro. 6. & idem ibi innuit Ioan. An. in nouella. idem. Gde mon. lau. extra de reli. do. c. 1. glo. & sic. no. quod in cle. secundum Inno. hic & Archi. in dicta sum. super verbo, gl. tolleranda contra. Dicentes quod ex quo talis tolleratur per ecclesiam sententia excommunicationis lata per eum tenet, & quod illud. c. audiuimus. loquitur in publicè excõmunicato. Et pro hoc facit bene quod no. ipse Arch. j. de resc. c. 1. super verbo ab excommunicato. lib. 6. & hoc credo verius per ea quæ dixi in dicto. c. ad probandum.

1 *Carcerem futurum fugiens non delinquit.*
2 *Carcerem publicum exiens pro conuicto habetur.*
3 *Carcerem priuatum euadens non delinquit.*
4 *Clericus ad carcerem publicum punitur.*
5 *Clericus pro delicto enormi detinetur.*
6 *Clericus pro leui crimine sub cautione elargitur.*
7 *Reus non dans cautionem detinetur.*
8 *Laicus cognoscit de crimine degradati.*
9 *Laicus detinet clericum de mandato prælati.*
10 *Laicus iurisdictionem exercet in clericum.*
11 *Clericus non subest temporali iurisdictioni.*
12 *Clericus fugitiuus an capi possit.*
13 *Dicenti sine probatione non credendum.*

Vt fame. Si quæris vtrum fugientes seu vitãtes carcerem sint puniendi etiam si
1 alias non deliquissent, & qualiter, distingue. † Aut fugiunt seu vitant carcerem futurum, ante, ſ. omnem captionem seu incarcerationem, & tales nõ sunt puniendi propter talem fugam, nisi alias de & super crimine legitimè conuincantur, imo semper audiuntur super crimine, vt lega. nomi. ff. de require. reis, per totum & specialiter in l. fi. C. de requiren. reis. l. 1. 2. &. 3. Et pro hoc. ſ. quod tales fugientes non habeantur pro conuictis, facit optimè. ff. ad syllanianum. l. lege cornelia. in principio. &. §. 1. & hic, exponendo illa verba in textu carcerem fugiunt claustri prout exponunt Lau. Ber. & Hosti. i. ipsum claustrum quod est eis carcer, iuncto illo vers. se. postquam fuerint de crimine canonicè condẽ-
2 nati &c. q. d. non alias. † Aut fugiunt seu exeunt carcerem præsentem. i. in quo detinẽtur, & tunc refert secundum Hosti. hic. Aut fugiunt carcerem publicum, & tunc habentur pro conuictis de sibi impositis, licet alias non deliquissent, vt. ff de custo-
3 di. reorum. l. in eos. & de effrac. car. l. 1. † Aut fugiunt carcerem priuatũ, de quo. ff. ex quib' causis ma. l. succurritur. C. de præca. l. vnica. & tales non puniuntur, secũdum Hosti. quinimo esset talibus priuatis incarcerantibus de facto resistendum, arg. ff. de iusti. & iur. l. vt vim. & quæ dixi suprà de homi. cap. significasti. 2. dist. vlti.

Super eo. c. in ver. respondemus. Si quæris quem modum debent seruare prælati ad quos spectat correctio, & punitio clericorum delinquentium in captione, seu detentione eorundẽ, distingue. Aut in captione & tunc dic vt le. & not. j. eod. si clericos. in prin. lib. 6. & dixi. š. eod. vni-
4 uersitatis. di. 3. † Aut in detentione & tũc, aut in detentione ad pœnam postquam sunt de crimine canonicè condemnati: & tunc possunt eos licitè detinere in perpetuum, vel ad tempus iuxta formam condemnationis, vt hic &. j. de ver. sig. c. nouimus. &. š. de off. ord. c. cum Episcopus. & de pœnis. cap. quamuis. li. 6. Caueant tamen quod non condemnauerint contra cõscientiam, alias incurrere possent pœnam illius. c. cum æterni. j. de re iudi. lib. 6. Aut in detentione ad custodiam ante cõdemnationem, & tunc, aut excessus enormitas vel alia causa ratio-
5 uabilis eos suadet detinendos aut non. † Si excessus enormitas, vel alia causa rationabilis eos suadet detinendos, tũc poterunt eos detinere, vt. ff. de custo. reorum. l. diuus pius &. l. si confessus: & de hæreticis, cum inquisitionis. lib. 6. Ex pone exemplũ de enormitate in casu canonis. 19. di. in memoriam. & š. de rescrip. c. 2. & j, de falsarijs super eodem. & 2. q. 5. super causa. & in alijs similibus. Et de alia causa rationabili pone exemplũ, puta quia ab eo quẽ iudex detinet in custodia vult audire vel scire veritatem, ad hoc. š. deposit. c. 1. ver. nam & iudicibus &c. vel quia fama est plurium quorum nomina nescit cum ipso detento commisisse delictum. 23. q. vl. & idem in similibus secundũ G. & oã. An. dicto. c. si clericos. Et quod dictum est de detentione propter crimen enorme intelligit Cardi. in dicto. c. vt inquisitionis. super verbo terminetur. quando suspicio non est leuis contra eos, sic loquitur illud. c. & concordantię. š. alleg. Si excessus enormitas, vel alia causa rationabilis eos non suadet
6 detinendos, tunc † Aut dãt seu parati sunt dare de parendo iuri fideiussoriam, vel pignoratitiam cautionẽ, & tunc non debent eos detinere, vt est casus de fideiussoria cautione in dicto. ca. si clericos. §. eosdem quoque. & idem dicunt ibi Guilelmus. & Ioan. An. de pignoribus. arg. ff. de cõst. pecu. l. promissor stichi.
7 §. fin. † Aut non sunt parati dare dictam cautionem, & tũc possunt eos detinere, vt in dicta. l. diuus pius, & in dicto. §. eosdem quoque. à contrario sensu & in dicto. c. cum Episcopus. maximè quando sunt suspecti, vt quia ante captionem reddiderunt se fugitiuos. arg. um. ff. ad syllanianum. l. lege cornelia. §. 1. vel alias eluserunt. suprà de ap. quæstioni. & vide quod not. de hac materia spe. titul. de acc. §. 1. ver. sed pone. c. vbi satis & concordat cum præmissis.

Super eo. c. Glo. & nonne sufficit. Si quæris vtrum
8 & quando laici possint suam iurisdictionem in clericos exercere, distingue. † Aut queris de clericis de quibus notorium est quod non debent gaudere priuilegio clericali, & in illos possunt, vt patet de illis qui sunt degradati, & traditi curię seculari. š. de iudi. cum non ab homine. j. de pe. de gradatio. lib. 6. & de his seuis & enormitatibus se immiscent. suprà. eod. cum non ab homine. &. ca. per pendimus. quod dic vt ibi dixi. De talibus enim scriptum est Prouer. 18. 17. di. nec licuit, & in dicto. c. cum non ab homine. peccator cum venerit in profundum malorum contemnit, sed sequitur eum ignominia & opprobrium. Aut de alijs, & tunc, aut de mandato
9 prælatio. suorum, aut sine mandato? † Sine de mandato prælatorum tunc, aut illorum qui possunt eorum crimina corrigere vel punire de iure communi, vel priuilegio, vel consuetudine legitimè præscripta, & tunc Aut quo ad ipsos pro suis excessibus cum moderamine capiendos, & carceri mancipandos, & dic quod sic, vt hic & suprà. eod. c. vniuersitatis. j. eo. c. vniuersitatis. j. eod. c. si clericos li. 6. & dic vt ibi. Aut quo ad alia, & tũc dic vt dixi. supra de iudi. at si clerici. Si sine mandato, vel de mãdato illorum qui non possunt eorum crimina corrigere vel punire, quod est idem quo ad hoc. tunc dicit Ioan. 23. q. 5. c. princi-
10 pes. quod. 6. † casus sunt in quibus laici habent iurisdictionem in personis ecclesiasticis. Primo quando sunt incorrigibiles. 32. di. eos. qui. 23. q. 5. de liguribus. Secundo, in illo qui violẽter occupat, vel ambitiosè cathedrã sedis apostolicæ. 89. di. si quis pecuuia. Tertio, vbi fidẽ vult subuertere. 8. di, quo iure. Quarto, in falsario Papæ. š. de crimi. fal. ad falsariorum. Quinto, cum scisma faciunt, & excommunicationem contemnunt, vt in dicto. c. de liguribus. & supra. de cleri. excom. mi. ca. 2. Sexto. vbi ecclesiastica potestas deficit vt dicto. c. principes, secũdum Io. Tu vero dic secundum Hosti. quod saluo sexto & vlti. casu generali. Alij sunt casus in quibus ecclẽsia potest inuocare cõtra clericos brachium seculare, sunt & casus in quibus traduntur curiæ seculari, vt no. suprà. de hereticis ad abolendam gl. in tribus. 2. † Alias

11 bus.2.† Alias non possunt per se laici suam iurisdictionem in
clericos exercere, quia non sunt de iurisdictione ipsorum lai-
corum, vt patet in eo quod le. & no.s.de iudic.ac si clerici secũ
dum Hostien. quod intellige vt ibi dixi. Pro quibus facit illud
psal.81.&.17.dis.c.1. Ego dixi, dij estis & filij excelsi oẽs, vbi
loquitur sacerdotibus:& illud psal.104. Nolite tangere Chri-
stos meos,i.clericos & sacerdotes. Item. clerici sunt supra se-
culares, vt in dicto.c.1.&.s.de maio.& obed.c.oẽs.&.c.solite.
ergo non possunt per eos indicari.eod.titu.c.cum inferior. Et
nota quod clericos de iurisdictione imperatorum exiuit sum
mus imperator.s.Deus, vt patet 96.di.cum ad verum.&.c.duo
sunt.&.c.sic imperator. Et etiã inferior imperator, vt in autẽt.
vel cleri.apud propri.Epis. & de sanctissimis Episcopis per to
tũ, & hoc ẽt approbante Papa qui hoc etiam sine consensu im
peratoris per suas constitutiones facere poterat. Quia cum
clerici spirituales res sint, & ex toto corp⁹ & animã dederint
in seruitium & sortem Christi.12.q.1.c.3.per cõsequens Papę
iurisdictioni & constitutionibus subsunt. 10. di.imperiũ.&.c.
suscepistis.vt no.Innoce.s.de ma.& obe.c.si quis. Sequitur qđ
de priuilegio clericali est iudicandum secundum canones dun
taxat, cum illius sit interpretari cuius est condere.s.eod. inter
alia. Et sic nec legi principis, nec statutis seu consuetudinib.est
in aliquo stãdum super hoc, sed solis canonibus Papæ vel Epi-
12 scoporum in his in quibus Papa non statuit.† Quod est contra
hoc quod not.Innocen.hic in glo.s.Episcoporum. vbi dicit &
Abbas post eum, quod creditor poterit clericũ de cuius fuga
timetur capere absque pœna excommunicationis, per.l.ff.de
his quæ in fraudem credi.l. ait prætor.§.si debitorem & idem,
si habeant eum de fuga suspectum.ff. de. pœnis l.respiciendũ.
§.furta. Et contra gloss.Ber.positam.2.de iudic.cum non ab ho
mine. vbi dicitur quod per.20. horas potest detineri clericus
inuentus in aliquo facinore ad conuocandum testes, ne sit lo-
cus inficiationi, in authent.vt li.ma.& auię.§.is quoque.collat.
8.Item &.contra glo.Innocen.positam.s.de foro.compe.verũ
vbi dicit quod si vilis rusticus qui habet per.l. federici iurisdi-
ctionem ordinariam super rebus feudalibus, vt.s.de iudi.ve-
rum.& de foro compet.ex transmissa.condemnauit clericum
feudatarium in commissione feudi, poterit ipsum si rebellis
fuerit in exeundo per spatulas expellere sine pœna excommu
nicationis.arg.s.de restitut.spo.olim.1.Quorum omniũ a.ver.
quod est cõtra hoc citra cõtrariũ tenet Gui.de mon. lau.extra
de of.ordin.c.1.in prin.super verbo clericalis.in cle.dicens qđ
stabit totaliter illæ regulæ, quod nullus regulariter citra pœnã
excommunicationis posit in clericum manũmittere, vt.17.
q.4.si quis suadente.cui regulæ stabit nisi inuenerit eã per aliũ
canonẽ auctoritatis similis reuocatam.argu.18.di.c.1.& idem
tenet Gen.ibi.Idem Hostien.hic dicens quod nemini licet iu
clericũ manus violentas vel temerarias inijcere, vel ipsum in-
uitum detinere, vt patet in dict.c.si quis suadente. & in eo qđ
13 leg.& not.s.eod.c.1.&.c.nuper.† Cum enim hæc iura prohibi
toria regulariter, & generaliter emanauerint, quicunque dicit
sibi istud licere hoc probare tenetur, alioquin non teneor
ei credere, arg.ff.de proba.l.ab ea parte.& patet in eo quod le.&
not.s.de trãsla.Episcopi.c.2.§.sed neque in fin. ibi & quod nõ
est &c.Sed nec tales casus vel consimiles, cum omnino sint ca
nonici per solas le. & gl. magistri cum securitate animæ deci-
duntur, vt patet in eo quod leg.& notat.s.de solu.c.fi.secundũ
Hosti.Ioan.And.post eum. Et de materia glos.2.Inno.hic vide
quod not.spe.titul.de reconuentione.§. nũc dicamus.ver.sed
quid:& Archi.54.dis.frequens.glo.pe.& 21.q.2.cap.placu.t.su-
per verbo restituat in fin. de hoc hodie dic plenius.j.eo. si iu-
dex laicus.lib.6.&c.

1 *Clericus se percutiens an sit excommunicatus.*
2 *Voluntas iniuriati an prosit delinquenti.4.*
3 *Deceptus pro non volente accipitur.*
5 *Excommunicationem præcedit trina monitio.*
6 *Excommunicatus per annum perdit priuilegia clericatus.*
7 *Depositum percutiens an excommunicetur.*
8 *Clericus simplex gaudet priuilegio clericali.*

Contingit.j. Ad euidentiam gloss.1.Ber.
Si quæris vtrum iniuriam
factam personæ ecclesiæ, prælatus remittere pos
1 sit, distingue vt dixi.s.eo.parochianos. di.1.† Et
no.quod iste. textus ibi quẽ in fauorẽ ordinis cle-
ricaclis &.est ar.ad quæstionem qua quæritur, an clericus iratõ
animo seipsum percutiens sit excommunicatus, ad idem est
op.arg.23.q.5. si non licet.& ff.de re mili.l. omne delictum.§.
qui se vulnerauerit. Item quia nemo est dominus mẽbrorum
suorum.ff.ad.l.aquiliam.l.liber homo.2.Nam omne quod non
iure fit est iniuria, insti.de iniuri.in prin.ad hoc etiam est ar.55.
di.qui partem. cum similibus secundum archidia.qui hoc no-
tat in dicto.c.si non licet. super verbo hominem occidit. Et
quod sit excommunicatus tenet expresse Odofre.de senon.in
tit. de precario in quæstione, Item pone clericus. idem innuit
Ioan.An.hic dicens quod hoc dici consueuit per iura alleg.pro
hoc etiam bene facit.C. de Episcopis & clericis.l.raptores. &
de raptu virginum.l.vna, vbi habes quod raptor volentis fęmi
2 næ punitur.† Vnde dicunt quidam quos sequitur Cynus in di-
cta.l. raptores. quando quæritur vtrum voluntas illius in cu-
ius persona committitur delictum prosit delinquenti vel
eum excuset. Aut quæritur de voluntate interueniente tempo
re commissi delicti, aut post. primo casu, aut est delictum tale
circa quod puniendum non solum consideratur qualitas deli-
cti ratione eius cui infertur, sed etiam alterius, vel saltem pu-
blicæ vtilitatis, quæ est vt talia non fiant, vt est in quolibet pu
blico crimine, & tunc licet voluntas posit aliquid operari quo
ad se, non tamen præiudicat iuri publico, vel alij cui ex delicto
acquiri potest, vt hic & ibi &.ff.de iniu.l.1.§.vsq; adeo. Aut est
tale delictum in quo consideratur qualitas solum ratione eius
3 cui infertur, & tunc refert.† Nam vbi ex vna parte interuenit
voluntas, & ex alia parte persuasio dolosa, is qui decipitur pro
non volente accipitur: & hoc ideo, quia dolosa persuasio plus
est quam violenta coactio, vt.ff.de li.ho.exhib.l.3.§. si quis vo
lentem.& ff.de seruo corrupto.l.1.§.persuadere.C.de furtis.l.
si quis seruo. sed vbi dolosa persuasio in altero non probatur,
scientia cum consensu inducit præsumptionem quod nõ in-
terueniat iniuria neque dolus, & ita loquitur regula.j.de regul.
4 iur.c.scienti.lib.6.vbi hoc notat Dinus in 1.contrario.† In secũ
do casu.s.quando voluntas interuenit post delictum recurren
dum est ad id quod not.ff.de pactis.l.iure gen.§.si. paciscar.ad
syl.l.2.C.de pactis.l.transigere. Et hoc secure tenere potes, ma
ximè cum sit securis animæ ar.s.de cleric.excõ. minist.illud.
de homicid.ad audientiam.licet sit ar.contra.ff.de peculio.l.3.
§.si ipse.sed solutio patet ibi.

Super eo.c. Ad declarationem gloss. in quouis ordi-
ne in quæstione quid excommunicato.
Si quæris vtrum & quando percutiens seu verberans clericum
excommunicatum, vel depositum excommunicationem in-
currit, distingue. Aut quæris de excommunicato, & tunc dic
vt dixi.s.eod. si verè.dist.1.licet Hostien. hic tenere videatur
quod excommunicatus non retinet suum priuilegium si sit
incorrigibile. Excommunicatus autem saltem ab homine po-
5 test incorrigibilis iudicari:† cum nemo excõmunicetur ab ho
mine nisi præmissa trina monitione vel alia competenti, vt le.
& not.j.eo.sacro.& eod.tit.statuimus.&.c.constitutionem.li.
6.hoc autem probat ipsum incorrigibilem.s.eod.in audientia.
in fin.Sed & si in canonem incidat, priuilegium meretur amit
tere, qui permissa sibi abutitur potestate.s.eod. cum illorum
in fi.Vel dic quod retinet priuilegium intra annum à tempore
6 excommunicationis, sed non post annum.† Nam ex quo quis
stetit excommunicatus per annum, omne priuilegium debet
perdere.in eo quod leg.& not.s.de pœnis.cap.fin.de hæreticis
excommunicamus.1.secundum Hostien. Tu vero dic de hoc
7 vt dixi in dicto.ca.si vere.† Aut quæris de deposito; & tunc vi-
detur quod talem percutiẽs incidit in canonem, quod videtur
expressum.81.di.dictum, nam ibi dicitur quod talis depositus
viuere debet clericaliter, & hæc opinio fuit Hug.idem etiam
not.Io.50.di.accedens.in gloss.ergo clericus.& Tan.Gof.Ber.
s.de hæreticis, ad abolendam.gloss.arg. quod clericus. & Vin.
& Ber.hic.Sed Alanus contra, pro quo quod facit optimè.54.
d.c.secundæ.vbi Bar. Brixien. tenet hanc sententiam, & facit
optimè ead.causa.&.q. ex antiquis. ibi exuti priuilegio religio
so &c.Hostien.vero.in d.c.ad abolendam. secutus sententiam
antiquorum, dicit, quòd clericus quamuis depositus, dummo-
do corrigibilis sit priuilegium retinet clericale, & sic debet in
telligi sententia Hugo. & sequacium. Ab ista regula excipiun-
tur casus, in quibus statim traditur curiæ seculari, quod dic vt.
not.per Ber.& ipsum Hostien.ibi in gl.in tribus &c. Et in hoc
concord. Hostien.in sum.eod.titul.§.quis posit excommuni
care.ver.19 vbi dicit, quod depositus & traditus curię seculari
non retinet priuilegium clericale, vt.s.de iudic.cum non ab ho
mine.17.q.4.si quis deinceps. Secus si nõ sit traditus, quis de-
gradatus, vt in c.alle.dictum, & hoc est securius secundũ Gof.
in c.alleg.cum non ab homine.cuius opinionem recitat Ioan.
Andr.1

An.in c.alle.ad abolendam.& Asten.lib.7.titu.3.ad fi.ver.quid
de excommunicato. Sed.G.in cap.degradatio.§.fin.in fin.j.de
pœnis li.6.dicit quod illud.c.multum fauet sententiæ Ala.& se-
quacium.Sed Ioan.And.ibi in glo.sua fin. dicit quod dicta opi
nio Hu. Ioan. & sequacium adhuc forte est vera in verberali-
ter deposito, & non actualiter degradato, de quo loquitur prin
cipium illius.ca.& opi. Alani & sequacium in actualiter degra-
dato, in quo habet locum finis illius.c. Nam & in restitutione
eorum est differentia inter eos, vt, not.2.q.6.ideo.cuius opi-
8 nionem credo veriorem.† Et not, ex isto textu in fauorem or-
dinis clericalis &c. quod cum ordo clericalis per solã tõsuram
conferri dicatur.s. de ætat.& quali.cum contingat. simplex cle
ricus debet gaudere priuilegio clericali. Item cum sint.9.ordi-
nes secundum canonistas, &.c.si quis suadẽte sit inductum in
fauorem totius ordinis clericalis vt hic, dicas quencunque ha-
bentem vnum de illis nouem ordinibus & sine alijs puta per
saltum promotum gaudere debere priuilegio clericali, cũ etiã
prorsus laicus illiteratus verum ordinem sacrum recipiat, vt
not.40.dist.sicut.52.di.solicitudo.36.di.illiteratus.s.de cle.per.
sal.promo.ca.1.& per Hostien.s.de bap.c.maiores. & hoc not.
Gen.extra de sepul.super cathedram.in prin.super verbo ordi
nis clericalis.in cle.

1 *Seruus ac Papam absoluendus mittitur.*
2 *Distantia locorum quomodo indicanda.*

1 **Relatum.** † Hic habes quod serui sunt mit-
tendi ad sedem apostolicam pro
absolutione à sententia canonis obtinenda, nisi
hoc in fraudem fecerit dominorum, vel nisi ex
hoc graue damnum domino pararetur, cum ni-
mis sint à sede apostolica remoti. vnde modicum damnum fer
re debent. arg.s.de rest.in inte.c.1.vt patet in eo quod no.s.eo.
inter alia.§.illud autem & ex remocitate colliget bonus iudex
graue damnum & modicum, & sic nimis remotum absoluat
2 alium non.† Quidam autẽ intelligunt illos nimis remotos qui
distant per duas dietas.s. de rescrip. nonnulli quidam illos qui
sunt vltra Italiam.s.de elec.nihil est. Tu dic quod hoc arbitra-
tur bonus iudex, cum non sit expresse iure diffinitum.s.de of.
dele.de causis. Qui enim si dominus sit ita pauper vel infirmus
quod non posset seruo momento carere, vtique tali ex officio
erit prouidendum.ff.ad sil.l.si quis in graui.secundum Host.&
Ioan.And. post eum in hoc concordant Io.And.g.& Gen.ex-
tra de elec.causam quæ super verbo remotis in cle.& Io.An.in
simili.j.dem.or.cum nullus.§.2.lib.6.

1 *Absolutum se dicenti in foro pœnitentiali creditur.*
2 *Absolutum se dicenti in foro contentioso non credendum.*
3 *Iudicium ecclesiæ aliud in pœnitentiali, aliud in contentioso foro.*

Sicut nobis. Ad declarationem gloss.1.Si quę
ris vtrum & quandodo de abso-
lutione alicuius excommunicati quæritur debeat sibi
1 credi, distingue secundum Hostiens.hic.† Aut in fo-
ro pœnitentiali, & tunc super absolutione sua est ei crededum,
ar.s.de homi.significasti.2.§.1.vers.cum de ceteris quia de ne-
mine præsumendum est quod sit immemor suę salutis. 1.q.vlt.
sancimus.& ar.de consecra.di.4.cum itaque.&.c.si nulla extãt.
2 † Aut in foro contentioso seu iudiciali, & tunc secus, vt hic, &
s.de offi. ordi.ex parte.de offi. deleg. cum in iure.s.eodem.cũ
pro causa. Et ratio quare in contentioso foro non est istis cre-
dendum, quia constat ipsos excommunicatos fuisse, & nõ cõ
stat eos absolutos esse.s.de cleri.excommu. min.c. proposuit.
secus in pœnitentia, vbi per solam contritionem peccatum re
mittitur, quę contritio nec per testes probari posset, vt pa-
3 tet in eo quod no.s.de homi.significasti.1.§.fi.† Ideoq; & aliud
est iudicium ecclesiæ in foro pœnitentiali, aliud in contentio-
so.j.eod.inquisitioni.s.eo.à nobis est. Item est alia ratio.s.vt ho
mines peccare timeant, & vt censura ecclesiastica in maiori re
uerentia habeatur.j. de excepti.cap.pia.in principio.libr.6.se-
cundum Hostien.& idem no.Ioan.Andr.extra de priuileg.c.1.
super verbo habita in fi.in cle.

Super eo.c. In gloss.fina. Si quæris vtrum iurisdi-
ctio iudicis de qua contenditur probari
debeat, vel quid iuris, distingue vt dixi.suprà de offi.delega.
cum in iure.

1 *Excommunicatio per appellationem non suspenditur.*
2 *Appelari potest ab excommunicatione.*
3 *Cautela appellandi post decem dies.*
4 *excommunicatum appellantem an superior absoluat.*
5 *Casus vbi excommunicatio est nulla.*
6 *Appellatio relatio & recusatio æquiparantur.*
7 *Iudex appel.an ad cautelam absoluat.*
8 *Delegatus à papa an ad cautelam absoluat.*
9 *Absolutionem petens an excommunicatus ex hoc probetur.*
10 *Protestatio prodest.*

Per tuas. Ad euidentiam huius decret. si quæ-
ris infra quod tempus excommunica-
tus per diocesanum posit ex hoc appellare ad me-
tropolitanum vel alium superiorem, & vtrum me-
tropolitanus huiusmodi excommunicatum absoluere posit,
distingue. Aut quæris de primo.s.infra quod tempus excom-
municatus per Episcopum ex hoc posit appellare ad metro-
1 politanum seu alium superiorem, & tunc† Aut quæris vtrum
posit appellare quantum ad hoc vt per talem appellationem
sequentem ab excommunicationis sententia releuetur, & effe
ctus ipsius sentẽtiæ suspendatur, & dic quod nõ: Nam excom-
municatio, suspensio ab officio vel ingressu ecclesiæ, & inter-
dictum statim trahunt ad se suam executionẽ.s.de of.ordin.c.
ad reprimendam.§.1.de ap.ad hæc quoniam. & c.pastoralis.j.
eod.titul.c.is cui.§.vlti.lib.6.hoc not.Ber.hic in gloss.2. & Ho
stiens.post eum.& idem sentiunt in dicto.ca.ad reprimendam
gloss.hoc ideo in prin. idem specul.titul. de ad.§.2.versi.17.&
Ioan.And.j.eod.titul. venerabilibus.§. porro.in gloss.post dif-
finitiuam lib.6. Licet Cardin.& G.ibi & G.j.de ap.non solum.
super verbo innouata fuissent.li.6.& expresius Card.in dicto.
c.is cui gloss.fin.dicant contrarium in excommunicatione lata
infra decem dies post diffinitiuam sententiam, à qua sententia
est postea infra dicem dies appellatum, quo casu dicunt excõ-
municationem retractari sicut innouata cõtra appellationem,
& deliberationem pendentem, pro.c.non solum. & credo qđ
male vt dixi in dicto.c.pastoralis.di.2. Aut quantum ad hoc vt
per appellationem, causam transferrat ad superiorem, & tunc.
2 † aut quæris vtrũ posit appellare ab huiusmodi sententia infra
decem dies à tempore promulgationis, vel noticiæ ipsius com
putandos, & dic quod sic, vt in quæ.9.re uera.suprà ad ap.cum
in ecclesia.vt not.Ber.hic in gl.2.& Inno.& Host.post eum, &
Spec.in dicto ver.17.& Asten.lib.7.titul. de forma excommu-
nicandi.quæst.quid si sententia. Aut post decem dies, & tunc
dicebant Vin.& Ioan.quod excommunicatus potest quantun-
cunque appellare ad metropolitanum quantum ad hoc metro-
politanus eum absoluat præstitã cautione, quod parebit mãda
to Episcopi excommunicatoris super eo, pro quo fuit excom-
municatus. Sed Ber.contra in dicto.c.ad reprimendum gl.hoc
ideo.& Innocen. & Hosti.ibi, quorum opinionem videtur ap
probare Archi.2.q.6. in sum. in gloss. adde & etiam post &c.&
melius. Vnde per talẽ ap.non transfert causam ad metropolita
num, sed per simplicem querelam posset conqueri metropoli
tano etiam post decem dies. Quod intellige verum quãdo ex-
communicatus conqueritur ei de suffraganeo.vt imponatur ei
pœna.c.sacro. & eod.titu.ca.cum medicinalis.lib.6.& pro suo
interesse: Secus si cõqueratur de ipso vt relaxetur huiusmodi
sententia contra se ab eo pro alio promulgata, vt.j.eod.venera
bilibus.§.sed si excommunicatus.&.§.secus autem.li.6. Et sic
tutius, & vtilius est appellare quam conqueri per simplicẽ que
3 relam.† Dic tamen quod licet excomunicatus ab huiusmodi
sententia post decem dies appellare non posit, tamen si Epi-
scop⁹ quantumcunq; requisitus postea nollet absoluere, grauaret,
& ex illo nouo grauamine posset appellare. supra de ap.pastora-
lis.cum sibi deneget beneficium iuris contra id quod habetur.
28.di.de his.j.de regu.iur.c.indultum.lib.6. quod est bene no-
tãdum. Vnde hoc casu tantũ esset appellare ab Episcopo dene
gante absolutionem, vt hoc not. Abbas hic & in dicto.c.ad re
primendam vbi idem not. Ioan. Andr.dans consilium, quod
excommunicatus accedat ad excommunicatorem, & petat ab
solutionem, quem si non velit impendere appellabit ab isto
nouo grauamine, & sic per appellationem transferet totã cau
sam ad superiorem, idem notat Asten. lib.7. titul. de damnis
4 excommunicationis.art.1.ad fin.ver.licet autem.† Aut quæris
de secundo.s.vtrum metropolitanus huiusmodi excommuni
catum à suffraganeo absoluere posit, & tunc sunt opi.nã Inn.
& Hostien. dicunt in dicto.c.ad reprimẽdam, quod siue appel
lauerit post sententiam excommunicationis, siue non semper
est remittendus ad excommunicatorem, si certum est excom
municationem esse iustam, vel est dubium, vt hic in fin. & ibi
vbi loquitur de non appellante. Sed si certum esset appellatio-
nem iniustam esse, non esset remittendus, siue sit appellatum:
suprà de ap.

supra de ap.solicitudinē,siue non vt hic in fi.Alij dicunt quod in vtroque siue appelletur ad metropolitanum siue non,habet de necessitate remittere. Alij vt Gof.in sum.eod.titul.§.sed quæritur an cum causa.ver. verius tamen puto &c. & Dama. & Gof.in c.alleg.ad reprimendam.dicunt quod in neutro casu de necessitate,sed de quadam vrbanitate tantum.Sed Io.Bern. Innocen.& Hostien.hic & Ioan.And. dicunt,quod quando appellatur ad eum,in optione ipsius est remittere,sed si per simplicem quærelam aditur,debet eum remittere, quod dic plene epr.Bern.hic in gloss. 11.q.3.&c.& per Innocen.j.eo.sacro.super verbo remittat:& idem abbas ibi.Et hanc opin.tenet spe. in dicto.ver.17. dicens quod multum prodest appellare, quia tunc superior ad quem est negocium per appellationem trāslatum.potest absoluere excommunicatum appellantem, nec tenetur nisi velit remittere absoluendum, vt hic in versi.verū secus si per simplicem quærelam adeatur vt in dicto.c.ad reprimendam.vbi idem sentir Bern.in gloss.sicut potest &c. Idem innuit Hostiensis, in sum.eod.titul.§. quis possit ab hac sententia. sub.§.sed nunquid metropolitanus. & frater Ioan.in sum. confess.eod. titul. q.99. nunquid metropolitanus. Et hoc teneas hoc saluo, quando est appellatum, & certum est excōmunicationis sententiam esse iustam,metropolitanus nisi periculum sit in mora excommunicatū ad excommunicatorē prorsus remittere debet eum absoluendum:Nec debet eum absoluere, nisi excommunicator requisitus malicioſæ illi absolutionis beneficium deneget exhibere, quod si deneget metropolitanes debet eum absoluere,vt.j.eod.§.fin.&.j.eod. venerabilibus.§.sane.&.§.si vero cōstet. &.§. quod si dubitetur.li.6. Si tamen eo casu absoluerit,tenet absolutio.vt in §.se. vbi autem secundum Io.An.ibi etiam in gl.vlti.in nouella ibi dic quod sunt satis expedita quæ not. Innocen. hic tam in pura absolutione quæ fit quādo appellatum est post eius excommunicationem vt ibi in prin. quam in absolutione ad cautelam quando appellatio præcessit de qua ibi in fin.Et quod dicit hic in §. nos igitur.in duobus casibus.s. cum dicitur sententiam excommunicationis latam post ap.legitimam.& cum dicitur continere errorem intolerabilem, quod primo admittuntur probationes vtriusque partis, & vt appareat an absolui debeat, an denunciari non ligatus vt ic.&.ś.de offi.deleg.cum contigat,Idem videtur secundum Ho.hic in omnibus alijs casibus quibus probatis apparet nullam esse,vt patet in eo quod leg. & not.j.eod.solet li.6.& dic vt ibi licet Ber.contra hic in gloss.duobus.s.cuius opi.tenet Ioan. hic.& 11.q.3. si Episcopus forte. & Innoc.in dicto.c.solet.Sed tu dic cum Vin.quod ista litera quæ loquitur de excōicato audiendo in istis duobus, casibus debet intelligi
5 dictum esse gratia exempli. † Idem enim est in omnibus casibus vbi potest sentētia annullari,puta si iudex erat excōmunicatus, vel depositus.ś. de exce.exceptionem & hoc ipse Vin. not.ś.de rescri.ab excommunicato idem Inno. & Ioan.An.ś. de excep.apostolicæ. & Hostien.in sum.eod.titu.§.& qualiter hæc absolutio.ad fin.ver.adde tertium casum.idem archi in dicto.c.si Episcopus forte.gloss.3.Et vide.11.casus in quibus sententia excommunicationis est nulla per Cardi.& Ioan.And.j. eod.præsenti.lib.6.Et adde quod not.Host.& Io.An.j.de ap.le
6 gitima li.6.†dicentes q̄ hæc tria,appellatio,recusatio & relatio æquiparantur,& ideo simul intitulātur,quia cuiusque ipsorum pendentia iudicis iurisdictionem suspendit. Sicut ergo non tenet excommunicatio lata post appellationem, ita nec post recusationem vel relationem; quod est dignum nota. primum patet hic.secundum.ś.de ap.cum speciali. Vnde sicut post appellationem ita post recusationem non est aliquid innouandū. 2.quæs.6.appellatione.ff.de arbi.l. non distinguemus.§.cū quidam.ś. de offi. dele.super quæstionum.§.fin.&.ca.suspicionis. de ap.secundo requiris. Detertio patet.ś. de ap. intimasti.de offi.legati.c.licet.Et in omnibus his eadem est ratio.s.quia sententia à non suo iudice lata non ligat.ś. de iudic. at si clerici.ś. eo.à nobis.1.& vide in specul.de accu.§.qualiter.ad finē.& per Ioan.And.in dicto.ca.cum speciali. Henricus Bohic.

Super eo.c. §.nos igitur.Si queris quando à iudice appellationis petitur absolutio ad cautelā, vtrum eam præstare debet,vel quid iuris,& vtrum petens absolutionem per hoc confiteatur se excommunicatum,distin
7 gue.† Aut quæris de primo.s. vtrū iudex eam præstare debeat: & tunc dic secundum Hostien.hic citandum esse illū pro quo excommunicationis sentētia lata fuit, vel qui ex officio ipsam tulit.ś.de ap.cum speciali, qui si veniat & confiteatur ipsum appellasse ante sententiam sed frustratorie, locus est absolutioni,nisi dicat sententiam latam pro manifesta offensa. de quo.j. eod.solet.§.in prima.lib.6. Si vero dicat in nullo fuisse appellatum, vel post sententiam fuisse, non debet superior absoluere etiam ad cautelam,sed potius hoc summarie examinare, & si reperiat appellatum fuisse quoquo modo ante sententiā locus est absolutioni ad cautelam vbi nihil opponitur de manifesta offensa. Non autem requiritur in hoc casu plena probatio sed sufficit semiplena,alias nulla esset differentia inter hunc casum. & illum quando quis dicit se excommunicatum post appellationem nec petit se ad cautelam absolui.Item si hoc plene probaretur nō esset necessaria absolutio ad cautelam, immo appareret sententiam nullam fuisse.Quod si citatus nō veniat summarie procedati, & absoluat vt præmisi, consilium tamen est quod fiat absolutio iddnea cautione recepta vt aduersarius nō possit conqueri.arg.in dicto.ca.solum.§.in prima.j.titul.1.ex parte.& c.cum olim. Cum & si excommunicatus se tanquam iniustè legatum absolui peteret, absoluendus esset aduersario etiam præsente & contradicente, ex quo nihil proponeret de manifesta offensa,vt patet in eo quod leg.& not.ś.de off.dele. c.cum contingat.§.fin.& de ap.qua fronte.Alias autem vbi aduersarius presens esset,per se,vel per procuratorē,nec de offensa saltem dubia aliquid objceret, vel confiteretur sententiam latam post appellationē licet temerariam, sufficeret iuratoria, cautio.Et sic potest intelligi.j.eod.venerabili.secundnm Host. & Ioan.And.post eum, qui etiam putant nunquam esse absoluendum in tali casu excommunicatum, nisi citato illo pro quo lata est sententia, vel qui ipsam tulit,vt paret expremissis. & his quæ de off.dele.prudentiam.§.1.Et quantū ad hoc quod
8 dictum est, quod sufficit semiplena probatio,concordat.G.in dicto.c.solet.super verbo contradictionis.vbi vide.† Itē vtrum delegaria à Papa possint istam absolutionem ad cautelam impartiri per cōmissionem generalē,vide per Card. in d.c.solet. gl.1.ver. sed nunquid.vbi tenet qd nō.Idē tenēt Inn.& Hosti. ibi Sed Ioan.2.6.quotiens Episcopi gloss.fin. & Ber.in dicto.c. solet,& Gof.& Hostien.ś.de testi.veniens.2.§.fin.videntur tenere contrarinm & hæc videtur bona sententia secundum.G. in dicto.c.solet gl. 1. etiam istam sententiam delegati Papæ pa
9 risius de facto communiter tenent.† Aut quæris de secundo. rs.nunquid propter hoc quis probatur excommunicatus quia absolutionem petijt, ita videtur argum.ś.de elect. venerabilē. §.eos igitur.vbi hoc tenet Bern.in gloss.not.hic & hoc nisi peteret absolui ad cautelam.Sed Innōc.& Compo.ibi contra:nā sepius qui non est excommunicatus absolutionem postulat ad abundantem cautelam.supra de ap.ad præsentiam & hic,& in c.alleg.solet.Et potest respōderi illi.§.eos igitur igitur.ibi dum per nuncium &c.quia hæc dictio dum,non dicit causam quare recognouit,sed tempus quando recognouit, hoc etiā tenet Innocen.supra de ordi.cog.cum dilectus gloss.sic enim.in fin. & spec.titu.de proba.§.videndum iuxta finem.ver.sed nūquid probatur.& Archi.j.de excep.pia.super verbo probauerit.lib. 6.& Innocen.hic in gloss.non enim.Et Hostien. & Ioan. An.
10 post eum.† Dicunt Innoc.& Ioan.And. quod securius est protestatione præmissa quod per absolutionem non fiat sibi præiudicium,absolutionem petere,quod dic vt hic per eos.

1 *Excommunicatus Papæ communicatione non absoluitur.*
2 *Papa excommunicati communicatione non excommunicatur.*
3 *Excommunicato scibens excommunicatur.*
4 *Excommunicatus non salutandus.*

Si aliquando. Si queris vtrum si Papa cū excommunicato participat literis,verbo,vel facto osculo,seu alio quouis modo, ipsum per hoc absoluere videatur, & vtrū
1 ex tali participatione excommunicationē incurrat,distingue.† Aut queris de primo.s.vtrum per hoc ipsum absoluere videatur, & tunc aut participat cum eo ignoranter,& tunc non videtur eū absoluere,vt hic.Aut scienter,& tunc Vin.Tan.Phi.& Hostien.in sum.eod.titu.§.& qualiter circa finem primæ colum.ver.vnde & si ex certa scientia & suprà eod.nulli & de.priuile.cum olim.1.& Gof.& Hostie. suprà.in salutatione Gregorij, tenēt quod per hoc videtur eū absoluere,arg.ff.de manumis.l.apud eum.§.imperator. Sed cōtrarium tenet Bern. in salutatione Gregorij & Innocen. in dicto.ca.cum olim.gloss.not.aliquem.& Iohan.& Arch.93.di.si inimicus,quorū opinio est hodie approbata extra.eo.c.li suum mus pontifex.in clem. Vnde per hoc non censetur eum absoluere, nisi exprimat se velle illū ex hoc p̄ absoluto haberi: vt
2 ibi.† Aut queris de secundo.s.vtrum ex tali participatione excommunicationem incurrat.& dic quod non,siue ignoranter participet,

participet,arg.ś.de cleri.exc.minist.apostolicę.j.de constituti. vt animarum. lib.6.siue scienter vt not.Ber.& Hostien.hic & Vinc.Tan.& Gof.Phi.Ber.Hostien.& Ioan.And.ś.eod.nulli. & Ioan.in dicto.c.si inimicus.&.11.q.3.qui merito.& Astens. lib.7.tit. de pœnis participantium cum excommunicatis.arti. 2.& Ioan.And.& Gen.in dicto.cā.si summus pontifex.vbi de hoc. Et vtrum verba enunciatiua habeant vim dispositionis, vide ibi, & plenius per Cynum.C. de falsa causa adiect.l.1.&
3 per Lamber.in l.si dotem.† Alius vero à Papa qui nuntium vel literas mittit excommunicato,incurrit excommunicationem minorem,vt.j.de elect.vbi maius.§.nulli.lib.6.vbi pro eodem reputatur nuncium,vel literas mitteret,& loqui,Quia qui per literas,vel nuncium loquitur, ipse idem loqui vr.ff.de constit. pec.l.licet.hoc not.Hug. 11.q.3.quoniā multos.& Car.& G.in §.alleg.nulli.& Asten.lib.7.titu. de pœnis illicitè participantiū cum excommunicatis, articul.1.quæsti. vtrum qui nuncium. Vbi etiam dicit secundum Hug.in c.alleg. quoniam.quod non pōt qs accipere literas excommunicati,aut nuncios vel xenia.
4 † In casu tamē in quo licet excommunicato loqui licet & scribere non tamen salutare.Sed loco huius accusatiui salutem,ponitur hæc oratio ipsum consilij sanioris, & cum quis salutatur ab excommunicato non debet eum resalutare, sed potest dicere, deus emendet vos.

1 *Excommunicatus minori ecclesiam intret.*
2 *Excommunicatus maiori an ecclesiam ingredi debeat.*
3 *Excommunicato colloquendum.*
4 *Prædicator priuilegiatus.*

Responso. Si quæris vtrum & quando excommunicati possint licitè intrare ecclesiam.distin. † Aut quæris de excommu
1 nicatis minori excōmunicatione, & tales possunt eam intrare,argu.ś.de excep.à nobis. & quod leg. & not.1.q.1.qui studet.gloss.arg.expressum.in fin. & hoc tenet.G.j.eod. is cui gloss. 1.lib.6. Licet Hug. videatur notare. 11.quæst.3.si inimicus.quod etiam minor excommunicatio separat ab introitu ecclesiæ:quod non credit.G.esse,verum.& in hoc concor. Ray.Rodo. Gof.& Hostien.in summa huius titul.& Asten.lib.7.titu.de damnis excommunicationis argum.2. quæstio.sed nunquid talis. de quo dic vt dixi.ś.eod.
2 nuper.distin.2.† Aut de excommunicatis maiori excommunicatione,& tunc Innocen.dicit hic indistinctè quod possunt intrare ecclesiam dummodo non audiant officium. Sed Ray.in sum.eod.titu.§. sed nunquid. dicit quod excommunicati siue occulti,siue manifesti nullo tempore debēt intrare ecclesiam: cum quo concor Gofr. & Hostiens.hic.& Hostien.in sum.de cleri.excommun.min. & Astensis.libr.6.titu.de damnis excōmunicationis.in prin.ver.item ecclesiam.Quod intelligit glo. G.ibi,non debent intrare.s.ad orandum, secus forte si intrant ad transeundum per eam ad alium locum vlteriorē, dummodo non celebrētur ibi diuina, arg.C.de ædificio priuat.l.si quis post hāc. Vnde excommunicatus licet occulte peccat si intrat ecclesiam, vel aliorum communioni se ingerat,licet quidā dicant contrarium excusantes talem,per hoc quod dicunt quod non tenetur reddere se notabilem de excommunicatione occulta, quod faceret si vitaret cōmunionem aliorum,quia cum alius non debeat eum prodere vitando eum in publico,multo fortius nec ipse tenet se prodere, vt dicunt.Sed non est simile, quia non est in potestate alterius eum corrigere taliter eum vitando,sed in potestate ipsius est quod se corrigat,& absolutionem impetret, hæc gloss. Gui.ibi.& frater Ioan.in sum.cōfes. eo.tit.q.168.quæritur etiam vtrum.& Asten.li.7.titu. de pœna excommunicati.q.nunquid excommunicatus. Quod videtur tutius,cū sit speciale hic in prædicatione verbi Dei, quod intrare possint,ergo contrarium erit ius commune, argu.ff.ad municipal.l. 1.& per ea quæ not.Hostien.ś.de ordinato ab Episcopo.c.1.vbi dicit quod non potest ecclesiam tangere,ergo ea
3 dem ratione nec intrare.† Item habes hic quod pro salute animæ excommunicati possum loqui cum eo,sed nunquid de salute animæ meæ possum loqui cum excommunicato, sicut & de salute animæ suæ,glol. Guil.super Rayn.eod.tit.§.30.excipiuntur.dicit quod tanta posset esse necessitas,& tam arcta qd ibi non posset habere copiam iuris peritorum,nec res caperet dilationem,possem cōsilium petere ab huiusmodi excommunicato, tam in temporalibus quam in spiritualib. Causa enim necessitatis excusat in talibus.ś.eod.si vere.& 11.q.3.quoniam multos.Pro quanta autem necessitate aut vtilitate,liceat quęrere consilium ab excommunicato,arbitrio boni viri limitandum est.idem no.frater Ioan.in sum. confes.eo. titu.q.126.sed nunquid de salute &c.& Asten.lib.7.tit.de personis communicantibus cum excommunicatis, argu.1.q.sed nunquid de salu
4 te.† Item no.hic officium prædicationis priuilegiatum, & vide.19.casus in quibus est priuilegiatum per.Hostien. & Ioan. And.ś.de statu mona.quòd Dei timorem. super verbo priuilegiatum. Et quatuor quæ prædicator habere debet,vide per Archi.21.dist.in nouo.super verbo missis.Et de materia prædicationis, in quibus debet consistere,vide plene per eum.43. d.in summa vbi dicitur secundum Hiero. quod innocens absque sermone,conuersatio quantum exemplo prodest,tantūm silentio nocet. Nam latratu canum,& baculo pastorū lupi sunt arcendi,&.c.1.super verbo clama.Nota tamen quòd vtilior est prædicatio exempli,quam verbi.40.distin.multi.& ś.de voto, magne.versi.pręterea.& not.Hostien.& Ioan.And.eo.tit.c.vlt. Et si hæc seruauerit prædicator, poterit dicere cum apostolo. Act.20.c.& recitatur.43.dist.ephesijs.mūdę sunt manus meæ à sanguine omnium vestrum.

Super eo.c. §.præterea.Si quæris quæ sacramēta sunt permissa tēpore interdicti lati ab homine,vel à iure,distingue vt dixi.ś.de pę.& remi.quod in te.di.2.

1 *Coniuges ob impedimentum non coeant.*
2 *Coniuges ob prolem procreandam commisceantur.*
3 *Coniuges causa debiti reddendi coeant.*
4 *Coniuges ob fornicationem vitandam non coeant.*
5 *Coniuges ad saturandam libidinem non coeant.*
6 *Coniuges ob corporis sanitatem non coeant.*
7 *Matrimonij vinculum duplex.*
8 *Vxori grauidæ an commiscendum.*
9 *Puerperæ non commiscendum.*
10 *Menstruosæ non commiscendum.*
11 *Coeundi modus describitur.*
12 *Coitus naturalis modus non mutandus*
13 *Vxor super gressa viro non abutatur.*
14 *Coniugalis actus quando meritorius.*
15 *Coitus illiciti.*

Inquisitioni. Si quæris vtrum ad conpulsionem ecclesiæ vxori adulteræ debitum reddendæ sibi præiudicet, vt non possit postea promoueri, dic vt dixi.ś. de adulterijs.ca.vltimo distin.1.

Super eo.c. Si quæris vtrum,& quando actus coniugalis sit peccatum, & quando peccatum mortale,vel veniale, & vtrum possit esse actus meritorius distingue.Aut quæris primo quando sit peccatū,& quando mor
1 tale vel veniale,& tunc† aut alter coniugum habet conscientiā, alicuius impedimēti ipsius matrimonij,aut nō. In primo casu, aut coniux scit pro certo impedimentū,& tunc etiam ad mandatum ecclesiæ non reddat debitum,sed potius excommunicationem sustineat. Aut hoc credit opinioni leui,& temerarię, vt quia audiuit à paucis leuibus quibus credere non tenetur: vnde Seneca,vtrunque malum est omnibus & nulli credere, & innocens.i.fatuus credit omnibus:vt.22.q.4.Innocent. & not. Ioan.And.ś.de præsum.cum in iuuētute.& tunc reddat & exigat.Aut probabili & discreta,& tunc reddat sed non exigat, vt hic.Et in primo casu exigendo, vel reddendo, vel tertio exigēdo videtur peccare mortaliter, cum faciat contra conscientiā, & sic ædificet ad gehennam.ś.de restit.spo.c.literas.§.porro.In secundo casu aut non subest impedimentum aliquod,vel defectus vel ex parte alterius coniugum,vel ex parte loci,vel temporis,vel modi exercitij actus coniugalis,aut subest. Si nō sub
2 est tunc refert.† qnia aliquando commiscentur cōiuges causæ suscipiendæ prolis.& tunc nullum est peccatum.Et de ista cōmistione dicit Augustinus cōiugalis concubitus generandi gratia factus,non habet culpam.& Apostolus ad corinth.7.Si nupserit virgo non peccat. si enim sine peccato non posset fieri coniugalis concubitus,nō præcepisset dominus post diluuium eos copulari, dicens,crescite & multiplicamini,cum iā sine car
3 nali concupiscentia non possent commisceri.† Aliquando causa reddendi debiti, & tunc similiter nullum est peccatum, vt ait Augustinus super psal.146.& habes.33.quæstio,5.c.1.redde debitum, & si non exigis redde pro sanctificatione perfecta,Deus tibi computabit.si non,quod debitum est exigis,sed
4 reddis quod debetur vxori.† Aliquando causa incontinentiæ vel fornicationis vitandæ,& tunc est peccatum sed veniale,vnde Augustinus forte aliquis dicet si veniam cōcessit apostolus, ergo pec-

ergo peccatum sunt nuptiæ, cui enim venia nisi peccato cõcedi
tur:& ita veniam concedens Apostolus concubitum atten-
dit coniugatorum.vbi est incontinentiæ malum: incontinen-
tiæ malum est quod vir cognoscit vxorem etiam vltra necessi
tatem procreandi filios,sed & ibi est nuptiarum bonum:& ita
nõ propter illud malum culpabile est hoc bonum, sed illud ma
5 lum fit veniale propter bonum nupriale.† Aliquando vero cau
sa saturandę libidinis,& tunc est mortale.Vnde Hieronymus,
& habetur.32.q.4.capit.origo. adulter est in suam vxorem ar
dentior amator, sapiens iudicio debet amare coniugẽ nõ affe-
ctu: non regnat in eo impetus voluptatis, nec pręceps fertur
ad coitum. Nihil enim est fœdius,quam vxorem amare quasi
adulteram. hæc omnia à versicu. quia aliquando commiscen-
10 tur &c.citra no. Hostiensis in summa titu.de spõs.sub rubrica
de matrimonijs.§.quid sit effectus.versi.sed nunquid aliquan-
do.vsq; in finem & Rayne.in summa tituli.de matrimonio.§.
13.valent autem & concordat Thomas & Petrus in scriptis.di
stinctio.31. & frater Ioan. in summa confessio.titu. de matri-
monio. quæstio.37. generaliter quæro eitam & Asten.libr.8.
titu.de bonis matrimonij in communi articu.2.in princ. Intel
lige tamen tertium modum prædictum,vt dicunt Thomas &
Petrus cum quis.s.propter voluptatem, seu delectationem cõ
miscetur coniugi,ita tamen quod illa voluptas sistat intra limi
tes matrimonij,videlicet quod cum alia muliere hoc non face
ret,& tunc est veniale peccatum. Si autem delectationẽ quæ-
rit in ea vt in meretrice,ita.s.quod si non esset vxor tamen idẽ
faceret,tunc est mortale peccatum:& sic intelliguntur auctori
tates præmissę,& in hoc concordat glo.G.super Rayne. in dic-
to.§.& communiter alij magistri.Hug. tamẽ dicit quod mor
tale esset cum vir præuenit voluptatem prouocando.s. eã ma-
nibus,vel cogitatione,vel vtendo calidis,vt pluries posit cum
vxore coire, sed tene prius dictum secundum fratrem Ioan.
Item in quarto modo concordat Hug. 32.q.4. liberorum. vbi
dicit virum mortaliter peccare cum accedit ad vxorem causa
libidinis,licet Ioannes ibi dicat quòd imo venialiter tantũ pec
6 cat.† Aliqñ aũt quis cognoscit vxorẽ p p sanitatẽ corporalẽ,&
tũc peccat,quia quærit sanitatẽ per id quod ad hoc nũ est ordi
natũ,sicut qui per sacramentũ baptismi tm̃ salutẽ corporalem
quæreret.Sm̃ Thomam, & fratrem Ioan.ti.de matrimonio. q.
38.vtrum cognoscere.si subest impedimentum alias defectus,
vt puta fornicatio ex parte alterius coniugum, tunc dic vt no-
7 tat Archid.32.quæstione,7.cap.tantum valet.† Vbi dixit quòd
duplex est matrimonij vinculum,alterum reddendi debitum,
alterum non transferendi ad aliæ vota sua, fornicatione inter-
cedente soluitur primum,non nisi morte interueniente secun
dum. Solutio primi vinculi quandoq; consulitur, quandoque
permittitur,quandoq; prohibetur,quandoq; præcipitur. Con
sulitur,cum communi consensu continentiam vouent.33.q.5.
quod deo pari.Permittitur,cum fornicariam etiam cessantem,
& pœnitentem quis relinquit vxorẽ.32.quæstione.i. dicit do
minus.ś.de diuortiis.quãto.& capitu.gaudemus.Prohibetur,
quando castè viuentem & debitum exigentem non vult tene-
re nec debitum reddere, vt hic & 33.quæstione.5.cap.1.& ca.
secundum.Præcipitur,quando eam quæ est fornicaria & in cri
mine perseuerat maritus nõ vult relinquere.ś.de adulteriis.ca.
si vir sciens. Nam hoc casu reus erit vt eius peccati particeps,
& secundum Ber.& Hostien.ibi,nisi denũciauerit eam ad pœ
nitentiam mortaliter peccat.2.quæstione. 1. si peccauerit. &
ś.de iureiurando.quemadmodum.Item precipitur ad tempus
vt vacent orationi.1.ad Corinthios.7.& 31.distinctione.c.te-
nere.ibi abstinete vos ad tempus vacetis orationi.Si subest im
pedimentum vel defectus ex parte loci vel temporis exercitij
actus coniugalis,tunc aut ex parte loci vel tẽporis sacri: & tũc
dic vt dixi plene.ś.de coniugijs leprosorum.c.quoniam.versi.
aut quæris de exceptione dierum vel locorum sacrorum &c.
8 Aut ex parte alterius temporis,& tunc aut ex parte temporis
impregnationis,& tunc dicendum est secundum Pe.quod aut
sine periculo abortus potest debitum à grauida exigi vel reddi
aut non.Si pôt debet reddi, & sine peccato mortali pôt exigi,
quia vsus matrimonij licitus nõ tm̃ est in officiũ, sed etiam in
remedium,& mulier prægnans frequenter plus appetit cõcu-
bitum quam quando non est prægnans.Si non potest tunc nec
debet exigi nec reddi, quia principalior est institutione offi-
cium quam in remedium,concord.in hoc gl.Guil.super Ray.
de matrimonio.§.10.sed nunquid.super verbo abstinẽdum, &
frater Ioan.in sum.confess.titu.de matrimonio.q.44.vtrũ tẽ-
pore & Asten.lib.8.titu. de bono fidei articu.4.q.vtrum liceat.
vbi etiam dicit secundum Alexandricũ in secundo,quod si pre
sumatur vehementer de periculo partus petẽs,mortaliter pec
cat,& alter reddere nõ tenetur.Si vero mulier probabiliter nõ
præsumat de periculo partus, reddere tenetur, licet sciat eum
peccare, cum dolore tamen, nec dicitur ei consentire quo ad
peccatum,sed quo ad hoc quod petit quod est suum,& ne fiat
9 peius. † Aut ex parte temporis postpartum ante purificationẽ,
& tunc dicit glo. Guil.vbi.ś.& frater Ioan.in q.45.quid si vir.
& Asten. dicto arti.in fin.quod nõ credunt esse peccatum mor
tale,licet videantur contra.5.di.ad eius vero cõcubitum.& 33.
q.4.si causa.32.q.4.origo.& q.7.non solum.sed illa.c.quantum
ad hoc loquuntur de honestate & consilio, sed qui reddit his
temporibus non peccat, dicunt tamen quidam quod non de-
10 bet reddi ei nisi timeretur eius fornicatio.† Aut ex parte tem-
poris menstruorum, & tunc secundum Petrum.vbi.ś.& secũ
dum fratrem Ioan.in dicto titu.q.46.vtrum tẽpore menstruo
rum &c. & Asten.vbi.ś.q.vtrum tempore menstruorum.Cir
ca hoc diuersi dicunt diuersa, quidam enim dicunt quod exi-
gere est in voluntate coniugis,sed reddere de necessitate iuris:
primum intendit moyses prohibere tempore menstruorum.
Leuitic.23.secundum non.Alij addunt quod aut petenti immi
net periculum præsumptum probabiliter de fornicatione,aut
non.si sic debet reddi,si non, nõ debet reddi,quia præceptum
morale est, non cerimoniale,siue figurale.Alij dicũt quod aut
passio naturalis est.s.determinato tempore contingens,& tũc
non licet exigere vel reddere,& quicunque exigit vel volunta
rie reddit peccat mortaliter,quia tunc concipi possunt & con
cipi consueuerunt fœtus membris damnati,læprosi & huius.
modi. Aut est passio innaturalis, & tunc saltem licet reddere:
quia tunc non possent fœtus concipi, sed prima opinio secu-
rior est & communior secundum Pet.& fratrem Ioan. Aut est
defectus in modo vsus cõsueti, & tunc dicit Alber.in scriptis
di.31.quod nihil eorum quæ facit maritus cum vxore seruato
vase debito est secundum se mortale peccatum, sed potest es-
se cõcupiscentiæ mortalis,quando.s.non sufficit eis modus quẽ
11 natura determinat. † Vt autem hoc melius intelligatur,quis.s.
sit modus naturalis, & qui plus vel minus ab illo naturali mo-
do deuiet, Nota quod modus debitus quem natura docet est
vt mulier iaceat in dorso,vir autem in ventre incumbat, & sic
etiam facilius concipiunt mulieres.nisi per accidens impedian
tur,minor autem deuiatio ab illo est lateralis cõcubitus, & ma
ior sedẽtis, & adhuc maior stantium,& horum maximus qui
est retrorsum modo brutorum,& quidam hunc vltimum dixe
12 runt esse peccatum mortale,quod tamen non placet.† Quando
autem modus consuetus immutatur propter coporis indispo
sitionem,vel propter ventrum grossitatem, vel infirmitatem,
vel impregnationem, aliquando fieri potest hoc sine peccato,
secundum Pet. his satis videtur concordare Thom. in fine il-
lius distinctionis.de hoc etiam dicit gloss.Gui.super Ray. di-
cto.§.13.valent autem.quod vir cognoscens vxorem suã mo-
do non consueto, dummodo in vase naturali si hoc faciat cau
sa solius voluptatis quam sit amplius quęrit,peccat mortaliter.
Si autem quia vxor est prægnãs,& timetur de suffocatione par
tus non peccat mortaliter ex alia parte quam anteriori acce-
dens ad eam, dum tamen vasculo mulieris non abutatur, nec
semen extra sciẽter effundat. Idem si propter infirmitatẽ mu
lieris,vel aliam causam rationabilẽ hoc faciat.Nec obstat.35.q.
7.adulterij. vbi dicitur quod talia execrabilius fiunt in vxore:
quia illud intelligitur de alijs contra naturam cognoscentibus
vxores,aut extraordinarie polluentibus,aut causa libidinis ex-
saturandę,& sine causa hoc facientibus.& ista à ver.Aut est de
fectus in modo.citra ponit frater Ioan.dicto titu.q.47. vtrum
vir.Asten.vero lib.8. titu. de bonis matrimonij in communi.
articulo.2.quæstio. sed quid de viro.dicit quod in isto articul.
s.quando propter imprægnationem,ventrum grassitatem,vel
infirmitatem cognoscit vxorem modo inconsueto est duplex
modus dicendi. vnus est quod aut vult cognoscere vxorẽ cau
sa prolem generandi vel debitum reddendi, & tunc non pec-
cat, aut causa delectandi sistendo tamen intra terminos matri
monij,& tunc venialiter peccat:permittitur enim minus ma-
lum,vt vitetur maius.s.adulteriũ,& huius sentẽtiæ fuit Rodo
& etiam Tho.vbi.ś. Alius modus dicendi est, quod nullo mo-
do,nulla de causa potest hoc fieri,sine peccato mortali, nec ali
qua cã excusat à toto sed à tãto solũ, quia coitus talis est cõtra
naturam:quia non fit modo humano sed brutali, licet non sit
contra naturam rationalem. Vnde super illud ad Roma.1. In
eum qui est contra naturam glos. contra naturam est coitus
cum vir cum vxore dormit aliter quam decet.sed sic est in illo
coitu:ergo est contra naturam. Sed coitus contra naturam est

maius pec

maius peccatũ,quam adulterium:ergo nõ permittitur vt adul
terium vitetur. Præterea coitus contra naturam execrabiliter
fit in meretrice,sed execrabilius in vxore.32.q.7.adulterij.Sed
minus malum est cognoscere meretricem vsu naturali, quam
vsu contra naturam:ergo minus peccatum est fornicatio, quã
coitus talis,non ergo debet permitti causa vitandę fornicatio-
nis.huius sententiæ fuit Alex.angelicus vt patet in secundo sum
mæ suæ. Et etiam Ray.vt videtur in tertio lib. summæ suæ ti.
33.§.25.vbi dicit quod quocunque modo tale factum exercea
tur,præterquam inter hominem & fœminam ordinate in vase
debito,vicium cõtra naturam & sodomiticum iudicatur. No
ta tm̃ quod dicit ordinate, tenentes hanc opinionem ad illud
quod tangitur pro prima opinione.s.quod minus malum per-
mittitur talis coitus, vt maius vitetur.s. fornicatio vel adulte-
rium:respondent quod licet ibi sit maius peccatũ quo ad hoc
quod est cognoscere non suam: tamen in tali coitu est maius
peccatum quo ad modum.Vnde vitatio fornicationis vel adul
terij non est causa sufficiens sic coeũdi,& sic volunt quod ma
nente impedimento vterq; continere tenetur. Tenentes autẽ
primam op.ad ea quæ tanguntur pro secunda opinione respon
dent,quod solus coitus ille est contra naturam qui non est in
debito vase,quia ibi totaliter frustratur intẽtio naturæ.Et hoc
videtur haberi per gl.super illud ad Romanos primo, relicto
vsu naturali,quid est inquit vsum naturalem mutare in eum,
qui est contra naturam,nisi sublato vsu concesso,alitet vti quã
13 est concessum:cum pars illa corporis non habeat huius vsum
à natura sibi datũ, opinio secũda tutior esse vf.† Quid si vxor
supergressa abutitur viro.respõdet quod mortaliter peccat. ga
modus iste est contra naturam,cum non conueniat feminis in
fusioni quo ad virum,nec receptioni quo ad fœminam, & ita
frustratur totaliter intentio naturæ. Vnde & peccatum illud
Metodius inter causas diluuij numerat,vt habetur in historijs
scholasticis, dicens quod mulieres in vesaniam versæ super-
14 gresse viris abutebãtur.†Sequitur de secundo principali.s.vtrũ
actus couiugalis posit esse meritorius, & tunc dicit frater Io.
in d.ti.de matrimonio.q.40. vtrum actus coniugalis &c.p sol
Pe:quod actum meritorium sufficiunt tria.s.status mentis,for
ma intentionis debitæ,& honestas operis. Cum ergo in actu
coniugali qui fit in charitate causa prolis,vel reddẽdi debitum,
hæc tria concurrant,actus ille non solum fit excusabilis à ma-
lo,sed etiam meritorius in bono,& in hoc concordant Alber-
tus,& Asten.Item dicunt Tho.Pe.Alber.& frater Io.& Asten.
quod non solum,quãdo expresse petit debitum vxor, vir tene
tur reddere,sed etirm quãdo per signa apparet eam hoc velle.
Non tamẽ idem iudicium est de petitione viri, quia mulieres
magis solent verecundari petendo debitum quam viri. Et no.
quod in illo præcepto decalogi non męcaberis,Exo.20. nõ tan
tum prohibetur adulterium,sicut sonat verbũ męchandi.mę-
chari.n.est adulterari:imo secundum August.prohibetur om-
15 nis coitus illicitus.†Omnem autem illicitum coitum determi
nat per.7.differentias.s.fornicationem,meretricium,adulteriũ
stuprum,sacrilegium,incestum,peccatum sodomiticũ, posset
addi octaua differentia.s. libidinosus coitus coniugalis, quas
prosequitur frater Asten.ti.de 6.præcepto.

1 *Defendere,qui non potest nemo tenetur.*
2 *Defendendus à violentia quilibet est de foro pęnitentiali.*
3 *Defendere ab iniuria an quis teneatur de foro iudiciali.*
4 *Iudex à violentia defendere debet.*
5 *Defendere tenetur qui est causa violentiæ.*
6 *Excommunicatur qui à violentia non defendit.*
7 *Defensio alterius an necessaria de iure ciuili.*

Vantæ. Ad declarationem glo.2.Si quæris
vtrum aliquis tenetur alium à mor
te,vel à corporali seu personali violentia. seu in-
1 iuria liberare,vel defendere: & nisi fecerit tenea
tur,distingue.† Aut non potest & tunc non tene
tur,vt.ff.de reg.iur.l.culpa caret.vbi dicitur quod culpa caret q
scit sed prohibere non potest:ad idem.ff.de re. iu.l. impossibi
lium.j.de re.iur.c.nemo.li.6.Aut potest prohibere & liberare,
& tunc aut quæris de iure diuino,vel canonico, aut quæris de
2 iure ciuili.Si de iure diuino vel canonico: tũc aut quæris, vtrũ
teneatur & sit particeps culpæ illius quo ad Deum In foro pœ
nitentiali,& credo quod sic, vt.23.q.3.non inferendo. &.c.qui
potest.&,c.vlti.2.q.7.negligere & j.eo.dilecto.versic. & quidã
lib.6.vbi Card.dicit in glosia optima ratione hoc approbatum
est.Et hoc verum sm̃ Card.eo.ti.c.cum quis gl.fi. etiam si non
sit in potestate constitutus.& ita intellige quod notat Dynus.
in c.non est sine culpa.j.de reg.iur.li.6.Et maximè quia sm̃ le
gem diuinam,quis tenetur proximum suum diligere sicut se-
ipsum Luc.10.& Matt.19.de pœni.disti.2.charitas.1.circa me
dium.vnde in Psal.dicitur Eripite pauperem, & egenum de
manu peccatoris liberate:& Prouer.24.Exue eos qui dicuntur
ad mortem,& qui trahũtur ad interitum liberare ne cesses.Ad
Ro.1.Digni sunt morte non solum qui faciunt,sed etiam, qui
consentiunt facientibus:vbi dicit gl.consentire est tacere cum
posit arguere.& Proue.24.dicitur,qui potuit hominem libe
rare à morte,& non liberauerit,eum occidit. & recitatur.ś.de
domici.sicut dignum.§.illi etiam.quod quidem.ca. loquitur in
foro pœnitentiali secũdum Hosti.ibi,& ita intellige quod no.
Rayn.in sum.eod.titu.de homicidio.§.vlt.in summ.& Hosti.
in sum.Vbi Ray. dicit consulo tibi omnino agere pœnitentiã
etiam si non sit iudex propter iura prædicta.etiam propter am
bignum duplicitatis ad cautelam.Et Hostien. dicit quod sanũ
est consilium,vt etiam quilibet priuatus idem faciat, si sine pe
riculo corporis sui hoc facere potest.Idem Goff. Frater etiam
Vorillon.in li.suo li.6.circa.3.c.8.§.nec solum princeps dicit,
quod etiam quilibet ex debito charitatis tenetur repellere in-
iuriam à proximo si potest:& hoc probatur auctoritate Am-
3 brosij,& Augustini,† Aut vtrum tenetur & sit particeps pœ-
næ in foro iudiciali,& tunc aut quantum ad pœnam corporalẽ
seu aliam à pœna excommunicationis:aut quantum ad pœnã
excommunicationis. Si quantum ad pœnam corporalem seu
aliam à pœna excommunicationis, tunc videtur qd̃ licet non
defendat:non tamẽ tenetur,quia regulariter de homicidio seu
alio crimine non tenetur quis,nisi fecerit vel mãdauerit, vel fa
ctum nomine ipsius ratum habuerit.ś.de restitutio.spoli. cum
ad sedem.§.fi.& quod no.Bern.ibi in gl.pater,quod ilte in quæ
stione sed nonne.j.e.cum quis.li.6. Maximè quia vt quis in at
trocioribus tencatur requiritur dolus, vt patet in adulterio.ff.
ad.l.Iul.de adul.l.pen.& in homici.ff.ad.l.Cor. de Sica.l. in lege
Cornelia & in crimi. falsi.ff.ad.l.Cor.de fal.l.1.C.ad.l. Corn. de
fal.l.nec exemplum. Et quia iniquum videretur quod quilibet
homo honestus,& maximè religiosus teneẽtur periculo expo
nere pro vno vel duobus ribaldis, quorum vnus alterum ver-
berat ar.ś.vt lite non conte.c.accedens.1.& hoc voluit Ber.di
cere ibi,sed hoc ita generaliter graue dicere est, quoniã posset
4 aliquis periculum incurrere &c.† Fallit primo in illis qui sunt
in potestate iudiciaria ecclesiastica. vel seculari constituti, de
quibus le.& no.23.q.4.c.fortè.&.c.duo ista nomina.& 23. q.5.
c.qui malos.qui non debent pati illos ad arma procedere quos
possunt sua iurisdictione compescere.ff.de vsufr.l. æquissimũ.
Quod si patiantur, sunt in culpa,cum debeant purgare prouin
ciam malis hominibus.ff.de offi.præsi.l.congruit.ś.de of.ord.
c.1.Nã & superior pro molestia subditi agere potest, vt plene
no.Inno.ś.de ap.dilectis gl.no.episcopi.Vnde illa auctoritas si
peccauerit in te frater tuus &c.quo ad prælatos est præceptũ,
quo ad alios est consilium,prout not.Ioan.Laud.& Archidi.2.
quæst.1.si peccauerit.& ita intellexit Bern.hic in ver.vnde alij
dicunt vsque in fin.& in gl.fi. vbi exponit verbum possunt in
t tu.1.qui habent potestatem in eos.Et ita sentit gl.Gui.super
Rayn.in dicto.§.l.dicens sic, qui habet publicam potestatem
tenetur defendere alios etiam cum armis si oporteat, & se pro
eis morti exponere,dum tamen speret quod per se vel p alios
quo potest secum vocare possit eos liberare.De personis pri-
uatis credo dicendum,quod si credunt aut dubitant quod solo
verbo possint hominem liberare à morte iniusta, tenẽtur ver
bo impedire.credo etiam quod est facto si hoc possunt sine pe
riculo personarum suarum:alioquin nõ credo quod teneant se
exponere corporali periculo in tali casu,& idem no. frater Ioã.
in sum.confess.ti.de homicid.q.32. vtrum quilibet &c. Vnde
quod dicunt de habentibus publicam potestatem, intelligo tã
in foro pœnitentiali,qua in iudiciali.& quod dicunt de perso-
5 nis priuatis intelligo in foro pœnitentiali tantum. † Item hoc
fallit secundo in illo cuius occasione fit verberatio,qui tenetur
si hoc scit,&.non prohibet cum potest,ar.in eo quod le.& no.
ś.de homic.c.Petrus.de testi.c.constitutis.1.§.fi.sm̃ Innoc.&
6 Host.& Io. An.hic.† Si quantum ad pœnam excommunicatio
nis tunc dicunt Inn.& Host.& Io.An.hic & per hanc decreta
lrm,q̃ siue sit in potestate is qui verberat siue non,siue hoc fã
ciat nomine illius qui hoc prohibere pôt,siue non, sp incidit
in canonẽ is qui prohibere pôt & non prohibet,dũmodo do-
losè hac dimittat,aliàs nõ tenetur.Nullus.n.in hunc vel aliũ ca
nonem incidit sine dolo ar.ff.ad.l.Iul.de adul.l.penu.& de Sica.
l.1.& in hoc satis cõcor.frater Io.in sum.confes.e.ti.q. in gbus
casibus &c.versic.quintus in fine. Et ita intellige quod notant

Goff.Tan.Bern.& Inno.suprà eo.ti.mulieres.& Ioan.17.q.4. omnes ecclesiæ raptores.glo.cooperando & Archid.ibi in gl. adde de hoc nulla.& Lau.in c.si quis suadente.vbi de ista mate
7 ria.†Si quæris de iure ciuili tunc dicit Dynus in dicta.l. culpa. ff.de regul.iur.videtur teneri quia iure cauetur quod si seruus sciente domino, & prohibere valente occidat, dominus occidisse videtur:vt.ff.de nox.l.2.in princip. Item qui propositum suum non protexit cum posset, in causa pari facinoris est habendus, vt.ff.de re mili.l.omne delictum.§. qui propositū. Sed contrarium determinat gl.in dicta.l. culpa caret.sed illa lex est in cōtrario à contrario sensu sumpto: quia si culpa caret qui ꝓhibere non potest, ergo si prohibere potest videtur esse in culpa. Tamē pro illa opinione induci posset, quia iure cauetur qd̄ seruus, qui potuit opem ferre domino & non fecit, capite punitur.ff.ad sil.l.1.§.hoc autem.& §.seq.cum libero homini, vel ex causa fideicommissi liberatio non imputatur si opem ferre potuit & non tulit, vt in dicta.l.prima.circa prin.§. sed in eo. & sic videtur gl.& Dinum tenere ꝙ nō teneatur, quod tamē credo fallere etiam de iure ciuili in duobus casibus supradictis.

1 *Monitio non sit in excommunicatione lata per modum statuti.*
2 *Excommunicatur rebellis sine monitione.*
3 *Monitio excommunicationem præcedat.*
4 *Monitio sufficit in notorio crimine.*
5 *Monitio non sufficit in crimine non notorio.*
6 *Monitio trina esse debet.*
7 *Excommunicatio quot modis contemnatur.*
8 *Excommunicatio iniusta quæ dicatur.*
9 *Excommunicatio iusta quatuor requirit.*
10 *Excommunicationem iustam ferens punitur.*
11 *Excommunicatus celebrans irregularis fit.*
12 *Interdictus in cemiterio non sepeliendus.*
13 *Excommunicatus per ecclesiam transeat.*
14 *Excommunicatus diuinis non interfit.*
15 *Excommunicatus non celebret.*
16 *Excommunicatio iniusta verbo relaxatur.*
17 *Excommunicatio iusta verbo non relaxanda.*
18 *Iudex à quo, vocandus coram superiore si puniri petatur.*
19 *Pars visura excommunicationem relaxari vocanda.*
20 *Iudex à quo in appellationis causa non vocandus.*
21 *Litigator iustus ab expensis releuatur.*
22 *Litigator habens doctoris opinionem ab expensis releuatur.*
23 *Excommunicationem reuocans pœnas interesse euitat.*
24 *Excōmunicationem reuocans non euitat pœnam de ecclesiæ ingressu interdicto.*

Acro. Si quæris in quibus criminibus vel delictis necessaria est, & in qbus sufficit monitio, & quo ad hoc vt superior habens potestatem excommunicandi excommunicationem ferre possit & quot modis sententia excommu
1 nicationis est iniusta: & qualiter eam proferens punitur, distingue. Aut quæris de primo.s.in quibus criminibus vel delictis necessaria est & tunc aut superior fert excom
1 municationem in modum seu vim statuti, & tunc non est necessaria monitio, sicut nec in sententia auctoritate canonis scripti, & in iure redacti lata. Vnde eo ipso quod aliquis in factum damnum per canonem, vel per statutum incidit, sententiam excommunicationis incurrit, vt patet de sententia iuris.17.q. 4.si quis suadente, & isto ti.per totum. & de sententia statuti suprà eod.à nobis fuit.& ĵ.& de consti.vt animarum li.6.& de hoc no.Host.in sum.eo.ti.§.quis valeat excommunicari.vers. non subditus.& sequentibus.& §.qualiter proferatur.ver.si autem quæras de sententia canonis & sequenti, & frater Ioan.in summ.confes.eod.titu.quæstio.66.restat videre & Asten.li.7. ti.de interdicto & suspensione artic.8.in prin.hoc ēt notat expresse Host.s.ne cleri.vel mo.c.sacerdotibus, & ibi dixi. Aut superior fert excommunicationem in modum seu vim sententiæ:& tūc aut superior procedit vt pars quæ iura sua defendit
2 mucrone spirituali.ĵ.eo.dilecto.li.6.vt quia non admittitur ad visitationem, quæ sibi debetur de iure, sed visitandus dicit qd̄ ipsum nullo modo recipiet, tunc non est necessaria monitio, quinimo rebelles excōmunicare potest sine monitione alia, vt expresse probatur.s.de præscriptionibus cum ex officij, de censibus.c.cum nuper.in fi.& c.vlti.cum ex hoc probetur ipsius cōtumacia manifesta nam incertis & non certis locus est e ūiecturis.ff.de verbor.oblig.l.continuus de re iud.cōtumacia quod dic vt plene no.Inn.s.de censibus.c.venerabili in magna gl.ver.nec obsunt huic opinioni.&c.Host.& Io.An.post eum
3 Si procedit vt iudex tunc † aut quæris, vtrū est necessaria in criminibus vel delictis præteritis vel præsentibus: & dic quod sic tām notorijs, quam in alijs omnibus, ꝓm Inno. & Host.& Io.An.quod tamen intellige vt dixi.s.de iureiur.c. ad nostram in di.1.Aut in criminibus vel delictis futuris, & tūc in illis nō est necessaria monitio, quia tempus monet.5.q.1.quidam.s.de appel.c.præterea.2.& c.reprehensibilis.& loca.c.fi.in fi.ꝓm Inno.& Host.& Io.An.hic.Quod intellige vt leg.& no.ĵ.e.Romana.§, caueant.li.6.vbi habes, quod superiores sententias excommunicationum siue specialiter siue generaliter pro futuris culpis proferre nō debent, nisi mora vel mulpa sine offensa præcesserit, vel alia rationabilis causa subsit vt ibi. Et est ratio quia sententia per modum sententiæ super factis præteritis vel præsentibus bene rimatis tūc est ferenda, 30.q.5.iudicantē, sed statutum super futuris & sic incertis.s.de consti.cognoscētes.& c.fi.eo.ti.vt animarum li.6.Et hæc est ratio inter illu d.c.vt animarum.& illum.§.caueant.vt no.Card.& Io.And.ibi.& G.de mon.lau.& Gen.extra de priuile.c.1.super verbo à sententijs, per statuta in cle.Et quod dicit Abbas, quod illud quod hic dicitur, quod nemo præsumat excommunicare monitione non præmissa, verum est nisi esset tale factū propter quod ipso facto quis excommunicationem incurrat: tunc.n.sine solēnitate admonitionis excommunicari posset, vt in d.c.reprehensibilis in prin.vers.nisi fortè. Vel nisi ferret excommunicationē sub conditione, vt in d.c.præterea.2.de app.Non credo verum: qa c.reprehensibilis.loquitur in denunciatione sententiæ excommunicationis latæ à canone, non in promulgatione sententiæ ferendæ per hominem, ꝓm Host.ibi &.c.præterea.2.loquitur, in sententia excommunicationis lata pro delicto futuro, seu cōtumacia futura vt ibi patet, vnde si ferretur sub conditione de præsenti vel de præterito, reqreretur monitio. Aut quæris
4 de secundo.s.in quibus sufficit monitio, & tūc aut factum est notorium, vel sententia lata, & tunc sufficit, nec oportet inquiri an causa subsit cum sit notoria.2.q.1.manifesta. &.c.de mani
5 festa.s.de accu.euidētia.† Aut non est notorium, nec sntia lata, & tunc non sufficit, sed oportet cognosci an causa subsit vt.2. q.1.nemo.&.c.nos in quenquam.24.q.3.de illicita. ꝓm Inn.&
6 Host.† Aut quæris de tertio.s.quota monitio sit necessaria, & etiam sufficiat: & dic quod regulariter trina, vt in d.c.de illicita.in auth.de vas.mili.qui contumax est.c.vnico.collatione.10. s.eo.contingit.2.cum suis concor.secundum Tanc. Gof. Ber. Inno.& Host.Hic tamen non incurrit pœnam istius.c.si semel tm̄ moneat, licet sit quandoque honestum, quod ter faciat, arg. s.vt lit.non conte.tue.4.q.5.c.1.in fi.ꝓm Inno.& Host. idē.G. naso hic:& hoc quia ista litera dicit competenti admonitione, non dicit admonitionibus, sic.s.de ap.cum speciali. Idem not. Archid.12.q.2.indigne.gl.adde qd̄ de trina monitione &c.vbi concordat cum præmissis:& cum tribus primis gl.Inn.hic.Et in hoc concor.Host.dicens, qnod monitio debet esse trina, vt in dictis.c.vel ex causa arbitraria, vt si partes sint paratę ad arma, & ad monitionem episcopi superueniētis nolunt à pugna cessare.vtiq; ab oī pœna excusabitur ar.ff.de vsufru.l. æquissimum.s.de treuga & pa.c.1.Multa & alia exēpla poni possunt. in quibus admonitio vna sufficit: plerūq;.n. nec tps, nec locus patitur plenius deliberandi consilium.ff.de exerci.l.1.de dāno infe.l.1.Vnde hic non dixit trina monitione, imo caute posuit competenti.q.d.arbitraria.ar.s.de trās.c.fi.Dic ergo ꝙ vna monitio sufficit pro oībus ex cā, considerata personarum & negocij qualitate, maximè in notorijs.s.de ap.cum sit romana.ĵ.eo. cōstitutionē.li.6.ꝙ dic vt ibi per Card.& G.& Io.An. & licet ordo de quo le.& no.hic.ĵ.e.cum medicinalis.li.6.nō seruetur Et si sntia iniusta liget hoēm quantum ad ecclesiam militantē
11.q.3.c.1.& 2.non tamen quantum ad Deum.s.eo.ti.à nobis ĵ.de re iud.cum æterni.li.6.nisi contemnatur, tunc enim liga, etiam quo ad Deum.11.q.3.§. præmissis auctoritatibus. & §. cum ergo.& §.hic & similibus.24.q.3.notandum.in fi.secundū Ber.& Host.hic.& Goff.in sum.eod.titu.§. vnum tamen notabis &c.de quo.ꝑ Archi.2.q.1.c.1.gl.1.vbi tenet post Lau.quod tenet quo ad ecclesiam militantem.idem Bern.Host. Card.G.
7 & Io.And.ĵ.eod.Romana.§.1.super verbo iniustas.libr.6.† Et no.secundum Hostiens.& Ioan.And.ĵ.eo.dilecto super verbo contemptis, in nouella.lib.6.quod excommunicationis sententia contemnitur multis modis. Primò, quando excommunicatus accumulat culpam culpæ. Secundò, quando ex certa sciētia intrat ecclesiam, etiam quando non dicitur officiū 25. dist. cap.1.circa prin.24.q.3.clericus.nisi causa prædicationis, qua audita exeat suprà.eo.responso. Tertiò, quando non intrat ecclesiam

ecclesiam, sed ad valuas audit officium quod est contra iura.s.de pœni.& re.quod in te.ĵ.eo.permittimus. Quartò, qtia cōmunioni catholicorum quos euitare potest se ingerit, de cler. exc. mi.illud.§.illud. Quintò, quando quis nimis dormit in sententia ligatus suprà, e.per tuas.& maximè vltra annum.11.q.3.rursus.&.c.quinque.s.de hæret.excommunicamus.§.si verò. ꝓm eum. Et no: quod licet sententia iniusta liget ex contēptu quo ad Deum, vt in iuribus alle.non tm̄ sententia quæ est nulla: quia iniusta & si non ligat apud Deum, ligat tm̄ apud ecclesiam: nulla verò non ligat etiam apud ecclesiam & si quandoq; de facto tolleretur, vt leg.& no.s.de testi.dilecto.de ap.ad præsentiam. Nec etiam reddit quem irregularem si immisceat se diuinis vt in c.alle. ad præsentiā eo.ti.dilect.in fi.& ĵ.eo.solet.in fi.&.c.licet.vbi hoc notat G.in gl.no.optimam.& Io. And.in nouella.
8 † Aut quæris de quarto, quot modis sententia excommunicationis dicitur iniusta, & dic quod tribus modis sententia excōmunicationis dicitur iniusta, s.ex causa, ex animo, & ex ordine, sicut de istis tribus modis plene le.& no.11.q.3.ca.Episcopus.§.si ergo.& capi.cum ergo.& capitu.si episcopus. Fortè ex causa dicitur iniusta, vel quia nulla causa prætenditur in sententia infrà eod.cum medicinalis.lib.6.vel quia, & si prætendatur vera non est, vel quia & si vera sit non est vera & rationabilis, vt hic, & s.de ap.vt debitus.&.cap.cum speciali.ff.de auth.tu.l. nulla differentia. Ex animo verò dicitur iniusta quādo & si causa exprimatur vera & rationabilis, ab eo tamen qui excommunicat non ad correctionem, non zelo iustitiæ, sed indignationis, inuidiæ, vel odij fomite, promulgatur.11.q.3. illa proposi
11 torum infrà eod. cum medicinalis. Ideo tutum consilium est quod, si quis offenditur nō per se sed per alium qui charitatiuè moueatur sententiam pro mulget, vel si per se hoc facere vult, ad minus non faciat hoc dū mouetur, sed permittat motū fortè colericum aliquantum recedere, Ex ordine autem dicitur iniusta hæc sententia, quando & si causa vera est, & rationabilis prætendatur, & proferens charitatiuè moueatur, & tamen non præcessit admonitio competēs, vel non fuit facta coram personis idoneis, vt hic secundum Hov.hic & in sum.eo. ti.§. quis sit eius effectus circa medium.& in hoc concor.Rayn.in sum.eo.ti.ver.34.Item pone.& Thom.& Pe.in scriptis, & frater Io.in dicta q.restat videre. Et nota secundum Hostien. suprà de excess.prælatorum.c.1.in fin.& secūdum fratrem Io. in dicta.q.restat videre. quod etiam in excommunicationis sententia ordo iudiciarius est seruandus, vt ibi & 2.q.1. nemo. & c.Deus omnipotens.& s.de ap.reprehēsibilis.sed iste ordo nō
9 requirit libellum, nec lit.conte.† Sed ad hoc vt quis iustè excōmunicetur, tantum quatuor requiruntur. Primum, quod causa vera & rationabilis subsit. Secundum, quod monitio competens præcedat. Tertium, quod proferens non ex odij fomite, sed charitate correctionis procedat. Quartum, quod proferatur in scriptis, vt patet in eo quod le.& no. hic, & plenius.ĵ.e. cum medicinalis.lib.6.Et in hoc concor.Host.hic dicēs quod in ordine requiruntur 7. Primum est, quod monitio præcedēs competat. Secūdum est, quod de ipsa si necesse fuerit fiat fides vt hic. Tertiū est, vt in scriptis feratur. Quartum, quod causa exprimatur. Quintum, quod sit rationabilis. Sextum, quod sit vera vt hic in §.1. Septimum est, vt exemplum scripturæ tradatur, vt in d.c.cum medicinalis quæ.7.explicata sub quatuor, præcedentibus implicitè continentur. Sed si ordo iste non ser
uetur tenet nihilominus sententia; sed excommunicans puni
10 tur, vt sequitur, & no. Archidi.24.q.3.comperimus gl.fi. Dicit etiam Io.An.post Fran.in c.alle.cum medicinalis. super verbo conscribat.in nouella, quod tres solēnitates præcedunt sentētiam excōmunicationis.s.iusta causa, iustus motus iudicis, & monitio vt hic. In sententia requiruntur duo, quod sententia feratur in scriptis, & qd̄ causa inseratur in scriptis, vt ibi. Post sententiam aliæ duæ, vna quod exemplum sententiæ detur pe
tenti infra mensem, alia quod relaxetur sententia si absolutio
10 digne petatur s.de offi.ord.ad reprimendam. † Aut quæris de quinto.s.qualiter sententiam iniustam proferens puniatur, & dic quod multipliciter secundum Ber.hic in gl.mi. & Inn. hic in gl.hic etiam punitur.& Arch.11.q.3.c.illud.gl.antepe.& plenius secundum Hostien.in dicto.§.quis sit eius effectus.& fratrem Ioan.in summa.confess.eod.tit.q.67.quid si hæc &c.Primo punitur, quia tenetur excōmunicato actione iniuriarum. 11.q.3.illud.&.cap. temerarium.& in hoc concordat Hostien. Card.G.& Ioan.And.in nouella infrà eod.statuimus.lib.6.Secundo est tanquam sacrilegus puniendus.24.q.3.non in perpetuum.& hæ duæ pœnæ sortē specialiter locum habent, quādo sententia ex animo est iniusta. Tertiò, quia carere debet communione hominum, & arceri ab ingressu ecclesiæ inquantum superiori visum fuit æquum.24.quæsti.3.de illicita. & hoc fortè quando iniusta est ex causa, specialiter locum habet. Quartò, si feratur non seruato ordine huius decretalis: interdicitur ei per mēsem vnum ingressus ecclesiæ ipso iure. etiam si alias sit iusta sententia vt hic dicitur, quo elapso restitutus est ipso iure.arg.81.distinctio.si qui sunt. Et iste mēsis continebit tot dies quot habet in calendario ille mensis in quo sententia lata fuit, quod dic vt no.in simili Guil.Gart.Cardin.G.& Ioan. An. infrà de elect.quam sit.in prin. super verbo mensem.libr.6.& Gen.extra de electio.cap.causam quæ.super verbo, infra mensem.de concess. præben.capi.vnico super verbo infra mensem in clem.& in extra vagan.Ioan.22.execrabilis super verbo mēsem.& Gen.de mon.lau.in extrauagan.suscepti regiminis.super verbo eo ipso. Licet Pe.de Samp.hic dixerit quod habebit 30.dies per capit.de illicita. 24. quæstio.3.quæ pœna interdicti secundum Ioann.Andr. hic habet locum nisi sit episcopus, vel superior infrà eod.quia periculosum.lib.6.Quintò, si sententia iniusta appareat ad interesse condemnatur excommunicato, aliàs nihilominus si culpæ qualitas postulauerit superioris arbitrio puniēdus, vt hic in §.cunque aduersus. Et sufficit probari istud interesse per iuramentum, cum surgat ex maleficio secundum Hostien.& Ioan.Andr.hic.& Hostien. & Cardi. & Ioan.And.in nouella in dicto.c.cum medicinalis. super verbo interesse. Sextò, hodie non solum ab ingressu ecclesiæ, sed etiā
11 à diuinis officijs per mēsem vnū nouerit se suspensum. † ideoque si interim celebrat irregularitatē incurrit, super qua citra sedem apostolicam non poterit dispensari, vt infrà, eod.cum medicinalis. Vnde per pœnam huius decr. sacro. non efficiebatur interim celebrans irregularis, quia non cōtinebatur hic de diuinis officijs, quicquam, sed hoc addit illa decre. cum medicinalis. Item addit quod talis ad expensas condemnetur. Item & quod idem ordo eadem pœna interdicti, & suspensionis sententijs obseruetur. Ab his autem omnibus excusat causa probabilis proferentem maximè si laudabilis opinionis existat, vt hic.in§.cunq; aduersus.ꝓm eos. Et quod dicunt quod per pœnam huius decre. non efficiebatur interim celebrans irregularis, verum est: hodie vero talis in ecclesia celebrans esset irregularis, vt infrà, eo.is cui est.lib.6.quod dic vt ibi. Et quantum ad istas pœnas concordant Cardin.& G.infrà, eod.statuimus. lib.6.& ipse, G.in dicto.c.de illicita.vbi approbat glo.quam ponit Ber.super verbo per mensem. Et de ista materia no.Asten. libr.7.tit.de forma excommunicationis.arti.2.

Super eo.c. Ad euidentiam glo.Innocen.per hoc intelligo &c.Si quæris, quæ sunt interdicta
12 illi cui est ingressus ecclesiæ interdictus, distingue. Aut † quæris vtrum si decedat hoc interdicto durante posit in ecclesia vel cemiterio ecclesiastico sepeliri, & dic quod non secundum Innocent.& Hostiens.hic, quod est hodie approbatum infrà, eodem titul.capitu.is cui.§.1.libr.6. Quod intellige siue cēmiterium ipsum sit contiguum ecclesiæ, siue non. Nec obstat eodem titulo.si ciuitas.§.vltim.libr.6. vbi distinguitur vtrum ecclesia interdicta cemiterium sit contiguum illi ecclesiæ vel, non, quia illa distinctio habet locum vbi res interdicitur, secus vbi interdictum refertur ad hominem secundum Ioann. And.
13 in dicto.capitu.is cui. † Aut vtrum posit solum per ecclesiam transire: & dic quod sic, secundum Innocen.& Hostiens.& Io.
14 Andrea. † Aut vtrum posit in ecclesia orare, seu interesse diuinis, vel audire diuina, & dicunt hic Innocent.& Hostiens.& Ioan.Andre. quod non. Tamen credo quod contrarium facien do irregularitatem incurrant. cum hoc non reperiam cautum
15 in iure, argu. infrà eod.is qui in ecclesia.lib.6. † Aut vtrum posit in ecclesia celebrare, vel immiscere se diuinis in suo officio ministrando, & dicunt Innocē.& Hostien.hic quod non: quod est verum in tantum, quod si contrarium faciat irregularitatē incurrit, vt in dicto.capitu.is cui.1.responso. Aut vtrum posit extra ecclesiam celebrare, aut se immiscere diuinis, & dic quod sic, & hoc probatur ex propria verborum significatione secundum Innocen.& Hostiens.hic: & hoc euidenter colligitur.5.quæstio.2.præsenti.ibi ecclesiam intrandi, & omnia diuina officia audiendi. Nam ex eo quod ibi specialiter inhibetur, denotat intellectum sumpto ar.à contrario sensu audiendi extra ecclesiam, secundum Archi.ibi in glo.cum alicui. vbi ponit totam istam gl.Innocen.& eandem ponit.ĵ.de of.deleg. quia pontificiali.super verbo ingressus.li.6.Et in hoc quod dictum est quod potest extra ecclesiam immiscere se diuinis concor. G.& Io.An.in dicto.c.is cui: & de ista materia vide quod no. Inno.& Hostien.& alij infrà, eo.cum medicinalis.lib.6.

Super eo.c. §.caueat. Si quæris, vtrum sententia excommunicationis nudo, verbo relaxari
16 possit, distingue. †Aut, constat, quod est iniustè lata, & tunc nudo verbo potest relaxari vel reuocari, vt hic. & j. eod. §.fi. Nec requiritur quod sacerdos sit is qui absoluit, quia nec talis excommunicatus absoluitur, sed tantum sententia relaxatur, siue reuocatur vt hic: & j. eo. cum medicinalis. §.1. li.6. secũdum
17 Host. hic. †Aut constat quod est iustè lata, vel dubitatur: & tũc non potest relaxari nudo verbo, sed necessaria est solemnis absolutio, vt patet. j. eo. §.fi. ibi excommunicatum absoluat. & j. eo. ti. solet. li.6. secundum Host. in sum. eo. ti. §. & qualiter hæc absolutio sub. §. sed nunquid nudo verbo. & sequenti. & sub. §. si autem ver. sed quid si excommunicator. & idem frater Ioã. in sum. confes. eod. ti. q. 110. aliàs. 20. vtrum aliquis nudo verbo &c. & Asten. li.7. ti. quõ absolutio fieri debet articulo tertio q. vtrum sententia excommunicationis relaxari possit.

Super eo.c. §.cunque aduersus. Ad declarationem gl. excommunicatore &c. Si quæris, vtrum, quando excommunicatus deponit apud superiorem de iniusta excommunicatione querelã, excommunicator necessario sit
18 vocãdus, distingue. †Aut agit seu deponit querelam ad hoc vt excommunicator puniatur, & condemnetur ad interesse, vel aliàs, & tunc est necesse ipsum vocari. 2.q.1.c. nos in quẽquam. ff. de accu. l. absentem. quia causarum merita partium assertione panduntur. C. si per vim vel alio modo. l. vlti. s. de resti. in in
19 tegrum tum ex literis. †Aut agit ad reuocandum vel relaxandum excommunicationis sententiam per eum contra excommunicatum pro alio promulgatã, & tunc non oportet ipsum vocari, sed illum pro quo sententia lata fuit. 2.q.6. hoc etiam placuit. secundum Io. Ber. Inn. Hostien. & Ab. hic, quorum distinctio est approbata. j. eo. venerabilibus in prin. li.6. licet Ho
20 sti. videatur contrarium innuere. j. eo. c. §. verum & malè. † Nã Iudex non debet vocari de necessitate vt defendat ea quę ratione iurisdictionis fecit, vt in dicto. c. hoc etiam, vt notat Innoc. s. de transa. decætero in gl.2. in prin. & G. in dicto. c. venerabilibus. super verbo spectat. & de hoc vide quod no. Innocẽ. s. de procur. in nostra. gl. qualiter recipiuntur isti testes. & de appel. cum spirituali. in gl. hic habes.

Super eo.c. §.verum. Gl. sed qualiter in fin. dicit Ber.
21 quod est hic ar. †Quod si aliquis habet ꝓbabilem causam litigandi, non punitur in expẽsis litis. ff. de le. 2. l. qui solidum. §. etiam. idem no. Innocen. Host. hic & Ber. & Hostien. suprà de dolo & contum. finem. & Asten. lib.7. tit. de forma excommunicandi. art.2. versi. sed quomodo probabilis.
22 Plus dicit. P. de Samp. s. de ap. vt debitus. †Quod habens pro se vnius doctoris opinionem excusatur à condemnatione expensarum, quasi per hoc habeat probabilem causam litigandi, quæ à talibus excusat, vt in dicto. §. etiam. Et potest esse ratio, quia doctor habet à lege auctoritatem iura subtiliter interpretandi. C. de professo. qui in vrbe constan. l. vnica. libr. 10. vt hoc no. Gen. extra de ele. c. ne Romani gl.3. in cle. vbi videtur hoc dictum approbare, de ista materia notatur plenius in d. c. finem & in remissionibus, quas ibi scripsi.

Super eo.c. in fine. Si quæris, vtrum superior excommunicans iniustè subditum, & excommunicationem postea reuocans, pœnas euitat
23 per. c. istud latas. distingue. † Aut quæris, vtrum euitat pœnas condemnationis ad interesse, & alterius pœnæ arbitrariæ de
24 qua. s. eo. §. cunque aduersus. & dic quod sic vt hic. †Aut pœnã de interdicto ingressus ecclesiæ, & illam patitur ipso facto. vt supra eo. §. secundum Inn. & Hostien. ibi & hic. Et de materia interesse quomodo peti seu præstari debeat, notat plene Inno. hic in gl. si fuerit petitum. & gl. constabit autem. Et quomodo probari debeat, vide per Io. 3.q.3.c. induciæ. §. offeratur. glo. fi. & per Archid. ibi. & per Ber. suprà, quod metus causa. c. fin. Et de materia interesse vide per Ioan. 12.q.2. fraternitas, gl. fi. plenius in Spec. ti. de fructibus & interesse. §. sequitur de interesse cum quatuor. §. sequentibus vsque in fi. vbi ponit totam gl. Inno. hic & per Inno. & Host. s. de decimis pastoralis. & per Hostien. in summ. de sententia & de re iudicata. §. quis sit effectus ver. sed & quia aliquotiens &c. per totum. Henricus, Bohic.

1 *Priuilegia ecclesiæ à Deo concessa.*
2 *Priuilegia ecclesiæ à Papa concessa.*
3 *Priuilegia ecclesiæ ab imperatore data.*
4 *Priuilegia ecclesiæ refragantes excommunicantur. 6.*
5 *Scriptura damnata, ipsam sequens damnatur.*

Nouerint. Si quæris, vtrum sunt excommunicati ipso iure qui faciunt, dictãt, vel scribunt statuta, vel faciunt seruari vel seruant statuta edita contra ecclesiasticam libertatem, distingue. Aut quæris contra quam libertatem venientes sunt excõmunicati: aut qui veniẽtes, & quãdo sunt excommunicati: in primo casu dic vt dicit Innocen. hic in gl.2. & Hostien. & Abbas post eum. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod multa sunt
1 priuilegia ecclesiæ vniuersali generaliter concessa. †Quædam sunt adeo. Primum est illud, quodcunque ligaueris &c. 24.q.1. quodcunque. Quod quantum ad personam papæ extẽditur ad interpretationem omnium dubiorum. s. qui filij sint le. per venerabilem. §. rationibus. Secundũ est, quod decimæ, primiciæ, & oblationes ad clericos spectãt. 16.q.1. reuertimini. &. c. decimæ. s. de decimis tua & j. Tertium, quod ecclesia sola res ecclesiasticas administrare debet. 96. di. si imperator. s. de re. eccles. non ali. cum laicis. & quod de spiritualibus ius statuere, & iudicare potest. 96. di. cum ad verum. &. c. denique. Alia etiam multa priuilegia à Deo clericis data inuenies in nouo & veteri te-
2 stamento. †Quædam sunt concessa à Papa, sicut illud quod qui in personam ecclesiasticam manus inijcit est excommunicatus. 17.q.4. si quis suadente. Quod in legatis ad pias causas sufficiũt duo testes. s. de test. relatum. & multa alia inuenies in iu
3 re canonico concessa ecclesiæ per papam. †Quædam alia sunt concessa ab imperatore, vt. C. de sacrosan. ec. per totũ. de epi. & cle. per totũ. l. nemo. & per totũ, de his quiad ec. confu. le. 1.2. pe. & vlt. & de his, qui in ec. manu. l.2. de Iudæis in Synagoga. auth. vt ec. ro. & c. col.2. de rebus ec. nõ ali. col.2. de ec. ti. per totũ coll.9. & multa alia. Et in his oĩbus priuilegijs locum habet hæc decre. ſm quod in excommunicationem incidunt, qui veniunt contra libertatem vel priuilegium Dei vel imperatoris, super temporalibus, vel papæ super spiritualibus data ecclesiæ vniuersali, siue sint data locis, siue collegijs, & personis, siue ẽt congregationi fidelium. Sunt & alia priuilegia specialia nõ vniuersali ecclesiæ, sed aliqbus specialibus siue singularibus ecclesijs, vel collegijs, vel personis concessa, siue à papa. vt. s. de priuile. per totum, siue ab imperatoribus, vel alijs regibus seu principibus mundi concessa. Nam & alij reges principes in his quę ad ipsos spectant hmõi priuilegia dare possunt, vt le. & no. s. de resti. in integrum. auditis. de præscri. auditis. de fide instr. inter dilectos. de decimis dudum. Et qui cõtra illa venerit nõ incidit in canonem istum, non. n. dr̃ quis facere contra ecclesiasticam libertatem, licet faciat contra huius vel illius ecclesiæ libertatẽ singulariter, ſm Inn. Host. & Alb. & Io. And. hic quorum gl. s. hic approbat. G. j. de iureiur. c.1. super verbo ecclesiasticæ. lib. 6. & G. de mon. lau. extra de rest. in integrũ. c. vnico gl.2. in cle.
4 †Si quæris de secundo. s. qui venientes contra libertatem seu priuilegium vniuersalis ecclesiæ sunt excommunicati, tũc aut quæris de statuentibus vel statuta hmõi dictantibus vel scribẽtibus; aut fieri consentientibus, aut seruari faciẽtibus, aut quęris de alijs. Si de quinq; primis, tũc aut quæris de statutis editis ante istam decre. seu ante publicationem, aut infra duos menses à tempore publicationis eiusdem, aut post. Si ante tũc sunt excõicati, nisi ea de capitularibus suis seu libris infra duos mẽses post publicationem huiusmodi decret. suæ sententiæ continuè computandos, quantum in eis est fecerint amoueri hic in ver. necnon. Nec obstat extra de vsur. capi. vnico in cle. vbi dantur tres menses, quia hic statutum erat contra libertatem ecclesiæ, sed ibi non licet aliàs iniquum ſm Io. And. ibi super verbo tres menses. Et sic isti duo menses currunt à tempore publicationis, quibus elapsis, omnes cœpit ligare in aut. vt factæ nota. consti. circa prin. col.6. simile. s. ne cle. vel mo. nõ magno. &. c. super specu. & secundum hoc omnes ligat, cum diu est qđ fuerit publicata secundum Ber. & Host. Alij exponũt post huiusmodi publicationem. i. postquam in singulis locis fuerit publicata, & hoc benignius est secundum Host. sed primum verius ſm Io. An. hic & patet in his quæ ipse notat super data li.6. Si post, tũc sunt statim excõicati ipso iure vt hic, & in ver. item excõicamus nec excusationẽ habere possunt à toto, licet à tãto qñq; excusantur, vt patet in eo ꝙ le. & no. s. ꝙ metus causa fa. cris. secundum Host. & Io. An. Si quæris de alijs tunc, aut de illis qui ſm talia statuta præsumpserint iudicare, vel in publicã formã scribere iudicata, & tales statim sunt excõmunicati,
5 vt hic in fi. †& sic dãnata scriptura damnatur, & ipsam sequẽs, sicut & ecõuerso, damnato auctore damnatur & scriptura: vt legitur & notatur. s. de hæreticis fraternitatis secũdum Hostien
6 sem. †Aut de officialibus vel consiliarijs, & illi non ligantur nisi scientes eas esse contra ecclesiasticam libertatẽ consenserint delicto,

delicto, vt quia ea seruauerint vel dederint cõsilium ꝙ seruentur, vel negligentes fuerint ea de suis capitulis delere, vel officium dimittere quàm cito de eis certificari sciũt & cognoscũt esse contra libertatem ecclesiæ concessa, cũ aliquo modico interuallo, ꝙ boni viri arbitrio relinquitur. ff. de solutionibus. l. ratum. rem ratam haberi. l. quo. n. s. de donationibus apostolicæ. Si autem ignorarent statutum esse contra libertatem ecclesiæ, non inciderent in excommunicationem, quę nõ cadit nisi in contumacem. 11. quæstione. 3. nemo episcoporum. &. c. certum secundum Innocentium, & Hostiẽsem, & Ioannem, Andræam hic, & in hoc videtur concordare Ber. j. eo. grauem. in gl. ar. contra. & s. de immunitate ecclesiæ. aduersus gl. vlti. Per quam gl. no. Ioannes, Andræas post Ber. s. de priuilegijs c.1. gl. vlti. in nouella. lib.6. ꝙ excommunicatio prælati etiam sub nomine dignitatis solius proprio nomine nõ expresso, ex ꝓpria tamen culpa in eum lata, non ligat successorem, nisi illam culpam faciat propriam. Aut de alijs à personis hic contentis, & illi licet seruent non sunt excommunicati secundum Inno. in gl.1. Idem in hoc Ioannes Andr. extra de vsuris. c. vnico. super verbo obseruare. in clemen.

1 *Prior hospitalis magistrum absoluit.*
2 *Prior hospitalis inferioris non absoluit ab excommunicatione.*
3 *Ratio vbi est eadem, idem quoque ius esse debet.*

Canonica. De materia huius. c. vide quod dixi. s. eo. à nobis. 2. dis. & in c. illorũ
1 dist.3. §. Item Spec. ti. de sententia. §. vt autem. ver. quid si magister. videtur dicere ſm Vin. ꝙ prior hospitalis potest absoluere etiam magistrum maiorẽ, qui est maior prælatus ordinis, & laicus, licet prior sibi subsit. ꝓ istud. c. in quo scribit magistro & alij in hoc cõcor. Io. An. hic. Nec sequitur si potest absoluere ergo ligare: quia istud est volũtariæ, illud vero contentiosæ iurisdictionis, quod patet etiam in legato de latere, qui absoluit non subditos. s. de officio leg. c. penu. Item canon ligat de absolutione sic disponens. item restringẽda sunt odia, & ampliandi fauores, de reg. iur. odia. li.6. ſm Io. An. Item dicit Host. hic, ꝙ istud. c. loquitur de priore cõuẽtus hospitale Hierosolimitani, & transmarini. s. ꝙ magister & fratres possunt absolui per eum, & q̃tum ad hoc, hæc decre. conti
2 net gratiam specialem. †Nec possunt hoc etiam priores eiusdem ordinis aliorum locorum, alioquin non dixisset per priorẽ vestrũ, sed per priores vestros. Quid ergo fiet in alijs locis in religiosis similibus? Respondet ꝙ si non habẽt aliud priuilegium speciale ad diocœsanum cuiuslibet loci recurrẽdum est in hoc casu, quod dic vt no. s. eo. demonialibus & c. cum illorũ §. si verò claustralis. vbi Bern. in gl. multa. n. dicit. Quod idẽ est de templarijs, quod de hospitalarijs: sed Host. ibi contra, nisi il
3 lud simile habeant priuilegiũ. †Licet. n. vbi est eadem ratio sit idem ius: illud tamen verum cũ agitur de extensione iuris cõmunis, secus si de prorogatione priuilegij. idem Io. Andr. hic.

Super eo.c. Ad euidentiam gl.2. Si quæris, vtrum iuramentum sit de substantia absolutionis, vide quod dixi suprà eodem, cum desideres. distin.3.

1 *Absolutio ab hominis excommunicatione an iuramentum requirat.*
2 *Absolutio ab excommunicatione iuris an iuramẽtum requirat.*
3 *Excommunicati participatio inhibetur.*

Venerabili. Cum gl. vlti. Bern. hic concordat Host. hic & Archi. 2.q.1. nomen presbyteri. super verbo suspendi. dicens, ꝙ pro absolutione suspẽsionis iuratur sicut pro absolutione ex
1 cõmunicationis vt hic, circa hoc tñ distingue. †Aut est suspensus vel interdictus ab homine: vel à iure. Si ab homine tũc, aut iustè & culpa sua, & tunc absoluitur & cum iuramẽto vt hic. Aut iniustè vel non culpa sua, & hoc certum est, & tunc nec iuramẽtũ nec absolutio ẽ necessaria, sed simpliciter reuocaretur sñia, vel denunciaretur non tenere, cum non sit ligatus apud Deũ. Aut dubitatur an culpa sua ceciderit in interdictũ vel suspensionem, & tunc est necessarium iuramentum, vt hic. s. e. sacro. §.1. ver. ad quem. & ver. alioquin. & §. fi. ver. & tunc. ſm Inn. hic in gl. sua. sic & Host. & Io. An. & idem innuit Ber. in gl.
2 sua. 1. & 2. †Si est suspensus vel interdictus à iure, vt Symoniacus vel notorius fornicator, tunc licet alia necessaria sit dispensatio in fornicatore, vt. s. de cohabi. cle. & mulie. ca. sicut. & in Symoniaco manus impositio, & dispensatio necessaria est. 1.q. 1. statuimus: non tamen nedum iuramẽtum: sed nec absolutio aliqua est necessaria ſm Inno. hic idem no. Archi. 50. dist. sacerdotes. gl. pen. contrarium tamen dicit Inn. in prædicta decre. sicut. vbi vide in gl. per hoc circa medium. Sed cessabit contrarium si intelligatur vt ibi distinxi. ſm Io. An. hic. Et no. ſm Inno. in gl. sua 2. aliàs. 3. ꝙ ista relaxatio suspensionis de qua hic loquitur, fit, vt possit communicare sacramentis, & interesse
3 negocijs ecclesiæ, non propter hoc ꝙ non possit agere. †Non enim in hoc similis est excõmunicato, de quo specialiter prohibitum est propter periculum participationis. s. de exceptionibus. exceptionem. & s. eodem tit. capi. pia. libr.6. & vide qđ dixi supra de excessibus prælato. c. primo.

1 *Domino excommunicato subditi fidelitatem non præstant.*
2 *Ecclesiasticæ libertati contraueniens excommunicatur.*
3 *Vniuersitas non excommunicatur.*

Grauem. Vide quod dixi. s. eo. nouerit. & dicit Ho. hic ꝙ illud statutũ de quo hic ibi, ꝙ si quis clericus vel laicus &c: quo ad vtrũq; iniustũ
1 fuit si erat præcisum, quod & infra innuitur. †Nã ſm consuetudinem curiæ exceptis feudalibus, clericus contra laicum consueuit impetrare indistinctè: sed & laicus contra laicũ in negotijs ecclesiasticis, quod dic vt legitur & no. s. de arbi. in notuit. de iudicijs, cæterũ. &. c. nouit. de foro comp. si clericus &. c. ex transmissa. &. c. cum sit generale. &. c. licet. &. c. ex tenore. Et ideo etiam dicit, ꝙ hoc fuit in derogationem sedis apostolicæ attentatum, si tñ fecissent statutum, ꝙ laicus non impetraret contra laicum nisi in concessis casibus tale statutum non posset reprehẽdi. Item dicit qđ statuta de quibus hic loquitur tria continent. Primum est, qđ si clericus cõtra laicum. Secundum est, quod si laicus contra laicum impetrauerit, puniatur. Tertium est, quod clerici suis sumptibus castrum ripæ fractæ
2 faciant custodiri. †Primum, & tertium sunt contra libertatem ecclesiasticam, & ideo quãtum ad illa duo excõmunicati sunt statutarij, & consiliarij ipso iure suprà, eo. nouerint. Secũdum verò non est cõtra libertatem ecclesiasticam, est tamen contra ius canonicum, & in derogationem cõsuetudinis aposto. se. &. quantum ad hoc ſm non sunt tales excommunicati, sed excõmunicandi ſm Host. Tu dicas hodie secus, vt patet de immu. eccle. quoniam. lib.6. satis enim est ꝙ de consuetudine spectetur ad forum ecclesiasticum vt sit locus huic pœnæ, vt ibi ſm Io. An. quod tamen dictum est de consiliarijs: intellige vt dixi in dicto cap. nouerint. Item no. secundum Hostiensem hic, & Ioan. Andr. quod isti ciues debent cauere, quòd similia decætero non acceptabunt, per iuramentum, & idoneam, fideiussoriam, vel pignoratitiam cautionem, certa etiam pœna apposita arg. suprà, de præsump. literas. §. fi. Et est hoc valde notandum. licet enim ab initio super hoc cauere non tenerentur: tamẽ ex quo semel contra hoc deliquerunt, cogendi sunt vt caueãt: qa timendum est ne in posterum similia agant, argum. in eo quod legitur & no. s. de præsump. mandata. &. c. scribam. & ca. illud in fi. Et ideo exigenda est cautio in futurum. argum. ff. si seruitus vendi. l. harum. & l. egi. 1.q.7. quotiẽs. de conse. dist.2. Ego
3 Berengarius. s. eo. ex tenore. in fi. j. tit.1. ex parte. 1. †Et de gl.1. Inno. hic, vbi dicit quòd vniuersitas excommunicari non põt, vide. j. eo. Romana. §. in vniuersitatem. lib.6. & in hoc quod dicit in versic. sententia autem. & in versi. item dicunt quidam. concordat Speculator titu. de sentẽtiæ executione. §. sequitur videre. versi. quid si vniuersitas. & ar. ff. quòd cuiusque vniuersita. l.1. §. quibus. & vide quod dixi. s. de symonijs. dilectus. 2. dist. vltima. Item dicit Goff. hic in fine. c. & Io. An. post eum, ꝙ licet isti de quibus loquitur hic absoluantur ab excommunicatione, non tamen recuperãt feuda quibus sunt priuati. Nec obstat. 16.q.1. nos sanctorum. & c. iuratos. quæ loquuntur cũ dominus perdit vasallos ex consequentia excõmunicationis. hic cum principaliter & directo priuatur feudo propter delictum. Henricus Bohic.

1 *Maleficia proposito distinguuntur.*
2 *Delinquens an vltra propositum teneatur. 4.6.8.*
3 *Vbi vnum propter alterum, vtrobique vnum.*
5 *Adulterium est coniugalis thori violatio.*
7 *Maleficium non excusat bona fides facientis.*
9 *Acta non transcendunt personas litigantes.*
10 *Excommunicatus an frequentandus.*
11 *Excommunicatus non salutandus.*
12 *Eleemosinæ ab excommunicato recipiendæ.*
13 *Decimæ ab excommunnicato recipiendæ.*
14 *Oblationes ab excommunicato non recipiendæ.*
15 *Mortuaria ab excommunicato non recipienda.*

16 *Excommunicatus non testatur.*
17 *Eleemosinæ an de illicitè quæsitis faciendę.*
18 *Clericum percutere quandoque licet.*
19 *Clericum corrigere, qui possint.*
20 *Ordo sacer liberat filium à patris potestate.*

1 CVm voluntate. †Hic habes quod voluntate,& proposito maleficia distinguūtur,& sic videtur ꝙ maleficia voluntatem & propositum non transcēdūt, & ꝙ in delictis,quis vltra propositū non tenetur.& cō cōcordat.ff.de furtis.l.verum. &l. qui iniuriæ. C. ad.l.Iuli.de adul.l.eum qui duas.ad.l.Corn.de Sica.l.1.Vnde animus punitur & non opus.50.dist.c.qui saccum.§.econtra animum.& duobus.c.seq.34.q.2.cap.si virgo.&.c.infectum.Sed contra ff.de furtis,l.vulga.§.si quis es,& le.qui saccum.50.dis. qui saccum.C.ad.l.Iul.de vi publi.vel priua.l.qm̄ multa facino
2 ra.j.de homicidio.c.is qui mandat.lib.6.Gratia huius. †Si quæris vtrum in delictis aliquis vltra propositum teneatur, distingue:aut non habuit propositum in aliquo delinquēdi, & tunc regulariter non tenetur,vt hic & in d.l.eum qui duas. & in dic. l.1.& d.§.econtra animum.& de duobus.c.seq. quod tn̄ dic plenius vt dixi.s.de bigamis.c.nuper.Aut habuit animū in aliquo delinquendi,ita ꝙ scienter delinquit, & incidit in maius delictum ꝑꝑ conscientiam suam,& tunc,aut quantum ad ecclesiā triumphantem seu in foro pœnitētiali, & tunc dic vt ibi dixi, & j.sequitur.Aut quantum ad ecclesiam militantem seu in foro iudiciali,& tunc aut delinquens incidit in eandem speciem delicti,aut in aliam.Si incidit in eandem speciem delicti, tunc aut circa plures res,& tunc non tenetur vltra propositum delinquendi,& ideo dicit lex ꝙ si quis surripuit furto duos sacculos,vnum decem,alterum viginti,quorum alterum suum putabat,alterum sciebat alienum:illius tn̄ quem sciebat alienū furtum fecit.Idem si duo pocula surripuit, quorum alterum suū putabat,alterum sciebat alienum.ff.de furtis.l.vulgaris.§. idem Iulianus.alias incipit sed & si quis.Aut circa eandem rē & tūc aut plus delinquit respectu plurium personarum, & tunc non tenetur vltra propositum.ff. de iniurijs.l. eum qui nocētem.§. at cum aliquis.vbi habes,ꝙ faciens iniuriam filiof. credens eū patremfa.non tenetur patri actio.iniuriarum. Item faciens iniuriam mulieri coniugatæ, credens eam viduam non tenetur marito actio.iniuriarum.Et idē faciat quod no. Inn.s.eo. si verò æqualis.Aut plus delinquit respectu ipsius rei, & tunc tenetur prout est delictum cōmissum,non prout fuit animus delinquendi,vt d.§.si quis æs.vbi habes,ꝙ si quis æs surripuit, dum aurum se surripere putat,vel ecōtra: aut putat minus esse cum plus esset,quod eius quod surripuit furtum cōmittit: & in dicta.l.qui saccum.vbi habes ꝙ qui saccum habentem pecuniam surripuit,furti etiam sacci nomine tenetur, quis non habuerit animum saccū surripiendæ,& quis sint diuersæ res,saccus & pecunia,tn̄ quia saccus est ibi propter pecuniam, & accessorium
3 pecuniæ eadem res reputantur. † Quia vbi vnum ꝑꝑ alterum vtrobiq; tn̄ vnum.j.de præben.quia sæpe.lib.6.&.c. si iuxta in clem.de sent.exc.c.qm̄ li. 6. Et de accessorio idem iudiciū est habendum,& quod de principali.j.de reg.iur.c.accessorium.li. 6.& ad hoc facit quod dixi in d.c.nuper.ad fi.ver.si habebat ani
4 mum delinquendi &c.†Si incidit in aliam speciē delicti in quā incidere non proposuit,tunc aut delictum,quod ex animo cōmittitur non ordinatur ad illud delictum quod committitur sine animo,& tunc nō tenetur vt in dicta.l.verū.& l. qui iniurię. ff.de furtis. Aut ordinatur ad illud delictū,quod committitur sine animo,& tunc tenetur etiam de illo.ita loquitur dicta lex qm̄ multa facinora.Nam delictum violētiæ est ordinatum ad delictum homicidij,& ad talia multa facinora vt ibi, ita etiam loquitur dictum cap.is qui mandat. quia delictum verberationis est ordinatum ad homicidium seu mutilationem, vt ibi,& in his satis concor.Pet.de bella pertica.& Cynus in dicta.l.quoniam multa.Et nota ꝙ per istud.c.in prin. dicit Archi. 17.q.4. quisquis.super verbo non sacro.ꝙ si aufero Iudæo calicem aīo lucrandi,sacrilegium committo,secus si vt ecclesiæ restituam: ar.ff.de his quæ in fraudem credit.l.ait prætor.§. si debitorem. nam voluntas & propositum &c.vt hic & idem dicūt Laurentius,& Hugo,& Ioannes de fan.ibi. Hæc iura faciunt ad quæstionem Pilei,q̄ ponit Io.An.j.de reg.iur.c. cum quis in ius. in nouella.li.6. qua quærebat, si titius qui raptus amore virginis, vel solutæ à lena quæ maritum habebat deceptus fuit:quia seipsam submisit illius loco,per maritū illius lenæ de adulterio accusetur,an sit vt adulter puniēdus,iste casus accidit Ouidio vt ipse pulchre refert de vetula Pileus dixit& Io. An.post eum titium cum in adulterium non peccauerit,ab accusatione adulterij absoluendus,per.l.eum qui duas.in fi.C.de adulterijs. dicebat tamen eum puniendum ac si viduam vel virginem cognouisset,per.l.eum qui.§.at cum aliquis.ff.de iniurijs. Et vide qd̄ no.C.de repu.l.vxor.per quam gl.ibi arguit ad primum dictū, s.ꝙ non sit puniendus vt adulter.hoc etiam no.gl.in c. alleg.in lectum.34.q.2.& in c.illud.15.q.1.Item faciunt ad quæstionē fratris Huberti quam etiam ponit Io.An.ibi qua quærebat an clericus cognoscens mulierem solutā, quæ ab ipso & ab oībus cōiter habebatur pro maritata,vel econuerso maritatam, quæ modo prædicto habebatur pro soluta, veritate detecta sit puniendus vt adulter pœna iuris communis:vel synodalis statuti,quo cauetur adulterantem cum alterius vxore beneficio sore priuandum.Et post multa argumenta pro & contra solūt, ꝙ quantum ad forum pœnitentialem vel æternū iudicem, primo casu iudicatur adulter,quia adulterari intendebat,ad hoc de pœnis.dist.1.nūquid.&.c.si propterea.vbi de hoc.14.q.5.si q̄d inuenisti,& omnia quæ supra ponderant intentionem delinquentis.Secundò casu si cum ignorantia concurrebat intentio abstinendi,si sciret illam coniugatam:tunc fornicator non censetur adulter,& sic intelligitur gl.illius c.illud si vero concurrebat intentio contraria,tunc iudicatur adulter, facit. 32. q.2. si
5 origo.†Si quæris de pœna iudiciali:sumendo strictè adulteriū pro violatione coniugalis thori,videtur aliquibus istum neutro casu adulterum,cum sibi primo casu suffragaretur veritas, in secūdo opinio,quorum alterum excusat vel attenuat in delictis,altero reiecto,quod delictū aggrauat,quasi requiruntur ad pœnam illa duo coniunctim vt in prædicta.l.vulgaris.§.si quis es,& facit quod notat.14.q.5.si qd, & hæc opinio est benigna s̄m Ioannem,Andræam ad quod facit quod dixi in c.allega.nuper. Sed ipsi fratri Huberto placuit, cū canones acriter prosequantur hoc crimen,ꝙ primo casu puniendus sit pœna iuris, communis vt adulter,cum ibi fuerit culpa in opere, dolus in intentione,& communis opinio in qualitate, quæ tria merito preferuntur veritati post modum detectæ,vt in c.nuper. cum
6 similibus.†Vbi vero pœna statuti esset grauior, non punietur illa si veritas apparet ante sn̄iam, quia ex sua natura restringibili requiritur ꝙ sit vxor cuius stricto nomine nō intelligitur putatiua.Si tn̄ post rem iudicatam,& non prius veritas appareret,nō reuocabitur sn̄ia,de re iud.inter monasterium. vt patet ex no.s.de donationibus inter virum & vxorem plerunq; Nō ob.decre.significantibus.de purg.vulg.quia ibi fuit lata sententia per probationes reprobatas à iure,sic.C.de trans.si ex falsis. In secundo casu quia sicut statutum non excedit suum casum, ita nec illum præterit,& verum sit istum vxorem alterius cognouisse,& licet non in ea specie,fuit tn̄ dolosus in genere, vr̄ ipsum fuisse adulterum.Hoc tn̄ ipse verū putat,si in habitu matrimoniali mulierem repertam non aduertens nec curans, qualis esset cognouit libidinis explendę causa,tunc enim ex hac intentione communi iudicabitur delictum secundum rei veritatem,& mulieris qualitatem.facit.56.disti.dominus in historia de Iuda & Thamar.Si autem mulierem notam habēs sciebat eam reputari solutam,& talem eam esse credebat, nō diceret adulter,cum ad illud non sufficiat culpa, sed requiratur dolus, maximè si in habitu meretricio erat,sic loquit.l. ea quæ. C. de adulterijs. & decre.si verò.2.&.c.in audientia.s.e. Prædicta autem intellexit,ꝙ clericus ad illicitum coitum intendebat,si.n. ad licitum,qa cum illa cōtraxerat & id poterat, quia erat in minoribus,tantum neutro casu dicetur adulter. Primò non quia propriam vxorem cognouit,licet ex falsa credulitate peccauit & sic loquitur.s.de eo qui duxit in matri.c.1.& ca.veniens. 34. quæstio.1.cum per bellicam.& cap.si virgo.& hoc casu loquuntur leges.C.de repudijs.l.vxor.ff.de adulterijs.l.penu. Excusatur enim qui sine culpa facit rem illicitam propter ignorantiā facti,& sic loquitur.le.genero.ff.de his qui no. infam. per hæc sic distincta sint quæ videbantur contraria concordata. Item hæc decreta.in principio facit ad questionem quam Ricardus de malumbra disputauit paduæ, quā ponit Ioannes, Andræas, j.de regulis iuris.capi.ratihabitioni.in nouella.libr.6.quæ talis est.Contra duos,scilicet Archidiaco.& Ioan.simul inquirebatur contra.a.ꝙ occiderat.b.contra Ioannem,ꝙ mandauerat,& contra vtrunq; fuerat probatū,sed ille.a.probauit se die maleficij fuisse in loco remoto,vel & illud fecit ad sui defensione, Ioannes nil probauit;quærebat an ex actis absoluēdus esset ille Io.Pro Ioan.inducunt.6.rationes. & totidem contra ipsum tandem absoluēdo ipse Richardus tenet ꝙ ꝓbatio.a. ꝙ ad sui
7 defensionem occidit non releuat Io.†nam bona fides facientis non

tis non excusat malitiam mandatori, & per hoc.l.ff.de iurisdi. omni iudi.l.si quis id.§.si alius.vbi de hoc no.ff. de eo per quē fac.est.l.1.nam voluntas & propositū &c.vt hic. Cū vero probauit se fuisse absentē, si iudex testes illos ꝓ veritate vtriusq; inquisitionis cōiter contra vtrunq; formare recepit quod potuit,quia latissimum est eius officium.ff.de iurisd.omni.iud.l. 1.C.de eden.l.is apud quem.tūc per quas probationes. à absoluitur,absoluetur & Io.ff.de quæstionibus.l.1.§.fin. facit.ff. de
8 offi.præsi.l.illicitas.§.veritas.ibi,ex fide &c. †Si aūt ad specialē defensionem.a.tantū recepti sunt testes:tunc Io. nō proderūt, quia diuersitas causarum,& personarum facit rem esse diuersam.ff.de excep.rei iud.l.cum quæritur.&l.cum de hoc. & l.si cum vno.ergo defensio vnius alterum nō releuat. Hinc est ꝙ faciens furtum ad mandatum alterius,si deprehenditur, tenet furti manifesti,mandans non.ff.de fur.l.is qui opem. Econtra delinquit mandans,& non mandatarius.ff. de eo per quem factum est.l.1.in prin.C.de furtis.l.si quis seruo.Hoc aūt iō quia causæ sunt diuersæ,ex quibus mandans,& mandatarius obligātur,ergo concluditur,vt.s.C. res inter alios acta per totum.s. de re iudicata quamuis.nam separatorum non est eadem ratio C.de dona.inter vi.& vxo.l.si maritus.Hoc saluo ꝙ lucidiores probationes contra ipsum requiruntur de mandato ꝑꝑ præsumptionem prouenientem ex absolutione,a.facit.s. de præsumptio quia verisimile.j.de hæreticis.c.filij.li.6.& facit quod no.C.de falsis.l.1.de fide instru.l.2.Ex titulo autem super defensione formato sciri poterit,an defensio contingat illum Io. quia si generalis fuit titulus,erunt etiam generalia quæ sequuntur.ff.de iure & facti ignorantia.l.penu.§.fi. Idem si aliàs hoc ex actis præcedentibus vel sequentibus cōstare potest.ff. de testamentis.l.hæredes.§.si quid.de leg.1.l.si seruus plurium.§.fi. C.de testam.l.non codicillum.& quod no.de epi.audien.l. episcopalem.Dicit autem ꝙ si per modum accusationis negociū processisset non haberet locum prædicta distinctio,verū com
9 muniter &c.†Cum acta habita inter accusatorem,& accusatū quantumcunque generalia non transcendent personas ipsorū. ff.de publi.iudici.l.inter accusatorem.& de arbi.si cum dies.§. plenum.hæc Ioan. And.à versi.hæc iura.citra.

Super eo.c. Si quæris, vtrū aliquis possit participare cum excommunicato in his quæ perti
10 nent ad absolutionem,& salutē animæ,distingue. †Aut in his quæ pertinent ad absolutionem & salutem ipsius excommunicati.aut in his,quæ pertinent ad absolutionem, & salutem propriam participantis.in primo casu refert:Aut quęris,vtrū possit cū eo participare in locutione,aut aliàs.si in locutione, tūc Aut prædicando sibi vel inducendo ipsum vt ad ecclesiā reuertatur,& dic ꝙ sic vt hic,& s.eo.respons.11.q.3. cum excōmunicato.licet etiā incidēter interponat aliqua verba quæ neq; ad absolutionē,neq; ad salutem faciunt principaliter,sed tn̄ inducunt,non vt excommunicato faueat,sed vt ipsum magis attrahat non nocet.Vnde poterit ei dicere verba placētia, & ostendere signa dilectionis, quam ad ipsum,& genus suum habuit, quid facit,qualiter agit,& quærere de vxore& filijs, & cōsimilia vt facilius ei credat.Sic verba in stipulatione apposita q̄uis, superflua ipsam stipulationē non vitiāt.ff.de verb.oblig.l. quæ
11 extrinsecus.†Aut aliàs puta salutādo eū,vel orando cum eo,& dic ꝙ non vt hic à cōtrario.Si aliàs q̄ in locutione puta in mensa,& in cohabitatione,& similibus dic ꝙ non.s.eo.nuper.§.in secunda.24.q.1.omnes qui secundum Hostien. & Ioanne. Andream.In secundo casu dic vt dixi.s.eo.3.responso.in fine.

Super eo.c §.prædicatores. Ad declarationē gl.Inn. quæ incipit,no.eleemosinas &c.Si quæris, vtrum ab excōmunicatis & peccatoribus eleemosinæ, decimæ, vel oblationes, vel mortuaria recipi possint, distingue, aut q̄ris de rebus aliàs
12 licitè acquisitis,aut de illicitè acq̄sitis.†In primo casu aut quæris de eleemosinis,& illę ab excommunicatis,& peccatoribus quantuncunq; notorijs,recipi possunt,vt hic.Nam ad istas omnes tenentur,& omnibus suadendæ sunt, vt per eas ad pœnitē
13 tiam venire mereantur.86. dist.non satis.26.dist.deinde. †Aut quæris de decimis,& idē de illis credit Inn.ar.s. eo.vt famæ.s.
14 de decimis.de terris.†Aut quæris de oblationibus,& illę à talibus non recipiuntur.90.dis.oblationes.1.q.1. non est putanda. & no.s.de decimis ex transmissa. Ratio autem quare possunt recipi eleemosinæ nō oblationes est s̄m Innoc. qa eleemosinę fiunt in occulto de quo nihil ad ecclesiā.s.de simo. sicut tuis in fi.oblationes vero in publico,quæ prohibentur ne exinde peccator consoletur:& ne peccatum ipsius videatur ecclesia publicè approbare. Idem tn̄ est s̄m Hosti.& si eleemosina fiat in publico,sicut si in priuato,quia semper natura ipsius conside
15 rāda est.s.quod debet fieri in occulto:Mat.v.g.†Aut quæris de mortuarijs, & tunc aut de illis, quæ pro anima dantur & talia non sunt recipienda ab excōicato, cum nec pro eo orandū sit. 88.dis.c.fi.Aut de illis,quæ nō pro anima, sed sicut alij priuato excōicatus legat ecclesiæ,& illud recipere potest, quia nō prohibetur excommunicatus testari s̄m Inno. Et in hoc quod dicit quod excommunicatus non prohibetur testari concordāt Petrus de Sampsona.& G.j.de excep.pia.libro.6.super verbo excluduntur.& Io.And.j.eo.ti.c.decernimus.eo.li. Host.vero dicit hic quod pro excommunicato non est orandum specialiter,de con.di.1.c. si. Nam in genere etiam pro hæreticis in die parasceue orat ecclesia,sed oratio debet fieri generalis. 13.q.2. non extimemus.Dicit etiam quod nihil debemus recipere ab excommunicato,nec cum eo communicare,nisi in casu à iure cōcesso,vt patet in eo quod legi.& no.s.eo.cum desideres. &
16 c.si verè.†Testamentum etiam facere prohibetur vt ipse not. hic & in d.c.pia.idem.s.quod testamentum facere prohibetur tenent gar.& Card.j.de vsuris.c.quanquam.lib.6.& de hoc dic vt dixi.s.de hæreticis excōicamus,1.§.credētes.Et quo ad eleemosinē satis cōcordat gl. Gui.super Ray.hoc ti.§.39.super verbo nomine ipsius,dicens,quod non licet accipere eleemosinā ab excōmunicatis,nisi in casib⁹ exceptis.s.in casu necessitatis, & similibus,quod tamen non credit esse restringendum ad extremam necessitatem,sed sufficit ad excusationem,quod indigeat,& non possit cōmodè, & de facili habere necessaria aliūde.& idem recitat frater Io.in sum.confes.hoc ti.q.146.quæro an liceat &c.& Asten.li.7.ti.de personis communicantibus cū
17 excommunicatis arti.5.in prin.† Aut quæris de secundo principali.s.de rebus illicitè acquisitis, & dic vt dixi.s. de decimis. peruenit.dist.1.ver.aut quæritur de iniustè & illicitè &c. & de pe.& re.cum ex eo.§. cum igitur.& vide quod no. Hostien. in sum.de testamentis.§.quid sit effectus.versi. & prodest hoc notare.vbi dicit quod excommunicatus nō potest hæres institui ab extraneo.idem no.G.in d.c.pia.

Super eo.c. §.si quis vero.Si quæris, vtrum pater filium,vel magister discipulum percutiēs vel manus in eum inijciēs,sit excommunicatus,distingue vt
18 dixi.s.eo.c.1.dist.vl.†Et sex casus in quibus licet corrigere, & percutere clericum sine excommunicatione no.Ber. hic in gl. no.ꝙ quis.vnde versus s̄m Host.& Io.An.post eum Officiū. s.eo.vniuersitatis.§.laici.&.c.in scelusq;, etiam si percutiens, aliquantulum motus sit.s.eo.veniens.Pater doctorq; propinquus.hi quatuor casus in hoc.§.probātur.Et no. quod doctor debet discipulū scientia,bonis quæ moribus informare, vt hic in fi.vnde Seneca. 7. Nam quomodo virtus ducē rectoremq; desiderat,sed sine magistro vicia discuntur.& Hye.ad Acletā. c.quorum virtutes assequi ne quis, cito vitia imitaris.s̄m Ioā. An.Affectus.s.matris,filiæ,sororis, & vxoris.s.e. si verò alicuius.§.nec ille.dominus familiam suam corrigens vt hic iste casus respicit vim inferentem.s.eo.c.3.& enormitatibus se immiscentem.s.eo.perpendimus.& cum non ab homine.Et correctio,casus iste respicit læuitatem reprehēsibilem clericorū, & omnes casus,qui ipsos incorrigibiles reddūt trina monitione præmissa.s.eo.contingit.2.Ludus.s.eo.c.1. quisq; sit exemptus.s.à pœna canonis si quis suadente, si sit moderamine cæsus,quasi dicat nisi sit enormis excessus.s.eo.relatum.in fi.Isti autem casus spaciosius exponuntur per Host.in sum. eod.ti.§. quis possit excommunicare sub.§. super illo autē canone &c.
19 †Nota tn̄ quod si personæ de quibus loquitur hic.s.officiatus, in ecclesia,senior prælatus magister,dominus, domus,vel consanguinei excedant modum in corrigendo nisi irato animo & ex proposito hoc faciant non incidunt in canonē s̄m Bern. & Host.hic in gl.vlt.& s.de restit.spolia.c.olim causam.gl. fi. idē notat gl.Gui.super Ray.in sum.confes.eo.ti.§.45.item circa illos.&c.dicens,quod non incidunt in canonem nisi hoc faciāt ex malitia vel ex proposito.idem frater Io.in sum.confes.e.ti. q.35.post hæc in fi.ver.sed quid si prædictæ personæ.idē Astē. lib.7.ti.3.ver.13.&4.vers.sequen.& ver.quid si non ex proposito.Pro hoc facit.j.de homici.c.is qui mandat.li.6. vbi habes quod in actu illicito excessus non ex proposito interueniēs trahitur ad principium illicitum.ergo à simili in actu licito excessus trahetur ad principium licitum.Istud.c.in fine est in argumen.ꝙ si magister docet in ecclesia,& ibi scholarē leuiter verberet,nō peccat.sed dic ꝙ fortè ideo delinquit,quia in ecclesia nihil debet fieri nisi orare.42.dist.c.fi.16.q.7.& hoc diximus, s̄m Archi.in dicto.c.fi.& vide quod no.Io.17.q.4.c.nullus cle
20 ricorum.gl.1.in fi.†Et ꝙ dicit Ber.hic ꝙ sacer ordo liberat fi-

lium à patria potestate tenent Tancr. Vincen. & Ber. suprà de
ætate & qualitate.indecorum,& Bartn.Brixien. in q.venereali
quæ incipit,quæritur,vtrum percutiens,quod non est verum
secundum Inno.& Host.in d.c.indecorum.pro quibus est ca-
sus.C.de episcopis & cle.in auth.presbyteros.

1 *Excommunicatus dat potestatem se absoluendi.*
2 *Episcopus eligit sibi confessorem.*

DVobus. De materia huius.c.dixi.s.eod.si verè
1 dist.vlt.& est hoc.c.in ar.† q episcopo
excõmunicatus põt dare alij potestatem ipsum ab-
soluendi.ad idem facit quod no.Ber.s.de offi.deleg.
sanè,quia gl.2.Sed contrarium no.Gui.de mon.lau.extra de re
lig.do.c.1.super verbo fortius.in fi.in clem.vbi dicit q hoc nõ
potest:sicut nec excõicatus quantumcunque occultus, potest
alium per se vel per alterum excõicare:vt no.gl.24.q.1.in fu.s.
de ord.ab episcopo qui re.episco.c.2.Cum ipse sit præcisus ab
ecclesia & carés exercitio suę iurisdictionis,quare quod nõ ha
bet in alium transferre non potest.32.dist.ad hæc.in fi.1.q.7.
daybertum.s.de iure pa.quod aũt.de offi.vicarij.Romana.li.6.
2 sm.G.ibi.† Videretur tamẽ q talis episcopus posset sibi elige-
re confessorem,qui ipsum ab illa excommunicatione cuius ta
men absolutio non sit Papæ reseruata,absoluere posit arg.eo-
rum quæ legi.& no.s.de pe.& remis.ca.fi.ita q tunc confessor
electus absoluet auctoritate Papæ & canonis,non ipsius episc.

1 *Chrisma interdicti tempore conficitur.*
2 *Eucharistia omni ebdomada renouanda.*

PErmittimus. Idem quod hic dicitur.s. qđ
non pulsatis campanis,& vo-
ce submissa debet missa tempore interdicti celebra-
1 ri,causa conficiẽdi corpus domini.† dicitur in missa
celebranda in diem cœnæ causa conficiendi sanctum chrisma,
vt.j.e.quoniam li.6.quod dic vt ibi per G.in gl.penu.& fin. Et
quod dicit hic semel in ebdomada dicit Host.vel pluries si ne-
cessitas immineat.ar.ff.de eden.l.veluti.§.hæc vxo.& in eo qđ
legi.& no.s.de offi.Arch.mandamus.quid.n.si repente tot in-
firmi caderent q non sufficeret eucharistia reseruata,vtiq; sub
ueniendum est.ar.in eo quod legi.& no.s.de temp.ord.literas.
quia necessitas legem non habet.j.de reg.iuris.quod non est
licitum.Debet autẽ presbyter hæc omnia cũ discretione age-
re,vt.s.non solum vnam eucharistiam reseruet, sed plures con
siderata multitudine populi quem habet,& infirmitati loci,&
vt vnam eucharistiam sciat diuidere in plures. Sed & euchari-
2 stiam vltra ebdomadam non reseruet.† imo ipsam qualibet eb
domada renouet,vt hic innuit,& hoc propter periculũ putre-
factionis.Et si forsan infirmus in ebdomada non occurrat, su-
mat presbyter antiquam eucharistiam cum noua quam conse
crabit,& aliam renouatam reponat,de consecra.distin.presby.
ter eucharistiam.&.c.tribus.s.de of.Archipresby.c.3.§.debet.
secũdum Host.Sed istud.c.hodie superfluit per.c. alma mater.
infrà,eo.lib.6.cum sine aliqua necessitate posit secundũ for-
mam illius.c.celebrari.

1 *Senectutis impedimentum nunquam diminuitur.*
2 *Excommunicatus in mortis articulo absoluendus.*

QVamuis. Super gl.fi.in hoc qđ dicit Bern.
hic q senili ætate cõfracti vel im
potentia perpetua possibilitate recepta sedẽ apo
stolicam visitabunt:malè dicit,† quia impedimẽ
1 tũ senectutis nunq̃ diminuetur, sed potius aug-
mentabitur.Item illa impotentia quæ est perpetua nõ est tem
poralis,ideo dic vt no.s.e.de his Host.Item Inno. hic dicit &
Io.An.post eum,q hic in ver.nisi &c.dicitur locum habere in
2 excõicato pro manuum iniectione.† Sed si aliàs excõicatus sit
à iudice vel à iure,licet absolui posit in mortis articulo argu.
s.e.à nobis.2.ad fi.In alijs casibus,qui hic ponuntur nõ,sed tan
tum ab excõicatore vel illo ad quem spectat absoluendi sunt.

1 *Excommunicationem quæ verba inducant.*
2 *Iudicis spiritualis voluntas pro lege seruanda.*
3 *Verba intentioni deseruiunt.*
4 *Via tutior eligenda.*
5 *Enunciatiua incidenter prolata non inducunt dispositionem.*
6 *Enunciatiua principaliter prolata an dispositionem inducant.*
7 *Enunciatiua Papæ an disponant.*
8 *Iudicis verba fidem faciunt.*
9 *Excommunicationis causa immediata.*
10 *Excommunicationis causa mediata.*
11 *Contumacia multiplex.*
12 *Excommunicationis modi secundum leges.*
13 *Excommunicationis modi secundum canones.*
14 *Anathema quid.*
15 *Excommunicatio minor quid.*
16 *Sententia odiosa restringenda.*
17 *Sententia fauorobilis amplianda.*
18 *Condemnati manus arida amputanda.*
19 *Conatus an puniatur.*

SIquem. Ad euidentiam gloss.1.Si quæris,
vtrum iudex vel prælatus per ista
verba habeo te pro excõmunicato, vel scias vel
noueris te excõicatum, vel excommunicatum
te cognoscas,vel habeas te pro excõicato, vel ge
ras te pro excomunicato vel reputes te excom-
municatum,vel similia verba,posit sententiam excommuni
1 cationis promulgare.† Goff.in sum.eod.ti. §. quæritur an hæc
verba &c.dicit q non:quia illa verba magis habent vim denũ
ciandi quam ligandi,sed denunciatio non ligat vt. s. de appel.
pastoralis.in fi.Sed contrarium tenet Host.in sum.eo.ti.§.qua
liter proferatur.versi.sed nunquid.& versi.tu tamen teneas di
cens se non facere vim , vtrum iudex dicat excommunico te,
vel aliqua verba de prædictis,vel alia quæcunq;, dum tamẽ vo
luntatem,& consensum iudicis de præsenti exprimãt.s.de te
stibus cogen.c.2.& de ap.præterea.2.Sicut & aliàs simile dici
2 tur.s.desponsa.si inter virum.& desponsa duorum.c.1.† volũ
tas iudicis spiritualis omnino pro lege seruanda est.11.q.3.au
di.quamuis iniusta.11.q.3.c.1.Ideo consuluit q quandocunq;
dubitas vtrũ sis excommunicatus,& probabiliter,semper re-
putes te ligatum.Quando autem dubitas de absolutione tua.
vtrum valeat,reputes etiam te ligatum nec valere absolutionẽ
& in hoc concordat Asten.lib.7.tit.de forma excommunican
3 di.arti.4.q.sed nunquid hæc verba:† in hoc etiam cõcordat gl.
Guil.super Rayne.in sum.eo.tit.§.23.maior &c.super verbo
æquipollentia.dicens,q si intendat proferens excommunica-
re per hæc verba tenet excommunicatio, quia verba intentio
ni deseruiunt non econtra:vt.j.tit.1.intelligentia.& ca.in his.
Non.n.in talibus quamuis verba exigantur,est præscripta cer-
ta forma verborũ,sicut in sacramento baptismi & eucharistiæ.
Sed postea addit & credo,q bene,q si de huiusmodi excom-
municatione per talia verba agatur in foro iudiciali, non repu
tabitur excommunicatus,nisi aliàs probetur excõmunicatus,
vel nisi aliàs constiterit de intentione , & animo excommuni
cantis,vel quia semper solitus est ita dicere quãdo excommu
4 nicãt,vel alio modo.† In foro autem pœnitentiali eligenda est
in dubio tutior via vt.s.talis reputet se excommunicatũ, vt sic
impetret absolutionem,& idem cõsuluit Hosti.vbi.s. Itẽ no.
gl.Gui.ibi q quicquid dictum est de verbis diuersimodè pro-
latis cum sententia excommunicationis profertur,idem intel
ligendum est si suppr eisdem verbis,quis ab excommunicatio
ne absoluatur.idẽ Host.in sum.eo.ti.§. & qualiter hæc absolu-
tio.sub.§.tertium.versi.nec est approbãda &c. & in his cõcor
dat frater Io.in som.confes.eo.ti.q.69.quid si dicat iudex &c.
& Asten.libro.7.titu. quomodo absolutio fieri debet.articul.
6.q.quid dicat &c.

Super eo.c.& eadem gl. Si quæris , vtrum
verba enunciatiua
seu enarratiua habeant vim dispositionis, distingue. Aut sunt
emissa incidẽter propter aliud, aut sunt emissa principaliter pp
pter se.† Si incidenter propter aliud, tunc nunquam vim dispo
sitionis habent , verbi gratia . credebam te liberum cum esses
seruus,& credebam me habere tecum hæreditatem commu-
nem,& dico sic in libello, dico cõtra talẽ fratrẽ meũ, q ipse te
net &c.vel dico tali fratri meo,vel tali liberto meo lego fundũ
ista,verba enunciatiua nõ habent vim dispositionis nec præiu
dicãt mihi vt.C.de probationibus.l.nõ nudis.& l. nõ epistolis.
C.de liberali cã.l.iubemus.de testamento militari.l.ex his ver
bis.ff.familiæ herciscũ.l.qui familiæ.de hæredibus instituẽdis.
l.ex facto ẽt.& l.clemẽs patronus.§.fi.& de legatis.2.l. titia.cũ
testamento.in princ.de conditio.& demonstratio.l. cũ tale.§.
vlti.Fallit in vltima volũtate militis vt in dicta.l.ex his verbis
6 † Si illa emittuntur pp se principaliter tunc, aut proferuntur,
in vltima voluntate,aut inter viuos.Si in vltima volũtate tũc,
aut verba enunciatiua hmõi possunt trahi ad legatũ , vel fidei-
cõmissum,vel ad dispositionẽ rei super qua emittuntur de sua
ppria significatione,vt qa testator dicit peto qđ sis cõtentus
cẽtũ aureis,& tunc habet vim dispositionis.ff.de legatis.2.l. pe
to.in principio. de legatis.3.l. fideicommissa.§. si quis ita scri-
pserit

pserit.de hære.insti.l.qui nolebat . & de manu.testamento.l.te
stamento.militis. & de dona.l.ex hac scriptura.versic.de hoc.
Aut non possunt trahi,& tunc,aut referuntur ad personam ho
norandi vt quia testator dicit alicui.scis quod si bene te habeas
erga hæredem meum dabit tibi centum , & tunc non habent
vim dispositionis vt.ff.de vsufru.l.generali.in prin.Aut referũ-
tur ad personam onerandi,puta hæredis,& tunc,aut sunt emis
sa principaliter in fauorem eius.i.per modum sibi consulendi,
tunc non inducunt dispositionem:vt.ff.de lega.2.l.cum pater.
§.mando filie.Aut in fauorem alterius,& tunc inducunt dispo
sitionẽ:vt.ff.de lega.2.l. lucius.§.quisquis.C.de falsa causa adie-
cta.l. 1.& l.si dotem.aut est dubium ad quæ referuntur, vtrum
ad personam honorandi,vel ad personam onerandi, vel imper
sonaliter proferuntur, & tunc verisimile est quod referãtur ad
personam onerandi & quod inducant dispositionem maximè
vbi sunt aliquæ coniecturæ: vt.ff. de leg.2.l.vnum ex familia.§.
fin.Si proferuntur inter viuos,tunc aut res vel actus super qua
vel quo emittuntur habet certos fines dispositos , seu certam
formam dispositam à iure verbis enunciatiuis non contentos,
& tunc non habent vim dispositionis,vt patet in sentẽtia quæ
habet certos fines.C.de senten.& interlocu. omni.iudi.l.ex sti
pulatione.comminationes Epistolas,per totũ,& in baptismo,
qui habet certam formam.s.de baptis.c.1.& in sacramento al-
taris quod habet similiter certam formam.s.de celeb.misse.cũ
Marthe.§.quæsiuisti.& c. de homine. Aut non habet certos fi
nes seu certam formam qui per verba enunciatiua non cõpre-
hendantur,& tunc:aut emittuntur in iudicijs,& tũc si ab igno
rante nõ habent vim dispositionis . vt.ff.de interdic.actio.l.de
etate.§. ex causa.de confes.l.non fatetur.& ita posset intelligi.l.
alleg.qui familiæ.ff.fami. ercis.Si à sciente tunc habent vim di-
spositionis vt si aliquis interrogatus in iudicio confitetur se
hæredem vel se debere.de interrogatoria actio.l.de ętate.§.qui
interrogatus. de dona.l. quidam in iure. de hoc tamen dic ple-
nius vt dixi.s.de confes.c.fi.distinct.1.& fin.Aut extra iudicia
vt in contractibus,vel quasi,& tunc:aut emittuntur ad obligã
dum & tunc non habent vim dispositionis,vt.ff.depositi.l.pu-
blia meuia.§.lucius.Aut ad liberandum & aduersario præsente
& tunc habent vim dispositionis.& possunt dici pactum fauo
re liberationis.ff.de pactis.l. tale pactũ.in princip. de actionib.
& oblig.l.arrianus.Licet glo.velit dicere in dicta.l.tale pactum
quod ideo ibi habent effectum dispositionis , quia additur ad
verbum profiteor.s. me nolle te mihi teneri &c. sed si simplici
ter & mere intelligerentur tunc non haberent dispositionem
quod nõ est dicendum vt notat Petrus de bel. perti. & Cynus
C.de fal.cau.adie.l.si dotem.vbi de hoc per eos.hoc fallit in ex
7 communicatione & absolutione vt dixi.s.distin.proxi.† Sequi
tur de verbis enunciatiuis seu narratiuis Papæ , & idẽ forte de
imperatore,& tunc Aut super illis verbis non fundatur inten-
tio papalis , vt puta prælatus impetrat literas super renouatio-
ne rei ecclesiasticæ male alienatæ , quibus dicitur conquestus
est nobis talis prælatus talis ecclesiæ nobis immediate subie-
ctus quam prædecessor suus &c.& tunc nec inducunt disposi-
tionem nec etiam probant, vt.j.de priui.si Papa.in princip.lib.
6.Aut fundatur,& tunc aut sunt de facto suo proprio , & tunc
habẽt vim dispositionis & plenissime probãt,vt extra de pro-
bationibuc.ca.literis.in clementina . Quod verum secundum
Ioannem Andream,ibi in glo.quid si talia.& etiam Gen.intan
tum quod contra illam narrationem non admittitur probatio
vt ibi . Quod intelligunt de probatione quæ perimat narratio
nem Papæ, & ipsam falsam ostendat , probatio vero per quam
stante narratione releuaretur probans,bene admitteretur, exẽ
plum in terminis, Papa narrans enunciationem beneficij factã
in manibus suis, & per eum acceptatã confert illud seu confer
ri mandat , bene potero probare quod illud beneficium tẽpo-
re cessionis spectabat ad me,& non ad cedentem , vel quod ip
se cedens cesserat in manibus ordinarij,vel per ipsum fuerat il
lo priuatus,vel his similia,quæ narrationẽ Papę non perimunt
facit.s.de accusationibus.cum dilecti.Aut sunt de facto alieno
vt quia narrat beneficium vacasse in curia per mortem benefi-
ciati:& tunc non habet vim dispositionis , sed bene probant
saltem præsumptiue , ex quo super illis fundatur intentio Pa-
pæ,ita quod præsumptioni stabitur , nisi cõtrarium probetur,
poterit tamen probari cõtrarium, puta illum mortuum extra
8 curiam secundum Ioannem Andream,& Gen.ibi plene.† Vide
etiam quod notat Hostiensis.j.titu.1.abbate sane.§. præterea.
super verbo fiat fides. vbi dicit quod si iudex dicat , noueritis
quod ordinauimus,confirmauimus.& instituimus,loquens in
præterito , fidem faciat.ff. de donationibus.l.ex hac scriptura.
rem ratam haberi.l.ne satisdatio.de hæredi.instit.l.qui nolebat
expressius.s.de iure patro.l.quòd autem.

Super eo.c. Ad euidentiã gloss. sic ergo patet si quæ-
ris quæ sit causa excommunicationis , &
quod modi ipsius excommunicationis, distingue . Aut quæris
9 primo quæ sit causa excommunicationis , & tunc† aut quæ sit
causa principalis & immediata , & dic quod vna sola.s. contu-
macia est consideratio propter quam solam hæc sententia est
ferenda argumentum,45.distinctio.sed illud.& 11.q.3.nemo.
& c.nullus sacerdotum 24.q.3.tam sacerdotes.Vnde quod di-
citur quis excommunicari pro crimine adulterij. vel furti. vel
huiusmodi.16.quæstione.1.alia.22. quæstione.1.prædicandũ.
48.distin.prædicatores.j. de re iudicata ad apostolicæ.li.6.ex-
pone & dic , id est pro contumacia ex tali crimine descendẽti.
11.quæstione.3. certum. Et huius sententiæ fuit Hug.2.quæ-
stione.1.nemo Episcopus.& idem notat Innocentius.j.de ver
borum significatione. ex parte.1. gloss.de hoc notat & glo.se-
quenti,supple &c. vbi dicit quod pro solo crimine,nõ est quis
excommunicandus,si velit se corrigere,vt in dicto cap.nemo.
Hoc idem not. Archidiaconus in dicto cap.nemo Episcopus
super verbo causa.2.q.1. & j.de exceptionibus cap.pia.in prin
cipi.super verbo contumaciæ lib.6.& de sententia excommu.
10 cum medicinalis. super verbo causam.eo.lib.6. † Aut quæris
quæ sit causa mediata & remota, & tunc potest dici quod sunt
plures, sm quod sunt plura crimina , ex quorum singulis con -
tumacia descendere potest vt furtum,adulterium,& similia. &
ita loquitur. 11.quæst.3.c. Episcopi si sacerdotali.ibi pro mini
mis causis &c.Vbi Archidiaco. dicit quod ibi loquitur de ex-
communicatione quæ debet ferri pro diuersis causis siue pec
catis.s. quandoq; pro hoc quandoq; pro illo.i.pro contumacia
de tali crimine surgente,& ita contumacia semper est causa ex
communicationis.Et hoc satis notat Lauden.ibi prout recitat
Archidia.ibi in gloss.sua antepe.dicens quod maior excommu
nicatio non tantum pro contumacia,sed etiam pro alia offen-
sa,dum tamen magna ferri potest , vt.j.de verborum significa
tione.ex parte.1. Dicitur tantum ferri pro contumacia , quia
semper admonitio pro emẽdatione debet præcedere , quam si
contemnit excommunicatur secundum Laurentium ibi. Et
in his concordat quod not.Goffredus in sum.eo.titu.§.excõ-
municatio fieri &c. dicens quod licet decre.ex parte.1.j.titu.
1. videatur dicere quod excommunicatio debet ferri duabus
de causis.s.pro contumacia, vel offensa.s.quia aliquis iussus no
luit maleficium emendare,tamen hoc contumacia est, vt.ff.de
rei vendicatione.l.qui restituere.Vnde si recte inspiciatur,nõ
11 excommunicatur quis nisi pro cõtumacia.† Sed multiplex est
contumacia. Aliquando enim in non veniendo. Aliquando in
non obediendo. Aliquando in recedendo ante tempus.vt.11.
q.3.certum.Aliquando in latendo,vel absentando,vel procurã
do ne ad citatum citatio valeat peruenire.s. vt lite non conte-
stata.quoniam frequenter.Aliquando in non restituendo , vt
in dicta l.qui restituere.Aliquando in non emendando delictũ,
vt in dicto.c.ex parte. Aliquando in non exhibẽdo,vt.ff.de ap
pellatio.l.creditor.§.si iussus.Vnde qđ dicit illud.c.11.q.3.cer-
tum est pro his tribus criminibus aliquem excõmunicari de-
bere &c.exponit Goffre.i. pro his tribus speciebus contuma-
ciæ.& in hoc concordat Archid. in dicto.c. certum.11.q.3.gl.
adde.i.in contumace &c.Et ita intellige quod notat Bernar.in
dicto.ca.ex parte.1.gloss.non videtur &c.in prin. dicens quod
nemo excommunicatur nisi pro mortali peccato , & qui ali-
ter non potest corrigi,vt in iuribus.s.in princip.allega. ita etiã
intellige quod not. Bernar. hic in versi.excommunicatio quæ
dicitur &c. & Hostiensis post eum quod notat Ioannes.11.q.
3.si inimicus.circa princ.vers.maior excommunicatio &c. vbi
posuit istam gloss.quam ponit Ber.hic. Aut quæris de secundo
principali.s.quot modi sunt excommunicationis, & tunc aut
12 sm leges,aut sm canones. † Si sm leges, tunc dic quod plures
sunt modi. dicitur.n.quis excommunicari secũdũ leges à per-
ceptione corporis domini,vt in aut.de sanctissimis Episcopis.
§.omnibus autem Episcopis.col.9.& ibi not.Et de ista excom
municatione potest intelligi.cap. quia in omnibus.s.de vsuris.
Quandoq; excommunicatur à gremio sanctę matris ecclesię:
vt legitur & notatur.C.de sacrosanctis ecclesijs.l.placet. Quan
doque ab ingressu ecclesiæ,vt in auth.de interdictis collegi he
reticorum. circa fi.collect.8. Quandoq; à communione fide-
lium , vt.C.de summa trini.& fide catholica.l.2.in fine. in libr.
feu.hic finitur lex.circa principium collec.10.Si secundum ca-
13 nones : tunc † Aut loquimur de excommunicatione genera-
liter & improprie sumpta, & tunc quot sunt species commu-
nionis tot

nionis tot possunt esse species excommunicationis, & secundum hoc posset excommunicatio sic describri. Excommunicatio est à qualibet licita communione, vel legitimo actu separatio, vnde & Adam potest dici excōmunicatus fuisse quo ad esum ligni vitæ. cum dominus dixit videte ne forte sumas de ligno vitæ. 11.q.3.c.ad mensam.§.euidenter. Ant de excommunicatione specialiter & proprie sumpta, & de qua frequentius tractat ecclesia, & nos in iure tractam̄, & tūc sunt duæ species
14 tm̄. † Vna.s. quæ dicitur anathema quæ excludit ab ingressu ecclesiæ, & communione fidelium, & etiam à sacramētis, quę dicitur maior excommunicatio secundum Goffre. in sum. eo. tit. circa principium. Vel dic & verius quod dicitur maior excommunicatio, quando. l. simpliciter profertur siue solennitate, puta quando dicit iudex excommunico talem vt hic, quando vero cum solemnitate de qua. 11.q.3.c. debent: tunc dicitur anathema. Et de hoc anathemate potest intelligi quòd est emmucro Episcopalis. 16.q.2. visis. in fi. quia nullus potest excommunicare cū hac solēnitate, nisi Episcopus sit ad minus: vt no. Hostien. in sum. eo. titu. §. 1. & 2. & §. quis sit effectus. Alio modo vero dicitur minor excommunicatio, quæ à sacramentis tātum ecclesiæ separat, vt hic, & s. de except. à nobis, s. de cleri. ex. mi. si celebrat. & in dicto. §. euidenter. & 3.q.4. engeltrudā.
15 & istius excommunicationis minoris duæ sunt species. † Vna quæ excludit à sacramentis, & hæc quandoq; à iure contrahitur per participium excommunicat excommunicatione maiori alias quam in ctimine criminoso. s. eodem, nuper. Quandoque ab homine per sentētiam. 5.q.1.c.2. Alia est species excommunicationis minoris quæ separat à communione fideliū, nō sacramētorū. 5.q.2. præsenti. & 9.4. in loco. 18.di. placuit 34.di. quorūdā. 58.dist. si quis de alterius. vt hoc no. Ho. in sum. de clerico excommu. minist. §. 1. in prin. & de hoc tāgit Gem. in extrauagan. Ioan. 22. execrabilis in fi. super verbo excommunicare. & frater Ioan. in sum. confess. eo. titu. q. 64. post hæc quęro &c. & frater Asten. lib. 7. titu. 1.

Super eo. c. Hic habes quod sententia pœnalis nō restringitur, sed dilatatur, Nam cum iudex dicit excommunico, non intelligitur hoc de minori sed de maiori, vt hic, & tamen hæc sententia est pœnalis. Circa quod di-
16 stingue. † Aut quæris de pœnis corporalibus, & pecuniarijs quę sunt odiosę, & in illis in dubio fit interpretatio in minorem pœnam quia pœnæ potius molliendę sunt quam exasperandę. ff. de pœnis. l. si præses. & l. interpretatione. ff. de regu. iur. l. in pœnalibus. j. de regulis iur. c. in pœnis. li. 6. cū concor. quod dic
17 vt ibi & per Dynum e. tit. odia. † Aut quæris in hac pœnali sententia quæ nō est odiosa sed fauorabilis & ad correctionē peccatorum & salutem animarum inducta, vnde & dicitur animę medicina. 2.q.1. multi. j. eodem, cum medicinalis. lib. 6. Et tūc in dubio debet fieri interpretatio pro ipsa vt intelligitur de maiori, & non contra ipsam, quia hoc tutius est animæ. Et in dubijs via tutior est eligēda vt probatur in eo quod legi. & no. s. de cler. ex. mi. illud. de homicidio ad audientiā. Hoc enim regulare est quod semper in dubijs fauores ampliantur, vt patet in eo quod legitur & nota. s. de confessio. præben. constitutus in fi. j. de regulis iuris. c. odia. lib. 6. secundum Hosti. & de hoc per eum in sum ma eo. tit. §. qualiter proferatur. & j. de re iudicum æterni. §. scitutus. lib. 6. vbi in his cōcordat, & etiam Vin. Abbas & Ioan. Andr. hic. Item dicebāt Philipp. & Goffre. hic & Ioan. Andre. post eos in hoc fundari rationem huius. capit. Cum enim nullus excommunicetur nisi pro mortali. 11.q.3. nemo & mortale per se operetur remotionem à sacramentis, vt minor excommunicatio. 1.q.1. sacerdotes. de cohi. cle. c. fin. vt excommunicatio aliquid addat, debet iutelligi de maiori, & hoc simile. ff. ne quid in loco publico fiat. l. finali. Et vide qd notat Ioannes Andr. in dicto. c. in pœnis. in nouella, vbi dicit il lud. ca. facere ad quæstionem suspensi per triennium à beneficijs, quod fiat concursus tempore, si intra triennium nouā pœnam incurrat, quam plene scripsit. s. de electionibus. cū in cun
18 ctis. §. clerici. super verbo triennio. † Item facit ad quæstionem dominicalem quæ incipit quidam habens duas manus, de dānato ad manum qui habet alteram aridā, quod illa debeat amputari. Et ibi soluitur per rationē illius regulę in pœnis, & quia æquitas præeligenda. s. de dolo & contumacia. capit. 1. C. de iudicibus. placuit. & misericordia & compassio adhibenda. 50. distinct. ponderet in fi. 45. distin. omnis qui. & c. vera iustitia compassionem habet. 26. quæstione. 7. alligant. & quia manus arida verum membrum est & valet ad decorem. 1. quæstio. 1.
19 sicut vrgeri. † Item facio ad quæstionem qua quæritur, an pœnam quæ ipso iure deliquenti infligitur pro delicto, incurrat is qui cogitauit, & aliquid egit, sed non perfecit, etiam si per ipsum non steterit, vbi tenet quod non, per capit. perpetuo. j. de electio. lib. 6. vbi pœnam à iure statutam contra eligentes scienter indignum, non incurrit is qui cogitauit, & egit ex quo non perfecit. ad idem. s. de homicidio. sicut dignum. §. illi autē. ibi, si ex illa captione. ad idem de cleri. pugnan. in duello. capitu. 1. ad idem facit vera opinio Laur. quæ per Ioan. recitatur de pœnitent. distinctio. 1. periculose. secundum Ioannem Andream. facit etiam ad quæstionem quam ipse ponit in clem. de magistris. ca. vlti. glo. penul.

1 *Causæ pœnas estimandi.*
2 *Nobilitas consideranda in pœnis infligendis.*
3 *Causæ dispensationem concedendi.*
4 *Pubes dolis capax testificatur.*
5 *Doli incapax non testificatur.*
6 *Testium edictum prohibitorium.*

Veris. De materia huius capi. & 1. glos. & 2. Ber. hic dixi. s. de delictis pue. cap. 1. de materia gloss. vlti. vide per Hostien. in sum. de pœ
1 nis. §. vlti. † vbi dicit quòd à maioribus iudicibus ex causa cognoscentibus pœnæ estimātur, ex causis. Primo, propter ætatem, vt hic, & s. de delictis puero. capi. 1. & 2. Propter violētiam absolutam. s. quod metus causa sacris. 50. distinctio. pōderet. 33.q.5. proposito. Tertio, propter ignorantiam. 34.q.1. cum per bellicam. & q.2. in lectum. s. de clerico ex. mini. apostolicæ. Quarto, propter extremam necessitatem. s. de furtis. si quis propter necessitatem. & de homi. inter fecisti. Quinto propter diuinam relationem. s. de diuorti. gaudemus. Sexto, generaliter propter quālibet iustam causam. ff. qui satisdare cogantur. l. vtima. de officio præsi. l. diuus. s. de iureiu. breui. s. de pigno. significante. 15.q.2.c. sane. & c. inebria-
2 uerunt Loth. de hoc etiam no. Hostiensis in sum. de accusa. §. quis sit effectus. versicu. verum. † In pœnis etiam infligendis, consideratur nobilitas. 24.q.1. qui contra pacem. s. de pœnis. c. fi. Dignitas. s. de offi. delega. sane quia & c. pastoralis. 2.q.7. quisquis. 45. distinct. cum beatus. Diuersa qualitas. ff. de pœnis. l. in seruorum ordo. 50. distin. contumaces. Aetas, de delictis pue. c. 1. in fine & c. 2. metus. s. quod metus causa sacris. 50. distinc. presbyteros. insania. 15.q.5. si quis insaniens. Qualitas delicti, aliter enim punitur vis publica, quā priuata, aliter furtū, quam non manifestū. ff. de vi publica & de vi priuata per totū. Qualitas, tempus, locus, euentus. ff. de pœnis. l. aut facta. Multitudo delinquentium. 10. distinctio. vt constitueretur. s. de cleri. ex.
3 mili. l. latores. secundū Hostien. † Vnde dic breuiter, quod vbicunque persona, res, & locus exigit dispensationem, debita est. 29.di.c.1. & 2. 50. dist. duo. versi. præcipiunt. & versi. necesse. & c. considerandum. quod dic plene in specu. tit. delegato. §. genera autem. & hoc not. Archidia. 50. dist. si quis diaconus.

Super eo. c. Istud. c. est arg. † quòd pupillus pubes fa-
4 ctus potest testificari de his quæ vidit in pupillari ętate, & est hæc quæstio dominicalis secundum Hostien. hic. Sed Ioan. Andre. dicit quod forte apertius arguitur, hic contrarium cum enim hic æquiparentur tempus ante pubertatem & post, vt sic inspiciatur tempus quo vidit, sicut hic tempus quo delinquit. Simile. ff. de bo. libert. qui cum maior. vbi filius patroni si accusat libertū, licet perseueret factus maior nō perdit bonorum possessionem. ad idem. ff. de nego. gest. l. eum actum & de minori. l. 3. §. scio. Et quod posit testificari tenet expresse Accursius. ff. de testibus. l. 3. §. leg. iulia. & etiam Ioan. ibi. Idem tener gloss. de consecra. distinct. 4. cum itaq;. & Hosti. in sum. de testibus. §. quis. versic. ętas & versic. sed nunquid. idem Spec. tit. de testc. §. 1. in quinta colum. versi. item ex cipitur qd̄ est impubes &c. & pro hoc facit expresse. ff. ad silla nia. l. excipiuntur. sed contrarium notat glo. 3. quæstio. 9. c. testes. glos. ergo de His &c. quia hæc ætas ignorat quid videat. C.
5 de falsa moneta. l. 1. c. circa quod distingue. † Aut quæris vtrum posit testificari de his quæ vidit, vel audiuit tempore quo nō erat doli capax, non proximus pubertati & dic quòd non, quia hæc ætas ignorat quid agit. C. de falsa moneta. l. 1. & talis nihil intelligitur scire, vt. ff. de iure & facti igno. l. vltima. & ita intellige glos. in dicto. ca. testes. 3.q.9. Aut quæris vtrum posit testificari de his quæ vidit, vel audiuit tempore quo erat doli capax, & proximus pubertati, & tunc dicunt gloss. Laur. & Ioan. faber. 30. dist. relatum quod sic, per illud. c. & per. c. cū itaque. & c. placuit. de consecratio dist. 4. 26. distin. deinde. ff. de verbo. significa. l. notionem. §. vlti. de regu. iur. l. in negocijs. institu. de inuti. stipu

5 uti. stipu. §. pupillus. † Item talis nō prohibetur, & ergo admittitur, quia edictum de testibus est prohibitorium. ff. de testibus. l. 1. Et idem credit Azo, prout nota. in summa de testibus. §. item repellūtur &c. Quod verum intellige secundū Accur. in dicta. l. 3. §. l. iulia. nisi velit testificari de his siue in eo casu, vbi ad sui substantiam ab initio exigitur certus numerus personarum, vt in testamento, in quo requiruntur à principio testes idonei, & ętas perfecta, vt instituta de testamentis. §. testes & idem tenet Ioannes de fa. & Archidiaconus in dicto capitu. relatum glos. adde idem etiam credit &c. & de hoc notaui. s. de præscriptis. c. cum nobis.

1 *Censetur necne fuisse quod non durauit. 3.*
2 *Mora non purgatur iure alieri quæsito.*
4 *Variare non licet.*
5 *Scholasticus esse non desinit quamuis aliquando diuertat.*

¶ De verborum significatione. Rubrica.

Am & ego. Super glo. fi. Si quæris vtrū
1 videtur seu censetur fuisse quod non durauit, distingue. Aut illud quod fuit nec durauit consideratur vt causa in relatione ad effectum, & tūc dic vt dixi. s. de iureiur. & si christus. distinctio. 2. vbi dixi quando cessante causa cessare debeat effectus. Aut consideratur alias, & tunc aut certum tempus est expressum & limitatum in iure, per quod durare debet, & tūc si non durauit per illud tempus non censetur fuisse, vt patet in vsucapione & præscriptione. ff. de vsucapio. l. in vsucapionibus. & per totum. de diuer. & tempo. præs. l. inter quatuor. & per totum. C. de vsucapionibus transfor. l. vnica. §. cum autem. s. de præscrip. c. de quarta. c. ad aures. c. auditis. & per totum. j. de in te. resti. c. 1. lib. 6. & eo. tit. c. vnico. in clem. & in tacita professione. s. de regularibus. c. statuimus. & per totum. eo. tit. c. is qui per totum. lib. 6. Aut non est certū tempus limitatum à iure & tūc, aut per illud quod factum fuit ius est alteri incommutabiliter acquisitum, & tunc bene censetur fuisse quod non durauit, vt est casus. ff. de regu. iuris. l. cum prætor in hæredem. vbi habes quod cum prætor in hæredem, dat actionem quatenus ad eum peruenit, sufficit & si momento ad eum peruenit ex dolo defuncti, nam ex eo quod ad eum peruenit statim est creditoribus hereditarijs obligatus. Ad idē. ff. de eo quod met. cau. l. quod diximus. §. fin. & l. videamus. de acquirenda hæreditate. l. quandiu. & l. in plurium. de bo. posses. secundum tab. l. 1. §. semel autem. de succes. edi. l. 1. §. qui semel. de fideicommissis. l. quidam in testamento. de duobus reis. l. eandem. §. sed si quis in fi. Pro hoc etiam facit, quod no. Gen. in extrauagan. Ioannes. 22. suscepti regiminis. super verbo tran-
2 seant ipso iure. † vbi dicit quod vbi per commissionem moræ ius alteri est acquisitū, talis mora purgari non potest, quod dic vt dixi. s. de supplen. negli. prelato. licet. & de concess. præbende nulla. ad idem facit quod no. docto. j. de regulis iuris. capitu. quod semel placuit. lib. 6. Aut per illud quod factum est, non est alteri ius quæsitum, & tunc aut quæris in factis conditionis implendæ, & ibi semel legitimè factum cēsetur factum, licet non duret factum, vt in dicta. l. quidam in testamento. & C. quando dies læd. cedit. l. cum vxori. ff. de conditionibus & demonstra
3 tionibus. l. legata. † Aut in alijs factis & tunc, aut factum est ab initio necessarium, vel vtile respectu illius qui factum illud nititur impugnare, & tunc semel legitimè factum censetur factum, licet non duret factum. Et ideo ille qui gessit negocia alterius vtiliter, habet actionem negociorum gestorum, licet negocia sic gesta non habeant effectum perseuerātiæ, vt. ff. de negocijs gestis. l. sed an vltro. §. 1. de in rem verso. l. quod si seruus in rem. in prin. mandati. qui mutuam. §. fina. de contrario tutoiudicio. l. 3. §. sufficit. C. de negotijs gestis. l. si seruum. aut non est ab initio necessarium vel vtile respectu illius qui nititur illud impugnare, & tunc nō censetur factum nisi duret factum, vt. ff. quod cuiusq; vniuersitatis. l. item eorum. §. quod si actor. de integrum restitutio. l. diuus. de mi. quod si minor. §. restitutio. de petitione hæredi. l. si possessor. §. bonæ fidei. de in offic. testamento. l. nam & si. §. hæredi. de hæredita. vel actione vendita. l. 2. §. peruenisse. de in rē verso. l. si pro patre. §. versum. de ædili edicto. l. qui sit fugitiuus. de ritu nuptiarum. l. palam. de diuor. l. diuortium. de acquirēda possessione. l. non videtur. de legatis. 3. qui concubinam. §. si hæres. de fideiusso. l. stipulatus est in fi. de captiuis & postliminium reuersis. l. nihil. C. de curatorio. l. cum alijs. de his quibus vt indignis. l. aliam. & l. penultima. in fine. in authen. de sanctissimis Episcopis. §. sed hoc præsenti. col. 9. de pœnis. distinctio. 1. diuortium. & hic & in cōcordantijs alleg. hic. Et no. quod hæc iura vltimo alle. sunt in argu. quod renuncians beneficio in manu prælati sui, statim antequā domum exeat posit ipsum repetere. Sed contrarium tenet Odoffre. de sdnon. ff. quorum lega. l. 1. §. prodest. per illum. §. & per. l. ff. de aqua pluuia arcenda. l. in diem. de libero homine exhiben. l. 3. §. si quis eum. & de verborum significatio. l. aliud est capere. Et credo quod bene, cum per hoc ius conferendi ipsi
4 prælato sit quæsitū, per iura. s. de princi. allegata. † in cuius præiudicium variare nō potest. j. de regulis iuris. c. mutare. li. 6. cū concordantijs. ibi allega. Item argu. d. l. diuortium. cum suis concor. dicit Hostiensis. s. de cleri. non residen. ex parte. 1. qd̄ si absens à suo beneficio, & vocatus iuxa formam illius. cap. vt ad eum redeat, redierit, & incontinenti se iterum absentauerit, perinde est ac si nō venisset, vt sic priuari posit illo beneficio sine alia monitione seu requisitione. Et quia verba sunt intelligēda cum effectu. ff. quod quisq; iuris. l. 1. §. hęc autem verba. s. de clericis non residentibus. cap. relatum. Item deterior est dolus illius qui interruptam litē deserit, quàm qui semel ceptam derelinquit in authentica, de litigio. §. si vero intra prædicti triennij. coll. 7. & ideo decetero non erit monendus. s. de cohabi. cleri. c. clericos. c. sicut. & ca. ad extirpandam. & ca. si autem. de appel. quæstionis. Item dicta. l. diuortium. cum concor. s. alleg. facit ad hoc quod not. Archid. 37. dist. de quibusdam gloss. adde intelligo aliquem &c. & j. de priuile. ca. cum de diuersis glo.
5 intelligo aliquem &c. † vbi dicit aliquem esse in scholis & aliquando diuertat animo statim redeundi.

Vod dicitur. Ad euidentiam glo. Si quæris quando habet locum arg. à contrario sensu, & quādo non, distingue vt dixi. s. de foro competenti. significasti. distinct. 2.

1 *Suspicio peruersissima.*
2 *Suspicio violenta.*
3 *Suspicio probabilis.*

Oseph. Hostien. notat hic quòd suspicio dicitur peruersissima quando est contra fidē vt hic, & hæc est detestabilis vt hic. & tanquā hæ
1 resis punienda. † quandoq; vero dicitur violenta & rationabilis, & hæc plenam probationem facit. 32.q.1. dicit dominus. de præsump. literis. vbi de hoc. quandoque temeraria quæ non admittitur, vt. 6.q.1. ques. Quandoq; probabilis & vehemens, & hæc purgationem inducit. s. de purg. cano. c. inter solicitudines. † Quandoq; probabilis sed non vehemens, & hæc iuramenti dilationem inducit, quia & semiplenam probationem facit vt patet in eo quod legi. & nota supra de iureiuran. capitu. fin.

1 *Testium dicta diuersimode scribenda.*
2 *Lex per literarum continentiam perscribenda.*

Nihil. Dicit hic Gosti. † quod si recipiens testes facit scribi totum dictum primi testis postea
1 scribi de secundo teste quod idem dicit, & idem de tertio, & sequentibus, voluerunt quidam dicere qd̄ non valent dicta arg. ff. de testibus. l. 3. §. 1. versi. verba epistolę. Potest tamen dici contra, quia in dubio potius debet fieri interpretatio vt res valeat quam vt pereat. j. eo. abbate. melius tamen faceret recipiēs si totum dictum cuiuslibet testis faceret scribi, quia magna vis est in verbis, vt no. s. de priui. ex ore. Et
2 hodie in curia talia testimonia reprobatur & merito. † Quia lex præscribenda est per continētiam literarum. C. de vete. iu. enucleando. l. 1. §. fi. & tamē propter exempla testimonij quæ desunt est maius periculū in scriptura ipsius, quam in scriptura legis, cuius multa restarent exempla, quod dic vt. s. testi. ca. causam, quæ inter Archiepiscopum secundum Hosti. & de hoc vide in spec. tit. §. nunc tractandum. versi. tantum quoq; &c.

1 *Propositura presbyteratum requirit.*

Vamuis. Hosti. dicit hic quòd præpositura quæ requirit presbyteratus ordinem vt patet. s. de ætate. & quali. c. 1. in minori-
1 bus ordinibus constitutio dari non debet nisi dispensatiuē. 60. dist. c. innouamus. de æta. & qualit. cap. præterea. sic intellige. s. de electio. cum in cunctis. §. inferiora. vbi de hoc Hosti. quod non credo verum ita generaliter vt dixi. s. de electio. dudum. 1.

1 *Fori significationes.*
2 *Fori partes.*

3 *Causæ significationes.*
4 *Causæ deriuatio.*

Forus. Ad declarationem glo.ex tribus.Si quæris quot modis dicatur forus,vide per Hosti.
1 §.de foro compe.in rubrica.† hic dicitur forus:i.fori exercitium:secundum quod ius redditur in loco significatiuè tracta. ab eo qd fit in eo.ff. de iusti. & iure.l.pe. qd etram vocatur negocium.j.eo.in omni. Et enim iustum iudicium & verum non est sine causa, de qua agitur, siue lege qua iudex regitur & iudiciũ ordinatur,siue iudicio.i.negocio, siue
2 ordinatione iudicij : in quo iudex,actor, & reus,arq; probatio regulariter exigitur, vt in eod.§. & secundum hoc partes istæ non solum adornantes seu ordinantes, sed quasi componentes vt integrales non immerito dici possunt secundũ Host.hic

Super eo.c.§.causa Si quæris quot modis acci piatur causa,vide per Hos. §.de accusa.cum dilecti.super verbo ex causa. † vbi dicit quod
3 accipitur nouem modis. Primo pro iudiciali conflictu, vt hic de offi.deleg.causam quæ.Secdo, pro vtilitate,de petitio.hære. item veniunt in prin. Tertio,pro specie.ff.de trãsac.i.qui cum tutoribus.§.ei qui nõdum.Quarto, pro titulo.ff.de peti.hære. l,nec vllam.in prin.Quinto,pro onere.C.de distra.pig.l.si debi tor.Sexto,pro fructu.C.de insti.& substi.l.si iure.Septimo,pro cõtractu,instit.quibus mo.tol.obli.§.est autem.§.de libel.obla. c.fina.Octauo,pro actione,vt.ff.qui satisda.cog.l.fi.Nono,pro intentione,vt in dicto.ca.dilecti.& §.de re iudica. sicut nobis. Item secundum Ioan. Andream ibi dicitur causa propter quã
4 fit quodcũque. † & tunc dicitur à chaos quod fuit omnium principium,iuxta illud Ouidij,rudis indigestaq; moles,quam dixere chaos.Et etiam causa,modus,vel forma,vt cum dico,le go vxori quæ eius causa parauí.ff. de auro & argen. lega.l.quin tus. Dicitur etiam facti exemplificatio.ff.ad l.aquil.l.si ex plagis.§.in cliuo.ibi ius.i.iuris responsio positum est in causa agẽ di.de hoc etiam no.Cardi.j.de iura.calum.c.fi.glo.pen.lib.6.

Super eo.c. §.indicium. quid sit iudicium,quot sunt eius species, vide per Hosti.in sum.de iu dicijs.§.1.& quod significationes habet, vide per Archidya.j. de rescriptis.c.statutum:§.insuper. super verbo iudicium.li.6. & plenius per Cardi.j.de iudicijs.in rubri.lib.6.

Super eo.c. Glo.hic habes.de materia huius gl. vide 37.dist.turbat.& ti.de vocato alias aduo cato.§ .nunc de exordijs.versi.vel ita sic.

Super eo.c.§.testes. Ad declarationem glos.hic intellige. Si quæris vtrum & quando mulier admittatur in testimonium,Distingue vt di xi.§.de testibus.c.quoniam.

1 *Ecclesiastica bona Dei sunt.*
2 *Ecclesiastica bona pauperum sunt.*
3 *Ecclesiastica bona clericorum sunt.*
4 *Ecclesiæ bona communia.*

Causa. Ad euidentiam glos. sed nunquid.Si quæ ris cuius dicatur esse res ecclesiasticæ. hic dicitur quod sunt ecclesiæ,& idem dicitur.j.de rebus eccle.non alie. capit. hoc consultissimo. in principio, ibi bona immobilia seu iura ipsarum &c.lib.6. & 12. quæstio.
1 pontifices.§.de testamentis.requisisti.†Alibi dicitur quod bona sunt Dei.12.quæstione.2.capit.non liceat Papæ.& capi.præ dia.& capitu.qui abstulerit.Et cũ omnia sint eius,ista tamen specialius.argumẽtum.1.q.3.saluator.16.1.in canonibus cum concordantijs hic allegatis.& hæc fuit opinio Ray.Vincen.& Hugonis,pro hoc.j.de electionibus.capi.cum ex eo.§.nos super ibi de Christi patrimonio sublimatis.lib.6.vbi hoc idẽ te
2 net Ioannes Andreas.†Alibi autem dicitur quod sunt pauperũ. 16.questio. 1.quoniam quicquid.Et ibidem dicitur quod sunt clericorum, sicut & dominium rerum vniuersitatis est apud ciues.instituta de rerum diuisione.§.vniuersitatis.Et hoc.s.q sint clericorum, tenuit Lauden. 12. quæstio. 1. capitulo exdit vbi de hoc not.gl.& Archi.Sed Hostiensis & Ioãnes Andreas. §.de causa possessio.cum super.& Car.in dicto capit.hoc consultissimo.& Cardinalis & Ioannes Andreas ibi post eum super verbo ipsarum, prædictas opiniones concordant dicendo & bene prout credo quòd ecclesia.i. congregatio fidelium ha bet dominium ipsarum, & principaliter christus tanquam caput. Quod dicuntur pauperum,vẽrum est quo ad sustentationem.†Et quòd dicuntur clericorum, verum est quo ad admi
3 nistrationem seu gubernationem, & propter hoc clerici dicũtur procuratores non domini.§. de donationibus fraternitatem.Et in hoc concordat Hostiensis hic, dicẽs quod hæc omnia Dei sunt vt in dictis capit. saluator.in canonibus. & 23.q. 8.conuenior.16.quæstione.1.decimæ. & quæstione.7.omnes dicimæ.suprà.de decimis.tua nobis.Hæc tamen deputata sunt ecclesiarum & ministrorum earum necessarijs sumptibus,qua tenus intra limites cuiusq; parochię percipiuntur,vt probatur in eo quod legitur & notatur hic, & suprà de his quæ fiunt à prælato, pastoralis. Quæ vero supersunt debent pauperibus erogari.16.quæstio.1.quoniam quicquid.12.quæstio.2.mirũ. & de hoc notant Innocen.& Hostien. suprà de cau pos.& pro priè.c.cum super. Et Archi.j. de sum.tri.c.vnico.super verbo magistra.lib.6.dicens quod ecclesia romana domina in canoni bus nuncupatur.79.dist.oportebat.& Papa dicit ecclesiæ meæ. 17.dist.c.ecclesiæ. quod videtur ad dominum pertinere & sina liter remittit ad id quod no.12.q.1.c.vl.Sed verè loquẽdo nec romana ecclesia est domina, nec ipse Papa,nec alius prælatus, est dominus:†imo bona ecclesiæ communia sunt.16.q.1.c.fin. suprà.de præben.c.3.vt not.Hosti.& Io.Andr.suprà de iudi.cũ venissent. Vnde Beatus Bern. circa finem sui quarti libri sic ait ad eugenium Papam. Consideres autem omnem sanctã roma nam ecclesiam,cui auctore Deo præes ecclesiarum esse matrẽ, non dominam, te vero non Episcoporum dominum esse,sed vnum ex ipsis:ad hoc.7.q.1.mutationes.in pri.vbi dicit,aut do minatione &c.De fructibus vero beneficiorum ecclesiasticorum cuius sunt,dixi de fideiussoribus.c.peruenit.dist.vlti.

Super eo.c. Glos.& etiam.Si quæris de quibus rebus posset fieri eleemosina,distingue,vt dixi.suprà de pœni.& remisio.cum ex eo.distin.3.

1 *Presbyter vnus cum clerico inungit.*
2 *Presbyter solus inungit.*
3 *Presbyter vnus inungit pluribus vocatis.*
4 *Celebrare cum muliere licet.*
5 *Bisextus pro vno die computandus.*
6 *Bisextus pro duobus diebus computandus.*
7 *Indictionis omissio instrumentum vitiat.*

Væsiuit. Ad declarationem.1.glo.Si quæris vtrum sacerdos solus possit infir
1 mum inungere, distingue.† Aut commode potest haberi clericus, & tunc sufficit vnus presbyter cũ vno clerico. suprà de vita & hone.cle.vt quisq; presbyter.Aut non, & tunc in defectu clerici po-
2 terit presbyter inungere cũ laico.† Aut non potest haberi nisi vnus presbyter solus, & tũc ipsemet potest totum complere & sibijpsi respondere,vt hic,quia necessitas legem non habet, de consecra.dist. 1.sicut & supra,de consue.quanto.Nec obstat auctoritas Beati Iacobi.5.c. & supra.de sacra vnctio.c. vnico, vbi dicitur infirmatur quis in vobis inducat presbyteros & clericos ecclesiæ qui orent super eum, & sic videtur quod debeant esse plures. Quia hoc quod hic dicitur intellige in necessitate quæ legem non habet vt est dictũ. Vel ibi resoluitur plu ralitas in singularitatem, vt dicas presbyteros.i.prespyterum
3 sic.§.de priui.vt priuilegia.§.vlti.†Et enim certum est quod & si plures inducerentur, vnus tamen tãtum faceret vnctionem & alij responderent, vt patet in eo quod legi,& not.§.tit. 1.cũ illorum.§.si vero claustralis, secundum Host.Et vide quod no. Ioan.de consecra.dist.1.hoc quoq;.glos.2.vbi dicit per istud. c.quòd presbyter inclusus missam solus cantare,vbi clerici co pia non suffragatur,alias secus:idem Lauren.ibi, sed Hugo con trarium innuit ibi cuius sententiam sequitur Hosti.in sum. de celebratione missę.§.& qualiter.versic. nec solus pôt.pro quorum sententia optimè facit.§. de filijs presbyte. proposuit. de vita & honestate cleri.c.vt quisq; presbyter.81.dist.in omni-
4 bus.7.q.1.illud.Et in dicto.c.proposuit.no.Vincen. † quòd cũ muliere posset solus in necessisate celebrare,arg.27.q.1.diaconissim. sed argum. contra, quia mulier non debet accedere ad altare.23.dist.sacratas.secundnm Archi. in dicto c. hoc quoq;. glo.antepe.qui idem cum Hugo.sentire videtur,& hoc tutius, vide etiam quod no.Hug.38.dist.sedulo.vbi dicit q; presbyter bene potest cum populo tantum ecclesiam officiare sed gloss. Laurentius, Ioannes faber, & Archidia.ibi contra per ca.alleg. proposuit.in fi.& melius.

Super eo.c. Glo. & ideo quia in fi.Si quæris vtrum & quando bisextus cõputatur pro vno die,
5 distingue.†Aut in casibus in quibus est fauorabile ipsum computari pro vno die,& tunc cõputatur pro vno,dic vt hic, vbi tractatur.de consuetudine laudabili ecclesiæ seruanda in cele-

brarione

bratione diuinorum:vt.ff.eo.tit.l.cum bisextus,& de minori.
6 kdeniq;.§.minorem.† Aut in casibus in quibus esset odiosum ipsum cõputari pro vno die,puta in pœnalibus, & in illis com putatur pro duobus diebus. Et ideo si aliquibus sit suspensus per annum, & bisextus eueniat illo anno,poterit vltima die ãn ni illius celebrare,p.l.if.de statu lib.cũ hæres.§.stichus.2.& hoc tenent Lauren.& Vin. Tancre.Goffre.Ber.Hosti.& Io.Andr. & Asten.li.7. de interdicto & suspensione art.1. in fi.idem gl. & Archid.52.dist.c.2.& Archi.j.de re iudi. cum æterni. super verbo annuum.li.6.Licet Cardi.ibi cõtra;cuius tamen opinio nem in suspenso securius esset tenere, argumen.dicti Augusti ni.Tene certum & dimitte incertum.de pœnit.disti.7. si quis autem.in fi.Et de materia bisexti not.Accursius in dicto.§.mi norem.& in dicta.l.cum bisextus. De materia vero Idus,vide per Archid.18.distin.propter ecclesiasticas.& per Ioan. An.in data sexti libri. vbi etiam tractat de nonis. Et de materia indi
7 ctionis,vide p Archid.23.q.5.de liguribus.† Et an omissio indictionis vitiat instrumentum,& quid si indictio cũ anno con cordare non potest,& de nomine Papæ vel imperatoris, anno pontificatus, vel imperij, an faciat fidem,priuilegiũ,rescriptũ, vel instrumentum prædicta non exprimens vide plene per Io annem Andre.in data libri.6.in nouella.

1 *Priuilegiatus absens percipit fructus beneficij.*
2 *Accedens officium causa lucri veram simoniam non incurrit.*
3 *Officians causa lucri simoniacus.*
4 *Priuilegia realia præsumuntur.*
5 *Papæ in interpretatione pars citanda.*
6 *Principis in interpretatione pars citanda.*
7 *Iudicis interpretatio parte præsente facienda.*
8 *Surreptitia interpretatio nulla.*

Lim. Ad euidentiam huius.c. & glo.1. Si quæris vtrũ priuilegiatus ab homine, vel à iure vt fructus in absentia percipiat, debeat percipere distri butiones, & quas, distingue vt dixi.§.de consti.cum
1 omnes.dis.vlt.ver.de distributionibus vero &c.† Vnde teneas ẽm Io.An.hic quòd priuilegiati omne id percipere debent,qd præsentes percipiunt,licet diuinis officijs non intersint, vt sic priuilegiũ faciat eũ cẽseri residentẽ, licet nõ diuinis interessen tem,super quo vide quod nota.j.de clerici.non resi.c.vno.li.6.

Super eo.c. Si quæris vtrum canonici,vel alij benefi-ciati q ad horas canonicas,& ad exequias mortuorum,& similia pro distributionibus, vel alio lucro tẽ-
2 porali accedunt,symoniam committũt, distingue,† Aut quæris vtrum tales committunt veram symoniã,& dic quod non si nulla pactio,nulla conditio expressa intercedat arg.§.de prẽben.significatum. † Aut vtrum committunt symoniam men-
3 talem, & dic, quod sic, & grauiter peccant.de qua sufficit sine dispensatione aliqua per solam pœnitentiã suo satisfacere crea tori.§.de symo.c.tua nos.& c.vlti.secundum Hosti.hic.Idem, Archi.91.disti. clericus victum.glo.1.& 1.q.2.facerdos. super verbo participent. & Ioan. Andr.j.de clerici.non residen.cap. vnico, gloss.antepe.lib.6.& Asten.lib.6.titu,de symo.arti.9.ad fi.q.quid si canonicus.

Super eo.c. In gloss. fi. Si quæris vtrum beneficium principis est late, vel strictè interpretan dum,distingue vt dixi.§.de dona.c.cum dilecti. & de hoc not. Bern.§.de transla.Epi.c.vlti.glo.sed quare &c.& de priuile.quia circa & Host.post eum ibi.& Inno.j.eo.dudum. & vide quod not.Spec.tit.de instru.edi.§.nunc autem videndum.versi.item
4 quod fuit cõcessum.†vbi dicit quod per istud.c. quod in dubio priuilegia præsumuntur realia non personalia.Per hoc etiam di cit Abbas.§.de iudici.at si clerici.quod in dubio dispensatio fa cta per Episcopum intelligitur large de præsentibus, & futu ris ordinibus,vel beneficijs.

Super eo.c. Si quæris vtrum possit fieri interpreta-tio priuilegij, beneficij vel gratiaę parte
5 aduersa absente, distingue. † Quia quandoq; fit interpretatio extraiudicialis,quando.s.quæritur de interpretatione Papæ pri uilegium concedentis, & hic est necesse partes citari, vel esse præsentes,& cum præiudicium facit,ad eam obseruandam co guntur.& de tali loquitur hic & j.cum tibi.& c. dilecto.& tua nobis. quæ potius dicitur declaratio quam interpretatio ar.ff.
6 de testamentis.l. hæredes palam.§.1.†Quandoq; fit interpreta tio secũdum verborum propriam significationẽ,& hæc etiam omnibus præiudicat,& ius facit ex quo fit à principe, siue fiat in iudicio,siue extra iudicium, vt patet.§.eo.c.1.& 2.& sequẽ tibus.j.eo.cum clerici.& c.quærenti.& c.venerabili.& c.super quibusdam.& c.nouimus.& in multis alijs.c.huius tit.Quandoque fit super alio dubio, & tunc si notum sit dubium inter
7 partes, & in iudicio, † Aut in iudicio inferioris iudicis principe, & tunc nunquàm debet fieri nisi partibus præsentibus, siue quæratur de dubio sententiæ iudicis inferioris.j. eod. ex parte.2.quia ille iã functus officio suo,siue bene siue male non habet se amplius intromittere argu. in eo quod legi. & not.§. de off.dele.in literis. in fi.siue de dubio compositionis.§.de de cimis,ex multiplici.siue de dubio priuilegij.j.eo.ex parte.2.& c.cum olim.& c.abbate sane.siue statutorum.j.e. ex parte.2.& c.cũ olim.& c.abbate.talis enim interpretatio semper fieri debet præsentibus partibus cum præiudicet,& sic diffinitiua,vt. §.c.proxi.alias non valeret.§. de officio archidia. ad hæc.§.fi.ff. quis ordo in bono.pos.serue.l.2.§.1.& 2.de re iudi. de vnoquo
8 que.† Aut in iudicio principis, & tunc si sit subreptitia, puta quia de lite pendente non fiat mentio,non valebit arg.in eo qd legi.& no.§.de priuileg.dudum. de testibus causam quæ.vt lite pen.c.fi.vel aliter qualitercunq;.j.eo.venerabilis. Si autẽ ex certa scientia procedat nõ possumus ei dicere cur ita facis.19. dist.in memoriam,valebit ergo omnino, & si præiudicet.§.de offi. ordi.duo simul secundum Inno. hic in glosa sua penul. & Hosti.& Ioannem Andream post eum.

1 *Interdicti ecclesiastici diffinitio.*
2 *Interdicti species.*
3 *Interdicere quis possit.*

Vm in partibus. Ad declarationem glo. 2.vide qualiter.Si quę ris vtrum indefinita æquipollet vniuersali,distingue. vt dixi.§.de priuilegijs. quia circa distinctio.1. & de hoc not.Archid.in c.si romanorum.19. distinct.gloss.sua fi.& Garsi.& Cardi. & Ioan.And.j.de elect.vt circa.li.6.& Dynus. j.de regu.iuris.in rubrica.lib.6.

Super eo.c. Si quęris quid sit interdictũ ecclesiasticũ & quot,& quæ eius species, & quis possit
1 interdicere,distingue.† Aut quæris de primo.s.quid sit interdi ctum ecclesiasticum.& dic secũdum Ray.rubricella de senten tia interdicti.§.1.& fratrem Io.rubricella de sententia interdi cti.q.primo ergo quæro. Interdictum est censura ecclesiastica in pœnam contumaciæ vel offensæ lata, arcens præcipue pe pnlum,ne communicet sacramentis.Ecclesiastica, ponitur ad differentiam interdictorum legalium, quæ olim erant solẽnes verborum conceptiones,quibus prætor aliquid iubebat fieri, vel prohibebat, maximè cũ de possessione vel quasi inter ali quos contendebatur,vt instituta de interdictis per totum.Sacramentis,ponitur ad differentiam effectus excommunicatio nis,quæ separat etiam à communione fidelium, habet ergo si militudinem cum excommunicatione minore,quæ à sacramẽ
2 tis tantum separat.3.q.4.engeltrudam. † Aut quæris de secundo.s.quot sunt eius species, & dic quod duæ,nã aliud est gñale, aliud est speciale siue particulare.Generale dicitur interpretatione iuris,non solum quando regnum, vel terra,vel prouincia interdicitur, sed etiam si villa vel castrum interdicitur vt hic,Quod ẽm Ioan.And. hic,etiam si in illa terra villa, vel castro nõ sit nisi vna ecclesia. Speciale autem siue particulare interdictum est,cum vna ecclesia nominatim interdicitur, secũ
3 dum glo.Gulielmi.super Rany.vbi §.& Ioan.And.hic. † Aut quæris de tertio.s.quis possit interdicere, & dic quòd omnis prælatus habens iurisdictionem ordinariam. vel delegatã, vt §.de officio delegati,sane quia.de appellatio.dilectis,quod pro sequere vt notat Innocentius & Hostiensis.§. de his quæ fiũt à maiori parte cap.c.quæsuit.& frater Ioannes in summa con fessionem rubricella de sententia interdicti.q. quis potest in terdicere &c. Hoc saluo quod secundum Ioannem Andream hoc generale interdictũ ferri non pôt per ordinarium vel dele gatũ sine speciali & expressa Papæ licentia pro pecuniario debito,quòd dic vt in extrauang. Bonifacij prouide accedentes.

1 *Clerici an testentur.*
2 *Episcopus an distribuat eroganda pię causæ.*
3 *Clerici nomen stricte sumitur.*
4 *Clerici vxor large capitur.*
5 *Clerici dictio largissimæ sumpta.*

Vm tibi. Ad euidentiam glos.1.† Si quæris
1 vtrũ clerici possint facere testamẽ tum, vel donare inter viuos, distingue vt dixi.§. de
2 peculio clericorum.cap.si quis sane. † Item si quæris vtrum illa

vtrum illa quæ sunt erogãda in pias causas debeant per manus
Episcopi, vel alterius erogari, distingue vt dixi.s.de iudæis cũ
sit nimis.& de vsu.cum tu.distinc.3.& de hoc per Archid.14.
q.5.non sane super verbo reddenda.& j.de testamentis.c. re-
ligiosus super verbo libere.lib.6.

Super eo.c. Ad euidentiam glo.fina. Si quæris quando largissimè seu large, & quando stricte
3 sumitur nomen clericorũ, distingue.†Aut quæris in rescriptis
contentiosis quæ restringuntur, & tunc strictè sumitur, vt.s.
4 de rescriptis.c.sedes apostolica.†Aut in rescriptis gratiosis quę
dilatantur,& tũc large sumitur, vt hic. Nec obst.j.de sen.exc.
quia periculosum.li.6.quia illud in reuerentiam pontificalis of
ficij est indultum, vt ibi not. Nec obst.j.ca.proxi.quia illud est
vt periurium euitetur secundum Host.hic, & concordat gl.j.
de præben.c.quamuis.1.glo.no.verbum.libr.6. vbi dici quòd
illud quod dicitur.j.c.proxi. obtinet propter periculum periu
rij euitandum, & ideo fit ibi stricta interpretatio & quod not.
Io.An.j.de priui.c.per exemptionem gl.sicut aliud.li.6.vbi di-
cit quòd.j.c.proxi. nomine cathedralis ecclesiæ continetur tã
tum capitulum,non inferiores quia loquitur ibi de iuramento,
quod strictè intelligitur.s. ad ea de quibus fuit cogitatum.s. de
5 iureiur.c.pœn.& adde quod no.Cardi.ibi in glo.fi.† Aut quæ-
ris in gratiosis in fauorẽ sanctæ matris ecclesiæ,& totius cleri-
calis ordinis introductum,& tunc largissime sumitur, in tan-
tum quòd extenditur ad conuersos, vt patet.17.q.4.si quis sua
dente.iuncto capit.non dubium.& capit. parochianos.& s.tit.
proximo.& ibi dixi.& vide quod notat per omnes.j.de regu-
lis iur.cap.odia.lib.6.

1 *Iuramentum fidelitatis Episcopo & capitulo præstandum.*
2 *Fidelitas soli Episcopo præstanda.*
3 *Vasallus ecclesiæ quos iuuare teneatur.*
4 *Iuramenti principum forma.*
5 *Ecclesiæ significationes.*

Cum clerici Placentini. Si quæris vtrũ clerici, vel laici qui ecclesiæ cathedrali iuramentum præstare tenentur, teneantur Epi
scopo & capitulo ipsis ecclesiæ vel eorum alteri tan-
1 tum præstare huiusmodi iuramentũ,distingue.† Aut iuramen
tum huiusmodi præstare tenentur pro spiritualibus,& tunc te
nentur nedũ Episcopo,sed etiam capitulo præstare huiusmo-
di iuramentum. Nam spiritualia iura non sunt diuisa inter Epi
scopum & capitulum,sed communia,vt patet.s.de testa.requi
siti.§.secus autem.Sunt.n.vnum corpus.& ideo ipsa spiritualia
simul exercent & sibi communicant,quod dic vt legi & no.s.
de exces.præla.c.1.de his quæ fiunt à præla.c.nouit.& c.quan-
2 to.† Aut pro temporalibus quæ Episcopus habet segregata à
capitulo,& tunc nullatenus c.iurare tenentur, & econuerso si
pro temporalibus quæ capitulum habet segregata, & tunc nu
latenus Episcopo iurare tenetur: vt.s.de rescrip.edoceri. sm
Inno. & Hosti. & Io. An.hic. Intellige tamen quòd iurans sm
formam huius capituli obligatur principaliter Episcopo tan-
quã capiti vt hic:hoc est si Episcopus præcipiat vnum, & capi
tulum aliud; deberet talis iurans Episcopo & non cap.obedi-
re.11.q.3.qui resistit.Sed si causa vertitur inter Episcopum &
capitulum,dic vt plene not. Hosti.in sum.de postulando.§.fin.
sub.§. illud. Et si talis clericus cõtra Episcopum vel ecclesiam
à qua beneficiatus existit,pro extraneis aduocati vel procura-
toris officium assumpserit,tanquam ingratus potest huiusmo
di beneficio spoliari, quod dic.s.de postul.c.fi. hæc Hosti. &
3 Io.An.post eũ.† Item scias quòd Vinc.& Io. An.s. de iureiur.
ego.n.dicunt ibi in textu domino meo.fore.arg.quòd vasallus
ecclesiæ tenetur iuuare Episcopum, etiam in factis proprijs.
7.q.1.scire.instit.de vsu.& habit.§.sed non tenetur iuuare ca-
nonicum.12.q.2.qui manumittitur.Dicunt etiam hic, quod per
istud iuramentum singularibus canonis non obligantur, vt in
d.§.qui manumittit.secus si iurassent aliquibus non collegiatis
ff.de in ius voc.l.communis. Et not. quod in hoc.c.est forma
iuramenti quam clerici vel laici præstant ecclesiæ cathedrali,
quæ forma obtinet in canonis & prælatis siue curatis,& etiam
in alijs inferioribus,si consuetudo sit secundum Inno.& Host.
4 †De forma vero iuramẽti principum secularium habes extra,
de iureiur.c.vnico,in clem. vbi per hoc G.de mon.lau.in gl.&
sic habes de forma vero iuramenti Episcoporum, dic vt.s.de
iureiur. ego.n. De forma Abbatũ dic vt.s.de symo.ne de Dei
ecclesiam. De forma beneficiatorũ dic vt.s.de iureiur. nullus.
Item de forma aliorum non beneficiatorum dic.s.de maio.&
obe.cum in ecclesijs & non suspectorum.eo.tit.c. relegebatur.
Item de forma vasallorum.21.q. vlti.c.de forma. Item plures
alias formas iuramentorum vide per Spec. in quarta parte ru-
brica de iureiur.§. vnico.versic. illud autem omittendum non
5 est &c.†Et quot modis sumitũ ecclesia, notat Ber.hic quatuor,
alios modos ponit Ber.suprà ne præla.vices suas.c. vl.s. muro-
rum ambitum, corpus Christi, prælaturam ecclesiæ,& ipsius
obuentiones. Fran.vero de rescrip.eam te.addit vnitatem to-
tius ecclesiæ.7.q.1.nouatianus.suprà.de sum.tri.c.1.§.vna.21.
dist.c.autem quamuis.de exces.prela.frequens.§.verum.in cle.
In hac varietate dicebat ecclesiam sumi prout præcedentia &
sequentia verba patiuntur,per decret.intelligentia.suprà eodẽ.
Bene facit.j.eodem nouimus.versic.pro quo.

Quærenti. Si quæris quæ sit differentia inter cẽsurã ecclesiasticã, & seueritatem
ecclesiasticam, & animaduersionem ecclesiasticam,
1 †Dic quod censura ecclesiastica consistit circa spiri-
tualem pœnam vt hic.Sed seueritas ecclesiastica consistit circa
pœnam temporalem,vt suprà de pœnis.in quibusdã.Animad-
uersio ecclesiastica consistit circa degradationem, & curiæ se-
culari traditionem.j.eo. nouimus. secundum Hosti.in d.ca.in
quibusdam.& idem not.Archi.6.q.3.deniq;.& j.de excep.c.cũ
quidam glo.vlti.& de homici.c.1. super verbo animaduersio-
nis.lib.6.& idem Hosti. ibi. Et de mucrone ecclesiastico dixi
post Host.suprà de pur.canonica.c.inter solicitudines.d.vl.Itẽ
in quibua conueniunt excommunicatio,suspensio, & interdi-
ctum,vide.suprà.de appel.ad hæc quoniam. & in quibus diffe
runt,vide per G.j.de senten.excom.quia periculosum.gl.2.lib.
6. Vbi dicit quod propriè excommunicãtur personæ.11.q.3.
certum.3.q.4.engeltrudram.j.eo.ex parte.1. Suspenditur etiã
quandoq; persona quandoq; ab officio: quandoq; ab vtroq;.2.
quæst.45.ca. penulti.supra de purga. canonici. inter solicitudi-
nes.Et locus interdicitur,vt suprà eodem, cum in partibus.in-
terdum tamen vnum ponitur pro alio, quia & persona dicitur
interdicta,& ciuitas excommunicata.suprà.tit.proximo.c.re-
sponso.& de priui.cum & plantare.& de hoc plenius per Hos.
& Iorn.An.in d.c.cum medicinalis.§. & hic eadem.super ver-
2 bo obseruari.in nouella.† Vbi notat quòd hic tria comparãtur
in multis,quorũ quatuor posuerat Ber.ibi:& duo addebat Ab-
bas.Primo, quia illius constitutionis forma in ipsarum quali-
bet est seruãda,vt hic.Secũdo quia in his tribus pręcedẽs appel
latio tuetur appellantẽ, sequens non,vt in d.c.ad hæc quoniã.
& eo.titu.pastolalis.j.de senten.excom.is cui.§.vlti.lib.6. Ter
tio,quia neutri debent celebrare diuina.s.de clerico excõ.mi-
ni.c.2.& c.postulasti.§.fi.Quarto,quia vtranq; sententiam præ
cedere debet monitio,vt.suprà de appel.reprehensibilis.Quin
to,quia vterq; iurat antequam absoluatur, & in vtroq; potest
fieri absolutio ad cautelam.suprà.de sententia excommunica-
tionis.venerabili.Sexto, quia vtraq; sententia etiam à superio-
ribus est seruanda.suprà.de offi.ordi.cum ab ecclesia.Septimo,
quia neuter durante sententia eligere vel eligeri vel testificari
potest.suprà.de consue.cum dilectus.de electio. cum inter R.
de testibus.veniens.2.in fi.de excep.apostolicæ. Octauo, quia
non debet superior de ipsis aliquid disponere partibus nõ vo-
catis.j.de appellationibus romana.§.fi.de senten. excommu-
nicationis. romana.in princip.lib.6. Nono, quia speciales filij
apostolicæ sedis nulla istarum sententiarum possent ligari.j.eo.
tit.veniens.li.6.& in priuilegijs solent ista misceri.j. de priuile
gijs.c.1.§.vlti.lib.6.Decimo,quia omnia comprehendit appel
3 latio censurę.vt hic. † Differunt autem in participatione,quia
cum suspẽso vel interdicto participare possum, nisi specialiter
participatio esset interdicta.ff.de pęn.l.moris.de seruis expor-
tan.l.cui pacto.sed cum excommunicato non. suprà quod me
tus causa sacris.Secunda differentia est,quòd propriè loqnẽdo
homo suspenditur,sed non interdicitur nisi impropriè. suprà.
de religiosis domi. cum dilectus. de clerico excommunicato.
postulasti.in fine.loca vero propriè interdicũtur.suprà.de spõ
salibus.non est secundum Hostien.& Ioan.And. Tertia, quia
effectus excommunicationis late non potest suspendi,reliqua
rũ sic,de hoc satis in prædicta decretali ad hæc quoniã. Quar-
ta differentia patet.j.de sententia excommunicationis.quia pe
riculosum.lib.6.Quinta patet.tit.eodem,præsenti.lib.6.Sexta,
eodem.tit.romana.lib.6.Septima & octaua,eo,tit.cap.fin.§.1.
versi.dum tamen.& §.in festiuitatibus.lib.6.Nona,quia excõ-
municatio non fertur pro aliena culpa.24.q.3.si habes interdi-
ctum & suspensio sic.j.de sententia excõmunicationis si sen-
tentia.lib.6.17.q.4.miror.secundum Io. And.¶Et nota quòd li-
cet Episcopi sint priuilegiati in casu illius capit.quia periculo-
sum in

sententijs interdicti & suspensionis, non tamen sunt
priuilegiati in sententia excommunicationis, vt notat Innocẽ
tius, Hostiensis, Cardinalis Geminianus, Ioan.And.& Franci-
scus ibi,& Geminianus & Ioan.And.j.de electionibus.c.sciãt
cuncti.lib.6.& de censuris.ca.quàmquàm.eo.lib.& Ioan. And.
j.de sententia excommunicationis.quicunq;. eo.lib.& Guliel
mus de mõte Laud. & Gen. extra,de sequestratione possesio
num.c. vnico.§. si quis autem.in clementina. Item notat Ho-
stiensis.s.de clericis non residentibus.c.secundo,cardinales pri
uilegio illius.c.quia periculosum gaudere,quod intelligas etiã,
de non Episcopis secundum Ioannem Andræam ibi.

Quid per nouale. Ad euidentiam huius decreta,& glosę
Innocentij hic, quæ incipit,nota, quod hæc pro-
batio &c. Si quæris vtrũ priuilegium de decimis
noualium non soluendis vel percipiendis extenda
datur nedum ad noualia futura,sed etiam ad præterita, & vtrũ
ipsi priuilegiato, aut parti aduersę incumbat probatio quando
est dubiũ de nouali, & qualiter probari debeat præscriptio cu-
1 ius contrarij memoria non existit, distingue. † Aut quæris de
primo.s. vtrum priuilegium extendatur ad præterita noualia,
& tunc dic quod non,nisi de præteritis ibi specialiter caueatur.
argumentum in eo quod legitur & notatur.s. de constitutioni
bus.c.cognoscentes. & c.fi. secundum Innocentium & Ioan-
nem Andream hic,quorum opinio approbatur.j. de decimis.
cap.statuto in principio lib.6.Vbi autem de anterioribus noua
libus caueretur expresse,tunc illa tantum veniẽt, quæ à decem
annis citra culta fuerunt:primo enim tanto temporale adduci
tur consuetudo,& seruitus contiuua.ff.si seruitus vendicetur.
l.si quis diuturno.C.de seruitutibus.l. 2. & fi. Aut vtrũ exten-
datur ad futura noualia: & dic quòd sic. Sed hoc fallit si talis
sit locus incultus de quo parochialis ecclesia magnos percipit
decimarum ratione prouentus, vt hic in fine, puta pascua, vel
nemora sunt de quorum decima cõsueuit ecclesia parochialis
centum libras percipere annuatim.supra,de decimis commis
sum.Item fallit secundum Io.Tancre.& Ber.hic,in glo.fi.si ec
clesia parochialis tractu temporis incipiat lædi grauiter, argu.
s.de decimis.suggestum.ff.de vulg.& pupil.substi.l.ex facto.vt
quia taliter priuilegiati totum territorium occupant vnius ca-
stri deserti,& redigunt ad culturam & castrum,postea popula-
tur vt ecclesia antiqua reædificatur,vel de nouo alia fabricatur.
Nam subueniendum est ecclesiæ tali priuilegio, cõsuetudine,
vel præscriptione non obstante, vt patet.s.de noui ope.nũcia.
c.2. de præben.extirpande.§.cũ igitur.secundũ Inno.& Host.
3 & Ioan.An.† Aut quæris de secundo.s.vtrum priuilegiato, vel
parti aduersę incumbat probatio, & tunc aut priuilegiatus non
est in possessione, & tunc ei incumbit probatio,quia ei qui di-
cit &c.ff.de probatio.l.eum qui dicit.C.de rei ven.l.fi.Episco-
pus.n.& parochialis ecclesia de iure communi intẽtionẽ suam
fundant, nisi aliud dicatur, vt patet in eo quod legi.& no.s.de
præscrip.ad aures.& c.ex transmissa.s. de decimis.c.quoniam.
& c.dudum.secundum Inno.& Hostie. & Ioan.An. Aut est in
possessione:& tũc subdistingue, vtrum ius commune, vel præ
sumptio est pro agente, vt quia est Episcopus vel parochialis,
ecclesia vt statim dictum est, vel non.quod dic plene vt legitur
& no.j.de præscrip.ca.Episcopum.lib.6.& dixi.s.de præscrip.
4 si diligenti.dist.1.† Aut quæris de tertio.s.qualiter probari de-
beat præscriptio,cuius cõtrarij memoria non existit,& tũc dic
secundum Inno.& Hosti.& Ioan.An.hic,& in dicto.c. Episco
pum.gl.vlti. quod dicent testes præscribentis.s. si talem scien-
tiam habent quod semper viderunt & audiuerunt ita esse, nec
vnquàm viderũt contrarium, & quod cõmunis est & fuit sem
per opinio, & quòd non extat memoria contrarij vel initij quod
sic fuerit.Si autem contra hoc aduersarius aliquid probare vel
let, testes sui si de ipsorum esset conscientia, deberent dicere quod
viderunt tali tempore contrarium, audiuerunt à suis superiori
bus contrarium eius fuisse.Et si vtraq; pars probat,tunc præse
rentur testes magis idonei, & qui dicunt aptiora: vt.s.de testi.
in nostra. vbi de hoc. & si illi dicunt se vidisse contrarium de-
3 ne.ś.de clerico excom.mini.c.clerici.† Aut quæris de tertio.ś vtrum possit pro eodem delicto puniri à iudice seculari, & dic q̃ sic,cum canon non contradicat,in hoc legi,ar.5.q.6. presbyteri.11.q.1.si quis cum.Sicut.n.accidit quem diuersis legibus, teneri pro eodem crimine, eodem modo lege & canone ꝓm Ber.hyspa.ad quod facit quod no.23.q.5.relegẽtes & hoc no. Archi.in c.alle.presbyteri.gl.pe.& ad hoc facit id quod dixi.ś.
4 de accusatio.de his.& de malefi.c.statuimus.ditl.2.† Et no.finaliter q̃ officiales quæ condemnant clericos in perpetuũ carcerem ad agendam pœnitentiam in pane doloris & aqua angustiæ,vel ad pœnam consimilem,non debent condemnatos ponere in tali loco,vel carcere in quo post multos dies viuere non possint.Sicut sunt multi carceres episcoporum regni Franciæ, pro clericis vltimo supplicio dãnatis,vbi non viuunt vltra sex vel octo dies,quorum pœna seu mors est grauior patibulo suspensorum,cum peiori & duriori morte plus languendo intereant.Et officiales tali morte aliquos exponentes homicidas,& irregulares reputarẽ,magis.n.est afflictiua illa mors, quæ cum longiori languore fit,de consecratio.ditinctio.5.c. nihil enim
2.& hoc tenent Gui.de mon. lau.& Gen.extra de pœnis & re
5 missio.c.1.glo.2.in clem.† Hoc etiam videtur attentari contra Deum qui non vult mortem peccatoris,sed vt magis conuertatur & viuat.Ezech.18.& 33.in auth.vt non luxu. contra natu.in prin.colla.6.3.q.4.hi qui.23.q.8.his à quibus in fin.& 33. q.2.admonere.versicu.prius enim.& de pœnitentia,distinctio. 1.quia diuinitatis.Henricus Bohic.

1 *Episcopus non det prebendam sine capitulo.*
2 *Papa neminem iure suo priuat.*
3 *Absentiæ necessariæ tempus subducitur.*

Dilecto. Ad declarationem glo.no.q̃ recurrẽdũ, vide quod no.Ber.ś.de eccle.ædifi. 2. & c.ad audientiam.2.& qđ ibi dixi.& quod notat Ber. ś.de priui.pastoralis.& Inno.ś.de electi. innotuit.in fi & Archi.7.q.1.petisti specialiter in glo.fi.& 12,q.1. quatuor. gl.fi.& Io.An.8.q.1.licet glo.1.in fi.& ibi in gl.adde hoc etiam
1 hic &c.† Vbi dicunt Ioan.Hugo.& Archid. quod si papa mandauerit,vel præceperit alicui episcopo, quod cui daret præbendam,episcopus sine consensu canonicorũ non debet dare præbendam.arg.ibi. Idem intelligunt Hugo,& Archi.ibi, si episcopus impetrauit rescriptum vel priuilegium à papa.ś.quòd nihil
2 valeat si canonici contradicant. † Non enim est verisimile, q̃ papa occasione sui rescripti velit aliquem priuare iure suo. arg. 85.distinctio.Archidiaconum florentinum.63.dilt.quanto.3. q.3.nunc vero.& facit ad hoc.ś.de authori.& vsu pallij, ex tuarum.de pe.omnis vtriusque.Et hæc omnia intelligunt Hugo, & Archidia.esse vera si ius canonicorum in tali facto tãgit, vel nisi papa ex certa scientia percipiat ita fieri,& exprimat in literis suis ita fieri,quicunque contradicant.

Super eo.c. Ita dicit Bernardus,† quod tempus absen
3 tiæ ex causa necessaria subducitur de medio,& continuatur tempus præsentiæ ante absentiam, & post reuersionem.idem Vincen.Inno.& Hostiẽ. Sed Goffredus, & Philippus contra,dicentes per oblationem cautionis interruptam annalem præscriptionem, ita quod post reditum erit necessarius nouus integer anus.Puto secundum Ioan.Andre.hic dictum Bernardi verum,vbi non est interrupta præscriptio p cautionis oblationem,sed solum impeditur cursus præscriptionis per indulgentiam papalem.& idem si aliàs de iure communi.secunda vero opi.vera,vbi interrupta est præscriptio.

Super eo.c. Ad declarationem glossæ.sic ergo &c. Si quæris,vtrum factum procuratoris noceat domino,distinguè vt dixi supra vt lite non contestata. capitulo.1.distinctione.2.

Super eo.c. Ad declarationem glo. vltim. Si quæris, vtrum cessante causa cesset effectus, distingue vt dixi suprà de iureiur.& si Christus.

1 *Consuetudo & præscriptio diuersa in præscritionibus.*
2 *Fabrica a capellano facienda.*

Vm inter vos. Dicit hic glo.Hostiens.ſu per verbo consuetũ.q̃ hic monasterium non innitebatur præscriptioni, sed consuetudini præscriptæ & cauræ hoc faciebat:quia † in præscriptione necesse est probare titulum.ś.de deci. dudũ. sed in cõsuetudine sufficit p̃bare vsum,qđ dic,vt no.ś.de consue.c.fi. vbi idem no.Bern.& Host.idem.G.de mon.lau.extre, de supplen.negli.præla.c.quia regulares.§.eadem quoque super verbo,

verbo,siue q̃ ipsis.in clem.Item quod dicit Ber.hic in glo.sed nonne iuste &c.q̃ sacerdos iste non potest retinere expensas necessarias pro fabrica capellę,de ista tertia parte debita monasterio sancti petri,quia illa tertia integraliter præscripta est, vn
2 de integraliter debet solui,† & onus fabricæ incumbit capellano de alijs partibus.ś.de præscrip.de quarta.satis approbat Hostien.hic.Vel hoc intelligitur de expensis factis in causis, siue in nuncijs transmittendis,vel clericis pacíscendis, & nõ de ilis quæ causa refectionis fiunt,quia retẽtionem illarum nullus causus impedire potest.ff.fa.ercis.l.fundus qui dotis. & de pœnis hæred.l.si à domino vel à patre.§.vlt.Hoc etiã intelligi debet, quando ad sustentationem presbyteri, & deseruientium sufficientes sunt duæ partes,alioquin detrahetur de tertia consuetudine aliqua non obstante,vt legi.& no.suprà de præben.c.extirpandæ.§.cum igitur secundum Host.pro quo bene facit infrà, de offi.ordi.presenti.§.porro.& de decimis.c.2.§.vbi autem.li. 6.secundum Ioan.And.qui in idem concor.&c.

1 *Litis notę,contestatæ,& pendentis differentia.*
2 *Molendinarij quæstio dominicalis.*

EX parte nostra.ij Si quæris,quæ sit differentia inter
1 litem motam & litem contestatam, & motã discordiam,& litem pendentem. † Dic secundum Host.hic,q̃ lis dicitur mota per litis contestationem vt hic,vnde ante litis contestationem,nõ potest dici mota lis,sed tantum moueri proponitur.ff.rem ra.hab.l.amplius. Contestatio litis dicitur per citationẽ,vt suprà,eo.forus.§.lis. Item mota discordia dicitur per citationem,ar.ś. de consti.cũ martinus.de offi.deleg.gratum melius.ś.de resti.spolia.pisanis vbi etiam hoc no.Host.super verbo discordiæ.Itẽ lis pendens seu pendere dicitur per solam citationem,vt no.ś. vt lite penden.c.1.& per Host.in sum.ipsius ti.§.1.hoc Host. Sed ad hoc vt lis pendere dicatur,vt ex tũc nihil debeat innouari,quatuor hodie requiruntur,vt extra,vt lite pend.c. cum lite pendente. in clẽ.vbi dicitur q̃ per citationem à competenti iudice factã, citatoque notificatam ipsum plenariè instruentem, lis pẽdere
2 dicitur,vt ex tunc nil debeat innouari.† Bartholomeus Brixiẽsis in quæstione sua dominicali quæ incipit quidam ab ecclesia impetrauit,quærit de illo qui ab ecclesia impetrauit, q̃ liceret sibi in flumine ecclesiæ molendinum constituere certa pensione soluta quolibet anno,destructo molendino ille nolebat soluere pensionem nec molendinũ reficere:vtrum ad hoc sit cõpellendus? soluendo credit eũ ad solutionem pensionis cõpellendum,cum contractus sit factus gratia vtriusque. Imo quod plus est respondit sibi Hugo,q̃ tenetur reficere molendinũ, si intersit ecclesiæ q̃ iste habeat molendinum ibi, & semper ad pensionem teneretur,nisi aliàs appareret. Pro quo bene facit. ff.si seruitus vendi.l.& si fortè.§.etiam.vbi habens seruitutem oneris ferendi in domo vel pariete alterius, potest eum compellere ad reficiendum.

1 *Legatus constitutionem interpretatur.*
2 *Legatus constitutionem non interpretatur finita legatione:*
3 *Iudex sententiam interpretatur.*
4 *Legatum constitutionem facit.*
5 *Synodalia statuta quam interpretationem recipiant.*
6 *Statuta per ius commune interpretantur.*
7 *Lex a quo interpretanda.9.*
8 *Dubio in casu a legis verbis non recedeudum.*

EX parte.iij. Ad euidentiam glo.1.Si quæris, vtrum statuta facta per legatum in prouincia sibi decreta valeant,& in perpetuo siut seruanda,distingue vt dixi suprà de offi.leg.c.fi.

Super eo.c. Ad euidentiam gl. sic ergo &c. Si quæris, vtrum legatus possit interpretari suã con
1 stitutionem,distingue.† Aut quæris,vtrũ possit eam interpretari durãte legatione seu officio legationis, & dic q̃ sic,vt hic in prin.ille.n.pót interpretari qui cõstituit.C.de legib.l.fi.ś.ti.
2 1.inter alia.vt hic,in gl.legi,& no.† Aut officio finito, & dic q̃ non,& ita pót intelligi istud.c.in ver.cum igitur.intelligẽdo q̃ isti legati fuerunt interpretati suas cõstitutiones post deposita officia legationũ.Et ita intelligit Hosti.hic,dicẽs q̃ ex ratificatione Papæ de qua hic in fi.c.istorũ cardinaliũ interpretatio vi
3 res sumit.† Nec putat q̃ iudex ex officio deposito p̃ interpretationẽ suæ sniæ alicui præiudicare valeat,ar.ff.de offi.præfec. vrbis.l.fi.& in eo q̃ legit.& no.ś.de elect.venerabilem.§.fi.nisi fortè partes.in hoc cõsentiãt ar.ff.de re iud.si cõuenerit.ff. de no.ope.nun.l.1.§.post operis.vel nisi à superiore hæc potestas detur vel à Papa ratificetur, vt hic,& suprà de offici.dele.pastoralis.§.præterea.Durante verò officio declarare & interpretari potest,vt in iuribus suprà in prin.alle.partibus præsentibus hoc fieri debet,secundum id quod no.suprà,eo.in his. secundum Host.& Ioan.And.post eum.Dicit etiam Ioan.Andre.q̃ per hoc terminatur quæstio legistarum. An statutarij electi ad condenda statuta, si super illis postea ambiguitas oriatur, habeant illa interpretari,& dicitur quod non,quia functi sunt officio suo supra de officio dele.in literis illi ergo quorum auctoritate facta sunt illa declarent quæ & reuocare possent.ff.de in litem iur.l.videamus.§.vlt.& l.seq.facit.C.de legibus. humanũ nec ob.ff.de origi.iur.l.2.§.ex actis.quia ibi durabat. illorũ officium secundum Io.An.† Et no.ꝓm Host.q̃ licet legatus possit facere constitutionem in sua prouincia vt hic,in prin. & in iuribus alle.in 1.gl.non tamen talem per quam ius cõmune tollatur:quia constitutio inferioris non potest constitutionem superioris in totum tollere,vt patet in eo quod legi. & not.ś. de elect.innotuit.§.quamuis.in fi.ff.de arbi.l.nam & magistratus. Potest tamen quandoq; in aliquibus eam declarare & renouare,vt hic patet.Potest & pœnam certam addere ad obseruationem ipsius,arg.in eo quod legi.& no.suprà de offi.leg.studuisti.de treuga & pa.c.1. Quinimo videt q̃ in his in quibus consuetudo potest iuri communi præiudicare, posset & constitutio legati,arg.suprà de locato.c.1. super quo vide quod not.suprà de consue.c.vlti.de offi.Archipres.c.vlt.secundum Hosti.

Super eo.c. Si quæris, vtrum statuta synodalia, vel municipalia recipiant interpretationem,
5 vel extensionẽ.† Vide quod no.Io.An.j.de reg.iur.c.p̃ possessore.in nouella.libr.6. dicens post multa argumenta fratrem. Odoar.dixisse super.l.vt gradatim.aliàs super.l.præceden.ff.de mune.& Host.statutũ posse per iudicem interpretari,per.l. ff. ad.l.Aquil.ita vulneratus.§.vlt.de leg.3.l.seruus.& l.seruos aũt. & l.seruis legatis.& l.fideicommissa §.hæc verba. & in dicta.l. vt gradatim.§.sed & fi.ś.de cle.non residen.cum dilectus.de in iurijs.in nostra?& hic,& j.de officio ordi. præsenti.§. porro li.
6 6.† Archi.dicit q̃ communis & vera opinio doctorum fuit statuta interpretari posse ꝓm ius cõmune.ff. de ventre inspi.l. 1.§.quamuis.Et Ricar.malumbra probat hoc per.l.2.C.de noxali actio attenta secunda lectura quam ponit ibi gl. vt ibi etiã dicit Cynus,& Dynus.ff.de verbo.signifi.l.1.dum tractaret an in statutis fœmininum comprehendatur sub masculino.Dicebat,q̃ est quædam interpretatio quæ sumitur pro apta expositione.C.de legibus.l.fi.ff.de liber.& posthu.l.gallus.§. nunc de leg.de re iudi.Paulus.& hanc recipit statutũ per præ.§.sed & si sumitur etiam interpretatio pro exceptione vel prorogatione. ff.de orig.iur.l.2.& no.ff.ad tertu.l.1.§.qui operas. & hanc non recipit statutum:quia in his quæ stricti iuris sunt,quod non est expressum habetur pro omisso.ff.de verb.obli.l. qcquid astringende.1.resp.& l.si ita stipulatus.§.chrisogonus.de cond.ob turpem cãm.l.vl.de iniu.l.itẽ apud labeonem.§. ait prætor. Quod autem statuta sint stricti iuris probãt legistæ,quia ex eis datur conditio ex lege.ff.de cond.ex lege.l.vna. quæ cũ non sit numerata inter actiones bonæ fidei.inst.de actionibus.§. actionũ. & no.ś.de excep.cũ venerabilis.restat q̃ est stricti iuris & sic sterilis.Est autem contra naturam quòd sterilis pariat.ff. de actio. emp.l.si sterilis.in prin.& de edi.edict.l.quæritur.§. mulierem. Guido de Susa.in suis quæstionibus statutorum expresse non eligit,videtur tamen ad hoc accedere q̃ proximæ dixi.Pet. de bella parti.in 5.sua.q.quæ loquitur de petcutiente hominẽ manu cum ense,inseruit hunc articulum, sed in solutione nõ sic expresse prosequitur de statuto, sicut proposuerat:loquitur.n. soluẽdo de lege,sed in themate de municipali, dicens, q̃ si lex prohibet expresse interpretationẽ. aut est in lege ambiguitas, propter multiplicem sensum verborũ,aut propter legis mentem.Primo casu licet doctori interpretari. per.l.vnicam.C. de profes.qui in vrbe.l.12.ff.si cer.peta.l.1. distinguit tamen, aut omnes intellectus sunt honesti, aut inhonesti, aut quidã honesti,alij inhonesti.Primò casu omnes sunt sequendi,siue genus, siue species comprehendant,dummodo absq; vicio verbis,& voluntati conueniant.ff.de legibus.l.scire.nisi de consuetudine aliud sit seruatum.e.ti.l.minimè.& l.si de interpretatione.ś. de consue.cum dilectus.Sed si absq; vitio sensus omnes conuenire non possunt accipietur magis proptium verbis & voluntati legis,& benignior per prædi.iur.& ff.de reg.iur.l.semper in dubijs.& de statulib.l.labeo.Secundò casu videtur nullum intellectũ sequendum.4.di.erit.ff.de iust.& iure.l.1.in prin.C.de vete.iur.enu.l.1.§.1.putat tã sequendũ minus inhonestũ,qui magis congruit.ff.de re.iur.quotiens nihil.In tertio casu idem vt

recipiatur honestus & benignus per eandẽ l. & C. de epi. & cle.
8 l. cõuenticulam. de iurisdict. omni. iudi. l. nemo. ¶ Quando autẽ est ambiguitas propter legis mentem, dicit à verbis non recedendum. l. seruata non corrigendo, non arctando, non extendẽdo, per. l. prospexit. in prin. ff. qui & à quibus. cum concor. Si tamen penitus essent obscura, recurratur ad condentem, vt. ff. de re. iuris. l. neratius. j. de sententia exc. inter alia. Vbi vera lex expresse interpretationem non prohibet, aut quæritur de interpretatione quæ corrigat, proroget, vel arctet, & tũc correctionem facere non potest, nisi legislator. Prorogare vero vel extendere potest etiam doctor, vbi est eadem ratio, & omnimoda similitudo, si tamen coaptatur id verbis & menti. ff. ad macedonia. l. filium. ff. de verbo. signi. l. iusta interpretatione. alias secus. ff. solu. matrimo. l. si vero. §. pen. & dicta. l. prospexit. Arctari etiam potest ad vitandum prauum intellectum, quia aliàs insurgeret ex verbis illis, vt prædicta. le. vt gradatim. §. 1. de ritu nuptiarum. l. pe. §. 1. & de verbo. oblig. l. si seruum. §. sequitur. C. de testamẽtis, cum antiquitas aliàs secus: cum arctatio esset
9 tunc legis correctio. ¶ Secundò casu si verba sint ambigua propter diuersos intellectus, dic ut supra si propter mentem. non licet interpretari corrigendo, prorogando, vel arctãdo, nisi vt superius dictum est, vel nisi mens legis esset scripta, vt no. C. de legi. l. non dubium. Sin autem omnino sint obscura, & incerta recurratur ad eius latorem, vt suprà dictum est, & no. ff. de legibus. l. non possunt. hæc Ioan. And. in dicto. ca. pro possessore. & de hoc dixi suprà, desponsa. ex literis.

1 *Gratia ob debita soluenda a Papa non conceditur.*
2 *Gratia debitorum soluendorum a legato concedenda.*
3 *Gratia ob debita ab Episcopo concessa.*
4 *Gratia propter debita soluenda quæ beneficia comprehendit. numero. 6. 8. 10.*
5 *Episcopatus dignitatis culmen.*
7 *Mandatum generale clericos non comprehendit.*
9 *Papa solus exemptos astringit.*
11 *Beneficia curata post gratiam debitorum an in ea comprehendantur.*
12 *Beneficia quibus modis vacant. 15.*
13 *Possidens possidere præsumitur.*
14 *Iure suo sine culpa nemo fraudandus.*
16 *Fructus qui veniant in gratia debitorum persoluendorum. numero. 18. 20.*
17 *Fructus intelliguntur expensis deductis.*
19 *Par delictum pari pena puniendum.*

Va nobis. Si quæris, quis possit cõcedere gratiam, seu indulgentiam alicui propter sua debita persoluẽda, vel aliam iustam causam de fructibus beneficiorum vacantium vsque ad certum tempus percipiendis, & quæ beneficia contineatur in concessione huiusmodi, & quæ dicatur vacantia, & qui fructus, di
1 stingue. ¶ Aut quæris de primo. s. quis possit concedere talem indulgentiam, & tunc, aut indulgentiam generalem de fructibus omnium beneficiorum vsque ad certum tempus vacãtiũ, vel quæ vacabunt in diœcesi, aut indulgentiam specialẽ de vno vel duobus beneficijs. Si generalem de fructibus omnium beneficiorum, tunc aut quæritur de Papa & ille potest, vt hic, & j. de rescri. si propter tua debita. de præben. si tibi concesso. li. 6. vt no. Hostiensis hic, & suprà de officio ordinarij. cum vos. & G. Io. Andræas in dicto capitu. si propter. & Ioannes, Andr. in dicto capitu. si tibi concesso. & G. de monte laud. & Gen. in extrauaganti, Ioannis. 22. suscepti regiminis. in principio, sup verbo priuilegio. Nec mirum cum ipse habeat plenam dispositionem omnium beneficiorum ecclesiasticorum, quod dic vt legitur & notatur. j. de præbendis. c. 2. libro. 6. Et hoc intellige verum siue huiusmodi gratiam, vel priuilegium concedat personis ecclesiasticis, quia tunc nulli dubium, siue eam concedat secularibus ex speciali priuilegio, vt frequenter visum est de regibus, & alijs mundi magnatibus, quibus Papa talem gratiam pluries concessit, & de die in diem concedit. argumentum. 63. distinctione Adrianus. &. c. sequẽti. Cum & excommunicare clericum possint de speciali papæ commissione, argum. 96. di. bene quidem. & ibi no. & 32. distinctione, cap. præter. §. verum & per Geminianum de monte lau. infrà de officio delegati. ab arbitris. lib. 6. ita notat Gencel. in dicta extrauaganti, suscepti. in princip. super verbo personis. Aut quæris de alijs prælatis inferioribus, & tunc aut quæris, vtrum possint talem gratiã concedere personis secularibus, & dic quod non, sed solus papa vt notat Gencel. in dicta extrauaganti, suscepti. super verbo priuilegio. ad quod facit quod no. Innocentius, & Hostiensis suprà de arbitris. contingit. Aut personis ecclesiasticis, & tunc, aut quæris de legato de latere, aut de episcopis, seu alijs diocesanis, in suis diœcesibus. Aut de inferioribus, vt abbatib⁹, prioribus & præpositis, & decanis, & similibus. Si de legato de latere, tũc videtur q̃ talis ex causa talem indulgentiam seu priuilegiũ pos
2 sit concedere, secundum sententiam illam quæ habet: ¶ q̃ ipse potest omnia quę non sunt specialiter summo pontifici reseruata. Quam sententiam sequuntur Ioannes de san. gl. & Archi. 2. quæstio. 5. quæ de causa. & Goffredus, & Bernardus, & quasi omnes: vt no. Spec. titu. de legato. §. nunc ostendendum. versi. legatus igitur. & §. sequenti. versic. generaliter. Et hoc scilicet quod legatus hoc possit, tenent G. & Ioann. Andræas in dicto capi. si propter. super verbo concedamus. & Go. j. de electionibus. si abbatem. gl. penulti. lib. 6. Idem tenet Gui. de mon. laud. vbi supra super verbo priuilegio. Si de episcopis, seu alijs diocesanis, aut alijs inferioribus, tunc dicit Hostiensis hic, & Gof. & Ioan. Andre. in dicto. c. si propter, super verbo concedamus. q̃ non possunt talem gratiam concedere: pro quibus facit hoc. c. & ca. alleg. si propter. vbi papa concessit episcopo diocesi. illud priuilegium in sua diocœ. quod patet ibi in tex. quæ in tua vacabunt diocœ. & c. q̃ frustra concessisset si ipse episcopus auctoritate propria hoc potuisset: quia frustra precibus impetratur quod iure communi habetur. C. de thesauris. l. vnica. li. 10. Sed contra hoc videtur suprà de his, quæ fiũt à maiori parte. c. c. fin. & videmus quasi quotidie, q̃ hoc faciunt episcopi capitulis suis assignando beneficia vacantia vsq; ad certum tempus, ipsi fabricæ, vel mortuo, vel similibus pijs operibus. Pro tanto distinguit Huillielmus vbi. s. super verbo priuilegio. ¶ Aut quæris de episcopis, seu alijs diocesanis: aut de inferioribus, si de episcopis seu alijs diocœsanis, tunc Aut hoc priuilegium fit maximè per modũ statuti, pro aliquo pio vsu & necessario, vt in casibus prædictis: non tamen vtilitati vel mensę episcopi, vel capituli applicando, & tũc videtur q̃ ipse episcopus cum capitulo possint hoc facere ꝓ q̃ decimam vel aliam partem beneficiorum suorũ ibi possessorum posset episcopus, nedum cum maiori parte capituli, imo cum minori, cum fit in hac parte sanior, etiam inuitis alijs deputare, vt in dicto. c. fi. s. de his quæ fiunt à maiori parte capituli. Aut pro vtilitate mensæ suæ, vel sua: & tunc non possent sine expressa licẽtia papæ, vt hic, & in concor. s. alle. arg. extra, de rebus eccle. non alienandis. ca. si vna ecclesia. in clemen. Si de inferioribus ordinarijs: tũc aut quæris nũquid hoc possint facere saltem in beneficijs ad eos pleno iure spectantibus, sicut sunt dignitates, officia, prioratus, & aliæ administrationes ad eos immediate spectantes. & tũc videtur q̃ sic, cũ distinctione facta de episcopo & c. suprà. Aut in alijs beneficijs. & dic q̃ non, ꝑ præmissa. hæc. G. de mon. lau. Si quæris, quis possit indulgentiam concedere, seu gratiam specialem de fructibus vnius vel duorum beneficiorum percipiẽdis, tũc dic q̃ omnes qui possunt concedere generalẽ de omnibus beneficijs diœcesi. de quibus dictum est. s. Et vltra episcopus potest cum capitulo constituere ante collationem beneficiorum vacantium fructus vnius vel duorum beneficiorũ ex causa ad certum tempus in vsus suos conuertendis, prout legitur & notatur in d. c. vnico suprà vt ecclesi. benef. & vide quod ibi dixi.
4 ¶ Aut quæris de secundo. s. quæ beneficia in tali cõcessione contineantur, & tunc, aut quæris de beneficijs nõ ecclesiasticis, vt si moriatur clericus ad titulũ sui patrimonij ordinatus, & in talibus non habet locum hæc indulgentia cũ vendi possint, vt no. s. de præben. tuis. secundum Vincentium, Petrum, Abbatem, & Ioannem Andream hic, de hoc tamẽ vtrum. s. possint, vendi dic vt ibi. Aut quæris de bñficijs ecclesiasticis, & tunc, aut quæris quorum officiarij mutantur de anno in annum ad mutationem episcopi, vel qui aliàs sunt temporales non perpetui, & illa non continentur cum non dicantur vacare propriè, sicut dicitur de vicarijs temporalibus in extrauaganti Ioannis. 22. execrabilis. in fi. & facit infrà de consuetudine. ca. 1. in verbo perpetuo. lib. 6. quod dic vt plene no. Gen. extra, de officio vicarij c. vnico. & plenius in dicta extrauaganti, suscepti regiminis. in principio, super verbo ecclesijs. Aut de beneficijs intitulatis, quæ conferuntur perpetuo, & tũc aut quæris de episcopatu, & ille non continetur, nisi de eo expresse caueatur. argu. s. de concessione præbendæ, dilectus. secundum Vincentium, Petrum.
5 Abbbatem, & Ioannem Andream. ¶ Nec mirum quia episcopatus non est dignitas sed culmen dignitatis infra de offici. delegati. quia pontificali li. 6. de re iudicata. capi. vltimo, de hæreticis. capit. inquisitores. &. c. vlti. & de priuilegijs. capi. vlti. lib. 6.

Et quia

Et quia episcopus in sua à creatione habet subire multa onera & expensas: & ideo retinet sua priora beneficia vsque ad tempus de consecrat. epi. vt legi. & no. suprà de electi. cum in cunctis. §. 1. & infrà de elect. quam sit lib. 6. & sic non debet in tali indulgentia venire tanquam beneficium debitis oneratum vt
6 sequitur. ¶ Aut de alijs beneficijs, & tunc aut de beneficijs non limitatis nec formatis, hoc est de illis quæ sunt in ecclesijs vbi non est certus numerus præbendarum seu beneficiorum, & illæ non continentur, quia tale beneficium nascitur cum electo seu creato ad ipsum, & desunt cum defuncto suprà de præbẽ. dilecto. ergo non vacat vt ibi de concessione præben. ex parte Astẽ. Et idem si totaliter beneficium remoueatur supra de cõstitu. cum accessissen. secũdum abbatem hic & in hoc cõcordat Guiliel. de monte lau. in dicta extrauaganti. execrabilis. super verbo, in totum. in fi. versi. per primam autem rationẽ &c. Aut de beneficijs limitatis, & formatis, vt ecclesijs parochialibus, capellanijs, Archidiaconatibus, decanatibus, seu præbẽdis in ecclesijs in quibus est certus numerus præbendarum. & tũc aut de beneficijs iam creatis & formatis tempore datę concessionis huiusmodi aut de creatis, & formatis post. In primo casu refert, aut sunt talia quæ per ipsam vacationem esse desinũt, vt si beneficium de mensa alicuius prælati fuerit assignatũ: q̃ tunc reuertitur mortuo clerico ad mensam, sicut vsusfructus consolidatur proprietati supra de pignori. cum constet, & talia non continentur secundum Abbatem, & idem secundum G. de monte laud. in dicta extrauaganti, suscepti regiminis. super verbo, vacantium. Si ante concessionem talis gratiæ ecclesia alicua sit vnita alicui dignitati vel præbendæ post cessum vel decessum rectoris, iuxta decre. suprà de restitu. spoliatorum. cum venissent. & extra, de rebus ecclesiæ non alienandis. si vna ecclesia. in clemen. quia licet post talem concessionem moriatur rector vel cedat, non tamen continebitur ipsa ecclesia in dicta gratia suprà, de rescriptis. eam re. Aut sunt talia beneficia quæ per ipsam vacationem non desinũt esse: & tunc aut sunt debitis aggrauata, & illa non continebuntur, quia agris meis sitientibus alij irrigandi non sunt. C. de ser. l. præses. Imo si specialiter & expressim in talibus beneficijs esset talis gratia concessa, esset reuocanda, ex quo ecclesiæ esset damnosa supra de decimis suggestum. secundum abbatem. Aut non sunt debitis aggrauata, & tunc, aut quæris de beneficijs exemptis. aut de non exemptis. Si de exemptis, tunc dicit G. in dicto cap. si propter
7 tua. glo. 1. quod non comprehenduntur in tali indulgentia, argum. suprà de officio ordi. graue. vbi notat Goffr. ¶ quòd in generali mandato contra clericos destinato, non comprehenduntur exempti supra de priuilegijs. quoniam per confessionem. vbi idem innuit Hostiensis suprà de officio leg. post translationem. & sic tenet causa cellaria Romanæ curiæ secundum Goff. ibi. Sed in contrarium facit quod cum Papa gratiosæ agẽdo dicat indistinctè & nullum excipiat, videtur omnia beneficia includere, ad hoc suprà de officio delegat. venerabili. de maiorita. te & obedientia. solite. de præben. graue de priuile. quia circa, de sententia excommunicationis. nuper, 19. distinct. ca. 1. alias. 2. Ad idem quod legitur & no. suprà de testamentis relatum. iuxta princ. de coniu. leprosorum. c. vlti. in fin. ff. de tutelis. l. 3. in fi. Et facit quod no. Tancre. Ber. & Inno. suprà de præben. pro illorum. in prin. & compost. s. de rescri. c. abbatem. in glo. nunquid si &c. Nec potest negari qui talia beneficia sint in diœcesibus, licet non sint de iurisdictione episcopi impetrantis: sicut dicimus quòd aliqua sunt in bonis, aliqua de bonis. ff. de acqr. re. do. l. rem in bonis. ¶ Circa hoc credo dicendum quod, aut in
8 dulgentia vel priuilegium conceditur à papa, & tunc puto prout no. Io. And. extra de excess. præla. c. frequens. ad fi. versi. præterea interdũ. super verbo anni. in cle. quod si in priuilegio dicitur de beneficijs diœcesi. venient exempta. secus si diceretur de beneficijs sibi subiectis. Nec obstat. c. alleg. graue. quia aliud est quando officium ordinarij per literas apostolicas excitatur ad corrigenda crimina, vt ibi, aliud quando datur executor datur ad prouidendum vt quilibet extraneus vel sibi, vel pro ipso scribitur, vt ciuilibet vel pro quolibet extraneo. vt. s. de rescrip. c. abbatem. vt hoc notant compost. & Io. And. ibi, & Io. An. in d. c. si propter. in additionibus suis. Aut condeditur à legato, & tunc videtur idem per hoc quod no. Guil. de mon. lau.
9 in dicta extrauagan. suscepti. super verbo priuilegio, in fi. ¶ Vbi dicit q̃ solus papa, & legat⁹ de latere potest exẽptos astringere ad hoc. j. de offi. le. c. 1. li. 6. de verb. sig. c. veniens. e. li. Aut conceditur ab episcopo & ca. & tunc non comprehendũtur exempta per. c. alle. graue. & suprà de priui. ex parte abbatissę, sed nec beneficia exempta ad inferiores prælatos pleno iure spectãtia.
10 16. q. 1. in sum. &. c. de monachis & q. 2. visis. ¶ De alijs autem in quibus episcopi habent institutionem seu cõfirmationem, videtur quod possit episcopus cũ capitulo sicut de proprijs hæc statuere, cum plus habeat in talibus episcopus, quam patronus s. de offi. leg. dilectus. de priuile. cum & plantare. §. in ecclesijs. hæc Guil. Si quæris de non exemptis, tunc in concessione Papæ vel legati de latere continentur omnia tam minora quam maiora, puta præbẽdæ, personatus, dignitates, & alia vt hic. In concessione vero inferioris dic vt suprà, proxi. cum distinctione tamen, quia aut indulgentia generalis, vel priuilegium conceditur per verba non futuri temporis, sed præsentis dicẽdo, beneficiorum vacantium. &. c. aut per verba temporis futuri. Si per verba temporis præsentis, tunc aut ibi fit adiectio certi temporis, vt quia dicitur fructus beneficiorum vacãtium per tres annos, & tunc illa benefieia quæ ante tempus cõcessionis priuilegij vacare inceperunt, licet tempore cõcessionis adhuc sint vacantia & libera, non continentur, cum constitutio iuris publici vel priuati non extendat se ad præterita vel præsentia, nisi de his expresse caueatur in ipsa, in auth. vt cum de ap. cogn. in prin. col. 8. suprà de constitu. capi. fin. in fin. extra de iudi. dispendiosam. in fin. in cle. Vnde cursus illius triennij incipiet statim à tempore datæ concessionis. suprà, eod. abbate sanè. & de elect. capi. 1. si eo tempore. libr. 6. Aut ibi non fit adiectio certi temporis, vt quia dicitur fructus beneficiorum vacantium, vt est in dicta extrauaganti suscepti, & tunc continentur etiam illa quæ inueniuntur tẽpore concessionis liberè vacare, aliàs quã per adeptionem pacificam secundi, quia tũc etiam fructus primi non habebit, vt. j. de præben. si tibi concessor. lib. 6. Si p verba temporis futuri, puta fructus beneficiorum vacatutorum, vel quæ vacabunt, vel quæ vacare cõtigerit, vt fuit hic, & in dicto capi. si propter. tunc continentur duntaxat illa quæ post datam concessionis vacare ceperunt. non illa quæ tempore vacationis reperiuntur vacantia, secundum. G. de mon. lau. ibi. Sed contra istud vltimum membrum facit quòd no. Io. And. extra de con. præben. c. cum ei quem. §. secus autem. super verbo notitia in cle. dicens, quod illud vacabit quod vacãs reperitur. Vnde dicit lex quòd verbum oportebit, tam præsens quam futurum tempus significat. ff. de ver. signific. l. verbũ oportebit. & l. verbũ erit. Et aliud est dicere vacabit, aliud vacare inchoabit. Sed potest responderi quod ibi loquitur quãdo verbũ vacabit ponit in reseruatione, non in prouisione, vel ibi loquitur in forma pauperum, quæ est magis fauorabilis quam ista. ¶ Sequit̃ de
11 beneficijs creatis & formatis post datam concessionis, & tunc dicit Gui. in dicta extrauaganti suscepti. super verbo vacantiũ. in fi. quod aut causa priuilegij est de se extẽsiua in futurũ, sicut est in dicta extraua. & tunc respicit etiã futura, maximè in realibus, quæ quasi sunt fauorabilia. ar. s. de of. Arch. dilecto. vbi illa consuetudo ad monasterium, quod de nouo creatur se extendit. Et hoc credit verum, nisi fructus vel prouẽtus dictorum beneficiorum essent ad certos vsus pios deputati, puta ad victum sacerdotis, & suæ familiæ, vel certorum pauperum in hospitalibus vel monasterijs, qui vix de illis possent sustẽtari, nec habẽt aliàs vnde viuant, nisi suffragia mendicata. nam tũc non continẽtur. ar. s. de præben. significatum. extra de præbẽ. per literas. & de reli. do. quia contingit. Aut causa priuilegiũ est actu transiens, maximè in his quæ fauore personarũ fiunt. quæ quasi sunt odiosa, & tunc non respicit futura, arg. suprà, de constit. c. si. extra de rescriptis. c. literas. in clem. ꝓm Gui. vbi suprà, quia etiam de hoc notat extrà de vi. & ho. cle. c. quoniam, super verbo cõstitutionem cle. Si quæris, de tertio. s. quæ beneficia quo ad priuilegium seu indulgentiam huius dicantur seu reputentur vacantia, tunc refert secundum Gui. in dicta extrauagan. suscepti. super verbo vacabunt. ¶ Quia aliq̃d dicitur vacãs de iure
12 & de facto, & de hoc propriè quando à nemine occupatum est seu possessum: & ideo hæreditas iacẽs, vacare dicitur, nec in ea furtũ committi potest ex quo adita non est. ff. de furtis. leg. rei hæreditariæ. & de cri. expilatę hæredi. l. 2. Item de iure tãtum, non autem de facto: vt suprà de resti. spol. cap. 2. Item de facto tantum, non autem de iure. s. de concess. præbe. cum nostris. In primo casu hoc contingit multipliciter morte, renunciatione depositione, permutatione. Mors. n. naturalis omnia soluit, in tantum, quod etiam si statim miraculosè resuscitaretur, sicut fecit Lazarus, non recuperaret beneficium. imo caderet in dicta indulgentia. 32. quæstio. 7. licitè. Nec in beneficialibus aliquid de iure mortui ad successorem trãsmittitur, seu ius vnius cõtinuatur in alterum, nisi sola lis incepta prius cum mortuo, & hoc fit de quadam æquitate, nõ de rigore, Cum ius bñficiale à Deo personale sit, quod personam non transgreditur, imo

in succcessore per omnia ius nouum creatur suprà de præben. capitu.1.infrà,vt li. pen. capitu.si hi contra quos. in fin. libro. 6.8.quæstio.1.Moyses. Licet secus sit in successionibus hæreditarijs,in quibus successor secundus in iure primi succedit.ff. de iudic.tam ex contractibus.Et idem in iure proprietario realij,seu personali ecclesiastico,vt suprà de officio. delegati. quoniam Abbas,vt lite pendente ecclesia maximè vniuersali suprà de testibus significauerunt cum ibi nota. In alijs autem modis sicut in successione,& similibus,licet perdatur ius, dum tamẽ aliàs legitimè fiat: non tamen ipsa possessio, nisi hoc per sententiam iudicis declaretur: vel nisi euidenter appareat posi-
13 dentem habuisse pro derelicto facto vel verbo. † Cum semel posideus,semper possidere præsumatur suprà de priuileg. dum dum infrà de præbend.licet episcopus.de hæreticis cum secundum libr.6.institu.de rerum diui.§. fi.secundum. Goffred. de hoc tamen vtrum semel posidens semper præsumatur possidere vide per Ioann.& Archidiac.7.quæstio. 1. pontifices. per Bernard.suprà de restitut.spoliato.cum ad sedem.super verbo diutius.& ibi dixi.Vnde dicit Guilielm.quod illa quæ constat vacare de iure & de facto , cadunt in dicta indulgentia. idem in hoc Goffred.& Ioan.in dicto.capitu.si propter super verbo vacabunt.etiam si vacent per permutationem, cum ibi interueniat resignatio in manu prælati,vt infra, de rerum,permut. capitu.licet.libr.6.quod Guilicl.in dicto.cap.suscepti.credit verius de rigore iuris,sed de æquitate credit contrarium.Primò, per rationem.capi.infrà de præben.si tibi concessio.libr.6.Secundò, nam permutatio initium efficax non capit ex mutuo consensu permutantium sed ex traditione rei : nam antequàm habeas meam præbendam,& ego tuam non est completa permutatio.Licet secus sit in emptione & venditione, quæ habẽt initium efficax ex ipso consensu.ff.de rerum per.leg.1.§.item emptio . Si ergo adeptio sola rei permutatę hunc contractum perficiat, clarum est quod antea nihil quod possit dici vacans reperitur,cum sit in pendenti,nec etiam re adepta , cum sit iã possessum , & sic non inuenitur aliquod instans vel mẽmentum quo ista beneficia vacauerunt.Idem tenet ipse Guliel.,de mon.lau.& Gencel.extra de rerum permu.cap.ne concessione,super verbo resignata.in clem.dicentes,quod licet de rigore iuris fructus huiusmodi beneficiorum ad priuilegiatum spectent,de æquitate tamen scripta dictorum. capitu. si tibi concesso.licet ne concessione.secus erit,ita quòd æquitas illa scripta præferetur rigori.C.de iudic.placuit.suprà de transacti. ca. vltim.durum enim esset si fructuaretur fructibus primi beneficij & secundi.& hoc credo verius.Et idem quod in permutatione potest dici in translatione , siue mutatione quæ fit superioris auctoritate.7.quæstio.1.mutationes & capitu. scias scili
14 cet, quod non contineatur in indulgentia. † & si contrarium diceretur iam tales sic translati deciperentur, sine iure suo defraudarentur sine aliqua culpa sua , quod esse non debet 56.distinctio.satis peruersum.& hoc tenet.Goffred.in dicto.capi.si propter super verbo vacabunt.Sed Ioan.Andrea.ibi contra, cuius opinio potest esse vera in translatione quæ fit de voluntate,& ad instantiam translati.argumen.ff.de reg.iu.l. factum cui que,& l.quod quis ex culpa sua.Opinio vera.Goffr. in illa quæ
15 fit motu superioris,non ad instantiam translati. † Item beneficia commendata non censentur vacantia secundum Vincen.& Ioan.Andre.hic:idem Guiliel.naso Hostiens.Gar.Cardin.Go. & Ioan.Andr.infrà de electi.nemo deinceps.super verbo commendare.libro.6.quia iste titulus canonicus est sicut & alij.21. quæstio.1.qui plures suprà de elect.dudum.2. Item non censetur vacare si depositũ restituit episcopus: super quo vide quod no.de rescrip.quamuis libr.6.Quod intelligit Vincen. & Ioan. Andre. hic post eum hoc quando non inuenit locum occupatum ipse restitutus,aliàs secus . Illa vero beneficia quæ vacant de iure tantum non de facto:vel de facto tantum & non de iure,non cadũt in dicta gratia,per iura alle.Sed nunquid collecto res fructuum huiusmodi poterunt sine alio speciali mandato, posito etiam quod sint dati à papa,& sit eis data plena compulsio cum clausula,contradictores &c. beneficia quæ vacant de iure non tamen de facto, vocatis partibus declarare vacantia, & vt talia occupare . Et videtur quod sic cum executores gratiarum,& legatus sedis apostolicæ præmissa cum causæ cognitione hoc possint,& etiam simplex ordinarius, iuxta ea quæ l. & no.infrà de offic.le.capitu.officij. & de præben. licet episcopus.lib.6.Sed contrarium credit Guiliel.in dicta extrauagan.suscepti.super verbo collectores.nisi amplius continere,eorum litera quam officium eorum requirat,cum ad colligendum vacantia simpliciter dati sunt,& ad compensandum rebelles sup hoc,& res possessa per aliquem non dicatur plene vacare,dum tamen possessio sit aliquo iuris adminiculo fulcita , quia aliàs forsan secus,si possessio esset nuda,probatur suprà de resti.spolia.ex parte quod in fin.glo.de concess.præbend.cum nostris. & capitu.literas.Officium enim ad certum vsum datum non debet ad alium penitus diuersum extendi, vt suprà de ap. nouit in cõtrarium autem allegata in suis casibus specialibus locum
16 habens.† Sequitur de quartò scilicet,qui fructus veniant in tali indulgentia,& tunc refert,aut per indulgentiam seu priuilegiũ priuilegiatus debet percipere omnes fructus pro certo tempore,& tũc tenetur omnia onera ipsius beneficij supportare , puta onera iurium episcopalium soluendorum.& hospitalitatis, tenendæ suprà de suppl.negli.prælato.capi.sicut de præben.de monachis , & census ecclesiastici soluendi suprà de censibus capi.1.fabricæ & receptionis legatorum , & nunciorum sedis, apostolicæ.eodem.titu.cum instantia.& capitu.procurationes. Tum quia quælibet res transit cũ onere suo suprà de decimis,
17 cum non sit in homine.§.fina.† Tum quia nec fructus intelliguntur nisi deductis expensis.ff.solut.matri.l.fructus. de peti. hæredi.l. si à domino vel à patre.§.fin. & legibus sequen.C.de fruct.& lit.expen.l. 1.extra de sequestra.posses. capit. vnico circa princip.in clemen.Nullus enim casus interuenire potest qui hoc genus deductionis impediat.ff.fami.ercisciund.le. fundus qui dotis nomine.secundum Hostiens.hic : pro quo est casus, hodie in dicta extrauagan.suscepti.§.nullis verò verficul. quod
18 si alteri.† Aut per indulgentiam vel priuilegium debet percipere partem fructuum tantum,puta decimam, vel etiam dimidiam,& tunc non ipse sed beneficiatus seu alius percipiens aliã partem,tenebitur omnia onera supportare,vt in dicto.§.in illis vero.quod dic.vt ibi per Gencel.super verbo alijs oneribus. Sed nunquid isti priuilegiati seu collectores fructuum , poterũt suo tempore scindere nemora cedua,vel alia, vel pulchras arbores , vel euacuare stagna de grossis piscibus p multos annos nutritis.videtur quod sic, quia quicquid fructuum nomine vtiliter suo tempore euenit , totum suum est oneribus supportatis,vt in dicto.capi.præsenti.§.porro. Cõtrarium videtur quia sine quibus deterioraretur proprietas non cadunt sub fructuum nomine,vt.ff.de vsufru.l.ex Sylua. & l.sed si grandes.& l.arboribus in princip.de censibus.l.forma.Videtur dicendum secundum Guiliel.in dicta extrauag.super verbo collectores , in fin.quod magna nemora, & arbores non ceduas , non vastabunt,nec etiam cedua , vel stagna. nisi quatenus augmentum seu emolumentum eorum tempori. Istis competenti poterit adæquari ,ad instar mariti fructus dem doris lucrantis argum. ff.solu.matrim.l.diuortio.in princip.& §.non solum. Itẽ si contingat in primo anno bis vacare beneficium,ille cui primi anni fructus competunt,habebit fructus à tempore primæ vacationis,vsque ad secundam & à secũda per totum annum completum per.l.ff.ad turpil.l.in senatus.§.vltim.vt no. Guiliel. in dicta extrauagan.super verbo.aut alterius . idem in simili not. Ioan.Andr.suprà de electio.cum in cunctis.§.clerici. super verbo triennium vbi de hoc plene.& extra de magistris.cap.cum sit nimis super verbo sequentes in cle. Pro hoc etiam facit.ff. ad.l.aqui.ita vulneratus.de mili.testamento.l.quod dicitur.§.1. deleg.1.l.huiusmodi.§.cum pater pro filia.de carb.edic.le.3.§. fin.& l.sequen.de re iudic.l.4.§.si quis condemnatus. in fin. ad l.Iul.de adul.l.mariti.§.præterea.& j.de cẽsibus.c.fœlicis.§.adijcientes.libr.6.Licet sint argumenta contra.ff.solu.matrim.l.diuortio.§.quod in anno.de no.oper.nun.l.de pupillo.§.si in pluribus.ad turpil.l.1.§.si plura.cum ibi alle.& contra id quod no-
19 tat ipse Ioan.Andre.in dicto.cap.facit,quod par delictum pari pœna puniri debet.c.de epis.& cler.l. si quanquam in fi. in aut. vt fratrum filij. §. fin. colla.9. 24.quæstio.1.non auferamus in fin.infrà de pœnis.capitu.fœlicis.§.præmissis.libro.6.Sed non obstant,quia hic & in glo.prædict.Ioann.Andre.loquimur de perceptione diuersorum iurium seu impune diuersarum pœnarum temporalium,seu ad tempus, quæ per concursum , & confusionem temporis confunduntur pro rata temporis concurrentium,& coincidentium,secus in contrarijs.Et istam distinctionem potes extẽdere ad fructus beneficiorum debitos alicui ad certum tempus de consuetudine vel statuto , vt le.& not.tu dicta extrauagan.suscepti.† Et est aduertendum vtrum tempus adijciatur vacationi an perceptioni,facit suprà de priuileg.porro.ff.de transact.l.de his.Nam in primo casu priuilegiatus habebit fructus primi anni beneficij vacãtis vltima die biẽnij, & sic in tertio anno fructus percipiet, in secũdo secus, quia finito biennio finitur perceptio,vt hoc not.Ioan.Andr.in d.c.si propter.super verbo quinquennium.in nouella.

1 *Institutio extra numerarij an valeat.*
2 *Receptio extra numerum in mulierum monasterijs non valet.*
3 *Capitulum an dignitatem constituat.*
4 *Episcopus præbendam auget.*
5 *Contrariorum non semper eadem disciplina.*

II **Transmissæ.** Ad euidentiam glo.2.† Si quæris vtrum receptio, vel institutio personarum in ecclesijs, vltra quam possint de ipsarum facultatibus seu prouentibus absque penuria sustentari,valeat vel non,ipso iure , distin-
2 gue vt dixi.ẽ.de præ.dilecto.distin.2.in prin. † Vnde regulariter valet receptio, præter quam in monasterijs mulierum ordinũ non mendicantium , vt.j.de statu regularium.ca.periculoso.§. fane.lib.6.vbi de hoc per Cardi.& Ioan.And.

3 **Super eo.c.** Ad declarationem gloss. hoc etiam indicit alias inducit. † Si quẽris capitulum possit dignitatem nouam constituere,vel iam constitutam tollere vel præbendas,seu numerum præbendarum augmentare , seu diminuere in ecclesia,distingue vt dixi.ẽ.de constitutio.capit. ex parte.distinct.1. Vnde dicunt Vincen.Gofr.Hostien.& Io. And.hic quod ad Papam est in talibus rec urrendum, quod verum est,ex quo hoc sibi retinet vt hic dicit,& arg.ẽ.de iure Patro.cum dilectus de appel. vt nostrum . in fine.vt lite pæn.ec-
4 clesia.2.primo responso. † Alioquin Episcopus de consensu capituli de his poterit ordinare, quod dic vt not.in dicto.capi.ex
5 parte.& de vi.& hone.cle.quoniam.† Et not.hic quod contrariorum non est eadem disciplina, vbi verba & mens resistunt, concordat.suprà de offic.lega.studuisti.& not.Ioan.Andr. extra de senten.excom. capitu.ex frequentibus.§. nos igitur . super verbo obseruare.in cle.

1 *Regulæ descriptio.*
2 *Regulæ significationes.*

De regulis iuris. Rubrica.

1 ¶ Regula est quæ rem quæ est ,breuiter enarrat. vt.ff.eod.l. 1.Et quod modis constituatur,vide per dynum.j.eo.in rubrica.lib.6.Et qnot modis dicatur regula,vide per Archi.3.distin.
2 canõ.† vbi dicit quod vno modo dicatur regula.i.specialis norma viuendi.54.distinct. multos.in fin.61.distin. bene nouit in fin.Item regula, id est virga.i. quæst.4.§. item pro peccato ciuium. Item sumitur regula pro iure communi.58.distin.ca.1. Item pro regula ecclesiastica.47. distin. quoniam.1.q.2. saluator.ver.alioquin.& quæst. 1.si quis Episcopus.Item dicitur regula diffinitio compendiosa rerum vniuersitatem complectens.6.q.1.quæro &c.

1 *Res an dissoluatur per causas per quas nascitur.3.5.*
2 *Obligatio solutione tollitur.*
4 *Voto de obligatio quæritur.*

1 **Omnis res.** Si quæris vtrum omnis res per quascunque causas nascitur , per easdem dissoluatur,distingue.† Aut quæris vtrum per easdem causas in numero, vel in specie dissoluatur,per quas nascitur & dic quod non.Vnde cõstat quod per eadẽ verba in numero, vel in specie per quæ contitur matrimonium,de quibus supra, de spon.capi.si inter virum.primo.responso. & de sponsa duorum. capit.licet per eadem non dissoluitur,nec pec eadem per quæ contrahuntur spõsalia,de quibus in dicto.ca.si inter.§.verum si inter.per eadem, dissoluuntur,nec vt supra.de spon.capitul.2.& idem in alijs.C. quando licet ab emp.disce.l.1.&.2.Et est ratio,quia eadem causa.vel res non potest parere, seu inducere duos contrarios effectus, vt.ff. de cõdi.inde.l.cum is.§.1.de solu.l.qui hominem.§. fina.de condi.& de.l.cum tale.§.fina.26.distin.deinde.ẽ. de baptismo.maiores.& hoc tacite notauit lex.ff.eod.l. nihil tam naturale est quam eo genere &c.quasi dicat nõ eadem specie.Aut quæris vtrum dissoluatur per easdem causas in genere.i.per cõtrarias eiusdem generis,sicut obligatio verborum verbis contrahitur.ff.de ver.oblig:l. 1.& insti.de verb. obli. in prin.& verbis.i. acceptilatione dissoluit insti. quibus modi tol.ob.§. item per acceptilationem.& tunc.Aut quæris vtrum dissoluatur per eaidem causas.i.cõtrarias eiusdem generis, per abnegationem. alterius modi dissoluendi , hoc est quod alio modo dissoluí nõ potest,& dic quod non est verum,vnde obligatio quæ consen-
2 su nata est,vetbis.i.acceptilatione dissoluitur , sed non natura sui sed pacti.vt.ff.de rescin.ven.l.cum emptor.† Itẽ omnis obligatio tollitur solutione eius quod debetur , sed non omnis sic contrahitur,insti.quibus mo.tol.ob.in prin.Item & confusione tolluntur,vt.ff.de fideicom.l.hæres.& l.generaliter. & pecu lium sola voluntate reuocatur & dissoluitur,sed non constituitur sola voluntate.ff. de pecu.l. non statim & hoc notauit lex quãdo dicit fere.ff.eo.l.fere quibuscunque vt notãt Ber.& Ho.
3 hic, & in glo.in dicta.l.nihil tam natnrale.† Aut quæris vtrum dissoluatur & dissolui posit per easdem causas.i.cõtrarias eiusdem generis nedum per alium modum , & tunc refert . Quia quædam sunt res vel actus in quibus contrarius actus cõgruus interuenire non potest,sicut patet in baptismo, in ordine , & in alijs similibus sacramentis,quæ semel admissa.i.recepta nũquam amittuntur.1.q.1.quod quidam.ẽ. de diuor. quanto.§. nam & matrimonium.& ar.15.q.7.capitu.Episcopus sacerdotibus.& c.felix. Et in sigillo virginitatis , quod econuerso semel amissum nunquam recuperatur,quia nec contrarius actus congruus interuenire posset.32.q.5.si paulus. Patet etiam hic, vbicunque character imprimitur siue spiritualis vt probatum est,siue corporalis vt per se patet,& not.ẽ.de schismatis.c.1.& de crimine falsi ad nostram.& talis res vel actus per causas contrarias seu actus contrarios non dissoluuntur vt in iuribus alle.fm ho. hic. Quædam vero sunt res vel actus in quibus contrarius cõgruus interuenire potest,vt in contractibus & similibus , & tunc Aut contractus , vel actus non stat in finibus seu terminis suæ natiuitatis,seu in esse productionis,sed procedit ur vltra,puta ad traditionem vel executionem, & tunc nõ dissoluitur per causas contrarias:vt.C. qñ licet ab empt.disce.l.1. in fi.& l.2.ff.de pactis.l.ab emptione.& ẽ.de trãsla.Episcopi.c. 2.& §. sicut autẽ . Aut stat in finibus suæ natiuitatis seu in esse productionis,& tunc aut ex tali contractu vel actu sic nato seu in esse producto ius alteri quæritur quã contrahenti,vel in esse
4 producenti,& tunc non dissoluitur per easdem causas.† vt patet in voto,vbi Deo acquiritur obligatio.ẽ.de voto.c.licet. & c.magne.§.1.ver.sane. Et in matrimonio spirituali scilicet religionis saltẽ post lapsum anni.ẽ.de regula. statuimus. Et in Episcopali post confirmationem.ẽ.de trãslat.Episcopi.c.2.§.sicut autem . & ita potes intelligere omnia iura, seu omnes casus in quibus quis potest ligare,& non soluere,vel ecõtra,de quibus. ẽ.de ma.& obe.cum inferior. & ẽ.de sen.excom. tua nos.& ca. conquesti . & in quibus ius ligandi vel soluendi deuoluitur ad
5 superiorem. † Aut ex tali contractu vel actu non quæritur ius alteri quam contrahenti,vel in esse producenti,& tunc vera est regula quod omnis res eo genere dissoluitur quo nascitur , vt hic, & ff.eod. nihil tam naturale.& l.omnia quæ iure.& l.fere quibuscunque.ff.de solu.l.prout quisque . Vnde sponsalia tam corporalia quam spiritualia,sicut solo consensu contrahuntur, sic & solo dissensu dissoluuntur,vt le.& not.ẽ.de sponsa.capit. 2.& de transla.Episcopi.capi.2.§. 1. Item sicut possessio acquiritur corpore & animo,vt.ff.de acqu.pos.l.possideri.& eodem modo amittitur.ff.de acqui.pos.l. quemadmodum. Sed contra in dicta.l.possideri.§.in amittenda.sol.secundũ Ber.Vin.Tan. Phi.& Goffre.animo amittitur ciuilis possessio,ciuilis vero & corporalis non,vt in illa.l.quemadmodum . Tu vero dicas secundum Hostien.& Ioan. And.quod omnis possessio solo animo amittitur,si possidẽs ab animo incipiat,vt in illo.§.in amittenda.Si vero incipiat à corpore,vtrunque requiritur , vt in dicta.l.quemadmodum. & sic in primo cãsu fallit regula secundum Hostiens. Sed dic quòd non fallit,quia non negat quin per alias causas vel modos dissolui posit, vt est dictum , & dictam solutionem Hostien. ponunt Ioan.& accur. in dicto.§.in amittenda.

Stote. Ad euidentiam huius.capitu.& materiæ suæ . Si quæris vtrum facta vel gesta debeant in peiorem partem interpretari , distingue vt dixi.ẽ.de cle.non resi.cap.non liceat.

Super eo.c. Si quæris quando incertitudo , obscuritas,vel ambignitas,interpretatione indigens,reperitur qualiter, & contra quem fit interpretatio faciẽda,distingue vt dixi.ẽ.de sponsali.capitulo,ex literis.

1 *Scandalum quando vitandum.*
2 *Veritatis diuisio.*
3 *Veritas pœnarum ob scandalum omittitur.*

QVi scandalizauerit. Ad euidentiā huius.capi.&
gloss.2. Si quæris quando scandalum est vitandū,
& quando non, distingue vt dixi.ṡ. de renun.nisi
cum pridem.distin.2.& de no.oper nun.cū ex ini
uncto.dist.1.& glossā similem huic ponit Ber.ṡ.de renun.sane
glo.ar.quod & c.De hoc etiam notan. Host.& G.& Io.an.j.
de of.lega.cap.officij super scandala.lib.6.vbi dicunt quod scan
dalum vitandum est dummodo Deus nō offendatur. nā Chri
1 stus sapientia est,iusticia,veritas,sanctitas,fortitudo.1.†quest.
3.extimant.alias scandalum vlterius tolleratur, vt hic & secun
dum hoc dicunt intelligendum dicta.capi.nisi cum pridem.§.
pro graui,& cum ex iniuncto. de præsc.nihil. & de voto ma-
2 gne.De hoc etiam notat Guliel.de mō.lau. extra de immu.ec.
cap.quoniam.in cle.†dicens,quod quædam est veritas iusticię,
quæ spectat ad iudicem,& ista triplex quædam veritas iuris na
turalis,quæ in lege & in euangelio continetur,quę non est pro
pter euitandum scandalum dimittenda,vt hic.Et veritas iusti-
ciæ iuris positiui quam quidem lator canonum potest desere-
re & debet vt scandalum euitet, & ex causa temperare & con-
trarium statuere,vt in dicto capit.quoniam & supra,de voto.
capit.1.& hoc propter scandalum dimittitur.Item primā non
tollit consuetudo,sed hanc bene tollit.ṡ.de consuetudine.cap.
vl.quod intellige ex causa maxima alias non:vt.ṡ. de re iudi.ca.
cum æterni.in prin.lib.6.de accusa.qualiter & quando.i.maxi-
mè in iure indispēsabili, & per cuius violationem ius tertij vio
laretur vt hic. Est & tertia disciplina.i.correctionis & doctri-
nę,& hæc pertinet ad prælatum, tamen hæc quandoque omit
titur propter scandalum.puta quia multitudo est in causa.ṡ.de
renun.nisi.§.pro graui.& de tempori.ordi. sane.50.distinct. vt
constitueretur.vbi de hoc. Et intelligas quando multitudo ex
auctoritate sua non defenditur,alias contra vt le.& no.44.dist.
comessationes. Quod etiam intelligas verum de veritate ipsa
3 vt hic.†secus de veritate pœnarum.vt in c.comessationes.quę
propter scādalum omittitur vt dictum est in casu in quo non
cadit compensatio vel compositio vbi non curatur de scanda
lo.ṡ.de transac.ex parte.

1 *Necessitas excusat in factis sine consensu.*
2 *Necessitas non excusat in damnatis lege diuina.*
3 *Necessitas excusat in damnatis iure ciuili.*

QVod non est licitum. Si quæris quę, & in quibus
necessitas excusat,distingue.Aut quæris vtrum ex-
cuset à furto vel à rapina,& dic vt dixi. suprà de fur
tis.cap.si quis per necessitatē. Aut à participatione cum excō-
municatis,& tunc dic vt dixi.ṡ.quod metus causa.sacris. Aut
à fractione ieiunij,& tunc dic vt le.& not.ṡ.de obser.ieiu.cap.
2.& vt dixi in cap.consilium.Aut ab homicidio,& tunc dic vt
dixi.suprà.de homici.capi.2.& cap.sicut dignum di.pe. Aut ab
1 alijs,& tunc,†aut quæris de his quæ fiunt de necessitate abso-
luta & præcisa non inducente aliquem consensum, & talis ex-
cusat,quia non debet dici quis perpetrasse, quod nolens fecit,
vel passus fuit.nec debēt imputari quæ per arctationem abso-
lutam fiunt, vt plene le.& not.32.quæst.5. ita ne.cum concor.
alle.ibi in gl.fi.Et ſm Aug.peccatū est adeo voluntariū q si nō
est voluntarium non est peccatum.15.quæst.1.§.1.& c.1.& 2.
Aut de his quæ fiunt de necessitate causatiua inducente con-
2 sensum,& tunc † Aut quæris in his quæ sunt damnata lege na
turali,vel diuina vt Christi negatio,homicidium,adulterium,
fornicatio,& similia, in talibus nulla necessitas inducens con-
sensum excusat. Quia potius debet quis quęlibet mala tolera-
re,quàm malo consentire,vt in dicto.cap.ita ne.11.quæst.3.ex
timant.3 12.lotharius. Non enim est ignoscendum ei, qui ob-
tentu paupertatis turpissimam vitam elegit.ff.de ritu nup.l.pa
lam.§.non est Fallit in his in quibus ecclesia potest dispensare
& dispensat,quod dic vt le.& not.de con.distinc.3.peruenit ad
3 me.& de ferijs,licet.de pœnis.licet.† Aut de his quæ sunt dā-
nata lege canonica,vel ciuili, & tunc regulariter necessitas ex-
cusat vt.ff.C.& ṡ.quod metus causa, per totum.de consuetudi
ne quanto.de obser.ieiu.cap.2.cum multis concor.alleg. hic in
gloss.1.& j.c.proxi.Et per istum textum dicunt Lau.& Archi.
21.di.denique. quod si subdiaconus, vel accolitus vult legere
lectionem absente sacerdote, poterit ei diaconus benedicere.
articu.93.distin.diacones.ṡ.de vita & hone.cle.cap.3.

2 *Annuarum pensionum solutio pacificè diutissime facta ius tribuit.*
2 *Solutio diutina violenter extorta non præiudicat.*
3 *Subditis in dubio contra dominos fauetur.*

QVod latenter. Hęc litera est satis ex-
pressa contra ciuitatē
& dominos tā ecclesiasticos quam tempora-
les,qui violenter consueuerunt occupare loca,
talias,& exactiones,& annua seruitia extorque
re.Ad idem.1.q.1.nullus.10.quæst.3.quia cognouimus.de cen
1 sibus peruenit.de immu.ec.nō minus.& c.aduersus.† Vnde &
si dicant quod talia perceperunt à tempore cuius non stat me
moria, attendendum est vtrum gratis, pacifice, & quiete hoc
perceperuut & habuerunt,& tunc videtur pro eis sententian-
2 dum supra tit.proxi.super quibusdam,cum suis concor.† Aut
clam & violenter seu alias illicitè,& tunc videtur cōtra eos sen
tentiandum vt hic, cum suis similibus,& super hoc inuenies
multa iura pro & contra no.ṡ. de censibus peruenit,quod hoc
modo potes cōcordare. In dubio vero videtur pro subditis iu
dicandum,est enim præsumendum quod potius hoc præstite
rint inuiti quam voluntarij ar.ff.de proba.cum de indebito.§.
si vero ab initio.de dona.l.filiusfa.secundum Hostien.& Ioan.
Andr. post eum. Et in hoc concor.quod notat Inno.supra de
præscrip.si diligenti.gloss.mirum videtur.versi.item no.quod
& Spec.titu.de prælcri.ver.sed vbi potius ex timore. & Ioan.
Andr.j.de præscri.capitu. Episcopum. libro sexto in nouella.
& Archid.18.q.secunda seruitium.

1 *Quæstionis descriptio.*
2 *Quæstio quando decernenda.*
3 *Iudicia ad quæstionem sufficientia.*
4 *Quæstio in quibus causis decernenda.*
5 *Quæstio quibus decernenda.*
6 *Confessionis in quæstione factæ,effectus.*
7 *Tortus semel an iterum torquendus.*
8 *Quæstio vt decernatur,requisita.*

CVm in contemplatione. Ad eui dentiā
materiæ huius.cap.si quæris quid sit quæstio,quid
tormentum,quando possit ad quæstionem seu to
rmenta procedi, & in quibus causis,& quid sit effe
ctus confessionis habitę per tormenta,& vtrum semel tortus
possit iterū torqueri,distingue.† Aut quæris de primo.s.quid,
1 sit quæstio,& dic quod quæstio est inquisitio quæ fit ad eruen
dam veritatem per tormenta,vel breuius,quæstio est veritatis
inquisitio per tormēta,vt.ff.de iniurijs.l.item apud labeonem.
§.quæstionem.ad sil.l.1.§.quæstionem. Tormētum dicitur do
lor corporis,& in mala mansio,vnde & iniunia sunt tormenta
vt not.in clem.de hæred,capit.1.est ergo tormentum torquēs
2 mentem,dictum à torqueo torques.†Aut quæris de secundo,
scilicet quando possit ad quæstionem seu tomenta procedi, &
dic quod quando duo concurrunt quæ requiruntur ad hoc vt
homines possint torqueri. Primum est quod veritas alijs pro
bationibus probari non possit, cū quæstiones sint in subsidiū
introductę,vt.ff.de quæstionibus.l.diu⁹.& C.de quæstionibus
l.milites.& l.quotiens.5.quæst.5.illi qui.Secundum est, quod
de facto illo procedant indicia vt hic, & in dicta.l.milites.& ff.
de quæstionibus.l.1.& l.vnius.§.in ea causa.& l.fin. Et quod di
xi indicia Bernar. hic & Ioan.15.quæstio.6.in summa.dicunt
præsumptionem seu suspicionem.† Quæ autē indicia sint suf-
ficientia nō potest.l.determinari,sed examinationi & arbitrio
iudicis relinquuntur. circunstantijs pensatis & visis,quæ præ-
sumptionem & suspicionē faciunt,vt fama, inimicitiæ, minę,
fuga,& his similia.ff.de testi.l.3.§. tu magis scire potes. Licet
quidam dicant quod ea quæ faciunt semiplenam probationem
sunt legitima indicia, de quibus le.& not.C.de iureiur.l.in bo-
nę fidei.ṡ.de iureiur.c.vlt. Vnde & si dicatur quod vnus solus te
stis in criminalibus nō faciat semiplenam probationem, iuxta
not.ff.de excusa.tu.l.2.faciet tamen competens iudicium,secū
dum Azo.in sum.de quæstionibus quod intelligo dummodo
alię,circunstantiæ non resistant.Et sic etiam soluitur.ff.de quę
stionibus.l.maritus.nā ibi nō fuit quæstio reprobata,quia vnus
testis non faceret indicium,sed quia ancilla in pecuniaria cau-
sa non debeat etiam indicijs præcedentibus in dominum tor
queri,vt ibi etiam not.G.in gloss.pe.& patet.C.de quæstioni-
bus.l.1.Sed quod dictum est quod præcedere debeant indicia,
fallit in casibus in quibus serui torquentur cōtra dominos,qui
leg.&

leg.& not.C. de quæstionibus.l.1.& 12.quæst.2.ca.quæstionē.
Item cum maritus dicitur vxorem occidisse,vel econtra.C.ad
l.cor.de sica.l.vl.Item cum agitur de domino occiso,vt.ff.ad sil
lanianum.l.& si percussor.§.1.& hoc not.Ioan.in d.capi.quæ-
4 stionem.†Aut quæris de tertio.s.in quibus causis,& dic breui-
ter quod dicēdum est quod tam in criminalibus quam in ciui
libus causis potest procedi ad quæstionem,vt.C.de quæstioni-
bus.l.3.& l.pridem.placuit.& l.cum testamentum . Et in hoc
concordat Hostien.hic, dicens quod in foro ecclesiastico lo-
cus est quæstioni non solum de laicis,sed etiam de clericis vili-
bus tamen & suspectis,dūmodo ex causa fiat,& quod fit quæ-
stio moderata.ar.in eo quod le.& not.ṡ.de crimine falsi ad au-
dientiam de raptoribus in archiepicoscopatu. Et hoc etiā ve-
rum est non solum cum de crimine quæritur, sed etiam si de
pecunia agatur.ar. hic & in eo quod leg. & not.suprà deposi.c.
5 1.†Aut quæris de quarto.s.qui homines possint torqueri,& ad
uersus quos, & tunc refert, aut quæris de laicis,aut de clericis.
si de laicis,tūc aut sunt liberi, aut serui. Si liberi,aut sunt in di-
gnitate constituti,& tales nō torquenē.C. de quæstionib.l.mili
tes. & l.diuo marco.& facit.45.di.cū beatus.Per hoc dicūt qui
dā idē in clerico,cū miles cœlestis sit.ṡ.de cle.ægro.c.1.alij spi-
ritualiter id putant de presb. per.l.presbyteri.C.de Epi.& cle.
canonizata.5.quæst.6.ca. quia.§.presbiteri.Sed Hu.dicit etiam
presbyterum suspectum torqueri & lex illa loquitur de non
suspecto,vel coram iudice laico.cum enim sacerdos fortius a-
lio peccet in celando dicenda vel in publicando celanda.supra
de excessi.prela.quam sit graue.10.q.7. sacerdos. ergo priuile-
gium in hoc perdet. Quod dixi in militia vel dignitate consti
tutos non torqueri,fallit in certis criminibus,vt læsæ maiesta-
tis, proditionis, & similibus, vbi etiam minor ætas non iuuat.
ff.de re mili.desertorem.§.is qui.& l.proditores.de quæstioni-
bus de minore.& l.ex libero. Torquetur etiā decurio in casu.
C.de falsis.l.si quis decurio.Aut non sunt tales,& tunc, aut pe-
tuntur torqueri in seipsos, aut in alios, si in seipsos tunc, aut in
ciuilibus causis, & non possunt, aut in criminalibus causis, &
tūc si illa duo interueniūt de quibus.ṡ.dixi.s. qđ alijs probatio
nibus veritas non possit haberi, & quod legitima sint indicia,
tunc possunt torqueri vt.C.de quęstionibus.l.3.& l.milites.2.
respon.Si quæris vtrum possint torqueri in alios tanquam te-
stes,refert,aut est vilis persona,& tūc siue in criminalibus,siue
in ciuilibus non recipitur nisi cum tormentis.2.quæst.1.in pri
mis.in fine.4.q.3.c.si testes.§. si ea autem rei, quæ est lex.ff. de
tesl.l. ob carmen.§.2. & secundum quosdam demum in subsi-
dium,in aut.de testi.§.1.col.7.Aut non est vilis persona, & tūc
potest torqueri si duo interueniunt.s. quod vaciller. facit.ṡ.de
pœnis super his & quod interfuerit facto.ff de quæstionibus.
ex libero.& l.vnius.§.1.& 2.facit.ṡ.de testi.cogē. super eo.nisi
improbetur.Aut propter habilitatem personę,vt quia minor,
vt in d.l.ex libero.& eo.titu.l.de minore. Aut propter inimici
tias,aut propter aliquam aliam considerationem: vt.ff.de quæ-
stionibus.l.1.§.præterea.& §.idem est in homine.Si sunt statu
liberi,tūc dic idem quod in liberis dictum est.eo.l.statu liberi.
Si sunt serui tunc, aut petitur seruum torqueri contra extra-
neum qui non est dominus, nec vnquam fuit:aut contra domi
nū præsentē vel præteritū.Si contra extraneū,& tunc torqueri
pōt præcedentibus tamen indicijs, & in subsidium vt.ṡ.dixi.
Si cōtra dominum refert, aut seruus interrogatur de facto cō
muni domini & serui;& tūc torqueri pōt: vt.C.de seruis fugi.
l.quicunq;.§.vl.ff.de edi.edi.l.quæro.§.vl.& de quæstionibus.l.
1.4.q.4.c.si testes.§.itē serui. Aut interrogatē de facto extranei
& tunc,aut dubitatur in dominio, & tūc ratione dubij potest,
vt in d.l.cum testium.C.de quæstionibus.C.de rei ven.cū su-
per.Aut certum est quod dominus vel fuit,& tunc refert, aut
petitur seruus contra dominum in causa pecuniaria,& nō po
test,vt.C.eo.l.1.in fin.Aut in causa criminali, & tunc non po-
test exceptis quibusdam criminibus enumeratis.C.de quæstio
nibus.l.1.in textu & glo.l.in crimine adulterij,fraudati census
læsæ maiestatis,principis,republicę,vel illorū qui ad latus prin
cipis militant,vel si coniunx coniugem, vel socium occidisse
dicatur.Quod de domino dixi,intelligas de singulari, seruus
enim vniuersitatis vel corporis contra singulos de vniuersita-
te,vel corpore torquetur:quia non singularium sed corporis se
ruus est.ff.eo.l.1.§.seruum.12.q.2.ca. Episcopus.§.qui manu
mittitur.Item quod dixi de seruo intellige de illo qui tempore
accusationis inchoatę meus erat,secus si post ea meus esse inci
6 piat.ff.de quæstionibus.l.1.§.sed cum.†Aut quæris de quinto.
s.quis sit effectus confessionis habitę per tormenta, & vtrum
fidem faciat,& tunc refert,aut vltro perseuerat in confessione
sua,aut non.Si vltro perseuerat in confessione sua:tunc aut cō
tra seipsum & tunc sibi præiudicat, vt.ff.de quæstionibus.l.1.
§.si quis vltro.talis enim ore suo iudicat causam suam, sicut di
citur de Papa.21.dist.c.nunc autem.ibi tuo ore iudica causam
tuam, non nostro iudicio &c. Aut est confessus contra alium,
& tunc est respiciendum an persona talis fuerit quæ potuit su
stinere tormenta,vt.ff. de quæstionibus.l.1.§. quæstioni. & de
edi.edic.l.quæro. in fin.Si non perseuerat vltro in confessione
sua tunc non valet, vt.ff. de quæstionibus.l.1.§.diuus Seuerus.
& §.si quis vltro.Sed forte fallit in casu quem no.gl.ff.de adu.l.
capite quinto.gloss.si.Et dic quod dicitur quis vltro perseuera
re in confessione,quando non territus tormentis hoc facit, &
hic quando est extra locum tormentorum ita quod ea non vi
deat,alias si est prope, & videt tormenta semper præsumitur,
in tormentis confiteri, vt.ff.de incendio ru.nau.l.1.§.incēdio.
7 †Aut quæris de sexto.s. vtrum semel tortus possit iterum tor
queri,& dicit Odof.quod sic,si noua indicia emergunt,vt quia
dicit tortus quod fuit solus,& reperitur contrarium, vel simi-
lia alias non.Vnde dic quod si sit alia coniectura de nouo,quòd
possit fieri repetitio tormentorum.arg.ff.de quæstionibus.l.re
peti.& l.vnius.§.1.de dam.infec.l.qui bona.§. si quis stipulatu
rus.in aut.vt iudi.sine quoquo suf.fiant.§.si autem vbi dicitur
& non quiescant &c.Alias sufficit semel arg.ff.de versi.sig.l.bo
ues.§. hoc sermone. Et quia sic est in teste.ff.de testibus.l.pro
duci. licet aliqui iudices hoc male seruent. pręmissa in effectu
ponit Cynus.C. de quęstionibus.l.fin.& Ioan.An.hic post eū.
8 †Ex premissis potes elicere breuiter quod ad hoc vt possit pro
cedi ad quæstionem, & vt confessio facta in quæstionibus va
leat octo requiruntur.Primum quod præsumptiones vel suspi
ciones præcedant,vt.ff.de quæstionibus.l.1.in princip.& C.de
quæstionibus.l.1.& l.milites. Secundū quod deficiant alię pro
bationes.ff.de quæstionibus.l.edictū.& l.diuus. Tertiū, quod
fiat in genere.ff.eodē.l.1.§.quæstionē.& intellige vt ibi. Quar-
tum, quòd præcedat cognitio & interlocutio iudicātis de quę
stionando. quod intellige quando agitur ad instantiam partis,
quia tunc præcedere debet interlocutio.de ap.reci.l.2. sed quā
do agitur ex officio non requiritur tanta solennitas nec inter-
locutio.ff.de quæstionibus.l.vnius.in fi.Quintū, ꝙ non sit per
sona priuilegiata.C.eo.l.milites.& l.diuo.& l.decuriones.Sex-
tum,quod respondeat ad interrogata, ar.ff.de quæstionibus.l.
vnius.§.si vero.& l.1.§.si quis vltro.& §.diuus.Septimū, quod
sit habita quæstio in casu nō prohibito, vt.ff.de quæstionibus
l.diuus.§.ex quibus causis.Octauum perseuerantia in dictis, vt
in d.§.si quis vltro.& de ista materia vide quod no.gl.15.quęst.
5.illi qui. 15.quæstio.6.in sum.& ṡ.depo.capit.1.in fin.

1 *Prælatus an ob negligentiam remouendus.*
1 *Prælatus an ob senium remouendus.*
3 *Prælatus an ob ægritudinem remouendus.*
4 *Prælatus an ob simplicitatem remouendus.*
5 *Episcopus doctus esse debet.*

QVamuis. Ad euidentiam gloss.in ver. & ta-
les. Si quæris vtrum prælatus pro
pter negligentiam,senium,seu ægritudinem,sim-
plicitatem possit & debeat remoueri, Distingue.
1 † Aut quæris de primo.s. vtrum debeat remoueri,
propter negligentiam,& dic quod sic.49.di.capit.fin.in fin.81.
distin.dictum & 1.quæst.1.ecce cum honoris. Et etiam excō
municari.1.quæst.1.quicquid, vbi hoc not. Ioan. super verbo
excommunicationi. quod intelligit Hostiens.ṡ.de statu mo.c.
fin.§.quod si abbas quando negligentia est magna & supina, vt
2 le.& not.eod.ti.cū ad monasterium.§.pe.secus si modica.† Aut
quæris de secundo scilicet vtrū debeat remoueri propter se-
nium, & dic quod non:arg. eorum quæ le.& not.ṡ. de renun.
c.1. quoniam regulariter flagellatis siue afflictis à Deo, siue à
natura non est addenda afflictio.7.quæst.1.cum percussio.Prę
terea ex eo quod prælatus patitur inuitus sine culpa sua,sed ex
defectu naturæ,iniustū est vt pœnitus remoueatur à regimine
prælaturę.ad hoc.5.dist.ad eius vero.ver.qui tamen. cum simi
libus,quod dic vt plene not.G.j.de sup.neg.pręla.grandi.ad fi.
3 super verbo assumptus lib.6.†Aut quæris de tertio.s.de ęgritu
dine,& tunc si sine culpa sua accidat, non videtur quod debeat
remoueri,vt plene no.G. in d.cap.grandi. super verbo assum-
ptus.Tu tamen dic de hoc vt dixi.ṡ.de cleri.gro.cag.consulta
4 tionibus.di.1.†Aut quæris de.4.scilicet de simplicitate, & tūc
refert quia quædam est simplicitas quæ est contraria dolo.2.
quæst.7.secūda quippe.& illa est bona:vt.16.quest.si cupis hoc
no.Ioan.

not.Ioan. 39.distinc.Petrus.Alia est simplicitas quę est contraria scientiæ agibiliũ in tẽporalibus,quam sciẽtiã debet habere prælatus.39.dist.in sum.ibi, debent.n.prælati subditis non solum spiritualia,sed etiam carnalia subsidia ministrare,exemplo Christi qui turbas sequentes non solum verbo docebat, sed etiam virtute sanabat,corporalibus alimentis reficiebat,vt habetur originaliter Ioan.6.c. Ad idem.40.dist.in sum.ibi ornamenta Episcopali, virtutes debent inteliigi,& ibi non enim loca sed vita & mores sanctum faciunt sacerdotem.& Malach.2.c.labia sacerdotis custodiant scientiam, & legem requirent ex ore eius,quia angelus domini exercituum est.& recitatur.43.distin.cap.sit rector.Et tunc dicit Ioan.ibi.& idem Archid.38.dist.sedulo.gloss.adde dicunt quidam & 74.dist.Episcoporum gloss.adde quod dicit textus. &c. quod propter simplicitatem quis iam promotus non deponitur, sed datur sibi coadiutor, vt in d.c.Episcoporum.& 7.q.1.petijsti.in fi.c.& c.quia frater. 12.q.2.vobis.Sed tñ promouendus impediẽ & repellitur,vt in d.c.Petrus.& 47.dist.de petro.pro hoc Oseæ.4.c.& 38.dist.c. omnes psallentes. quia tu scientiam repulisti & ego repellã tene sacerdotio fungaris mihi.& 1.ad Chor.1.& 38.di.c.fi.Iuxta apostolum Paulum. Christus Dei virtus & sapientia est,ignorantia scripturarum est ignorantia Christi. Et scias quod scientia est de mundanis, & ideo inflat.supra de renun.c.nisi cũ pridem.§. pro defectu. sapiẽtia vero de diuinis.i.charitas,& ideo edificat,ita dicit Aug.24.q.3.de illis.& Ioan.de fa.& Archi.ibi sed propter illeteraturam potest Episcopus petere licentiã resignandi.ś.de renun.nisi cum pridem.§.pro defectu.sic scripsit Ray.in sum.sua in fi. illius rubricæ de prudentia ordinandorũ. Et videtur velle quod remoueri nõ non posit Episcopus ꝓp illiteraturam,sicut nec propter simplicitatem, cum tamen cõtrarium sit expressum.ś.de æta.& qua.cap.vl. secundum Goff. Et ibi no.Ho. quod euidens insufficientia modis omnibus re
5 probatur in Episcopo,vt ibi.† nam ignominiosum est Episcopo cum iple deberet alios docere, si quærat ab alijs edoceri, in aut.de fan.Epi.§.damus.col.9.& 1.q.7.conuenientibus.ad hoc Hie.ad furiam, detrimentum pecoris pastoris, ignominia est. & 36.distin.capitulo qui ecclesiasticis.§.ecce.ibi,in pecore pontificis debet esse manifesta cognitio veritatis,& ibi parati esse debetis reddere rationem omni petenti &c. & habetur originaliter.1.petri.3.capitulo hoc idem no. Hostien.in summa de tempo.ordin.§.& cui.sub.§. quarta regula. & Archid.in d.glo. adde dicunt quidam in dicto capit. sedulo.Et vide quod nota. Ioan.Andr.in dicto.capitu.vlt.vbi quærit quid de illo qui ignorans grammatiam,ex vsu perfectè literaliter loquitur, si promotus fuerit ad dignitatem expiscopalem, vel inferiorem an sit deponendus.Ioã.de Deo in q.26. lib.1.tenet quod si in alijs est vtilis, non deponetur respondens ad illam decretalẽ quod multa alia opponebantur contra ipsum vt ibi inducit,qd scientes mentem iuris non scientiam tolerantur, vt in capitul.allegsedulo.ad idem. 19.quæstio.2. duo sunt.de conse.distin.2. prima quidem.ff.de legibus.l.scire leges . Itẽ supplere possunt per alios,vt supra de offi.ordinan.inter cætera. quæ etiam de defectu scientię loquitur, propter quod dicebat coadiutorem dari posse.7.q.1.non autem.& capitul.quia frater.suprà de cle.ęgro.
6 ex parte.† Ad iura quæ possent in contrarium induci.25. distinunc autem.8.q.2.qualis.61.distin. statuimus.cum similibus, respondebat quod loquunt in promouẽdis. Dicit etiam ipse Ioan.de Deo.q.40. quod si abbas nescit loqui latinum, si alias est bonus,remanebit abbas,& prædicet vulgariter,vt in prædicto. capitu. sedulo.item poterit addiscere in monasterio.supra de renun.post translationem. & si non potest addiscere detur sibi coadiutor vt in prexi.q. in abbatibus enim plus requiritur iudustria quam literatura.suprà ne cle.vel mo.multa. Item olim abbates erant laici.93.distin.à subdiacono. In hic conueuenit Bart.Brixien in quæstione. Dominicali.20.clericus quidam &c.tenens quod Episcopus redeunti de studio cui contẽplatione scientiæ,per quam sperabat ecclesiæ suffragari contulit præbendam,licet illum postea pateat ignarum, præbendam auferre non potest,dummodo sciat officium, allegat 38.dist. quanto.& capit.quæ ipsis.& cap.se. Hæc Ioan.An.in prædi.ca. vl.& idem in hac q. dominicali Hu.Io.& Arch.10.q.1.placuit.

Super eo.c. Et eadem glo.in an.Si quæris vtrum præsumitur ignorantia, vb. scientia non probatur distingue vt dixi.suprà de postu.præl.ad hæc.

1 *Homagium pro spiritualibus non faciendum.*
2 *Obedientia pro spiritualibus facienda.*
3 *Fidelitas pro spiritualibus non præstanda.*

INdignum. Si queris vtrum quis pro spiritualibus homagium,obientiam
1 vel fidelitatem facere teneatur,distingue.† Aut quæris de homagio,& constat quod non,vt le.& no.hic, & supra de symo.ex diligenti.vbi de hoc,nec prodesset in hoc aliqua consuetudo, quia tanquam iniqua præscribi non posset, vt patet in eo quod le.& no.suprà de consue.capit.1.& fi.secundum Inno.Hostiẽ.& Ioan.Andr.hic.† Aut quæris de obedientia,& tunc aut quæris vtrum clericus teneatur facere obedientiam prælato suo pro spiritualibus. & dic quod sic, vt supra de ma.& obe.capi.dilecti.de iureiur.ego.n.& cap.nullus de priui. antiqua.23.distin. quanquam. secundum Ber.& Hostien.hic. Obedientia.n.extenditur ad spiritualia,& in his quę ad Deum pertinent,vel officium cuiuslibet prælati,artic.10.distin.suscipitis.11.q.3.quid mirum. ad quam laici & etiam imperator tenentur.63.distin.valentinianus suprà.de ma.& obe.solite.secũdum Host. Aut vtrum teneatur vel debeat facere obediẽtiam laico, seu seculari personæ pro ipsis spiritualibus, & dic quod non,nam spiritualia nõ possent subesse laicis, nec sunt capaces talis iuris superioritatis de iure communi. supra de consti.ca. & ecclesię sanctę marię.de arbi.contingit.de iudi.decernimus de prescri.causam quæ.96.dicti.bene quidem. cum ibi not. Vnde apostolus noluit seruire regibus, sed voluit honorari reges, & dicit regem veneremur.prima Pe.2.capit.& 8.distin.quo iure.& Theodo.rex Deo inspirante respondit nihil ad se præter reuerentiam de ecclesiasticis negocijs pertinere.17.distin.cap. concilia.§.hinc etiam.† Aut quæris de fidelitate,& tunc dic qd pro spiritualibus præstari non debet, sicut nec homagium,arhic. Fidelitas enim dicitur iusiurandum quod à vasallo præstatur suo domino post inuestituram receptam, vt in lib.feu.quid precedere debeat,vtrum inuestitura an fidelitas. capit. vnico. col.10.Et continet sex.incolume,tutum,vtile,possibile, consilium,auxilium,de quo dic vt plene no.22.q.5. de forma.& per Hostien. in summa. de feudis.§.quid sit. de hoc etiam tangit Guil.de mon.lau.extra de iureiuran.cap.vnico,super verbo iuramenti,in clementi. Et in quo differat ab homagio, vide per. Goffr.de mont.laud.extra de re iudic.pastoralis.§. denique. in clemen.& c.

¶Hic sit finis huius operis, quod ego Henricus Bohic seruus Christi Idiota, & sufficiẽs in oĩbus ipso semper ducto iure,primo vtinam ad vtilitatem vestram,vt aliorum in vtroque iure studentium, memoriter scribere dignum duxi.Me excusans dicto Hostiens. & Ioan.Andre.suprà vt eccle.benefi.sine dimi.con.capitulo vno,in princip.super verbo profutura.vbi not.excusabiles multa scribentes,quæ licet prouectis non sint necessaria, nouis & posteris possunt esse profutura.alleg. suprà de pe.Deus qui. instit. de iustit. & iur.§.igitur.de lega.§. sed ne in primis.Item Leo,melius est doctos onerare scitis,quam iuuenes fraudare dicendis:cui bene concordat.13.quęsti.2. non extimemus. Specialiter de insufficientia doctorum, quæ non solum ex ignorantia prouenit,sed etiam ex properantia operis consummãdi,timens propter mortalitatem vniuersalem quæ hoc anno viguit, & specialiter in has vrbe, ne ante ipsius consummationẽ naturæ debitũ persoluissem: quod omnibus est commune. Vnde.2.regum.14.capit.omnes morimur,& quasi aquę dilabimur in terram quæ non reuertentur.Et Seneca,morieris,& respondet,hac conditione intraui,vt exirem: gẽtium lex est quod acceperis reddes stultũ, est timere quod vitari nõ potest. istud non abstulit qui distulit,nec primus nec vltimus, omnes te antecesserunt,omnes te sequentur: vt not. Hosti. & Ioan.Andr.suprà de testa.Raynal.Cuius operis lector non metaiem qualem scriptorem, neque paruitatem meam consideret,contra Hieror.dicen.ad Alexan.non doctoris opinio, sed doctrinę ratio põderanda est. Et cõtra apostolũ.1.ad Chorin. 3.19.distin.capitulo.secundum. ergo plantaui, apollo rigauit: Deus autem incrementum dedit.itaque neque qui plantat est aliquid,neque qui rigat,sed qui incrementum dat Deus.A Deo autem non quæritur quis,vel qualis prædicet, sed quæ prædicet: quo enim quisque maiori ratione nititur, eo maioris auctoritatis eius verba esse videntur.20. distin.in sum. Et si consideret non contemnat, sed attendens dictatorem quem operis totius fieri optatiui auctorem & præsulem mordere timeat. Vnde Gregorius, valde perfectorum sit ostenso opere auctoris gloriam quærere, vt de illata laude priuata nesciant exultatione gaudere,& ideo opera studio occultentur,necessitate publicentur,vt eorum occultatio sit custodia propria, & eorum publicatio vtilitas aliena. Si tamen alicui melius in superioribus sibi

bus sibi reuelatum fuerit, explosis temerarijs reprehensionibus fraterna charitate,inuidiosa mordacitate corrigat,& emendet,quicquid sibi videbitur corrigendum,vel etiam emendum.iuxta illud apostoli.1.ad Thessa.5.capitulo.& 15.dist.cap. sancta romana.omnia probate, quod bonum est tenete. Nam qui subtiliter factum emẽdat, laudabilior est eo qui primus inuenit.C.de veter.iur.enu.l.1.§.sed neque. Vnde quod plus est, & facit pro compilatoribus, dicitur ius ciuile papinianum,cui Papinianus nil addit, sed composuit.ff.de ordinan.iur.l.2.§.1. consideret quæ qui melius sapit,quam hoc sibi Deus reuelauit ad Philip.3.capitulo.1.ad Corinthio.7.9. distin.noli frater.95. distin.esto substiectus.in fin. & not.Goffre.& Ioan.Andr.suprà de restitu.spoli.literas.§.nos autem.Vnum præcauẽs quod fideliter recitet dicta aliorum,sicut vellet recitari ab alijs dicta sua ad instar Augustini.9.distin. neque quorumlibet. Quia vt dicit Terentius in comedijs, nihil est quin male recitando possit depraui. Quod opus si qui emuli detractores, & inuidi, qui sæpe rodentes ore canino in publico detrahunt, quod legunt in angulo,prout dicit Hier.in prin.paralipomenon,amare legerint,& acuato vulnere contrame tãquam scorpiones insurrexerint, Rogo vos dilectissimi quatenus ad instar Cassij iurisconsulti,qui sententiam Sabini magistri sui laudabiliter excusauit,eis resistere,& obijcere vos velitis,& obtractatorum latratibus refrenandis, vox vestra velut lapis validus emittatur. Quod opus ipso domino nostro Iesu Christo operante termi naui, currente anno à natiuitate ipsius domini.M.300.49.in festo beati Mathei Apostoli & euangelistæ,cuius ecclesiã in partibus Britannię in finibus terrarum.vnde sum oriundus,mirifice collocauit alpha & omega.i.principium atq; finis:vt.35.dis. ab exordio.supra de sum.trinit.capitulo.2.qui etiam medium est:vt.10.distin.quoniam.11.quæstio.3.quid ergo.Et citius ter minassem,nisi fuissent guerræ,& aliæ tribulationes,quæ me ali quandiu occuparunt,tribulatio euim ad multa prodest,vt not. Archid.7.quæstio. 1.aduersitas.gloss.2.

Cœterum. Dilectissimi domini, cum sit scriptum ec clesi.capitu.vlti.danti sapientiam dabo gloriam:& 1.ad Corinthi.10.Siue manducatis, siue bibitis, siue aliquid aliud faciatis,omnia in gloriam Dei facite. Et iterum, omnia quæcunque facitis aut in verbo,aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite, gratias agẽtes Deo, vt probatur Actuum.17.& ad Colocen.3.& transumptiuè legitur.26.quæst.5.non licet.& quæstio.7.non obseruetis.in fina. Nam in ipso viuimus,mouemur, & sumus,vt in dic.capitulo. non obseruetis, & ab ipso omne donum optimum, & perfectum noscitur descendisse, vt.1.quæstio.2. quam pio. Ad hoc enim tenetur quilibet eruditus, vt de scientia sibi data à Deo, qui est sapientia,iusticia,veritat,sanctitas, fortitudo, vt habetur originaliter ad Heb.7.& Io.12.& transumptiuè lec.38.dist. si iuxta.56.dist.nasci.11.quæst.3.extimant. Primo gratias agat Deo qui scientiarum dominus.1.regum.2. capitulo & in psal. Exultauit cor meum, & qui cuncta largitur propter quæ nulla creatura potest tantum Deum diligere, quantum est diligibilis.Hinc Bernar.de diligendo Deum,causa diligendi Deum est modus diligere sine modo,vnde de ipso verè potest dici,quod omnia prudentiæ suæ sunt cognita. 25. distinctio. perlectis in princip. Deinde ministris eius, à quibus edoctus est, nec ascribat suæ prudentiæ,vel ingenio,quod possidet. Nam si gratias non egerit, & scientiam Dei sibi vendicauerit, in penuria maledicetur,secundum Hierony. super malachiam. & habetur.16.quæstio.1.reuertimini.Omnis enim ratio supernæ, vel terrenæ creaturæ in eo est, qui est caput earum & author, & qui hunc nouit nihil vltra quærat,quia ipse est perfecta virtus, & sapientia,& quicquid alibi quæritur in eo perfectè inuenitrr vt ait Ambrosius super epistola Colocensium,& transumptiuæ legitur. 37.d. capitulo. legimus.§. sed contra legitur. versiculo.hinc etiam. Vt nihil vltra quærere habeamus ad cognoscendum & glorificandum,ipsum sedulo laboremus, quia vt ait Hierony.super Esaiam.18.libro sudore, & labore nimie ad libertatem fructuum venimus. De tali labore dicitur sapient.3. Bonorum laborum gloriosus est fructus, labor autem curiositatis,& cupiditatis,qui extinguit spiritualem quietem, in Deo prohibitus est de quo Iere.9.vt inique agerent laborauerunt.Et dico laboremus cum perseuerantia, quæ perseuerãtia secundum Tul.in rethorica,est in ratione bene considerata,stabilis,& perpetua permansio,& quam secundum Augustinum.libro.de perseuerantia, nullus potest dici habere dum viuit, nisi perseueret vsq; ad mortem dicente domino,Marci & Math.qui autem perseuerauit vsque in finem, hic saluus erit. Et quæ indiget auxilio gratiæ: vnde Augustinus lib.prædicto dicit,asserimus esse donum Dei perseuerantiam, qua vsquam in finem perseueratur in Christo, eo quo cognito sit sibi per deuota virtutum opera placere: iugiter studeamus quod ipso præstante in extrema retributione iustorum cum eis æternæ, salutis præmia consequi mereamur.Nam vt ait seneca.34.ad lucillum,magna pars bonitatis est velle fieri bonum.& argumẽ. ad hoc.45.distinct.duę sunt. & quod not.supra de eo qui mi.in pos.capitulo.1.gloss.3.circa medium.versic.vel aliæ.& c.Porro cum creatura non habeat quid pro meritis respondeat creatori,vt.ś.de cele.mis.cũ creatura.iuxta illud psal.quid retribuã domino pro omnibus quæ retribuit mihi.Vnde quas gratias, aut quas laudes referre debeam domino nostro Iesu Christo, nec mens posset concipere,nec lingua sufficeret proferre.C.de offic. præfecti prætorio af.l.1. Qui cum sit incomprehensibilis, & ineffabilis,maior est omni laude.Vnde dicit Philoso.2.ethi. quod optimorum non est laus,multas enim etiam innumerabiles miserationes eius sensi,& ab eo indefinita recepi dona, & beneficia, quæ regratiari non sufficio, & pro quibus nihil dignum me egisse cognosco. Ipsi omnipotẽti Deo patri,& filio & spiritui sancto infinitas benedictionis,gratias referẽs, sicut possum, à quo omnis sapientia noscitur emanare, prouerb.2. capitulo.qui huius operis auctor esse voluit,propitius, & director,quique mihi laudabile principium,melius medium, & finem optatum in eodem opere contulit, & me ipsius perducit ad lumen sua ineffabili pietate,sit benedictio,& claritas, & sapientia,& gratiarum actio,gonor,virtus,& potestas, & fortitudo in secula seculorum.Amen.

¶Regratior etiam intemerate,& gloriosissimæ virgini mariæ, matri domini nostri, Iesu Christi, totique curię cœlesti, sperans firmiter, quod si ea quæ in hoc opere sunt contenta, mentis oculis non liuoris intueãtur,vbi dante domino paruulus suauius lactabitur,adultus vberius cibabitur, perfectus affluentius delectabitur, intuens Deo gratiarum referet actiones.Constat enim quod vniformis stilus non competit, quando inter illos propter quos scribitur vniformitas non habetur Pro quibus vos dilectissimi domini, & alij fratres & socij mei. scholastici,qui flagratis ex desiderio regni Dei, hoc solum mihi rependatis, immo ex diuina gratia acquiratis, quatenus vestris orationibus,eleemosinis,ceterisque spiritualibus auxilijs adiutus,omnium meorum percepta venia peccatorum,vobiscum ad ęterna valeam gaudia peruenire,vbi reuelata iam facie, illa vera & coęterna perfruamur sapientia,cui est honor & gloria,virtus & imperium cum patre & spiritu sancto ab æterno, & nunc & per infinita secula seculorum.Amen.

¶Verum rememorans id quod quæsiuit Ioan. Andr. super data.6. libro quæstio. vlti.in nouella scilicet an magistri compositores librorum,vel scriptorum sua nomina debeant in illis in scribere,vbi ponit primo de nõ inscribẽte casus quibus non peccat,& alios quibus peccat.Secundo de inscribente, facit illud idem vbi inter alia dicit, quod inscribens non peccat, primo quando id agit vt alios ad similes labores alliciat. Vnde Seneca Epi.5.dicit. quod philosophiæ nomen etiam si modestè feratur,inodiosum est,vel bona emulatio, nam alios inducit ad scribendum alias nõ scripturos. Talem autem emulationem laudat Hier.super Gal.libro secundo,& facit ad thessal.5.sicut autem flagitiosa sunt exempla malorum actuũ. 11.quæstio.3.præcipue. ita meritoria sunt exempla bonorum. Secundo,quando inscribit dubitans ne opus alteri ascribatur, pro quo Esa. gloriam meam aleri non dabo. & Actuum.20. & 1.ad corinthio,9.& 1.q.secunda,sacerdos.in fine.expedit mihi magis mori quàm vt gloriam meam quis euacuet. Tertio, quando per inscriptionem certificari vult illam fidem operis, quæ puenit ex auctore, cõstat enim quod ex varietate doctorum,augetur vel minuitur fides scriptorum. Quarto, quando indifferens ad scribendum vel non, illud sic occurrit eligere. Quinto quando licet per id cupidus fuerit pompæ, vel famæ, tamen habuit iustum modum, puta vt sibi & suis de scientia in qua diu studuit prouidere posset, ad quod summe suffragatur fama sciente.Ad primum de cupiditate gloriæ,Valerius libro octauo,nulla tãta humilitas. quæ dulcedine glorię nõ tangatur.& Chriso.dicit.ma.6. quod inanis gloria occulte ingreditur.& Hieronim.ad Saluinam dicit,quod difficile est gloriam virtute superare. Et in vita sanctij Hilarionis. hoc potissime Hieroni.in eo studet,quod calcare gloriam potuit, & honorẽ. Si ergo tali cupiditati difficile resisti potest,nec ille talem gloriam inten-

riam intendit timori diuino præponere, cum etiam hoc nõ repugnet caritati quo ad proximum, nec quo ad rẽ, vel subiectũ, dicit quod ex quo iustum motiuum fuit admixtum. s. vt sui laboris honestum fructum perciperet, & suis necessitatibus prouideret, non peccauit. Bene facit. 14. quæstione quarta qui cunque. & iura appetunt literatos honorari, & ditari suprà de præben. de multa. in fine. & in dubio pro eis presumut de procuratoribus in nostra de præsumptionibus capitulo vltimo. Sexto, quando propter obedientiam superioris id iubentis inscribit ad hoc. vndecima quæstione tertia. quid ergo. vigesima tertia quæstione prima, quid culpatur. in fine. supra de temporibus ordinandorum. ad aures. in fine. Septimo, quando benefactorem suum vel magistrum, vel reuerentialem dominum huius rei dignum vult honerare sibi opus destinando: quia tũc eum ad quem & se oportet inscribi. Ad primum ad Hebre. 14. beneficientiæ nolite obliuisci: & reprehenduntur obliti beneficiorum suorum. psal. 77. Seneca etiam de beneficijs dicit, & quod quidam furtiue beneficiorum gratias agũt in angulo, & ad aurem, verentur enim palam ferre vt sua potius virtute, quam alieno adiutorio consecuti dicantur, igitur ingratum illum vocat qui remotis arbitris gratias agit. De secundo, ad Hebre. 12. habuimus eruditores & reuerebamur eos. De tertio, quod reuerentiales venerandi sunt & honorandi, ponit pulchre libr. 4. capitulo vltimo, vbi inter cętera ponit duces suorum hostium, & prædonum ad venerandum Scipionem venisse. Quas causas, seu earum aliquam, non tantum inscriptione nominis mei consideraui, quãtum præmissam, quæ octaua dici potest, scilicet vt me specifice vestris orationibus, & alijs operibus spiritualibus aggregetis, quod vt facere dignemini, vos & alij studiosi supplico intuitu pietatis. Spiritualis enim oratio plus prodesse præsumitur, quam generalis. not. Bernar. suprà de sepul. fraternitatem. gloss. 3. vbi Ioannes. Andre. dicit quod si valorem orationis, & aliorum suffragiorum consideremus ex virtute charitatis quæ vnit membra ecclesiæ, tantus est si fiat pro multis sicut pro vno: quia charitas non minuitur, sed affectus distribuitur in multos, immo potius augetur. Non enim charitas est inuidia, nec quærit quæ sua sunt, de pe. distinctio. 2. charitas. & optimè facit de pe. distinctio. 6. capitulo qui vult. §. 1. versicu. credendum. Inquantum vero oratio vel suffragia sunt satisfactoria pro defuncto, maior est satisfactio pro vno facta quam si fiat pro multis. ex diuina enim iustitia diuiditur illud in multos pro quibus fit, & sic diuisum minus remanet. suprà de consti. cum. m. de concess. præben. c. fin. nec obstat de con. d. 5. non mediocriter, & vide ibi per Io. &c.

F I N I S.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V,

Omnes sunt quaterniones.

VENETIIS, Apud Hæredem Hieronymi Scoti:
M D L X X V I.